Quādo primū clypei imaginū publice:& qñ ī domib⁹ poſiti:& de picturæ initiis & monochromatō & primis pictorib⁹:et antiquitate picturarum in italia Ca.iii.
De pictorib⁹ romanis:et qñ primū dignitas picturæ:et q uictorias ſuas pictura ꝓpoſuerūt:et qñ externis picturis dignitas romæ Ca.iiii.
Rō pingendi de pigmentis Ca.v.
De colorib⁹ natiuis et factitiis Ca.vi.
Qui colores nō inducant̄:et qb⁹ colorib⁹ antiq pinxerūt:et qñ primū gladiatoꝝ pugnæ ꝓpoſitæ ſunt Ca.vi.
De ætate picturæ opū & artificū iudicatura nobilitates ccc.v. Ca.viii.
Primū picturæ certamen:& qui primi penicillo pinxerunt Ca.ix.
De auibus ꝑ picturā deceptis:et qd difficillimum in pictura Ca.x.
De auiū cantu cōpeſcēdo:et q encauſto et penicillo prim⁹ lacunaria et cameras pinxerit:ipſimq̄ ꝓcia mirabilia picturaꝝ Ca.xi.
Plaſtices primi inuentores de ſimulacris et uaſis fictilibus et ꝓcio eoꝝ Ca.xii.
Terræ uarietates:et de puluere puteolano:et aliis terræ generibus quæ in lapidem uertuntur Ca.xiii.
De parietibus fornaceis et lateritiis et corū ratione Ca.xiiii.
De ſulphure et alumine et generibus eorum et medicinæ Ca.xv.
De terra ſannia et eretria et chia et ſibaniſia:et phiniti et appelliti medicīæ Ca.xvi.
Cretæ genera ad ueſtiū uſus cimolia:ſarda:umbrica:ſaxum argentaria Ca.xvii.
Qui et quoꝝ liberti præpoſiti Ca.xviii.
Terra excalata et terra cuprea:terra balearica:terra ebuſitana Ca.xix.
Sūma medicinæ et hyſtoriæ & obſuationes d.cccc.lvi.

EX AVCTORIBVS.

Meſſala orator:Meſſala ſene:Feneſtella attico:Verrio.M.Varrone:Corn. Nepote:Decio Eculeōe:Mutiano:Meliſſo:Vitruuio Caſſio ſeuero:Longulano:Fabio u ſtale qui de pictura ſcripſit.

EXTERNIS.

Praſitele:Apelle:Melantio.Aſclepiodoro:Euphranore:Parrhaſio:Heliodoro q anathematha ſcripſit athenis: Metrodoro q de architetione ſcripſit:Democrito:Theophraſto:Appione grāmatico q de metallica medicina ſcripſit:Nyphodoro:Andrea:Heraclide:Iolla:Apollodoro:Diagora:Butrienſe:Archydemo:Dionyſio:Ariſtogene:Demade:Mneſicle:Xenocrate:Zenonis:Theōneſto.

LIBRO Triceſimoſexto cōtinent̄ naturæ lapidum et luxuriæ marmorum.

Qui primus in publicis operibus oſtenderit Ca.i.
Quis primus peregrino marmore columnas habuerit romæ Ca.ii.
Qui primum laudati in marmore ſcalpendo:& quibus temporibus Ca.iii.
Nobilitates opū & artificū ī marmoꝝ.c.xxvi d marmoꝝ pario & mauſoleo Ca.iiii.
Qñ primū mārmoꝝ ī ædificiis uſus:& qs primus romæ cruſtauerit parietes:& qb⁹ ætatibus q̄q̄ marmora in uſū uenerit romæ:& qs primus marmora ſecuerit:& ratio ſecandi de harena Ca.v.
De naxio & harmonio:& de generibus marmorum Ca.vi.
De alabraſtrite & tigindo alabamdico Ca.vii.
De obeliſco thebaico:alexandrino:& de illo qui eſt in circo magno Ca.viii.
De illo q eſt in campo martio pro gnomone Ca.ix.

De tertio obeliſco romæ in uaticano Ca.x.
De pyramidibus ægyptiis et ſphynge Ca.xi.
De labryntis ægyptio: lemnio italico Ca.xii.
De penſili & horto & oppido et templo dianæ epheſiæ Ca.xiii.
De delubro cyzici & lapide fugitiuo: & de echo ſepties reſonante & ædificio ſine clauo: & mirabilia ædificiorum romæ Ca.xiiii.
De magnetis gñrib⁹ & medicis Ca.xv.
De lapidib⁹ q cito abſumūt corpa i eis cōdita & de his q diu ſeruant: & de thaſio lapide & medicinis eius Ca.xvi.
De eoore foſſili & lapidib⁹ oſſeis & palmatis & alio℞ generibus Ca.xvii.
De corallio: uel pyrite & medicinis eius: & oſtracite: d amito lapide & medicisei⁹. d milittino lapide & uirib⁹ ei⁹: d gagate lapide & medicinis eius: de ſpongiis & phrygio lapide & natura eius Ca.xviii.
De mathide & quinq; generibus eius: & ſchiſto Ca.xix.
De quattuor generib⁹ aetidis: & calamo, & ſamio & arabo et pumicib⁹ Ca.xx.
De lapidibus mortario℞ medicinaliū & mollib⁹ lapidibus & ſpeculari lapide et ſilicib⁹ et phēgite et cotib⁹ et reliqs ad ſtructurā lapidibus igni et tēpeſtatib⁹ rīſtētib⁹ Ca.xxi.
De ciſternis et calce et harenæ generibus et mixtura calcis et harenæ et uitiis ſtructuræ et coſtariis et columnis Ca.xxii.
De medicinis calcis et malta et gypſo Ca.xxiii.
De pauimentis et qñ primū romæ: et ſubdiualibus pauimentis et græcanicis: et quando primū cameræ Ca.xxiiii.
De origine uitri et rōne faciēdi: et d obſiano uitro: et de generibus multiformibus uitri Ca.xxv.
Ignium miracula: et medicinæ prodigia Ca.xxvi.
Sūma medicīæ et hyſtorie & obſuatōnes. d. xxiiii.

EX AVCORIBVS.

M. Varrōe: Celio: Galba. C. lcīo: Mutiāo Nepote Cor. L. Piſone: Tuberone: Seneca Fabio Veſtale: Ammo Fœciale: Fabiano: Catone Cenſorio: Vitruuio.

EXTERNIS.

Theophraſto: Praxitele: Iuba rge: Nicādro Sotaco: Sudine: Alexādro polyhiſtorē: Apione: Pliſtonico: Duride: Herodoto: Eumero: Ariſtagora: Dionyſio: Archemidoro: Bucorida: Anthiſtene: Democrito: Demotele: Lycea.

LIBRO Tricesimoſeptimo cōtinetur origo gemmarum.

De gēma polycratis tyrāni & pyrrhi regis: et q ſculptores optimi: et nobilitates artificū et qs prim⁹ dactylothecam romæ habuit. Ca.i.
De gēmis tranſlatis in triumpho Pompeii: et natura criſtalli et medicinis: et luxuria circa eam: et quando primū inuenta myrrhina: et luxuria circa eam: et natura myrrhino℞ quæ mētiti ſūt auctores d ſuccino Ca.ii.
De ortu: & medicinis: & generib⁹: & luxuria ſuccinorum: & lyncurio: & medicinæ Ca.iii.
De adamātis generibus & medicinis & margaritis Ca.iiii.
De ſmaragdi generibus: & gemmis uiridib⁹ tranſlucidis Ca.v.
De opali generibus & uitiis & experimentis & uariis gemmis Ca.vi.
De gñrib⁹ carbunculo℞ & uitiis & expimētis & gēmis ardentibus Ca.vii.
De generibus topatii & callaite: & de gēmis uiridibus nō tranſlucentibus Ca.viii.
De iaſpidū generibus Ca.ix.
De quibuſdā gemmis per alphabeti ordinem Ca.x.
De gemmis quæ a membris hominū cognominantur: & quæ ab animalib⁹: & de his quæ a cæteris rebus Ca.xi.
De gemmis naſcentibus & factitiis: & figuris gemmarum Ca.xii.
De ratione probandarum gemmarum Ca.xiii.
Summa res & hyſtoriæ & obſuationes. M. ccc.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Actis triumphi: Mœcenate: Iaccho: Cor. Boccho.

EXTERNIS.

Iuba rege: Xenocrate: Zenonis: Sudine: Eſchylo: Phyloxene: Euripide: Nicandro: Satyro: Thoephraſto: Carete: Phylomene: Democrate: Xenotio: Metrodoro: Sotaco: Pythea: Timeo Siculo: Nicea: Theocreſto: Aſaruba: Mnaſia: Theomene: Cteſia: Mithridate: Sophocle: Archelao rege: Calliſtato: Democrito: Iſmenio: Olympico: Alexandro polyhiſtore: Appione: Ori: Zoroaſtre: Zachalia.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER SECVNDVS

An Finitus Sit Mundus: Et An Vnus: Ca.i.

MVNDVM ET HOC QVOD NOMINE ALIO cælum appellari libuit: cuius circūflexu teguntur cuncta: numen eſſe credi par eſt: æternum: imenſum: neq; genitū: neq; interituꝝ unq;. Huius extera indagare nec intereſt hoīum: nec capit humanæ coniectura mentis. Sacer eſt: æternus: imēſus: totus i toto: imo uero ipſe totū: infinitus: ac finito ſimilis. Omīm reꝝ certus: et ſimilis icerto. Extra intra cūcta cōplexus in ſe: idēq; reꝝ naturæ opus: et reꝝ ipſa natura. Furor eſt mēſurā eius animo quoſdam agitaſſe: atq; prodere auſos. Alios rurſus occaſione hinc ſūpta aut his data inumerabiles tradidiſſe mūdos: ut totidem reꝝ naturas credi oporteret. Aut ſi una omēs incubarent: totidē tamē ſoles: totidēq; lunas: et cætera etiā in uno et imenſa et inumerabilia ſydera: quaſi nō eadē queſtione ſemp i termino cogitationis occurſura deſyderio finis alicuius. Aut ſi hæc īfinitas naturæ oīum artifici poſſit aſſignari: nō illud idē in uno facilius ſit ītelligi tāto preſertim opere. Furor ē profecto furor egredi ex eo: et tanq; iterna eius cūcta plane iā ſint nota: ita ſcrutari extera: quaſi uero menſurā ullius rei poſſit agere qui ſui neſciat: aut mens hoīs uidere quæ mundus ipſe non capiat.

De Forma Eius Ca.ii.

FOrmam eius in ſpēm orbis abſoluti globatā eſſe nomē ī primis et cōſenſus ī eo mortaliū orbē appellantiū. Sed et argumēta reꝝ docēt: nō ſolum quia talis figura oībus ſui ptibus uergit ī ſeſe: ac ſibi ipſa tolerāda eſt: ſeq; icludit et cōtinet nullaꝝ egēs cōpaginum: nec finē aut initium ullis ſui ptibus ſēriens: nec qa ad motū quo ſubīde uerti debeat (ut mox appebit) talis aptiſſima ē. Sed ocl'oꝝ quoq; ꝓbatiōe ꝙ cōuexus mediuſq; quacūq; cernat: cū id accidere ī alia nō poſſit figura.

De Motu Eius. Ca.iii.

HAnc ergo formam eius æterno et irreqeto ambitu ienarrabili celeritate .xxiiii. horaꝝ ſpatio circūagi ſolis exortus et occaſus haud dubium reliquere: an ſit īmenſus: et ideo ſēſum auriū facile excedēs tātæ molis rotata uertigine aſſidua ſonitus nō eqdem facile dixerim: nō hercle magis ꝙ circūactoꝝ ſimul tinnitus ſydeꝝ: ſuoſq; uoluentium orbes. An dulcis qdē et incredibili ſuauitate cōcentus nobiſ qui itus agimur iuxta diebus noctibuſq; tacitus labitur mundus: eſſe inumeras ei effigies aīalium reꝝq; cunctaꝝ īpſſas. Nec ut in uolucrum notamus ouis leuitate cōtinua lubricum corpus: quod clariſſimi auctores dixere teneꝝ argumētis indicatur: quoniā inde deciduis reꝝ oium ſeminibus inumeræ in mari præcipue: ac pleꝝq; cōfuſis mōſtrificæ digenerātur effigies. Præterea uiſus probatione alibi plauſtra: alibi urſi: tauri alibi: alibi litteræ figura cādidiore medio ſuper uerticem circulo.

Cur Mundus Dicatur. Ca.iiii.

EQuidem et cōſēſu gentium moueor. Nam quē κόσμον coſmon græci noīe ornamēti appellauerunt: eum et nos a perfecta abſolutaq; elegātia mundum. Cælū quidē haud dubie cælati argumēto diximus: ut interꝑtatur. M. Varro. Adiuuat reꝝ ordo deſcripto circulo qui ſignifer uocat̄ in .xii aīalium effigies: et per illas ſolis curſu cōgruens tot ſæculis rō.

De Quattuor Elementis. Ca. v.

NEc de elemētis uideo dubitari quattuor ea eſſe. Ignitum ſūmo: inde tot ſtellaꝝ collucētium illos oculos. Proximuꝫ ſpiritus: quē græci nriq; eodē uocabl'o aera appellāt. Vitalē hunc: et p cuncta reꝝ meabilē: totoq; cōſtum. Cuius ui ſuſpenſam cum quarto aquaꝝ elemēto librari medio ſpatii tellurē. Ita mutuo cōplexu diuerſitatis effici nexum: et leuia pōderibus inhiberi quo minus euolēt. Cōtraq; grauia ne ruant ſuſpēdi leuibus in ſublime tēdētibus. Sic pari in diuerſa niſu ui ſua quæq; cōſiſtere irreqeto mundi ipſius cōſtricta circuitu: quo ſēp in ſe currēte imā atq; mediā ī toto terrā eadēq; uniuerſo cardine ſtare pēdētē librātem per quæ pendeat. ita ſolā imobilē circa eā uolubili uniuerſitate eadēq; ex omibus necti: eidēq; oīa inniti.

De Septem Planetis. Ca.vi.

INter hanc cælumq; eodē ſpiritu pēdent certis diſcreta ſpatiis .vii. ſydera: quæ ab inceſſu uocamus errātia: cum errēt nulla minus illis. Quoꝝ medius ſol fertur āpliſſima magnitudine ac poteſtate: nec tēpoꝝ mō terraꝝq;: ſed ſydeꝝ etiā ipoꝝ cæliq; rector. Hunc mundi eſſe totius animum: ac planius mentem. Hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet opera eius extimantes. Hic lucem rebus miniſtrat: auferetq; tenebras.

Hic reliqua ſydera occultat. hic uices tempoꝝ: ānumqꝫ ſemp renaſcētē ex uſu naturæ tēpe-
rat. hic cæli triſtitiam diſcutit. atque etiam nubila humani aī ſerenat. hic ſuū lumen cæteris
quoqꝫ ſyderibus fœnerat: præclarus: eximius: oīa ītuens oīa etiā exaudiens ut pricipi Irāꝝ
Homero placuiſſe ī uno eo uideo.

## ¶ De Deo. Ca. vii.

QVapropter effigieꝫ dei formāqꝫ quærere ībecillitatis humanæ reor: quiſquis eſt de-
us (ſi mō eſt alius) et quacunqꝫ ī parte totus eſt ſenſus: totus eſt uiſus: totus auditus:
totus aīæ: totus animi: totus ſui. Innumeros quidem credere atqꝫ etiā ex uirtutibus
uitiiſqꝫ hoīm ut pudicitiā: cōcordiā: mentē: ſpem: honorē: clæmentiā: fidē: aut (ut Democri-
to placuit) duos oīo pœnā et beneficiū maiorē ad ſocordiā accedit. Fragilis et laborioſa mor-
talitas ī partes iſta digeſſit infirmitatis ſuæ memor: ut portionibus coleret quiſqꝫ quo maxi-
me indigeret. Itaqꝫ noīa alia aliis gentibus: et numina ī iiſdem innumerabilia reperimus. Infe-
ris quoqꝫ ī genera deſcriptis morbiſqꝫ et multis etiā peſtibus dum eſſe placata trepido metu
cupimus. Ideoqꝫ etiā publice febri fanū ī palatio dicatū eſt. Orbonæ ad ædem larū ara. Et
malæ fortunæ eſquiliis. Quāobrē maior cælitū populus etiā qꝫ hoīm intelligi pōt: cū ſin-
guli quoque ex ſemetipſis totidem deos faciāt Iunones genioſque adaptādo ſibi. Gentes ue-
ro quædā aīalia etiā aliqua et obſcena ꝓ diis habent: ac multa dictu magis pudenda ꝑ fetidoſ
cibos et alia ſimilia iurātes. Matrimōia quidem īter deos credi: tātoqꝫ æuo ex his neminem
naſci: et alios eſſe grādæuos: ſempqꝫ canos: alios iuuenes: atque pueros atri coloris: alige-
ros: claudos: ouo editos: et alternis diebus uiuētes morienteſqꝫ puerilium ꝓpe deliramentoꝝ
eſt. Sed ſuper oēm īpudentiā adulteria inter ipſos fingi: mox iurgia: et odia: atqꝫ etiā furtoꝝ
eſſe et ſceleꝝ numina. Decus eſt mortali iuuare mortalem: et hæc ad æternā gloriā uia: hac
ꝓceres iere romani: hac nūc cæleſti paſſu cū liberis ſuis uadit maxiūs oīs æui rector Veſpa-
ſianus Auguſtus feſſis rebus ſubueniens. Hic eſt uetuſtiſſimus referendi bñmerentibuſ grā-
mos: ut tales numinibus aſcribāt. Quippe et oīm alioꝝ noīa deoꝝ et quæ ſupra ſyderꝫ retuli
ex hoīum nata ſūt meritis. Iouem qdem aut mercuriū aliterue alios īter ſe uocari: et eſſe cæ-
leſtis nomenclaturæ quis nō interꝑtatiōe naturæ fateatur? Irridendū uero agere curā reꝝ
humanaꝝ illud qcquic eſt ſūmum. An ne tā triſti atqꝫ multiplici miniſterio non pollui creda-
mus dubitemus ue? Vix ꝓpe eſt iudicare utꝝ magis cōducat generi humano quādo aliis nul-
lus eſt deoꝝ reſpectus: aliis pudendis externis famulātur ſacris: ac digytis deos geſtant: et
mōſtra quoque quæ colūt dānant: et excogitāt cibos: imperia dira in ipſos ne ſōno quidem
quieto irrogāt. Nō matrimonia nō liberos nō denique quicqꝫ aliud niſi iubentibus ſacris dili-
gūt. Alii in ipſo capitolio fallūt: ac fulminātem peierāt iouem: et hos iuuāt ſcelera: illos ſa-
cra ſua pœnis agūt. Inuenit tamen īter has utraſqꝫ ſētētias mediū ſibi ipſa mortalitas numē:
quo minus etiā plana de deo cōiectatio eſſet. Toto qppe mūdo et locis oībus oībuſque hoīſ
oīum uocibus fortuna ſola inuocatur: et una noīatur: una accuſatur: una agit̄ rea: una cogita-
tur: ſola laudatur: ſola arguitur: et cū conuitiis colitur: uolubiliſque a pleriſque uero et cæca
etiā exiſtimata: uaga: incōſtās: incerta: uaria: indignoꝝqꝫ fautrix: huic oīa expenſa: huic oīa
ferūtur accepta: et in tota rōe mortaliū ſola utrāque paginā facit. Adeoque obnoxiæ ſumus
ſortis: ut ſors ipſa ꝓ deo ſit: qua deus ꝓbatur incertus. Pars alia et hanc pellit: aſtroque ſuo
euētus aſſignat: et naſcēdi legibus ſemelqꝫ in omēs futuros unqꝫ deo decretū. In reliquū ue-
ro ociū datur. Sedere cœpit ſentētia hæc: pariterque et eruditū uulgus et rude in eam curſu
uadit. Ecce fulguꝝ monitus: oraculoꝝ præſcita: aruſpicū prædicta: atque etiā parua dictu ī au-
gurus ſternutamēta et offēſiones pedū. Diuus Auguſtus læuū ꝓdidit ſibi calceū præpoſtere
indutum quo die ſeditione militari ꝓpe afflictus eſt. Quæ ſingula īprouidā mortalitatem in-
uoluūt: ſolum ut īter iſta uel certū ſit nihil eſſe certi; nec miſerius qcqꝫ homine aut ſupbius.
Cæteris qppe animātiū ſola uictus cura eſt. In quo ſpōte naturæ benignitas ſufficit: uno qui-
dem uel præferēda cūctis bonis: qꝺ de gloria: de pecunia. ambitiōe: ſupqꝫ de morte non cogi-
tāt. Veꝝ ī his deos agere curam reꝝ humanaꝝ credi ex uſu uitæ eſt: pœnaſque maleficiis ali-
quādo ſeras occupato deo ī tāta mole: nūqꝫ autem irritas eſſe. Nec ideo ꝓximū illi genitum
hominem: ut uilitate iuxta beluas eſſet. Imperfecte uero in hominē naturæ præcipua ſolatia
ne deum qdem poſſe omnia. Nāque nec ſibi poteſt mortē cōſciſcere: ſi uelit: quod homini de-
dit: optimū in tātis uitæ pœnis: nec mortales æternitate donare: aut reuocare defūctos: nec
facere ut qui uixit nō uixerit: qui honores geſſit: nō geſſerit. Nullūque habere in præterita
ius prætereqꝫ obliuiōis. Atque (ut facetis quoque argumētis ſocietas hæc cū deo copuletur)
ut bis dena uiginti nō ſint: ac multa ſimiliter efficere nō poſſe. per quæ declarat haud dubiæ
naturæ potētia id quoque eſſe quod deū uocamus. In hæc diuertiſſe nō fuerit alienum prop-
ter uulgatam aſſidue quæſtionem de deo.

NOTA

## ¶ De Natura Sydeꝝ Errantium. Ca. viii.

HInc redeamus ad reliqua naturæ ſydera quæ affixa diximus mūdo: nō illa ut exiſtimat uulgus ſingulis attributa nobis: et clara diuitibus: minora paupibus: obſcura defectis: et pro ſorte cuiuſq; lucētia ad munera mortalibus. Quia nec cū ſuo quæq; hoīe orta moriuntur: nec aliquē extingui decidua ſignificant. Nō tāta cælo ſocietas nobiſcum eſt: ut noſtro fato mortalis ſit ille quoq; ſyderꝝ fulgor. Illa nimio alimēto tracti humoris igneam tūm abundātia reddūt: cum decidere credūtur: ut apud nos quoq; id luminibus accēſis liquore olei notamus accidere. Cæterꝝ æterna eſt cæleſtibus natura itexētibus mūdum intextuq; cōcretis. Potētia autē ad terram magnope eoꝝ pertinēs: quæ ꝓpter effectus claritatēq; et magnitudinem ī tanta ſubtilitate noſci potuerūt: ſicut ſuo demōſtrabimus loco. Circuloꝝ quoq; cæli rōn in terræ mētione aptius dicetur: quādo ad eam pertinet tota ſigniferi modulatio iuētionibus nō dilatis: Obliquitatē eius itellexiſſe: hoc eſt reꝝ fores aperuiſſe Anaximāder Mileſius traditur primus olympiade. lviii. Signa deinde ī eo Cleoſtratus: et primum arietis ac ſagittarii. Sphæram ipſam ante multo atlas. Nūc relicto ipſiuſ mūdi corpore reliqua īter cælū terraſq; tractētur. Sūmum eſſe quod uocāt Saturni ſydus: ideoq; minimū uideri: et maximo ābire circulo: ac. xxx. anno ad breuiſſima ſedis ſuæ pricipia regredi certum eſt. Oīum aūt errantium ſyderꝝ meatus interq; ea ſolis et lunæ cōtrarium mūdo agere curſum: id eſt læuū: ſemp illo ī dextram præcipiti: et ꝗuis aſſidua cōuerſione imēſæ celeritatis attollātur ab eo: rapiāturq; ī occaſum: aduerſo tamē ire motu: per ſuos quæq; paſſus ita ferri: ne cōuolutus aer eādem ī partem æterna mūdi uertigine ignauo globo torpeat: ſed fīdatur aduerſo ſyderꝝ uerbere diſcretus et digeſtus. Saturni autē ſydus gelidæ ac rigētis eſſe naturæ: multoq; ex eo īferiorē iouis circulum: et ideo motu celeriore duodenis circūagi ānis. Tertium Martiſ: quod quidam Herculis uocāt: ignea ardētis ſolis uicinitate binis fere ānis cōuerti. Ideoq; huius ardore nimio et rigore Saturni interiectū ambobus ex utroq; tempari Iouē: ſalutarēq; fieri deū. Inde ſolis meatū eſſe partiūq; dē trecentaꝝ. lx. Sed ut obſeruatio umbraꝝ eius redeat ad notas quinos ānis dies adici: ſuperq; quartam partē diei. Quā ob cām ꝗnto anno unus ītercalaris dieſ additur: ut tempoꝝ rō facilius ſolis itineri cōgruat. Infra ſolem ābit ingēs ſydus appellatum Veneris: alterno meatu uagum: ipſiſq; cognomibus æmulum ſolis et lunæ: præueniēs qppe et ante matutinum exoriens luciferi nomē accipit: ut ſol alter: diemq; maturās. Cōtra ab occaſu refulgēs nūcupatur ueſper: ut prorogās lucem: uicēq; lunæ reddēs. Quā naturam eius Pythagoras Samius primus deprehēdit olympiade circiter. xlii. qui fuit urbis Romæ annus cxlii. Largiori magnitudine extra cuncta alia ſydera: eſt claritatis quidē tantæ ut unius huius ſtellæ radiis umbræ reddantur. Itaq; et ī magno nominum ambitu eſt. Alii eīm Iunonis: alii Iſidis: alii matris deū appellauere. Huius natura cūcta generātur ī terris. Nāq; in alterutro exortu genitali rore cōſpergēs nō terræ mō cōceptus implet: uerꝝ animātium quoq; omium ſtimulat. Signiferi autē ambitū peragit tricenis et duo de quinquagenis diebus: ab ſole nūq; abſiſtēs partibus ſex atq; quadragita lōgius (ut Timeo placet) Simili rōe ſed nequaq; magnitudine ſcilicet aut ui proximū illi Mercurii ſydus a quibuſdā appellatū Apollinis īferiore circulo fertur. ix. diebus ociore ābitu mō ante ſolis exortū: mō poſt occaſū iplēdēs: nūq; ab eo xxii. ptibus remotior: ut Cteſias et Soſigenes docēt. Ideo et peculiaris hoꝝ ſyderꝝ ſtatio ē: neq; cōis cū ſupradictis. Nāq; ea et quarta pte cæli a ſole abeſſe et tertia: et aduerſa ſoli ſæpe cernūtur: maioreſq; aliis habēt cūcta plenæ cōuerſionis ambitus ī magni āni rōe dicēdoſ.

## De Lunæ Natura Ca. viiii.

SEd oīum admirationē uicit nouiſſimū ſydus terriſq; familiariſſimum: et ī tenebraꝝ remedium ab natura repertum lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia cōtēplantium: et proximū ignorari ſydus maxime īdignātium: creſcēs ſemper aut ſeneſcēs. Et modo curuata in cornua: modo æqua ꝓportione diuiſa: mō ſinuata in orbem: maculoſa: eodemque ſubito prænitens: īmenſa orbe pleno: ac repente nulla: alias pernox: alias ſera et: parte diei ſolis lucem adiuuans: deficiens: et in defectu tamen conſpicua. Quæ menſis exitu latet cum laborare non creditur. Iam uero humilis et excelſa: et ne id quidē uno modo: ſed alias admota cælo: alias cōtigua mōtibus: nunc in aquilonem elata: nunc ī auſtros deiecta. Quæ ſingula ī eā deprehēdit hoīum primus Endymion. et ob id amore eius captus fama traditur. Non ſumus ꝑfecto ingrati erga eos q labore curaq; lucem nobis aperuere. In hac luce mira quoq; humani ingenii peſte ſanguinem et cædes cōdere annalibus iuuat: ut ſcelera hominū noſcāt mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini: ideoq; minimo ambitu uicenis diebus ſeptenisq; et tertia diei parte peragit ſpatia eadem: quæ Saturni ſydus altiſſimum. xxx. ut dictū eſt annis. dein remorata in coitu ſolis biduo cum tardiſſime a triceſima luce rurſus ad eaſdem uices exit. Haud ſcio an omnium quæ in cælo prænoſci potuerunt magiſtra in. xii. ſpatia menſium oportere diuidi annum: quando ipſum totiens ſolem redeundo ad principia conſequitur.

Solis fulgore eã ut reliqua ſydera regi:ſiquidẽ ĩ totũ mutuata ab eo luce fulgere:qualem ĩ re
percuſſu aquæ uolitare cõſpicimus. Ideo molliore et ĩperfecta ui ſoluere tãtum humorẽ atq̃
etiã augere. quẽ ſolis radii abſumãt. Ideo et inæquali lumine aſpici:qa ex aduerſo demũ ple
na reliquis diebus tãtum ex ſe terris oſtẽdat: quãtum ex ſole ipſa cõcipiat. In coitu qdẽ non
cerni:quoniã hauſtũ oẽm lucis aduerſa illo regerat:unde acceperit. Sydera uero haud dubie
humore terreno paſci:qa orbe dimidio nõnũq̃ maculoſa cernãtur:ſcilicet nõdũ ſuppetẽte ad
hauriẽdũ ultra iuſta ui. Maculas eĩm nõ aliud eſſe q̃ terræ raptas cũ humore ſordes.

## De Defectu Solis Et Lunæ Et De Nocte. Ca. x.

DEfectus aũt ſuos et ſolis rem in tota cõtemplatione naturæ maxime mirã et oſtento
ſimilẽ eorũ magnitudinũ umbræq̃ indices exiſtere. Quippe manifeſtũ eſt ſolẽ inter/
uentu lunæ occultari:lunãq̃ terræ obiectu:ac uices reddi:eoſdẽ ſolis radios luna ĩterpoſitu
ſuo auferẽte terræ:terraq̃ lunæ. Hac uero ſubeũte repentinas obduci tenebras:ruſũq̃ illi
us umbra ſydus hebetari. Neq̃ aliud eſſe noctem q̃ terræ umbrã. Figurã aũt umbræ ſimi/
lem metæ ac turbini inuerſo. quãdo mucrone tãtum ingruat:neq̃ lunæ excedat latitudinẽ:
quoniã nullũ aliud ſydus eodem mõ obſcuretur:et talis figura ſemper in mucronem deficiat.
Spatio quidem cõſumi umbras indicio ſũt uolucrũ præalti uolatus. Ergo cõfiniũ illis eſt aeriſ
terminus initiũq̃ ætheris. Supra lunã pura oĩa ac diuturnae lucis plena. A nobis aũt p noctẽ
cernũtur ſydera ut reliqua lumina e tenebris. Et ꝓpter has cãs nocturno tempore deficit lu
na. Stati autẽ atq̃ mẽſtrui nõ ſunt utriq̃ defectus ꝓpter obliquitatem ſigniferi:lunæq̃ mul/
tiuagos (ut dictum eſt) flexus:nõ ſemper ĩ ſcrupulis partium cõgruẽte ſyderũ motu.

## De Syderũ Magnitudine. Ca. xi.

HAec rõ mortales animos ſubducit ĩ cælum ac uelut inde cõtemplãtibus triũ maxima
rum rerũ naturæ partiũ magnitudinẽ detegit. Nõ poſſet qppe totus ſol adimi terris
intercedẽte luna:ſi terra maior eſſet q̃ luna. Tertio ex utraq̃ uaſtitas ſolis aperitur:ut non
ſit neceſſe amplitudinem eius oculorũ argumẽtis atq̃ cõiectura animi ſcrutari. Immẽſũ eſſe cõ
ſtat:quia arborũ in limitibus porrectarũ ĩ quotlibet paſſuũ milia umbras paribus iaciat inter/
uallis:tãq̃ toto ſpatio medius. Et quia p æquinoctiũ omĩbuſ in meridiana plaga habitãtibuſ
ſimul fiat a uertice. Item qa circa ſolſtitialem circulum habitãtiũ meridie ad ſeptẽtrionẽ um/
bræ cadãt:ortu uero ad occaſum:quæ fieri nullo mõ poſſent:niſi multo eſſet maior q̃ terra:
et q͞ mõtem idam exoriẽs latitudine exuperat dextra læuaq̃ large amplectens:præſertĩ di/
ſcretus tãto ĩteruallo. Defectus lunæ magnitudinem eius haud dubia rõne declarat:ſicut ter
ræ paruitatẽ ipſa deficiens. Nãq̃ cum ſint tres umbrarũ figuræ:cõſtetq̃:ſi par lumini ſit ma/
teria: quæ iactat umbram:colũnæ effigie iaci:nec habere finem. Si uero maior materia q̃ lu
men:turbinis recti:ut ſit imum eius anguſtiſſimũ:et ſimili mõ infinita lõgitudo. Si minor ma
teria q̃ lux:metæ exiſtere effigiem ĩ cacuminis fine deſinentem:talemq̃ cerni umbrã defici/
ẽte luna palã fit:ut nulla ãplius reliquatᷣ dubitatõ ſupari magnitudĩe terrã. Id quidẽ et tacitiſ
ipſius naturæ ĩdiciis. Cur eĩm ptitis uicibus ãni brumaliſ abſcedit:ut noctiũ opacitate terras
reficiat:exuſturus haud dubie:et ſic quoq̃ exurens quadã in parte tanta magnitudo eius ẽ.

## Quæ Quis Inuenerit In Obſuatiõe Cælesti. Ca. xii.

ET rõem qdẽ defectus utriuſq̃ primus romani generis ĩ uulgus extulit Sulpitius Gal/
lus:q conſ. cũ. M. Marcello fuit. ſed tũ Tribunus militũ ſollicitudine exercitu libera/
to:pridie q̃ Perſes rex ſupatus a Paulo eſt:ĩ concionẽ ab ĩpatore ꝓductus ad præcinendam
eclipſĩ:mox et cõpoſito uolumĩe. Apud græcos ãt ĩueſtigauit primus oĩum Tales Mileſius
olympiadis. xlviii. anno quarto:prædicto ſolis defectu q ſub Haliatte rege factus eſt urbis
cõditæ ãno. clxx.. Poſt eos utriuſq̃ ſyderis curſũ ĩ ſexcẽtos ãnos præcinuit Hipparcus mẽ
ſeſ gentium dieſq̃ et horas:ac ſitus locorũ:et uicos populorũ complexus, æuo teſte haud alio
mõ q̃ cõſiliorũ naturæ pticeps. Viri ĩgentes ſupraq̃ mortaliũ naturã tãtorũ numinũ lege de
prehenſa:et miſera hoĩum mente abſoluta ĩ defectibus ſtellarũ ſcelera:aut mortẽ aliquã ſy/
derũ patientes. Quo ĩ metu fuiſſe Sterſichori et Pĩdari uatũ ſublimia ora palã eſt deliquio ſo
lis:et ĩ luna ueneficia arguente mortalitate:et ob id crepitu diſſono auxiliante. Quo pauore
ignarus cauſæ Nicicas athenienſiũ ĩpator ueritus claſſem portu educere:opes eorũ afflixit.
Macti ĩgenio et cæli ĩterp̃tes rerũq̃ naturæ capaces argumẽti ĩpatores quo deos hoĩeſq̃ uici
ſtis. Quis enĩ hæc cernens et ſtatos ſyderũ (quoniã ita placuit appellare) labores nõ ſuæ ne/
ceſſitati mortalis gemitus ignoſcat. Nũc cõfeſſa de iiſdẽ breuiter atq̃ capitulatĩ attigã: rõe
admodũ neceſſariis locis ſtrictĩq̃ reddita. Nã neq̃ inſtituti operis talis argumẽtatio eſt:neq̃
oĩum rerũ afferri poſſe cãs minus mirũ eſt:q̃ cõſtare ĩ aliquibus.

## De Defectibus. Ca. xiii.

DEfectus. cc. xxiii. menſibus redire in ſuos orbes certũ eſt. Soliſq̃ defectũ nõ niſi no/

uiſſima prima ue fieri lunã: quod uocãt coitum. Lunæ aũt nõ niſi plena: ſempq; citra ꝙ proxime fuerit. Oibus aũt annis fieri utriuſq; ſyderis defectus ſtatis diebus horiſque ſub terra. Nec tñ cũ fiant ſupne ubiq; cerni: aliquãdo ꝑpter nubila: ſæpius globo terræ obſtãte cõuexitatibus mũdi. Intra ducentos ãnos Hipparchi ſagacitate cõptũ eſt et lunæ defectum aliqñquito menſe a priore fieri: ſolis uero ſeptimo. Eãdem bis ĩ trigita diebus ſupra terras occultari: ſed ab aliis atq; aliis hoc cerni. quæq; ſũt ĩ hoc miraculo maxime mira: cũ cõueniat ũbra terræ lunam hebetari: nũc ab occaſus parte hoc ei accidere nunc ab exortus. Et qua nã rõne cum ſolis exortu umbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat ſemel iã acciderit: ut ĩ occaſu luna deficeret utroq; ſuper terrã cõſpicuo ſydere. Nã ut ĩ duodecim diebuſ utrunq; ſydus quæreretur: et noſtro aeuo accidit impatoribus Veſpaſianis patre. iii. filio iteꝝ conſ.

¶ De Lunæ Motu. Ca. xiiii.

I LVnã ſemper auerſis a ſole cornibus ſi creſcat ortus ſpectare: ſi minuaꝛ occaſus haud dubiũ eſt. Lucere dodrantis ſemuncias horaꝝ ab ſecunda adiiciente uſq; ad plenũ orbem detrahenteq; ĩ diminutiõem. Intra xiiii. ãt partes ſolis ſemp occultã eſſe. Quo argumẽto amplior errãtium ſtellaꝝ ꝙ lunae magnitudo colligitur: qñ illae et a ſeptenis ĩterdum partibus emergãt. Sed altitudo cogit minores uideri: ſicut affixas caelo ſolis fulgore ĩterdiu nõ cerni: cum aeque die ac noctu luceãt: idque manifeſtum fiat defectibus ſolis: et praealtis puteis.

¶ Errantium Motus Et Luminum Canonica. Ca. xv.

ERrãtium ãt tres quas ſupra ſolem dicimus ſitas occultãꝛ meãteſ cum eo. Exoriuntur uero matutino diſcedenteſ partibuſ nunq; ãpliuſ undenis. Poſtea radioꝝ eius cõtractu tegũꝛ: et ĩ triquetro a partibus c. xx. ſtatiõeſ matutinaſ faciunt: quae et primae uocanꝛ. mox ĩ aduerſo a partibuſ c. lxxx. exortuſ ueſpertinoſ. Iteꝝ ĩ c. xx. ab alio latere appropiquãte ſtatiõeſ ueſpertinas: quaſ et ſecundas uocãt: donec aſſecutuſ in partibuſ duodenĩ occultet illas: qui ueſpertini occaſuſ appellãtur. Martiſ ſtella ut ꝑpior etiam ex quadrato ſentit radioſ ab lxxxx. partibuſ: unde et nomen accepit. Iſ motuſ primuſ et ſecunduſ nonagenariuſ dictuſ ab utroque exortu. Eadem ſtatiõaliſ ſenis menſibuſ cõmoraꝛ in ſigniſ: alioquin bimeſtriſ cum cæterae utraque ſtatiõe quaternos menſeſ nõ ipleãt. Inferioreſ ãt duae occultãꝛ in coitu ueſpertino ſimili mõ: relictoq; ſole totidem ĩ partibus faciũt exortus matutinos: atq; a longiſſimis diſtãtiæ ſuæ metis ſolẽ ĩſequũtur: adeptæq; occaſũ matutino cõdũꝛ ac prætereũt. mox eodem interuallo ueſperi exoriũtur uſq; ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiũꝛ ad ſolem: et occaſu ueſpertino deliteſcũt. Veneris ſtella et ſtatiões duas matutinã ueſpertinãq; ab utroq; exortu facit a lõgiſſimis diſtãtiæ ſuæ finibus. Mercurii ſtationes breuiore momẽto ꝙ ut deprehẽdi poſſit. Hæc eſt luminũ occultationũq; rõ ꝑplexiore motu: multiſq; ĩuoluta miraculis. Siquidẽ magnitudines ſuas et colores mutãt: et eædẽ ad ſeptẽtrionẽ accedũt: abeuntq; ad auſtrum: terriſq; ꝑpiores aut cælo repente cernũtur. In qbus aliter multa ꝙ priores tradituri fatemur: ea quoq; illoꝝ eſſe muneris: qui primi quærẽdi uias demõſtrauerunt. Mõ ne quis deſpet ſecula ꝑficere ſemper pluribus de cãis hæc omia accidũt. Prima circuloꝝ eſt: quos græci abſidas in ſtellis uocãt: etenĩ græcis utẽdum erit uocabulis. Sunt autẽ hi ſui cuiq; eaꝝ: aliiq; ꝙ mũdo: quoniã terra a uerticibus duobus quos appellauerũt polos centrũ cæli eſt nõ ſigniferi oblique inter eos ſiti. Omia ãt hæc cõſtat rõne circini ſemp indubitata. Ergo ab alio cuiq; centro abſides ſuæ exurgũt. Ideoq; diuerſos habẽt orbes motuſq; diſſimiles: quoniã interiores abſidas neceſſe eſt breuiores eſſe.

Quare Eadẽ Alias Altiora: Alias Inferiora uideantur. Ca. xvi.

i IGitur a terræ centro abſides altiſſimæ ſunt: Saturno ĩ ſcorpione: Ioui ĩ uirgine: Marti in leone: Soli ĩ geminis: Veneri ĩ ſagittario: Mercurio ĩ capricorno: Mediis oĩum partibus. Et ecõtrario ad terræ cẽtrum humillimæ atq; proximæ. Sic fit ut tardius moueri uideãtur: cum altiſſimo ambitu feruntur. Nõ quia accelerẽt tardẽt ue naturales motus qui certi ac ſinguli ſunt illis: ſed quia deductas ab ſũma abſide lineas coartari ad cẽtrum neceſſe eſt: ſicut ĩ rotis radios. Itẽq; motus alias minor centri propiquitate ſẽtitur. Altera ſublimitatum cauſa. quoniã a ſuo centro abſidas altiſſimas habẽt ĩ aliis ſignis. Saturnus ĩ libræ parte uiceſima. Iupiter cancri. xv. Mars capricorni xxviii. Sol arietis xxix. Venus piſciũ xvi. Mercurius uirginis xv. Luna tauri. iiii. Tertia altitudinum rõ caeli menſura nõ circuli ĩtelligitur: ſubire eas aut deſcendere per ꝑfundum aeris oculis exiſtimãtibus. Huic connexa latitudinum ſigniferi obliqtatiſq; cauſa eſt. Per hunc ſtellae quas diximus errãtes ferũtur. Nec aliud habitaꝛ ĩ terris ꝙ quod illi ſubiacet. Reliqua a polis ſqualẽt. Veneris tãtũ ſtella excedit eum binis partibus/ Quæ cã intelligitur efficere ut quædã aĩalia etiñ deſertis mũdi naſcãtur. Luna quoq; per totam latitudinẽ eius uagatur: ſed omnino non excedens eum ab iis. Mercurii ſtella laxiſſime: ut tamẽ e duodenis partibus (tot eĩm ſunt latitudines) nõ ãplius octonas perret

c3

©BIUM

neqꝫ has æqualiter. Sed duas medio eius: et ſupra. iiii. infra duas. Sol deĩde medio fertur inter duas partes flexuoſo draconum meatu inæqualis. Martis ſtella quattuor medias. Iouis mediã et ſuper eam duas. Saturni duas ut ſol. Hæc erit latitudinum rõ ad auſtrũ deſcẽdẽtiũ aut aquilonem ſubeũtium. Hac cõſtare et tertiam illã a terra ſubeuntium in cælum. Et pariter ſcandi eam quoqꝫ exiſtimauere pleriqꝫ falſo. Qui ut coarguãtur aperienda eſt ſubtilitas ĩmenſa. et omĩs eas complexa cãs: Conuenit ſtellas ĩ occaſu ueſpertino proximas eſſe terræ et latitudine et altitudine: exortuſqꝫ matutinos in initio cuiuſqꝫ fieri. Stationes ĩ mediis latitudinum articulis: quæ uocant ecleptica: perĩde confeſſum eſt motum augeri ꝗdiu in uicino ſint terræ cum abſcedant in altitudinẽ: minui. Quæ rõ lunæ ſublimitatibus maxime approbatur. Aeque nõ eſt dubium in exortibus matutinis etiam numerꝝ augeri: atqꝫ a ſtationibus primis tres ſuperiores diminui uſqꝫ ad ſtatiões ſecũdas. Quæ cum ita ſint: manifeſtũ erit ab exortu matutino latitudines ſcãdi: quoniã in eo primũ habitu incipiãt partius addici motus. In ſtationibus uero primis et altitudine ſubire: quoniam tum primũ incipiãt detrahi numeri: ſtellæqꝫ retroire. Cuius rei rõ priuatim reddẽda eſt. Percuſſæ in qua diximus parte et triangulo ſolis radio inhibentur rectum agere curſum: et ignea ui leuãtur ĩ ſublime. Hoc nõ ꝓtinus intelligi poteſt uiſu noſtro: ideoqꝫ exiſtimãtur ſtare: unde et nomen accepit ſtatio. Progreditur deinde euſdem radii uiolentia: et retroire cogit uapor repercuſſas. Multo id magis in ueſpertino earꝝ exortu toto ſole aduerſo: cum in ſũmas abſidas expelluntur: minimeqꝫ cernuntur: quoniam altiſſime abſũt: et minimo ferũtur motu. tãto minores cum hoc in altiſſimis abſidum euenit ſignis. Ab exortu ueſpertino latitudo deſcẽdit partius iã ſe minuente motu: nõ tamẽ ante ſtationes ſecundas augente cum et altitudo deſcẽditur ſupueniẽte ab alio latere radio: eadẽqꝫ ui rurſus ad terraſ deprimẽte: quæ ſubſtulerit ĩ cælũ ex priore triquetro. Tantũ ĩtereſt ſubeãt ne radii an ſupueniãt Multoqꝫ eadẽ magiſ ĩ ueſpertino occaſu accidũt. Hæc eſt ſuperiorꝝ ſtellarꝝ rõ. Difficilior reliquarꝝ: et a nullo ante noſ reddita.

## Catholica Syderꝝ Errantium. Ca. xvii.

PRimum igitur dicatur cum ſint diuerſæ ſtellæ: cur Veneris ſtella nunqꝫ lõgius xlvi. partibus. Mercurius xx. a ſole abſcedant. Sæpe citra eas ad ſolẽ reciprocẽt. Cõuerſas habent utræqꝫ abſidas: ut infra ſolem ſitæ: tãtumqꝫ circulis earꝝ ſub terra eſt: ꝗtum ſupne prædictarꝝ. et ideo nõ poſſunt abeſſe amplius: quoniam curuatura abſidum ibi non habet lõgitudinẽ maiorem. Ergo utræqꝫ ſimili rõne admodũ ſtatuũt abſidũ ſuarꝝ margines: ac ſpatia lõgitudinis latitudinum euagatione penſant. At eĩm cur nõ ſemp ad xlvi. et ad partes xx. perueniũt: ĩmo uero. Sed rõ canonica fallit. Nãqꝫ appet abſidas quoqꝫ earꝝ moueri: ꝗ nunqꝫ tranſeant ſolem. Itaqꝫ cum ĩ partem ipſam eius ĩcidere margines alterutro latere: tũ et ſtellæ ad lõgiſſima ſua interualla peruenire intelligũtur: cum citra fuere margines totidem ꝑtibus: et ipſæ ocius redire credũtur: cum ſit illa ſemper utriqꝫ extremitas ſũma. Hinc et rõ motuum cõuerſa intelligitur. Superiores eĩm celerrime ferũtꝫ ĩ occaſu ueſpertino: hæ tardiſſime. Illæ a terra altiſſime abſunt: cum tardiſſime mouẽtur: hæ cũ ociſſime. Quia ſicut in illis ꝓpinqtas centri accelerat: ita ĩ iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatẽ incipiunt: hæ uero augere. Illæ retro curſũ agunt a ſtatione matutina uſqꝫ ad ueſpertinam. Veneris a ueſpertina uſqꝫ ad matutinam. Incipit aũt ab exortu matutino latitudinẽ ſcandere. Altitudinem uero ac ſolem inſequi a ſtatione matutina ociſſima ĩ occaſu matutino et altiſſima. Digredi ãt latitudine: motumqꝫ minuere ab exortu matutino retro qdem ire: ſimulqꝫ altitudine digredi a ſtatione ueſpertina. Mercurii rurſus ſtella utroqꝫ mõ ſcãdere ab exortu matutino: digredi uero latitudine a ueſpertino: cõſecutoqꝫ ſole ad xv. partiũ interuallũ cõſiſtit. quadriduo prope ĩmobilis. Mox ab altitudine deſcẽdit: retroqꝫ graditur ab occaſu ueſpertino uſque ad exortum matutinum. Tãtumqꝫ hæc et luna totidẽ diebus quot ſubiere deſcẽdũt. Veneris qndecies et pluribus ſubit. Rurſus Saturni et Iouis duplicato digrediũtur. Martis etiã quadruplicato. Tãta eſt naturæ uarietas: Sed rõ euidẽs. Nã quæ in uaporẽ ſolis nitũtur: etiam deſcendũt egre. Multa promi amplius circa hæc poſſunt ſecreta naturæ legeſque: qbus ipſa ſeruiat: exempli gratia. In Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus nunqꝫ id ſtationẽ facere. Iouis ſydere triquetro raro admodũ ſexaginta partibus diſcreto. Qui numerus ſexãgulas mũdi efficit formas. Nec exortus niſi ĩ duobus ſignis tantum cancri et leonis ſimul edere. Mercurii uero ſydus in piſcibus exortus ueſpertinos raros facere: creberrime ĩ uirgine. In libra matutinos. Item matutinos in aquario: rariſſimos ĩ leone. Retrogradũ in tauro et ĩ geminis nõ fieri. In cãcro uero nõ citra xxv. partẽ. Luna bis coitũ cum ſole ĩ nullo alio ſigno facere ꝗ geminis. Nõ coire aliquãdo in ſagittario tantum. Nouiſſimã uero primãqꝫ eadem die uel nocte nullo alio ĩ ſigno ꝗ ariete conſpici. Id quoqꝫ paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernẽdi lynceo. Non cõparere ĩ cælo Saturni ſydus et Martis cum plurimum

diebus.clxx. Iouis.xxxvi. aut cum minimum denis detractis diebus. Veneris.lxxix. aut cum minimum.lii. Mercurii.xiii. aut cum plurimum. xvii.

¶Quæ ratio colores eorum mutet. Ca.xviii.

COlores ratio altitudinum temperat: ſiquidem eaꝝ ſimilitudinem trahūt: in quaꝝ aera uenere ſubeundo: tingitq; appropinquātes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior ī pallorem. Ardentior in ruborem. Ventoſus ī horrorem. Sol atq; commiſſuræ abſidum extremæque orbitæ a terra in obſcuritatem. Suus quidem cuique color eſt. Saturno candidus. Ioui claruſ. Marti igneus. Lucifero candens. Veſperi refulgens. Mercurio radians. Lunæ blandus. Soli cum oritur ardens poſtea radians. His cauſis connexo uiſu & earum quæ cælo continentur. Nanque mō multitudo cōferta ineſt circa dimidios orbes lunæ placida nocte leniter illuſtrāte eas. Modo raritas ut fugiſſe miremur plenilunio abſcōdente: aut cū ſolis ſupra ue dictaꝝ radii uiſus pſtrigēte nr̄os. Et ipſa āt luna igruentiū ſolis radioꝝ haud dubie differētias ſētit hebetāte cætera iflexos mūdi cōuexitate eoꝝ: præterq; ubi rēti āgulorū cōpetūt ictus. Itaq; ī quadrato ſolis diuidua ē: ī triquetro ſemi ābit̄ orbe: iplet̄ āt ī aduerſo: rurſuſq; minuēs eaſdē effigies pibus edit īteruallis: ſimili rōe qua ſupra ſolē tria ſydera

¶Solis motus & dieꝝ inæqualitatis ratio. Ca.xviiii.

SOl āt ipſe quattuor differētias habet bis æquata nocte diei uerno & autūno: ī cētrū incidēs terræ octauis ī ptibus arietis ac libræ. Bis pmutatis ſpatiis ī auctū diei bruma octaua ī pte capricorni. Noctis uero ſolſtitio totidē ī ptibus cācri. Inæqualitatis cauſa obliquitas eſt ſigniferi: cū pars æqua mūdi ſuper ſubterq; terras oībus fiat momētis. Sed quæ recta ī exortu ſuo cōſurgūt ſigna lōgiore tractu tenēt lucē: quæ uero obliqua ociore trāſeūt ſpatio

¶Quare Ioui fulmina aſſignentur. Ca.xx.

PAtet pleroſq; magna cæli affectione cōpertū a pricipibus doctrinæ uiris ſupernoꝝ triū ſydeꝝ ignes eſſe: qui decidui ad terras fulminū nomen habeant. Sed maxime ex iis medio loco ſiti: fortaſſis quoniā contagiū nimii humoris ex ſuperiore circulo: at p ardoris ex ſubiecto per hunc modū egerat. Ideoq; dictū Iouē fulmina iaculari. Ergo ut e flagrante ligno carbo cū crepitu: ſic a ſydere cæleſtis ignis expuitur: præſcita ſecum afferens: ne abdicata quidē ſui parte ī diuinis ceſſāte operibus. Idq; maxime turbato fit aere: quia collectus humor abūdantiā ſtimulat: aut quia turbatur quodā ceu grauidi ſyderis partu.

¶Interualla ſydeꝝ. Ca.xxi.

I INteruālla quoq; ſydeꝝ a terra multi īdagare tentauerunt. Et ſolē abeſſe a luna undeuiginti partes: q̃tū lunā ipſā a terra pdiderunt. Pythagoras uero uir ſagacis animi a terra ad lunā.cxxv. milia ſtadioꝝ eſſe collegit. Ab ea uſq; ad ſolem duplū. Inde ad duodecim ſigna triplicatū. In qua ſententia Gallus Sulpitius noſter fuit.

¶De ſydeꝝ muſica. Ca.xxii.

SEd Pythagoras interdū ex muſica rōne appellat tonū: q̃tū abſit a terra luna: Ab ea ad Mercurium ſpatii eius dimidiū. & ab eo ad Venerē. A qua ad ſolē ſeſcuplum. A ſole ad Martē tonū.i. q̃tum ad lunā a terra. Ab eo ad Iouem dimidium. & ab eo ad Saturnum dimidium. & inde ſeſcuplum ad ſigniferꝝ. Ita ſeptem tonos effici. quā diapaſon harmoniā uocant: hoc eſt uniuerſitatem cōcētus. In ea Saturnum Dorio moueri. Mercurium Phtōgo. Iouem Phrygio. & in reliquis ſimilia iucunda magis q̃ neceſſaria ſubtilitate.

¶De mundi geometria. Ca.xxiii.

STadium.cxxv. noſtros efficit paſſus. hoc eſt pedes ſexcentos.xxv. Poſſidonius non minus.xl. ſtadioꝝ a terra altitudinem eſſe. in qua nubila ac uenti nubeſq; perueniāt. Inde purꝝ liquidumq; & imperturbatæ lucis aerē. Sed a turbido ad lunam uicieſ centum ſtadioꝝ. Inde ad ſolem quinquies milies. Eo ſpatio fieri ut tam īmenſa eius magnitudo non exurat terras. Plures āt nonigentis ſtadiis ī altitudinem ſubire pdiderunt. Incōperta hæc & īextricabilia: ſed tā pdenda q̃ ſunt pdita. In quis tamen una ratio geometricæ collectionis nunq̃ fallacis poſſit nō repudiari: ſi cui libeat altius iſta proſequi. Nec ut menſura (id enī uelle pene dementis ocii eſt) ſed ut tantum cōiectanti animo cōſtet exiſtimatio. Nā cum trecentis.lx. & fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat ſemperq; dimetiens tertiam partem ambitus: & tertiæ paulominus ſeptimā colligat: apparet dempta eius dimidia: quoniam terra centralis interueniat: Sextam uero partem huius immenſi ſpatii quod circa terram circuli ſolaris animo comprehenditur ineſſe altitudinis ſpatio. Lunæ uero duodecimam: quoniam tanto breuiore q̃ ſol ambitu currit. Ita ferri eam in medio ſolis ac terræ. Mirum quo procedat improbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata ſucceſſu: Sicut in ſupradictis occaſionem impudentiæ ratio largitur: auſique diuinare ſolis ad terram ſpatia. Eadem ad cælum agunt: quoniam ſit medius ſol: ut protinus mundi quoque ipſius

c4

mēſura ueniat ad digytos. Quātas enī dimētientes habeat ſeptimas: tantas habere circulum
duo & uiceſimas. tanq; plane a perpendiculo menſura cæli cōſtet. Aegyptia rō quā Petoſiris
& Neceplos oſtēdere. ſingulas partes in lunari circulo (ut dictum eſt) minimo. xxxiii. ſtadiis
paulo āplius patere colligit. In Saturni āpliſſimo duplū. In ſolis quē mediū eſſe diximus utri/
uſq; mēſuræ dimidiū. Quæ cōputatio plurimū habet pudoris: quoniā ad Saturni circulū ad/
dito ſigniferi ipſius interuallo nec numerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis ſyderibus. Ca. xxiiii.

Reſtāt pauca de mūdo. Nāq; & ī ipſo cælo ſtellæ repēte naſcuntur plura earum genera.

De cometis & cæleſtibus ꝓdigiis: natura & ſitu & generibus eoꝝ. Ca. xxv.

Cometas græci uocāt: noſtri crinitas horrentes crine ſāguineo: & comaꝝ modo in uer
tice hiſpidas. Iidē pogonias: quibus inferiore ex parte in ſpeciē barbæ longæ ꝓmittitur
iuba. Acontiæ iaculi modo uibrātur ociſſimo ſignificatu. Hæc fuit de qua quinto cōſulatu ſuo
Tyberius imperatori Cæſar præclaro carmine perſcripſit ad hūc diē nouiſſime uiſam. Eaſdem
breuiores & in mucronē faſtigiatas xiphias uocauere: quæ ſunt oium palidiſſimæ: & quodā
gladii nitore: ac ſine ullis radiis: quos chryſeus auro nomine ſimilis: colore aūt electro raros
e margine emittit. Pithetes dolioꝝ cernitur figura in cōcauo fumidæ lucis. Cerațias cornus
ſpēm habet: qualis fuit cum græcia apud ſalamina depugnauit. Lāpades ardenteſ imitantur fa
ces. Hippeus equinas iubas celerrimi motus: atq; in orbē circa ſe euntis. Fit & cādidus come
tes argenteo crine ita refulgens. ut uix cōtueri liceat: ſpecieq; humana dei effigiem ī ſe oſtē/
dens. Fiunt & hirti uilloꝝ ſpecie & iuba aliqua circūdati. Semel adhuc iubæ effigies mutata in
haſta eſt olympiade centeſima octaua: urbis anno. cccxxxxviii. Breuiſſimum quo cernerētur
ſpatium ſeptem dieꝝ annotatum eſt: longiſſimum octoginta. Mouentur aūt alii errātium mo
do: alii immobiles hærent. Omnes ferme ſub ipſo ſeptētrione aliqua eius parte nō certa: ſed
maxime in candidam: quæ lactei circuli nomen accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul plures cer/
ni nemini compertū alteri: quod equidem ſciam. Ventos autē ab iis graues æſtuſq; ſignificari
Fiunt & hybernis menſibus & in auſtrino polo: ſed ibi citra ullum iubar. Diraq; cōperta æthi
opum & ægypti populis: cui nomen æui eius rex dedit Typon: ignea ſpecie: ac ſpiræ modo ī
torta: uiſu quoq; toruo: nec ſtella uerius q̃ quidam igneus nodus. Sparguntur aliquādo & er
rantibus ſtellis cæteriſq; crines. Sed cometeſ nunq; in occaſura parte cæli eſt: Terrificum ma
gna ex parte ſydus ac nō leuiter piatum ut ciuili motu Octauio conſule. Iteꝝq; Pōpeii & Cæ/
ſaris bello. In noſtro uero æuo circa ueneficium quo Claudius Cæſar imperiū reliquit Domi/
tio Neroni: ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum. Referre arbitrantur in quas
partes ſe ſe iaculetur: aut cuius ſtellæ uires accipiat: quaſq; ſimilitudines reddat: & quibus in
locis emicet. Tibiaꝝ ſpecie arti muſicæ portendere. Obſcenis autem moribus in uerendis par
tibus. Signoꝝ ingenii & eruditionis triquetram figuram quadratam ue paribus angulis ad ali/
quos perennium ſtellaꝝ ſitus edunt. Venena fundere in capite ſeptētrionalis: auſtrinæ ue ſer
pentis. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo romæ admodū fauſtus Diuo Au
guſto iudicatus ab ipſo: qui incipiente eo apparuit ludis: quos faciebat Veneris genitricis nō
multo poſt obitum patris Cæſaris ī collegio ab eo īſtituto. Nāq; his uerbis id gaudium ꝓdi/
dit. Iis ipſis ludoꝝ meoꝝ diebus ſydus crinitū ꝑ ſeptē dies ī regione cæli ſub ſeptentrionibus
eſt cōſpectū. Id oriebať circa undecimā horā diei: claꝝq; & oibus terris cōſpicuum fuit. Eo ſi
gno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animā īter deoꝝ īmortalium numina receptā. quo no/
mine id īſigne ſimulacro capitis eius quod mox ī foro cōſecrauimus adiectū eſt: Hæc ille ī pu/
blicum. Interiore gaudio ſibi illum natum ſeſeq; ī eo naſci īterꝑtatus eſt. & ut ueꝝ fateamur:
ſalutare id terris fuit. Sunt q & hæc ſydera ꝑpetua eſſe credāt: ſuoq; ābitu ire: ſed non niſi re/
licta a ſole cerni. Alii uero qui naſci humore fortuito & ignea ui: ideoq; ſolui.

Hipparchus de ſyderibus per exempla hyſtorica: faces:
lampades: trabeſ bolides: & caſma cæli Ca. xxvi.

i Dem Hipparchus nunq; ſatis laudatus: ut quo nemo magis approbauerit cognationem
cum hoie ſyderꝝ: animaſq; noſtras partē eſſe cæli nouā ſtellā & aliā in æuo ſuo genita
deprehendit: eiuſq; motu qua die fulſit ad dubitatiōem eſt adductus: an ne hoc ſæpius fieret:
mouerenturq; & eæ quas putamus affixas. Idemq; auſus rem etiam deo improbam annume/
rare poſteris ſtellas: ac ſydera ad normam expangere organis excogitatis: per quæ ſingulaꝝ
loca atque magnitudines ſignaret: ut facile diſcerni poſſet ex eo: nō modo an obirent: naſce/
renturq;: ſed omnino aliqua tranſirent mouerentur ue. Item an creſcerent minuerenturq; cæ/
lo in hæreditate cunctis relicto: ſi quiſq; qui rationem eam caperet inuentus eſſet. Emicant
& faces nō niſi cām decidunt uiſæ. Qualis Germanico Cæſare gladiatoꝝ ſpectaculum edente
præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: Lampades uocant plane faces

Alteꝝ bolidas: quale mutinẽſibus malis uiſũ ẽ. Diſtãt ꝙ faces ueſtigia longa faciũt priore ar-dẽte ꝑte. Bolis uero ꝑpetua ardẽs lõgiorẽ trahit limitẽ. Emicãt & trabes ſimili mõ: quas do-cos uocãt, quales cũ lacedemonii claſſe uicti ipſiũ græciæ amiſere. Fit & cæli ipſius hiatus quẽ uocãt chaſma:

¶ De cæli coloribus. Ca. xxvii.

FIt et ſãguinea ſpẽ: quo nihil terribilius mortaliũ timori ẽ. Incẽdiũ ad terras cadẽs inde. Sicut olympiadis cẽteſimæ ſeptimæ ãno tertio cũ rex Philippus græciã quateret. Atq; hæc ego ratis tẽporibus naturæ ut cætera arbitror exiſtere: nõ ut pleriq; uariis de cãis quas ingenioꝝ acumẽ excogitat. Quippe ingentiũ maloꝝ fuere prænũtia. Sed ea accidiſſe nõ ꝗ hæc facta ſũt arbitror: ueꝝ hæc ideo facta ꝗ incuſſura erãt illa raritate timorẽ. Occultam autem eorũ eſſe ratiõem: ideoq; non ſicut exortus ſupradictos defectuſq; & multa alia noſci.

¶ De flamma cæli. Ca. xxviii.

CErnũtur & ſtellæ cũ ſole totis diebus: pleꝝq; & circa ſolis orbẽ ceu ſpẽ coronæ & uerſi-coloris circuli. Qualiter Auguſto Cæſare ĩ prima iuuẽta urbẽ ĩtrante poſt obitũ patris ad nomẽ igens capeſſendũ.

De coronis celeſtibus. Ca. xxix.

EXiſtũt eædem coronæ circa lunã & circa nobilia aſtra cælo quoq; ĩhærentia. Circa ſolẽ arcus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. cõſ. orbis. L. Portio. M. Acilio.

¶ De circulis repentinis. Ca. xxx.

CIrculus rubri coloris. L. Iulio. P. Rutilio conſ. Fiũt ꝓdigioſi & longiores ſolis defectus qualis occiſo dictatore Cæſare: & antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

¶ Plures ſoles. Ca. xxxi.

ET rurſus plures ſoles cernuntur: nec ſupra ipſum nec infra ſe: ſed ex obliquo nunq̃ iux-ta: nec contra terram: nec noctu. ſed aut oriente aut occidente. Semel in meridie cõſpec-ti in boſphoro produntur: qui a matutino tempore durauerũt in occaſum. Trinos ſoles antiq; ſæpius uidere. Sicut. Sp. Poſtumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dolobella & M. Lepido. L. Planco conſ. et noſtra ætas uidit Diuo Claudio pricipe cõſulatu eius Cornelio Orfito collega. Plures ſimul q̃ tres uiſi ad hoc æui nunq̃ produntur

¶ Plures lunæ. Ca. xxxii.

LVnæ quoq; trinæ: ut Cn. Domitio. C. F. L. Annio cõſ. apparuere: quos pleriq; appel-lauerũt ſoles nocturnos.

Dieꝝ lux nocte. Ca. xxxiii.

LVmen de cælo noctu uiſũ eſt. C. Cecilio. Cn. Papyrio conſ. et ſæpe alias ut diei ſpecies noctu luceret.

Clypei ardenteſ. Ca. xxxiiii.

CLypeus ardens ab occaſu ad ortũ ſintillãs trãſcurrit ſolis occaſũ. L. Valerio. Cn. Mario conſ.

Oſtentum cæli. Ca. xxv.

SIntillã e ſtella cadere: et augeri terræ appropiquãtem: ac poſtq̃ ĩ lunæ magnitudinem facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die. Dein cũ ĩ celũ ſe reciper: lãpadem factã ſemel unq̃ ꝓdi-tur. Cn. Octauio. C. Scribonio conſ. Vidit hoc Licinius Syllanus ꝓconſul cũ comitatu ſuo.

¶ De diſcurſu ſtellarum. Ca. xxxvi.

FIeri uidentur et diſcurſus ſtellarum nunquam temere ut non ex ea parte truces uenti co-orianter: et ex iis tunc procellæ in mari terriſque

De ſtellis caſtoribus. Ca. xxxvii.

VIdi in nocturnis militum uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies: eæ et an-tennis nauigantium aliiſque nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtunt ut uo-lucres ſedem ex ſede mutantes. Graues cum ſolitariæ uenere: mergenteſque nauigia: et ſi in carinæ ima deciderint exurentes. Geminæ autem ſalutares: et proſperi curſus prænuntiæ. quarum aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id Pol-luci et Caſtori id numen aſſignãt: eoſq; in mari deos ĩuocãt. Hoĩum quoq; capita ueſpertinis horis magno præſagio circũfulgent. Omnia incerta ratione et in naturæ maieſtate abdita.

¶ De aere. Ca. xxxviii

HActenus de mũdo ipſo ſyderibuſq;. Nunc reliqua celi memorabilia. Nãq; et hoc cælũ appellauere maiores: quod alio nomine aera: omne quod inani ſimile uitalem hunc ſpiri-tum fundit. Infra lunam hæc ſedes: multoq; inferior. Vt aĩaduerto propemodum conſtare: ĩ-finitum ex ſuperiore nãtura aeris et terreni halitus miſcens utraq; ſorte confunditur. Hinc nu-bila: tonitrua: et alia fulmina. Hinc grãdines: et pruinæ: hymbres: procellæ: turbines. Hic plurima mortaliũ mala: et reꝝ naturæ pugna ſecũ. Terrena ĩ cælũ tendentia deprimit ſydeꝝ uis. Eadem ꝗ qu e ſpõte nõ ſubeãt ad ſe trahũt. Decidũt hymbres. Nebulæ ſubeunt. Siccã-tur amnes. Ruunt grandines. Torrent radii: et terram in medium undiq; impellunt. Iidem in fracti reſiliũt: et quæ potuere auferunt ſecum. Vapor ex alto cadit: rurſumq; in altum redit. Venti ingruunt inanes. Iidemq; cum rapina remeant. Tot animalium hauſtuſ ſpiritum e ſub-

limi trahit. At ille cōtra nititur: Telluſq; ut inani cælo ſpiritū infūdit. Sic ultro citro cōmeāte natura ut tormento aliquo mūdi celeritate diſcordia accendatur: nec ſtare pugnæ licet: ſed aſſidue rapta cu; uoluī. Et circa terrā imenſo reꝝ cās globo tēdit: ſubīde p nubes cælum aliud obtexens. Ventoꝝ hoc regnū. Itaq; præcipua eoꝝ natura ibi: & ferme reliquas cōplexa cauſas: quoniam et tonitruum et fulminum iactus hoꝝ uiolentiæ pleriq; aſſignant. Quin et ideo lapidibus pluere iteri q uento ſit rapti: et multa ſimiliter. Quā ob rē plura ſimul dicenda ſūt

De æſtatis tempeſtatibus. Ca. xxxix

Tempeſtatum reꝝq; quaſdā ſtatas eſſe cauſas: quaſdā uero fortuitas: aut adhuc rōis incōpertæ manifeſtum ē. Quis. n. æſtates & hyemes quæq; ī tēporibus annua uice intelliguntur ſydeꝝ motu fieri dubitet: Ergo ut ſolis natura tēperādo intelligitur āno: ſic reliquoꝝ quoq; ſydeꝝ propria eſt quibuſq; uis: & ad ſuā cuiq; naturā fertilis. Alia ſūt ī liquorem ſoluti humoris fœcunda: Alia concreti in pruinas: aut coacti in niues: aut glaciati in grandines. Alia flatus teporis: Alia uaporis: Alia roris: Alia rigoris. Nec uero hæc tanta debent exiſtimari q̄ta cernuntur: cū eſſe eoꝝ nullum minus luna tam īmenſæ altitudinis ratio declaret. Igitur ī ſuo quæq; motu naturam ſuā exercent. quod manifeſtum Saturni maxime tranſitus hymbribus faciunt. Nec meantium modo ſydeꝝ hæc uis eſt: ſed multoꝝ etiam adhærentiū cælo quotiens errātium acceſſu impulſa aut coniectu radioꝝ exſtimulata ſunt. qualiter ī ſuculis ſētimus accidere: quas græci ob id pluuio noīe hyadas appellant. Quin & ſua ſponte quædā ſtatiſq; tēporibus ut hædoꝝ exortus arcturi uero ſydus non ferme ſine procelloſa grandine emergit:

De caniculæ exortu. Ca. xl.

Nam caniculæ exortu accendi ſolis uapores qs ignorat: Cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruēt maria exoriēte eo. Fluctuāt in cellis uina. Mouētur ſtagna. Origē appellat ægyptus ferā: quā in exortu eius cōtraſtare & contueri tradit: ac uelut adorare cum ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi non eſt dubium.

Vis temporum anni ſtatuta. Ca. xli.

Qvin in partibus quoque ſignorum quorundam ſua uis ineſt ut autumnali æquinoctio brumaque cum tempeſtatibus confici ſydus intelligimus.

De incertis tempeſtatibus. Ca. xlii.

Nec hymbribus tātum tēpeſtatibuſq; ſed multis & corpoꝝ & ruris expimentis. Afflantur alii ſydere. Alii cōmouētur ſtatis tēporibus: aluo: neruis: capite: mēte. Olea & populus alba & ſalices folia ſolſtitio circūagūt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis hærba pulegii. Rūpūtur intentæ ſpiritu mēbranæ. Miretur hoc qui nō obſeruet quotidiano experimēto hærbā unā: quæ uocatur heliotropiū abeuntē ſolem intueri ſēper: oībuſq; horis cū eo uerti: uel nubilo obūbrante. Iā quidē lunari poteſtate oſtreaꝝ cōchylioꝝq; & conchaꝝ oīum corpora augeri: & rurſus minui. Quin & ſoricū fibras reſpōdere numero lunæ exquiſiuere diligentiores. Minimūq; animal formicā ſentire uires ſyderis interlunio ſemper ceſſantem. Quo turpior homini inſcitia eſt: fatenti præcipue iumentoꝝ quoꝝdā in oculis morbos cū luna increſcere ac minui. Patrocinatur uaſtitas cæli immēſa diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna. Hæ ſunt reꝝ aut animātiū effigies: in quas digeſſere cælum periti. In his quidam mille ſexcentas annotauere ſtellas īſignes uidelicet effectu uiſu ue. Exempli gratia ī cauda tauri ſeptem quas appellauere Vergilias. In frōte ſuculas. Boetē quæ ſequitur ſeptētriones.

De hymbribus. Ca. liii.

Extra has cauſas non negauerim exiſtere hymbres uentoſq;: quoniam humidam a terra alias uero propter uapores fumidam exhalare caliginem certum eſt: Nubeſq; liquore egreſſo in ſublime: aut ex aere coacto in liquorem egreſſo in ſublime: aut ex aere coacto in liquorem gigni. Denſitas earum corpuſque haud dubie coniectatur argumentorum ſolem obumbret. Perſpicuum alias etiam urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem.

Quare lapides pluant. Ca. xliiii.

Igitur nō eā inficias: poſſe ī has & ignes ſupne ſtellaꝝ decidere: quales ſereno ſæpe cernimus: quoꝝ ictu cōcuti aera ueꝝ ē: quādo & tæla uibrata ſtridūt. Cū uero ī nubē peruenerit: uaporē diſſonū gigni ut cādēte ferro ī aquā demerſo: & fumidū uorticē uolui. Hic naſci pcellas.

De tonitruis & fulguribus. Ca. xlv.

Et ſi in nube luctetur flatus aut uapor tonitrua edi: ſi erumpat ardens: fulmina. Si longiore tractu nitatur fulgetra. His findi nubem: illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactoꝝ ignium plagas: ideoque protinus corruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderum depreſſum qui a terra meauerit ſpiritum nube cohibitum tonare natura ſtrangulante ſonitum dum rixetur. Edito fragore cum erumpat: Vt in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & attritum dum ī præceps feratur illum quiſquis eſt ſpiritum accendi. Poſſe & afflictu nubium

©BIUM

elidi: ut duorꝫ lapidũ ſtillãtibuſ fulgetris. Sed hæc oĩa eſſe fortuita. Hic bruta fulmĩa & uana ut quæ nulla ueniant rõne naturæ. Iis percuti mõtes: iis maria: oẽſqꝫ alios irritos iactus. Illa uero fatidica ex alto ſtatiſqꝫ de cauſis & ex ſuis uenire ſyderibus. Simili modo uẽtos uel potius flatus poſſe & arido ſiccoqꝫ anhelitu terræ gigni nõ negauerim. Poſſe & aquis aera expirã tibus qui neqꝫ ĩ nebulã denſetur: nec craſſeſcat ĩ nubes. Poſſe & ſolis impulſu agi: quoniã uentus nõ aliud intelligatur ꝗ fluctus aeris: pluribuſqꝫ etiam modis. Nãqꝫ & fluminibus & niuibus & e mari uidemus etiam tranquillo: & alios quos uocant altanos e terra cõſurgere. Qui quidem cum e mari redeunt tropei uocantur: ſi pergunt apogei.

### ❡ Qua ratione echo reddatur: Ca. xlvi.

m Ontiũ uero flexuſ crebriqꝫ uertices & cõflexa ſubito aut cõfracta ĩ humeros iuga cõcaui ualliũ ſinus ſcidũt ĩæqualiter: ĩde reſultãtẽ aera quæ cã ẽt uoces multis ĩ locis reciprocas facit.

### ❡ De uentis. Ca. xlvii.

Sine fine uentos generãt iã quidã etiã ſpecus: qualis ĩ dalmatiæ ora uaſto ĩ præceps hiatu: in quẽ deiecto leui põdere ꝗuis tranquillo die turbini ſimilis emicat ꝓcella. nomen loco eſt ſentaquin. Et in cyrenaica ꝓuintia rupes quædã auſtro traditur ſacra: quã ꝓfanum ſit attrectari hominis manu: cõfeſtim auſtro ĩuoluente harenas. In domibus etiã multis manufacta incluſa opacitate cõceptacula auras ſuas habet: adeo cã nõ deeſt. Sed plurimum intereſt flatus ſit an uentus: illos ſtatos atqꝫ perſpirãtes: quos nõ tractus aliquis uerꝫ terræ ſẽtiunt: qui nõ aura nõ ꝓcella maris: ſed appellatione quoqꝫ ipſa uenti ſũt. Qui ſiue aſſiduo mũdi incitu & cõtrario ſyderꝫ occurſu naſcuntur. ſiue hic eſt ille generabilis rerꝫ naturæ ſpiritus huc illucqꝫ tanꝗ ĩ utero aliquo uagus: ſiue diſparili errãtium ſyderꝫ ictu: radiorꝫqꝫ multiformi iactu flagellatus aer: ſiue a ſuis ſyderibus exeũt his ꝓpioribus: ſiue ab illis cælo affixis cadũt: palam eſt illos quoqꝫ legem habere naturæ nõ ignota etiã ſi nõdum percognitã.

### ❡ Naturæ et obſeruationes uentorꝫ. Ca. xlviii.

u Iginti et ãplius auctores græci ueteres prodidere de his obſeruationes: quo magis miror orbe tam diſcordi et ĩ regna hoc eſt in mẽbra diuiſo tot uiris curæ fuiſſe tam ardua uentu pergrere inter bella præſerti et infida hoſpitia. Piratis etiã oĩum mortalium hoſtibus trãſitus fame tenentibus: ut hodie quædam in ſuo quiſqꝫ tractu ex eorũ cõmentariis qui nũꝗ eo acceſſere uerius noſcant ꝗ indigenarũ ſcientia. Nunc uero pace tam feſta: tam gaudẽte ꝓuentu rerum artiumqꝫ pricipe oĩo nihil adiſci noua ĩquiſitione: imo ne ueterum quidẽ inuenta perdiſci. Nõ erant maiora præmia ĩ multos diſperſa fortunæ magnitudine. et iſta plures ſine præmio alio ꝗ poſteros iuuãdi eruerunt. Nãqꝫ mores hoĩum ſenuere nõ fructus. Et ĩmenſa multitudo aptũ quocunqꝫ eſt mare hoſpitaliqꝫ littorum oĩm appulſu nauigat: ſed lucri nõ ſciẽtiæ grã. Nec reputat cæca mẽs etiã tãtũ auaritiæ ĩtẽta id ipſũ ſcientia poſſe tutius fieri. Quapp ſcrupuloſius ꝗ iſtituto fortaſſis cõueniat opi tractabo uẽtos tot milia nauigãtiũ cernẽs.

### ❡ Ventorum genera. Ca. xlix.

Veteres quattuor oĩo ſeruauere per totidẽ mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebeti mox iudicatu ſecuta ætas octo addidit rõne nimis ſubtili et cõciſſa. Proximis inter utraqꝫ media placuit ad breue numerum additis quattuor. Sunt ergo bini ĩ quattuor cæli partibus. Ab oriente æquinoctiali ſubſolanus. Ab oriente brumali uulturnus. Illum apelioten: hunc græci eurum appellãt. A meridie auſter. Et ab occaſu brumali africus: noton et liba nominãt. Ab occaſu æquinoctiali fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali corus: zephyron et argeſten uocãt. A ſeptẽtrionibus ſeptẽtrio. Interqꝫ eum et exortum ſolſtitialem aquilo. A parctias dicti et boreas. Numeroſior ratio quattuor iis interiecerat tranſceam media regione inter ſeptentrionem et occaſum ſolſtitialem. Itemqꝫ cætiam media inter aquilonem et exortum aequinoctialem. Ab ortu ſolſtitiali phœnica media regione inter ortum brumalem et meridiem. Item inter liba et noton compoſitum ex utroqꝫ medium. Inter meridiem et hybernum occidentem libauoton. Nec finis. Alii quippe meſen nomine etiamnum addidere inter boream et cætiam. Et inter eurum et noton euronoton. Sunt etiam quidam peculiares quibuſqꝫ gentibus uenti non ultra certum procedentes tractum: ut Athenienſibus ſcyron: paulo ab argeſte deflexus reliquae græciae ignotus. Alibi elatior idem olympias uocatur. Conſuetudo hiſ oĩbus noĩbus argeſten ĩtelligit et cætiam. Aliq uocãt helleſpontion. Et eoſdem alibi aliter. Item in narbonenſi prouintia clariſſimus uentorum eſt circius: nec ulli uiolentia inferior. Oſti pleruncqꝫ recto liguſtico mari perferens. Idem non modo ĩ reliquis partibuſ cæli ignotus eſt: ſed ne uiennam quidem eiuſdem prouintiae urbem attingens: pauciſ ante limitibuſ iugi modici occurſu tantuſ ille uentorum eſt coercituſ. Et auſtroſ in aegyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturae uentiſ etiam et tempore et fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria. Cuiuſ in principio fauonii hybernum molliunt caelum ſole aquarii. xxv.

optinente partem. Is dies ſextus eſt ante februarias idus. Cōpetit ferme & hoc oībus quos
deinde ponam per ſingulas itercalationes: uno die āticipātibus rurſūq; luſtra ſequēti ordine
ſeruātibus. Fauoniū quidā ad. viii. chal. martii chelidoniā uocāt ab hirūdinis uiſu. Nōnulli ue
ro orithiā uno & ſeptuageſimo die poſt brumā ab aduentu auiū flantē per dies nouem. Fauo
nio cōtrarius eſt quē ſubſolanum appellauimus. Datus eſt āt huic exortus uergiliaꝝ ī totidē
partibus tauri ſex diebus ante maias idus. quod tempus auſtrinū eſt huic uento ſeptentrione
cōtrario: Ardentiſſimo aūt æſtatis tempore exoritur caniculæ ſydus ſole primam partē leo/
nis īgrediente. Qui dies. xv. ante auguſti chalend. eſt. Huius exortū diebus octo ferme aqui
lones antecedunt: quos prodromos appellant. Poſt biduū aūt exortus iidem aquilones cōſtā/
tius perflant diebus. xl. quos etheſias uocant. Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ar
dore ſyderis. Nec ulli uentoꝝ magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus auſtri freq̄uētes uſq; ad ſydus
arcturi: quod exoritur. xi. diebus ante æquinoctiū autūni. Cū hoc corus īcipit: corus autūnat
Huic eſt contrarius uulturnus. Poſt id æquinoctium diebus fere quattuor &. xl. uergiliarum
occaſus hyemem incohat. Quod tempus in tertio idus nouēbris incidere cōſueuit. hoc eſt aq
lonis hyberni: multūq; æſtiuo illi diſſimilis: cuius ex aduerſo eſt africus. Ante brumā autem
ſeptem diebus totidēq; poſtea ſternitur mare halcyonū fœturæ: & inde nomē ii dies traxere
Reliquū tēpus hyemat. Nec tamen ſæuitia tēpeſtatū cōcludit mare. Piratæ primū coegere
mortis periculo ī mortē ruere: & hyberna experiri maria. Nūc idē auaritia cogit. Ventoꝝ ēt
frigidiſſimi ſunt quos a ſeptētrione diximus ſpirare. Vicinus his corus. Ii & reliquos compe/
ſcunt: & nubes abigunt: Humidi auſter africus: & præcipue auſter italiæ. Narrat & in ponto
cæcian ī ſe trahere nubes. Sicci corus & uulturnus præterq̄ deſinētes. Niuales aquilo & ſep
tētrio. Grādines ſeptētrio īportat & corus. Aeſtuoſus auſter. Tepidi uulturnuſ & fauoniuſ.
Iidē ſubſolano ſicciores: & ī totū oēs a ſeptētrione & occidēte ſicciores: q̄ meridie & oriēte.
Saluberrimus aūt oīum aquilo. Noxius auſter & magis ſiccus. fortaſſis q̄a humidus frigidior
eſt. Minus eſurire eo ſpirāte credūtur animātes. Eteſiæ noctu deſinūt flare: & a tertia diei ho
ra oriuntur. In hiſpania & aſia ab oriente flatus eſt eoꝝ. In pōto ab aquilone. Reliquis ī par/
tibus a meridie. Spirāt aūt & a bruma qui uocāt ornithiæ: ſed leniores & paucis diebus. Per
mutant & duo naturā cū ſitu. Auſter africæ ſerenus. Aquilo nubilus. Oēs uenti uicibus ſuis
expirant maiore ex parte. Aut ut contrarius deſinenti incipiat cū proxime cadētibus. Surgūt
a leuo latere in dextrū ut ſol ambiūt. De rōe eoꝝ menſtrua quarta maxīe luna decernit. Iiſdē
autē uentis ī contrarium nauigatur prolatis pedibus: ut noctu pleꝝq; aduerſa uela cōcurrāt.
Auſtro maiores fluctus edūtur q̄ aquilone. quoniā ille infernus ex imo maris ſpirat: hic ſū/
mo. ideoq; poſt auſtros noxii præcipue terremotus. Noctu auſter interdiu aquilo uehemen/
tior. Et ab ortu flantes diuturniores ſunt ab occaſu flātibus. Septētriones ī pari fere deſinūt
numero. Quæ obſeruatio etiam in aliis multis rerum naturæ partibus ualet. Mares itaque
exiſtimantur impares numeri. Sol & auget & comprimit flatu. Auget exoriens occi/
denſque. Comprimit meridianus æſtiuis temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerun/
que ſopiuntur: quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluuntur. Et hymbribus uenti ſopiuntur.
Expectantur autem maxime unde nubes diſcuſſæ adapuere cælum. Oīum q̄dē ſi libeat obſer
uare minimos ābitus redire eaſdē uices quadriēnio exacto Eudoxus putat nō uētoꝝ mo lo ue
rū & reliquaꝝ tēpeſtatū magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno
caniculæ ortu. De generalibus uentis hæc.

## ¶ De repentinis flatibus. Ca. l.

NVnc de repentinis flatibus q̄ exhalāt e terra ut dictū eſt coorti rurſuſq; deiecti īteri ob
ducta nubiū cute multiformes exiſtūt. Vagi quippe & ruentes torrentiū mō ut aliq̄buſ
placere oſtendimus: tonitrua & fulgura edūt. Maiore uero illati pōdere incurſuq; ſi late ſiccā
ruperint nubē: ꝓcellā gignūt quæ uocāt a græcis ecnephias. Sin uero depreſſo ſinu arctius
rotati effregerint ſine igne hoc eſt ſine fulmine uorticē faciunt: qui typhon uocatur id eſt ui/
bratus. Ecnephias differt. Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida cōuoluens uerſanſq;: &
ruinam ſuam illo pōdere aggrauās: & locum ex loco mutans rapida uertigine: præcipua naui/
gantium peſtis. nō antennas mō: ueꝝ ipſa nauigia cōtorta frangens: tenui remedio aceti in ad
uenientem effuſi: cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu ipſo repcuſſus correpta ſecū in cælum
refert. ſorbetq; ī excelſum. Quod ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu: ſed minus alto q̄
procella: nec ſine fragore turbinem uocant: proxima quæq; proſternentē. Idem ardentior ac/
cenſuſq; dum fuerit præſter uocatur amburens cōtacta pariter & proterens.

## ¶ Alia prodigioſa genera tempeſtatum. Ca. li.

NOn fit aūt aquilonibus typhon nec niualis: aut niue iacēte ecnephias. Quod ſi ſimul ru
pit nubem: exarſitq;: & ignem habuit: aut poſtea cōcepit fulmen eſt. Diſtat a præſtere

©BIUM

quo flãma ab igne. Hic late fũditur flatu: Illud cõglobatur impetu. Vortex aũt hic meãdo diſtat a turbine quo ſtridor a fragore. Procella latitudine ab utroqꝫ diſiecta nube uerius ꝙ rupta. Fit & caligo beluæ ſimilis nube dira nauigantibus. Vocatur & colũna cũ ſpiſſatus humor rigenſqꝫ ipſe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere & in longam ueluti fiſtulam nubes aquã trahit.

¶ Quibus in terris fulmina non cadant. Ca. lii.

HYeme & æſtate rara fulmina contrariis de cauſis: quoniã hyeme dẽſatus aer nubiũ craſſiore corio ſpiſſatur: omniſqꝫ terraꝝ exhalatio rigens ac gelida qcquid accipit ignei uaporis extinguit. Quæ ratio imunẽ ſcythiam & circa rigentia a fulminũ caſu præſtat: & e diuerſo nimius ardor ægyptũ. Siquidẽ calidi ſicciqꝫ halitus terræ raras admodũ tenueſqꝫ & infirmas denſãtur in nubes. Vere aũt & autũno crebriora fulmina corruptis in utroqꝫ tempore æſtatis hyemiſqꝫ cauſis. Qua ratione crebra in italia fulmina qa mobilior aer mitiore hyeme & æſtate nimboſa: ſemper quodãmodo uernat uel autũnat. Italiæ quoqꝫ partibus iis quæ a ſeptẽtrione deſcendunt ad teporẽ: qualiſ eſt urbis campaniæ tractus iuxta hyeme & æſtate fulgurat: quod nõ i alio ſitu.

¶ Fulguꝝ genera & miracula. Ca. liii.

FVlminũ ipſoꝝ plura genera tradũt. Quæ ſicca ueniũt nõ adurũt: ſed diſſipãt. Quæ humida nõ urũt: ſed ifuſcãt. Tertiũ eſt quod claꝝ uocãt mirificæ maxime naturæ: quo dolia exhauriuntur itactis opimẽtis: nulloqꝫ alio ueſtigio relicto. Auꝝ & æs & argentũ liquat ītus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis: ac ne cõfuſo quidẽ ſigno cæræ. Martia priceps romanoꝝ icta grauida partu exaīato ipſa citra ullũ aliud icõmodũ uixit. In catilinianis prodigiis põpeiano ex municipio. M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

¶ De obſeruationibus Ca. liiii.

THuſcoꝝ littere nouẽ deos emittere fulmina exiſtimãt: eaqꝫ eſſe undecim generꝝ. Iouem eni trina iaculari. Romani duo tantum ex his ſeruauere: diurna attribuẽtes ioui: nocturna Sũmano. Rariora ſane eadem de cã frigidioris cæli hetruria rumpere a terra quoqꝫ arbitratur: quæ infera appellat brumali tẽpore facta ſæua maxime & execrabilia: cũ ſint omnia quæ terrena exiſtimãt nõ illa generalia: nec a ſyderibus uenientia: ſed ex proxima atqꝫ turbidiore natura. Argumentũ euidẽs eſt ꝙ oia a ſuperiore cælo decidentia obliquos habeãt ictus: hæc aũt quæ uocatur terrena rectos. Sed quia ex propriore materia cadũt ideo creduntur e terra exire: quoniã ex repulſu nulla ueſtia edãt: cũ ſit illa ratio nõ inferni ictus ſed aduerſi. Saturni ea a ſydere proficiſci ſubtiliter iſta cõſectati putãt: ſicut cremãtia a Martiſ. Qualiter cũ uulſcinii oppidũ thuſcoꝝ opulentiſſimũ totũ cõcrematum eſt fulmine. Vocãt & familiaria ī totã uitam fatidica: quæ prima fiunt familiã ſuam cuiqꝫ indepto. Cæteꝝ exiſtimãt nõ ultra decẽ annos portẽdere priuata: præterqꝫ hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die. Publica nõ ultra triceſimum annum: præterqꝫ in deductione oppidoꝝ.

¶ De fulminibus euocandis. Ca. lv.

EXtat annaliũ memoria ſacris qbuſdã & precationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama eſt hetruriæ impetratũ uulſinis & urbe & agris depopulatis: ſubeũte mõſtro quod uocauere Oltã: euocatũ & Porſena ſuo rege & ante eũ a Numa ſæpius hoc factitatũ in primo annaliũ ſuoꝝ tradit. L. Piſo grauis auctor. Quod imitatum parꝝ rite Tullũ Hoſtilium ictum fulmine. Lucoſqꝫ & aras & ſacra habemus: inter quæ ſtatores & tonãtes & feretrios elicium quoqꝫ accepimus iouem. Varia in hoc uitæ ſentẽtia & pro cuiuſlibet animo. Imperari naturæ audacis eſt credere: nec minus hebetis beneficiis abrogare uires: quãdo ī fulguꝝ quoqꝫ interpretatione eo profecit ſcientia: ut uentura alio finito die præcinat: & an peremptura ſint fatum: aut apertura potius alia fata quæ lateant: īnumerabilibus in utroqꝫ publicis priuatiſqꝫ experimẽtis. Quãobrẽ ſint iſta (ut reꝝ naturæ libuit) aliis certa: aliis dubia; aliis probata: aliiſ dãnanda. Nos cætera quæ ſunt in his memorabilia non omittemus.

¶ Catholica fulguꝝ. Ca. lvi.

FVlgetrum prius cerni ꝙ tonitrum audiri cum ſimul fiant certũ eſt. Nec miꝝ quoniã lux ſonitu uelocior. Ictum autem & ſonitum cõgruere ita modulante natura. Sed ſonitum profecti eſſe fulminis: non illati. etiamnum ſpiritum ociorem fulmine: Ideo quati prius omne & afflari ꝙ percuti: nec quẽqꝫ tangi qui prior uiderit fulmen: aut tonitrua audierit. Leua proſpera exiſtimantur. quoniam leua parte mundi ortus eſt. Nec tam aduentus ſpectatur ꝙ reditus: ſiue ab ictu reſiliat ignis: ſiue opere confecto aut igne compſumpto ſpiritus remeet. In xvi. partes cælum in eo reſpectu diuiſere tuſci. Prima eſt a ſeptentrionibus ad æquinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad æquinoctialem occaſum. Quarta optinet quod reliquum eſt ab occaſu a ſ ſeptentriones. Has in quaternas iterum diuiſere partes: ex quibus octo ab exortu ſiniſtras: totidem e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime dira quæ per ſeptentrioneſ occaſum attingunt. Itaque per plurimum refert unde uenerint fulmina

& quo cõceſſerint. Optimũ eſt ĩ exortiuas redire partes. Ideo cũ a prima cæli parte uenerint: et in eandem cõceſſerint ſũma fœlicitas portenditur. Quale Syllæ dictatori oſtentum datum accipimus. Cætera ipſius mundi portione minus proſpera aut dira. Quædã fulgura enũtiare nõ putant fas: nec audire: præterq̃ ſi hoſpiti indicentur aut parenti. Magna obſeruationis huius uanitas tacta Iunonis æde romæ deprehenſa eſt Scauro conſule q mox princeps fuit. Noctu magis q̃ interdiu ſine tonitribuſ fulgurat. Vnũ animal hoiem nõ ſemper extinguit: cætera illico: hunc uidelicet natura tribuente honorẽ: cũ tot beluæ uiribus præſtẽt. Oĩa cõtrarias incubant partes. Homo niſi cõuertatur ui percuſſus nõ expirat. Superne icti cõcipunt. Vigilans ictus cõniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur. Hoĩem ita exiatum cremari fas nõ eſt: condi terra religio tradidit. . Nullum animal niſi exanimatum fulmine accenditur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Quæ non feriantur fulmine. Ca. lvii.

EX iis quæ terra gignũtur lauri fruticẽ nõ icit. Nec unq̃ altius quinq; pedibus deſcẽdit ĩ terram. Ideo pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putant: aut tabernacula pellibus beluarũ quas uitulos marinos appellant: quoniã hoc ſolum animal ex marinis nõ percutiat: ſicut nec e uolucribus aquilam: quæ ob hoc armiger huius tæli fingitur ĩ italia ĩter terracinã et ædẽ Feroniæ turres bellicis temporibus deſiere fieri: quia nõ nullæ earũ ſũt fulmine dirutæ

De ꝓdigioſis pluuiis lacte et ſãguine carne ferro lana lateribus coctis. Ca. lviii

PRæter hæc inferiore cælo relatũ ĩ monumẽta eſt lacte et ſãguine pluuiſſe. M. Acilio C. Portio conſ. Et ſæpe alias carne. ſicut L. Volũnio Seruio Sulpitio conſ. Exq; ea nõ perputruiſſe quod nõ diripuiſſent aues. Item ferro in lucanis anno ante q̃. M. Craſſus a parthis interemptus eſt: omneſq; cum eo lucani milites: quorũ magnus numerus in exercitu erat. Effigies quæ pluerat ſpõgiarũ fere ſimilis fuit. Aruſpices cauẽda præmonuerunt ſupna uulnera. L. ãt Paulo C. Marcello cõſ. lana pluit circa caſtellũ cariſſanũ: iuxta quod poſt ãnũ T. Annius Milo occiſus eſt. Eodẽ cãm dicẽte lateribus coctis pluiſſe ĩ eius ãni acta relatũ eſt.

De crepitu armorũ et tubarũ de cælo audito. Ca. lix.

ARmorum crepitus et tubæ ſonitus auditus e cælo cĩbricis bellis accepimus. crebroq; et prius et poſtea. Tertio uero cõſulatu Martii a Mamertinis et tudertibus ſpectata arma cæleſtia ab ortu occaſuq; ĩter ſe cõcurrẽtia pulſis quæ ab occaſu erant. Ipſum ardere cælum minime mirũ eſt. Et ſæpius uiſum maiore ui ignis nubibus correptis.

De lapidibus e cælo cadentibus. Ca. lx.

CElebrant græci Anaxagoram clazomenium olympiadiſ ſeptuageſimæ octauae ſecundo ãno prædixiſſe cæleſtiũ litterarum ſciẽtia qbus diebus ſaxum caſurum eſſet e ſole. Id ꝗ factum ĩterdiu ĩ thraciæ pte ad egos flumẽ. q ẽt lapis nũc oſtẽdĩt magnitudine uehiculi colore aduſto: comete quoq; illis noctibus flagrãte. Quod ſi qs prædictum credat: ſimul fateatur neceſſe eſt maioris miraculi diuinitatẽ fuiſſe Anaxagoræ: ſoluiq; rerum naturae intellectum: et cõfundi oĩa ſi aut ipſe ſol lapis eſſe: aut unq̃ lapidẽ ĩ eo fuiſſe credatur. Decidere tamẽ crebro nõ erit dubium. In abidi gymnaſio ex ea cã colitur hodieq; modicus qdã: ſed quẽ ĩ medio terrarum caſurum idẽ Anaxagoras prædixiſſe narratur. Colitur et Caſandriæ: quae potidea uocitata eſt ob id deducta. Ego ipſe uidi in uocõtiorum agro paulo ante delatum.

De arcu cæleſti. Ca. lxi.

ARcus uocamus extra miraculum frequentes: et extra oſtentum: Nã nec pluuios qdem aut ſerenos dies cum fide portendunt. Manifeſtum eſt radium ſolis ĩmiſſum cauæ nubi repulſa acie ĩ ſolem refrigi: colorumq; uarietatem mixtura nubium aeris igniumq; fieri. Certe niſi ſole aduerſo nõ fiunt: nec unq̃ niſi dimidia circuli forma: nec noctu. Quãuis Ariſtotiles ꝓdat aliquãdo uiſum: quod tamen fatetur idem nõ niſi triceſima luna poſſe. Fiunt ãt hyeme maxime ab aequinoctio autumnali die decreſcente. Quo rurſus creſcente ab aequinoctio uerno nõ exiſtunt: nec circa ſolſtitium lõgiſſimis diebus: bruma uero hoc eſt breuiſſimis diebus frequenter. Idem ſublimes humili ſole: humileſq; ſublimi: et minores occidente uel oriẽte: ſed ĩ latitudinem diffuſi. meridie exiles: uerum ãbitus maioris. Aeſtate uero p meridiem nõ cernunẽ. Poſt autumni aequinoctium quacunq; hora. Nec unq̃ plures ſimul q̃ duo. Cætera eiuſdem naturae nõ multis dubia eſſe uideo.

De grandine: niue: pruina: nebula: rore. Ca. lxii.

GRandinem coglaciato hymbre gigni. et niuem eodem humore molluis coacto. pruinã autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere nõ grandines: ipſaſq; grandines interdiu ſæpius q̃ noctu: et multo celerius reſolui q̃ niues. Nebulam nec aeſtate nec maximo frigore exiſtere. Rores neq; gelu: neq; ardoribus: neq; uentis: nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui: ſolutaq; glacie nõ eundem inueniri modum.

### ¶ De Nubium Imaginibus. Ca.lxiii.

Varietates coloꝝ figuraꝝq; ĩ nubibus cerni ꝓut admixtus ignis ſuperet aut uincatur.

### ¶ De Proprietatibus Cæli In Locis. Ca.lxiiii.

PRæterea quaſdã proprietates cæli qbuſdã locis eſſe. Roſcitas æſtate africæ noctes: In italia locris et lacu uelino nullo nõ die apparere arquus. Rhodi et ſyracuſis nunq̃ tãta nubila obduci: ut nõ aliqua hora ſol cernat̃. qualia aptius ſuis referẽtur in locis. Hæc ſint dicta de aere:

### ¶ De Natura Terræ. Ca.lxv.

SEquitur terra cui uni reꝝ naturæ partiũ eximia ꝓpter merita cognomẽ indidimus maternæ ueneratiõis. Sic hoim illa ut cælũ dei: quæ nos naſcentes excipit: natos alit: ſemelq; editos ſuſtinet ſemp: nouiſſime cõplexa gremio iam a reliqua natura abdicatos: tũ maxime ut mater operiẽs: nullo magis ſacramẽto q̃ quo nos quoq; ſacros facit: etiã monumẽta ac titulos gerens: nomẽq; ꝓrogans noſtrũ: et memoriã extẽdens cõtra breuitatem æui. Cuius numen ultimũ iam nõnullis imprecamur iraſci graue: tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolam: quæ nunq̃ iraſcatur homini. Aquæ iubeñt in hymbres: rigeſcunt ĩ grãdines: tumeſcũt in fluctus: præcipitantur ĩ torrentes. Aer denſatur nubibus: furit ꝓcellis. At hæc benigna: mitis: indulgens: uſuſq; mortalium ſemper ancilla: quæ coacta generat. quæ ſpõte fũditur. quos odores saporeſq;: quos ſuccos: quos tactus: quos colores: q̃ bona fide creditum reddit fœnus: quæ noſtri cã alit: Peſtifera enim aĩantia uitali ſpiritu habẽte culpã neceſſe eſt illi ſeminata excipere: et genita ſuſtinere. Sed ĩ malis generantium noxa eſt. Illa ſerpẽtem homĩe percuſſo nõ recipit amplius: pœnaſq; etiã inertiũ nomine exigit. Illa medicas fũdit hærbas: et ſemp homini parturit. Quin et uenena noſtri miſerta ĩſtituiſſe credi põt: ne in tedio uitæ diræ famis mors terræ meritis alieniſſima lenta nos cõſumeret tabe: ne laceꝝ corpus abrupta diſpergerẽt: ne laquei torqueret pœna præpoſtera: incluſo ſpiritu cui quæreretur exituſ: ne ĩ profũdo quæſita morte ſepultura ſabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcĩderet corpus. Ita ẽ: miſerta genuit id: cuius facillimo hauſtu illibato corpore et cum toto ſãguine extĩgueremur nullo labore ſitiẽtibus ſimiles. Quo taliter defũctos nõ uolucres nõ ferae attigerẽt: terræq; ſeruaretur qui ſibi ipſe periſſet. Et ut ueꝝ fateamur terra nobis maloꝝ remedium genuit: nos illud uitæ fecimus uenenum. Nos eĩm et ferro quo carere nõ poſſumus ſimili modo utimur. Nec tamẽ quereremur merito: etiã ſi maleficii cauſa attuliſſet. Aduerſus unam quippe naturæ partem ĩgrati ſumus: quaſi quae nõ ad delitias quaſq; nõ ad cõtumelias ſeruiat homini. In maria iacitur: ut freta amittamus. eruditur aquis: ferro: ligno: igne: lapide: fruge: omĩbus cruciatur horis: multoq; plus ut delitiis q̃ ut alimẽtis noſtris famulet̃. Illa tãmẽ quae ſũma patiatur: atq; extrema cute tolerabilia uideãtur. Penetramus ĩ uiſcera auri argentiq; uenas: et æris ac plumbi metalla fodiẽtes. Gẽmas etiã et quoſdam paruulos quaerimus lapideſ ſcrobibus ĩ ꝓfũdum actis. Viſcera eius extrahimuſ: ut digyto geſtet̃ gemma quã petimus. Quot manus atterũtur: ut unus niteat articulus. Si ulli eſſẽt ĩferi: iam profecto illos auaritiae atq; luxuriae cuniculi refodiſſẽt. Et miramur ſi eadem ad noxa genuit aliqua. Feræ eĩm credo cuſtodiũt illam: arcẽtq; ſacrilegas manus. Nõne ĩter ſerpentes fodimus: Et uenas auri tractamus cum ueneni radicibus: Placatiore tamẽ dea utimur ob hoc: q̃ omẽs hi opulẽtiae exitus ad ſcelera cedeſq; et bella tẽdũt: quaeq; ſãguine noſtro irrigamus ĩſepultis oſſibuſ tegimus. Quibuſ tamẽ uelut exprobrato furore tãdem ipſa ſe obducit: et ſcelera quoq; mortalium occultat. ĩter crimĩa ĩgrati aĩ et hoc dixerim q̃ naturam eiuſ ignoramus

### ¶ De Forma Terrae. Ca.lxvi.

ESt aũt figura prima de qua cõſẽſuſ iudicat. Orbem certe dicimus terrae globũ: quem uerticibuſ ĩcludi fatemur. Neq; eĩm abſoluti orbiſ eſt forma ĩ tãta mõtium excelſitate tãta campoꝝ planicie: ſed cuiuſ amplexuſ ſi cũcta lineaꝝ comprehẽdãt̃ ambitu: figurã abſoluti orbiſ efficiat. id quod ipſa reꝝ naturae cogit rõ: nõ eiſdem cauſiſ quas attulimuſ ĩ cælo. Nãq; ĩ illo caua ĩ ſe cõuexitaſ uergit: et cardini ſuo hoc eſt terrae undiq; ĩcumbit. Haec ut ſolida atq; cõferta aſſurgit ĩtumeſcẽti ſimiliſ: extraq; protẽditur. Mũduſ ĩ centrum uergit. At terra exit a cẽtro: imẽſũ eius globũ ĩ formã orbiſ aſſidua circa eã mũdi uolubilitate cogẽte.

### ¶ De Antipodibus An Sint. Ca.lxvii.

INgens hic pugna litteraꝝ: cõtraq; uulgi opinionem circũfũdi terrae hoĩes undiq; cõuerſiſq; inter ſe pedibuſ ſtare: et cũctis ſimilem eſſe caeli uerticem: ac ſimili modo ex quacũq; parte mediã calcari. Illo quaerẽte cur nõ decidant cõtra ſiti: tãq; nõ et ratio praeſto ſit. ut noſ non decidere miremur illi. Interuenit ſententia quãuiſ indocili probabiliſ turbae inaequali globo: et ſi ſit figura pineae nuciſ nihilominuſ terram undique incoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente: Pendere ipſos ac non cadere nobiſcum ceu ſpiritus uis mundo praeſertim ĩcluſi dubium ſit: an poſſit cadere natura repugnãte et quo cadat negãte.

mirabile

©BIUM

Nã ſicut ignium ſedes nõ eſt niſi ĩ ignibus: aquaꝝ niſi ĩ aquis: ſpiritus niſi ĩ ſpiritu: ita terræ
arcentibus cunctis niſi in ſe locuſ nõ eſt. Globum tamẽ effici miꝝ eſt ĩ tanta planitie maris cã
poꝝ. Cui ſentẽtiæ adeſt Dicæarchus uir ĩ primis eruditus: regum cura ꝑmenſus montes: ex
qbus altiſſimum ꝓdidit Pelion. M. cc. l. paſſuum rõe ꝑpendiculi nullã eſſe eã portionẽ uni/
uerſæ rotunditatis colligens. Mihi ĩcerta hæc cõiectatio uidetur. Haud ignoro quoſdã alpi
um uertices lõgo tractu nec breuiore qnquagita milibus paſſuum aſſurgere. Sed multo maxi
me hæc pugna eſt: ſi coactã in uerticem aquaꝝ quoqꝫ figurã credere cogat̃. Atqui non aliud
in reꝝ natura aſpectu manifeſtius. Nãqꝫ dependentes ubiqꝫ guttæ paruis globãt̃ orbibus.
Et pulueri illatæ frõdiumqꝫ lanugini ĩpoſitæ abſoluta rotunditate cernuntur. Et ĩ poculis re
pletis media maxime tument. Quã ꝓpter ſubtilitate humoris mollitiaqꝫ in ſe reſidente rõne
facilius ꝙ̃ uiſu deprehenduntur. Idqꝫ etiã magis miꝝ in poculis repletis addito humore mini
mo circumfluere quod ſupſit. Cõtra euenire põderibus additis ad uicenos ſæpe denarios: Sci
licet quia intus recepta liquorem in uerticem attollãt: ut cumulo eminente infuſa dilabant̃.
Eadem eſt cã ꝓpter quã e nauibus terra nõ cernatur: e nauium malis cõſpicua. At procul re
cedente nauigio ſi quid quod fulgeat religetur ĩ mali cacumine: paulatim deſcendere uideat̃:
et poſtremo occultetur. Deniqꝫ oceanuſ quem fatemur ultimũ qua nõ alia figura cohæreret:
atqꝫ nõ decideret: nullo ultra margine ĩcludente: ipſum id ad miraculum redit: quo nã modo
etiã ſi globetur extremum nõ decidat mare. Cõtra quod ut ſint plana maria: et qua uidentur
figura: nõ poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaqꝫ gloria inuentores græci docent ſubti/
litate geometrica. Nãqꝫ cum e ſublimi ĩ ĩferiora aquæ ferãtur: et ſi hæc natura eaꝝ cõfeſſa:
nec quiſqꝫ dubitet ĩ littore ullo acceſſiſſe eas: ꝙ̃ lõgiſſime deuexitas paſſa ſit: ꝓculdubio appa
rere quo quid humilius ſit propius a centro eſſe terræ: omẽſqꝫ lineas quæ emittantur ex eo
ad ꝓximas aquas breuiores fieri ꝙ̃ quæ ad extremum mare a primis aquis. Ergo totas oĩqꝫ
ex parte aquas uergere in centrum: ideoqꝫ nõ decidere: quoniã in interiora nitantur. Quod
quidem et ita formaſſe artifex natura credi debet: ut cum terra arida et ſicca cõſtare per ſe ac
ſine humore nõ poſſet: nec rurſus ſtare aqua niſi ſuſtinente terra mutuo amplexu iungerent̃.
hac ſinus pandente illa uero ꝑmeante totam intra extra ſupra: uenis ut uiculis diſcurrẽtibus:
atqꝫ etiã in ſummis iugis erumpente. quo ſpiritu acta et terræ põdere expreſſa ſiphonum mõ
emicat: tãtumqꝫ a periculo decidendi abeſt: ut ĩ ſumma quæqꝫ et altiſſima exiliat. Qua rõne
manifeſtum eſt quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria nõ creſcant.

## Quomodo Aqua Sit Terræ Innexa. Ca. lxviii.

EST igitur ĩ toto ſuo globo tellus medio ambitu præcicta circũfluo mari: nec argumẽtiſ
hoc inueſtigandum: ſed iam experimẽtis cognitum.

## De Nauigatione Maris Et Fluminum. Ca. lxviiii.

a A Gadibus colũniſqꝫ Herculis hiſpaniæ et galliaꝝ circuitu totus hodie nauigatur occi/
dẽs. Septẽtrionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus eſt auſpiciis Diui Augu/
ſti germaniã claſſe circũuecta ad cimbroꝝ promũtorium: et ĩde ĩmenſo mari ꝓſpecto aut fama
cognito: ad ſythicam plagam et humore nimio rigentia. Propter quod minime ueriſimile eſt
illic maria deficere: ubi uis humoris ſuperet. Iuxta uero ab ortu ex indico mari ſub eodem ſy/
dere pars tota uergens in caſpium mare pernauigata eſt macedonum armis Seleucho atque
Antiocho regnantibus. quæ ſeleuchida atque antiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa ca/
ſpium quoque multa oceani littora explorata: paruoqꝫ breuius ꝙ̃ totus hinc aut illinc ſeptẽ/
trio eremigatus. Vt tamen cõiecturæ locum ſit quoque nõ relinquam ingens argumentũ pa/
ludis mæoticæ: ſiue ea illius oceani ſinus eſt: ut multos aduerto credidiſſe: ſiue anguſto ſinu
diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadium ab eodem occidente magna pars meridiani ſinus am
bitu mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem et orientis uictoriæ Magni
Alexandri luſtrauere uſque in arabicum ſinum. In quo res gerente. C. Cæſare Auguſti filio
ſigna nauium ex hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno Carthaginis potentia
florente circũuectus a gadibus ad finem arabiæ nauigationem eam prodidit ſcripto. Sicut ad
extera europæ noſcẽda miſſus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Corneliuſ auctor
eſt Eudoxum quẽdam ſua ætate cum Lathyrum regem fugeret arabico ſinu egreſſum gades
uſque peruectum. Multoqꝫ ante eum Cœlius Antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania
in æthiopiam cõmertii gratia. Idem Nepos de ſeptẽtrionali circuitu tradit. Q. Metello Ce/
leri. C. Africani in conſulatu collegæ ſed tum galliæ proconſuli indos a rege ſueuorum dono
datos: qui ex india cõmertii cauſa nauigantes tempeſtatibuſ eſſent in germaniam abrepti. Sic
maria circumfuſa undique diuiduo globo partem orbis auferunt nobis: nec inde huc nec hinc
illo peruio tractu. Quæ contemplatio apta detegendæ mortalium uanitati poſcere uidetur:
ut totum hoc qcqd eſt in quo ſingulis nihil ſatis eſt ceu ſubiectum oculis ꝙ̃tum ſit oſtendam.

Quæ por

## Quæ Portio Terræ Habitetur. Ca. lxx

IAm primũ in dimidio cõputari mihi uidetur tanq̃ nulla portio ipſi decedat oceano: q toto circũdatus medio: et omẽs cæteras fundẽs recipienſq; aquas: et quicquid exit in nubes ac ſydera ipſa tot et tante magnitudinis paſcẽs. Quo tãdem amplitudinis ſpatio terra creditur habitari. Improba et ĩfinita debet eſſe tam uaſtæ molis poſſeſſio. Adde ꝙ ex relicto ſpatio plus abſtulit cælum. Nam cũ ſint eius quinq; partes: quas uocãt zonas: infeſto rigore et æterno premitur gelu omẽ quicquid eſt ſubiectũ duabus extremis utrinq; circa uertices: hũc qui ſeptẽtrion uocãtur: eũq; qui aduerſus illi auſtrinus appellatur. Perpetua caligo utroq; bique et aliena mollioꝝ ſideꝝ aſpectu maligna ac pruina tantum albicans: Lux uero media terraꝝ qua ſolis orbita eſt exuſta flãmis et cremata quo minus uapore torretur. Circa quã duæ tãtum inter exuſtã et rigentes tẽperantur. Hæq; ipſæ inter ſe nõ peruiæ ꝓpter incendiũ ſyderis. Ita terræ tres partes abſtulit cælũ. Oceani rapina ĩ ĩcerto eſt. Sed et relicta nobis una portio haud ſcio an etiã in maiore dãno ſit. Idem ſiqdẽ oceanus infuſus ĩ multos (ut dicemus) ſinus adeo uicino acceſſu interna maria allatrat: ut centũ quindecĩ milibus paſſuum arabicus ſinuſ diſtet ab ægyptio mari. Caſpius uero. ccclxxv. milibuſ a põtico. Idẽ interfuſus intrat per tot maria quibus africã europã aſiamque diſpartit. Quãtũ terraꝝ occupet cõputetur etiã nũc mẽſura tot fluminũ tãtaꝝ paludiũ. Addãt̃ et lacus et ſtagna. Iã elata in cælũ et ardua aſpectu quoq; iuga. Iam ſiluæ ualleſque præruptæ et ſolitudineſ et mille cauſis deſerta detrahantur. Hæ tot portioneſ terræ ĩmo uero ut plures tradidere mũdi punctus: neque enĩ eſt aliud terra uniuerſa. hæc ẽ materia gloriæ noſtræ: hæc ſedeſ: hic honoreſ gerimuſ: hic exercemuſ: imperia: hic opeſ cupimuſ: hic tumultuatur humanũ genus: hic inſtauramus bella etiam ciuilia: mutuis cædibuſ laxiorẽ facimus terram. Et ut publicoſ gentiũ furores trãſeam: hæc ĩ qua cõterminoſ pellimus: furtoque uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus: ut qui latiſſime rura metatus fuerit: ultraque famã exegerit accolas quota terraꝝ parte gaudeat: uel cum ad menſuram auaritiæ ſuæpropagauerit quam tandem portionem defũctuſ eius optineat.

## Mediam eſſe mundi terram. Ca. lxxi.

MEdiam eſſe mundi totius terram haud dubiiſ cõſtat argumẽtis: ſed clariſſime æqnoctii paribuſ horiſ. Nam niſi in medio eſſet: æqualeſ dieſ nocteſque habere nõ poſſe deprehẽderunt et Dioptræ: quæ uel maxime id cõfirmãt: cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortuſ occaſuſque cernatur: et ſolſtitialiſ exortuſ per ſuã lineã brumaliſque occaſuſ. Quæ accidere nullo modo poſſent: niſi in centro ſita eſſet.

## De ſydeꝝ inæqualitate: et de eclipſi: et ubi et quare. Ca. lxxii

TRes aũt circuli ſupradictis zoniſ implexi inæqualitateſ tempoꝝ diſtingũt. Solſtitialis a parte ſigniferi excelſiſſima nobiſ ad ſeptẽtrionalẽ plagam uerſus. Cõtraq; ad alium polum brumaliſ. Item medio ambitu ſigniferi orbis incedenſ æquinoctialis. Reliquoꝝ quae miramur cauſa in ipſiuſ terræ figura eſt: quam globo ſimilem et cũ ea aquas iiſdẽ intelligitur argumentiſ. Sic enĩ fit haud dubie ut nobis ſeptẽttionaliſ plagæ ſydera nunq̃ occidant: contra meridianæ nunq̃ oriantur. Rurſuſque hæc ab illiſ nõ cernantur attollẽte ſe cõtra medios uiſuſ terraꝝ globo. Septẽtrioneſ non cernit troglodytice et confiniſ aegyptus. Nec canopum italia: et quam uocant bereniceſ crinem. Item quam ſub Diuo Auguſto cognominauere Cæſaris thronon: inſigniſ ibi ſtella: adeoque manifeſto aſſurgenſ faſtigio incuruatur: ut canopus quartam fere partem ſigni unius ſupra terram eminere alexandriae intuentibuſ uideatur. Eadem a rhodo terram quodãmodo ipſam ſtringere. In ponto omĩo non cernatur: ubi maxime ſublimiſ ſeptẽtrio. Idem a rhodo abſconditur: magiſque alexãdriae. In arabia nouẽbri menſe prima uigilia occultuſ: ſecunda ſe oſtendit. In meroe ſolſtitio ueſperi pauliſper apparet: pauciſque ante exortum arcturi diebuſ pariter cũ die cernitur. Nauigãtium haec maxime curſus deprehẽdunt in alia aduerſo in alia prono mari: ſubitoque cõſpicuiſ atque ut e freto emergẽtibuſ quae ĩ anfractu pilæ latuere ſyderibuſ. Neque enĩ (ut dixere aliq) mũduſ hic polo excelſiore ſe attollit: ut undique nõ cernãtur haec ſydera. Veꝝ haec eadem q̄buſque ꝓximiſ ſublimiora creduntur: eademque demerſa lõginquis. Vtque nunc ſublimiſ in deiectu poſitiſ uidetur hic uertex: ſic in illam terræ deuexitatem tranſgreſſis illa ſe attollunt reſidẽtibus quæ hic excelſa fuerant. quod niſi in figura pilae accidere non poſſet. Ideoque defectus ſolis ac lunae ueſpertinos orientis incolae non ſentiunt: nec matutinos ad occaſum habitanteſ: meridianos uero ſaepiuſ. Nobili apud arabiam magni Alexandri uictoria luna defeciſſe noctis ſecunda hora ꝑdita eſt. Eademque in ſicilia exoriens. Solis defectum Vipſano et Fonteio conſ. qui fuere ante paucos annos factum pridie chalend. maias campania hora diei ĩter ſeptimam et octauam ſenſit. Corbulo dux in armenia inter horã diei decimã et undecimam prodidit uiſum circuitu globi alia aliis detegente et occultante. Quod ſi plana eſſet terra ſimul omnia apperent

d i

©BIUM

cunctis: noctesq; non fierent inæquales: neq; aliis q̃ in medio ſitis paria duodecim horarum in-tervalla cernerentur: quae nunc nõ in omi parte ſimili modo congruunt.

Quæ ratio diurnae lucis in terris. Ca. lxxiii.

IDeo nec nox dieſq; q̃uis eadẽ toto orbi ſimul eſt oppoſitu globi noctem aut ãbitu diẽ afferẽte. Multis hoc cognitũ experimẽtis. In africa hiſpaniaq; turriũ Hãnibalis. In aſia uero propter piraticos terrores ſimili ſpecularum præſidio excitato: in quis prænũtiatos ignes ſexta hora diei accenſos ſæpe cõpertum eſt: tertia noctis a tergo ultimis uiſos. Eiuſdẽ Alexandri curſor Philonides ex ſicyone ad elin mille et ducẽta ſtadia nouem diei cõfecit horis Indeq; q̃uis decliui itinere tertia noctis hora remẽſus ẽ ſæpius. Cã ꝙ eũti cũ ſole iter erat: eũdẽq; remeãs obuiũ cõtrario præuertebat occurſu. Qua de cã ad occaſũ nauigãtes q̃uis breuiſſimo die uincunt ſpatia nocturnæ nauigationis ut ſolem ipſum comitãtes.

Gnomica de eadem re et horologio primo. Ca. lxxiiii.

VAſa ꝗ horoſcopa nõ ubiq; eidem ſunt uſui trecẽtis ſtadiis aut longiſſime etiam quingẽtis mutãtibus ſemet umbris. Solis itaq; umbilici quem gnomonem appellãt umbra in ægypto meridiano tempore æquinoctii die paulo plus q̃ dimidiã gnomonis menſurã efficit. In urbe roma nona pars gnomonis deeſt umbrae. In oppido ancona ſupereſt quinta. xxx. In parte italiæ quae uenetia appellatur eiſdem horis umbra gnomoni par fit.

Vbi et quando nullæ umbræ. Ca. lxxv.

SImili modo tradunt in ſyene oppido quod eſt ſupra alexãdriam quinq; milibus ſtadiorũ ſolſtitii die medio nullã umbram iaci: Puteum ꝗ eius experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere ſolem illi loco ſupra uerticem eſſe: quod etiã in india ſupra flumẽ hyſpaſin fieri tempore eodem Oneſicritus ſcripſit. Cõſtatq; in berenice urbe troglodytarum et inde ſtadiis quattuor milibus octigentis. xx. eadem gente ĩ ptolemaide oppido quod in margine rubri maris ad primos elephãtorum uenatus cõditum eſt. Hoc idem ãte ſolſtitiũ quadragenis quinis diebus totidem ꝗ poſtea fieri: et poſt eos nonagita dies ĩ meridiem ũbras iaci. Rurſus ĩ meroe ĩſula quae eſt caput gentis æthiopũ qnq; milibus ſtadiorum a ſyene ĩ amne nilo habitatur bis anno abſumi umbras ſole duodeuiceſimã tauri partem et quartãdecimã leoniſ obtinente. In india gente oreũ monſ eſt maleus noie: iuxta quem umbræ æſtate ĩ auſtrum: hyeme ad ſeptetrionẽ iaciũtur. Quĩdecĩ tãtũ noctibus ibi apparet ſeptẽtrio. In eadẽ india pataliſ celeberrimo portu ſol dexter oritur: Vmbræ ĩ meridiem cadunt. Septẽtrionem ibi Alexandro morãte annotatũ prima tãtũ noctis parte aſpici Oneſicritus dux eius ſcripſit. Quibus ĩ locis ĩdiæ ũbræ nõ ſit ſeptẽtrionẽ nõ cõſpici: et ea loca appellari aſcia: nec horas dinumerari ibi

Vbi bis anno umbræ: et ubi in contrarium. Ca. lxxvi.

ET in tota troglodytice umbras bis xlii: diebus ĩ ãno Eratoſthenes ĩ contrarium cadere prodidit.

Vbi lõgiſſimus dies: et ubi breuiſſimus. Ca. lxxvii.

SIc fit ut uario lucis ĩcremento ĩ meroe lõgiſſimus dies. xii. horas æqnoctiales et octo partes unius horæ colligat. Alexãdriæ uero. xiiii. horas. In italia. xv. In britania. xvii. ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id: quod cogit rõ credi. Solſtitialibus diebus accedente ſole propius uerticem mundi anguſto lucis ambitu ſubiecto terræ cõtinuos dies haberi ſenis menſibus: noctesq; e diuerſo ad brumam remoto. Quod fieri ĩ inſula tyle Pythias maſſilienſis ſcripſit: ſex dierum nauigatione ĩ ſeptentrionem a britania diſtante. Quidã uero in noma quæ diſtat a Camalduno britaniæ oppido circiter ducentis milibus affirmant.

Item de horologio. Ca. lxxviii.

VMbrarum hãc rõem et quã uocãt gnomonicem ĩuenit Anaximenes mileſius Anaximãdri de quo diximus et Taletis diſcipulus: primuſq; horologiũ quod appellãt ſciotericõ lacedemone oſtendit.

Quõ dies obſeruenť. Ca. lxxix.

IPſum diem alii aliter obſeruauere. Babylloni inter duos ſolis exortus. Athenienſes inter duos occaſus. Vmbri a meridie ĩ meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes romani et q diem diffiniere ciuilem: item ægyptii et Hipparchus a media nocte ĩ mediã. Minora ãt interualla eſſe lucis inter ortus ſolis iuxta ſolſtitia q̃ æquinoctia apparet. quia poſitio ſigniferi circa media ſui obliquior eſt: iuxta ſolſtitium uero rectior.

Differentiæ gentium et ratio. Ca. lxxx.

COntexenda ſunt his cæleſtibus nexa cauſis. Nãq; æthiopas uicini ſyderis uapore torreri: aduſtiſq; ſimiles gigni: barba et capillo uibrato non eſt dubium. Et aduerſa plaga mundi atq; glaciali candida cute eſſe gentes flauis promiſſas crinibus. Truces uero ex cæli rigore has et illas mobilitates habentes. Ipſorumq; crinium argumento illis in ſupera ſuccum reuocari natura uaporiſ. Hiſ in inferas parteſ depelli humore deciduo. Hic graueſ feraſ: illic uariaſ effigieſ aĩalium prouenire et maxime alitum: et in multaſ figuraſ gigni uolucreſ. Corporum

autem proceritatem utrobiqꝫ: illic ignium niſu: hic humoris alimento. Medio uero terræ ſalubris utrinqꝫ mixtura: fertilis ad oẽs tractus: modicus corpoꝝ habitus. Magna & ĩ colore tẽperies: Ritus molles: ſẽſus liq̃dos: ĩgenia fœcũda: totiuſqꝫ naturæ capacia. Iiſdẽ ĩperia quæ nũq̃ extimeſcẽtibus fuerit: ſicut ne ille q̃dẽ his paruerit auulſæ ac ꝓ unitate naturæ urgẽtis illas ſolitariæ.

## De motu terræ. Ca. lxxxi.

BAbylonioꝝ placita motus terræ hiatuſqꝫ & cætera oĩa ui ſydeꝝ exiſtimãt fieri. Sed illoꝝ triũ q̃bus fulmina aſſignãt. Fieri ãt hæc meãtiũ cũ ſole aut cõgruẽtiũ: & maxime circa quadrata mũdi. Præclara quædã eſſe & ĩmortalis ĩ eo (ſi credimus) diuinitas perhibetur Anaximãdro mileſio phyſico: quẽ ferunt lacedemoniis prædixiſſe: ut urbeꝫ ac tecta cuſtodirẽt. Inſtare. n. motũ terræ. Et tum urbs tota eoꝝ corruit. Et taygeti mõtis magna pars ad formã puppis eminẽs abrupta cladẽ inſuper eam ruina ꝑſſit. Perhibetur & Pherecyd Pythagoræ doctoris alia coniectatio: ſed & illa diuina. Hauſtu aquæ e puteo præſenſiſſe ac prædixiſſe ibi terræ motum. Quæ ſi uera ſunt q̃ꝫtum a deo tandẽ uideri poſſunt tales diſtare dum uiuant: Et hæc quidem arbitrio cuiuſqꝫ exiſtimãda relinquãtur. Ventos ĩ cauſa eſſe non dubiũ reor. Neqꝫ eni unq̃ intremiſcũt terræ niſi ſopito mari: cæloqꝫ adeo trãquillo ut uõlatus auiũ non pendeãt ſubtracto omĩ ſpiritu qui uehit: nec unq̃ niſi poſt uentos conditos. ſ. in uenas et cauernas eius occulto afflatu. Neqꝫ aliud eſt ĩ terra tremor q̃ ĩ nube tonitruũ. Nec hiatus aliud: q̃ cum fulmen erumpit incluſo ſpiritu luctãte: et ad libertatem exire nitente.

## De terræ hiatibus. Ca. lxxxii.

VArie itaqꝫ quatitur: & mira eduntur opera: alibi ꝓſtratis mœnibus: alibi hiatu ꝓfũdo hauſtis: alibi egeſtis molibus: alibi emiſſis amnibus: nõnunq̃ etiã ignibuſ calidiſ ue fõtibus: alibi aduerſo fluminũ curſu. Præcedit uero comitaturqꝫ terribilis ſonus: alias murmur ſimilius mugitibus aut clamori humano armoꝝ ue pulſãtium fragori: pro qualitate materiæ excipientis formaqꝫ uel cauernaꝝ uel cuniculi: per quem meat exilius graſſate ĩ anguſto eodẽ rauco: in recuruis reſultãte: in duris feruente: ĩ humidis fluctuãte & ſtagnãtibus. Item feruẽte cõtra ſolida. Itaqꝫ et ſine motu ſæpe editur ſonus: nec ſimplici modo quatitur unq̃: ſed tremit uibratqꝫ. Hiatus uero alias remanet oſtendens quæ ſorbuit: alias occultat ore cõpreſſo: Rurſuſqꝫ ita inducto ſolo ut nulla ueſtigia extent urbibus pleꝛqꝫ deuoratiſ agrorumqꝫ tractu hauſto. Maritima aũt maxime quatiuntur. nec mõtoſa tali modo carẽt. Exploratum eſt mihi alpes apenninas ſæpius tremuiſſe. Et autumno ac uere terræ crebrius mouentur: ſicut fiunt fulmina. Ideo galliæ & ægyptus minime quatiũtur: quoniã hic æſtatis cauſa obſtat: illic hyemis. Item noctu ſæpius q̃ interdiu. Maximi autem futuri ſigna motus exiſtũt hi matutini ueſpertiniqꝫ: ſed propiqua luce crebri. Interdiu ãt circa meridiem fiunt: & ſolis lunæqꝫ defectu: quoniã tẽpeſtates tunc ſopiuntur. Præcipue uero cũ ſeq̃t hymbrẽ æſtus hymbreſ ue æſtũ.

## Signa motus futuri. Ca. lxxxiii.

NAuigantes uero ſentiunt nõ dubia cõiectura: ſiue flatu intumeſcente fluctu ſubito: aut quatiente icti. Intremunt uero & in nauibus poſita æque q̃ in ædificiis: crepituqꝫ prænuntiãt. Quin & uolucres nõ ĩpauidæ ſedent. Eſt & ĩ cælo ſignum: præceditqꝫ motu futuro aut interdiu aut paulo poſt occaſum ſereno ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ ſpatium. Eſt & in puteis turbidior aqua: nec ſine odoris tedio.

## Auxilia contra motus futuros. Ca. lxxxiiii.

SIcut & iiſdem eſt remedium: quale cloacæ & crebri ſpecus præbent. Præcõceptum enĩ ſpiritum exhalãt. quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatiuntur crebris ad purgandã eluuiem cuniculis cauata. Multoqꝫ ſunt tutiora ĩ iiſdem illis quæ pendent: ſicut neapoli in italia intelligitur parte eius quæ ſolida eſt ad tales caſus obnoxia. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices: anguli quoqꝫ parietum: põteſqꝫ alterno pulſu renitente. Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. Magna differentia eſt & ĩ ipſo genere motus. Pluribus ſiquidem modis quatitur. Tutiſſimum eſt cum uibrat criſpãte ædificioꝝ crepitu: & cum ĩtumeſcit aſſurgens: alternoqꝫ motu reſidet innoxium: & cum cõcurrentia tecta cõtrario ictu arietant: quoniã alter motus alteri renititur. Vndãtis inclinato & fluctus more quædã uolutatio infeſta eſt: aut cum ĩ unam partem totus ſe motus impellit. Deſinũt autem tremores cum uentus emerſit. Sin uero durauere: nõ ante quadraginta dies ſiſtuntur. Pleꝛqꝫ & tardius: utpote cuꝫ quidam annuo & biennii ſpatio durauerint.

## Portenta terraꝝ ſemel uiſa. Ca. lxxxv.

FActum eſt & hoc ſemel: quod equidem ĩ hetruſcæ diſciplinæ uoluminibus inueni. Ingens terraꝝ portentum. L. Martio. Sex. Iulio conſ. in agro mutinenſi. Nanqꝫ montes duo inter ſe concurrerunt crepitu maximo aſſultantes recedenteſqꝫ: inter eos flãma fumoqꝫ ĩ cælum exeunte interdiu ſpectante e uia æmilia magna equitum romanorum familiarumqꝫ &

uiatorꝫ multitudine. Eo concurſu uillæ omēs eliſæ. Animalia permulta quæ intra fuerant exanimata ſunt anno ante ſociale bellum: quod haud ſcio an funeſtius ipſi terræ italiæ fuerit ꝗ ciuile. Non minus mirꝫ oſtentum & noſtra cognouit ætas anno Neronis principis ſupremo ſicut in rebus eius expoſuimus pratis oleiſqꝫ intercedente uia publica in contrarias ſedes tranſgreſſis in agro marrucino prædiis Vectii Marcelli equitis ro. res Neronis procurātis.

### Miracula terræmotus. Ca. lxxxvi.

FIunt ſimul cum terræmotu & inundationes maris eodem uidelicet ſpiritu infuſi: aut reſidētis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliū extitit motus Tyberii Cæſaris principatu. xii. urbibus aſiæ una nocte proſtratis. Creberrimus punico belloītra eundem ānū ſepties ac quinquagies nuntiatus romā. Quo quidem anno ad thraſimenū lacū dimicātes maximū motū neqꝫ pœni ſenſere nec romani. Nec uero ſimplex malum aut in ipſo tantū motu periculū ē. Sed par aut maius oſtētū nāqꝫ urbs roma tremuit ut nō futuri euētuſ alicuius id prænūtium eſſet.

### Quibus locis maria receſſerit. Ca. lxxxvii.

EAdem naſcentiū cauſa terrarꝫ eſt cum idē ille ſpiritus attollendo potens ſolo non ualet erumpere. Naſcuntur enī: nec fluminū tantū inuectu ſicut echinades inſulæ ab acheloo amne cōuectæ: miroqꝫ pars ægypti a nilo. In quā a pharo inſula noctis & diei curſū fuiſſe Homero credimus. Nec receſſu maris ſicut idē circeus. Quod accidiſſe & in ābraciæ portu decē milium paſ. interuallo & athenienſiū quoqꝫ miliū ad pyræeū memoratur. Et epheſi ubi quōdā ædē Dianæ alluebat. Herodoto quidē ſi credimus mare fuit ſupra mēphī uſqꝫ ad æthiopū mōtes. Itēqꝫ a plāis arabiæ mare circa iliū & tota teuthraniæ. quaqꝫ cāpos ītulerit meāder

### Ratio inſularꝫ enaſcentium. Ca. lxxxviii.

NAſcuntur et alio modo terræ. ac repente in aliquo mari emergunt uelut paria ſecum faciente natura: quæqꝫ hauſerit hiatus alio loco reddente.

### Quæ et quibus temporibus enatæ ſunt. Ca. lxxxix.

CLaræ iampridem inſulæ delos et rhodos memoriæ produntur enatæ. Poſtea minores ultra melo: anaphe: inter lēnum et helleſpōtum nea: inter lebedum et theon alone: inter cycladas olympiadis. cxxxv. anno quarto thera et theraſia. Inter eaſdem poſt ānos. cxxx. hiera eadem quæ automate. Et ab ea duobus ſtadiis poſt annos. cx. in noſtro æuo M. Iunio Sylano et L. Balbo conſ. ad. viii. idus iulii thia.

### Quas terras interruperint maria. Ca. lxxxx.

ANte nos et iuxta italiam inter æolias inſulas: item iuxta cretam emerſit e mari mille quingentum paſſuum una. Cum calidis fontibus altera olympiadis. cxliii. anno tertio in thuſco ſinu flagranſ haec uiolento cum flatu. Proditur quoqꝫ memoriae magnā circa illam multitudinem piſcium fluitantem cōfeſtim expiraſſe quibus ex iis cibus fuiſſet. Sic et pythecuſas in campano ſinu ferunt ortas. Mox in iis montem epopon cum repente flamma ex eo emicuiſſet cāpeſtri aequatum planitie. In eadem et oppidū hauſtum profundo: alioqꝫ motu terrae ſtagnū emerſiſſe. Et alio prouolutis mōtibus inſulā extitiſſe prochitam. Nāqꝫ et hoc modo inſulas rerꝫ natura fecit. Auellit ſiciliam italiae: cyprum ſyriae: euboeam boetiae: euboeæ atlantē et macriam: belbicum bithyniae: leucoſiam ſyrenum promontorio.

### Quae inſulae continenti adiunctae. Ca. xci.

RVrſus abſtulit inſulas mari iunxitqꝫ terris. Antiſſam leſbo: zephyriū halicarnaſo: ethuſam mindo: domiſton et pernem mileto: arthemiſiam parthenio promōtorio: hybanda quondā ī inſula ioniae. cc. nūc a mari abeſt ſtadiis. Syriten epheſus ī mediteranea habet. Deraſidas et ſophoniā uicinam ei magneſia. Epidaurus et oricon inſulae eſſe deſierunt.

### Quae terraemotu mari permutatae. Ca. xcii.

IN totū abſtulit terras primū oīm ubi atlāticū mare eſt (ſi Platoni credimus) ī medio ſpatio. Mox īterno: quae uidemus hodie merſā acarnaniā ābracio ſinu: achaiā corīthio: europā aſiāqꝫ propōtide et pōto. Ad hoc prupit mare leucada: āthirrū: helleſpōtum: boſphoros duos.

### Quae terrae ipſae ſe ſorbuerunt. Ca. xciii.

ATqꝫ ut ſinus et ſtagna praeteream ipſa ſe condens terra deuorauit. Cybotū altiſſimum mōtem cū oppido curite: ſiphylū in magneſia. Et prius in eodem loco clariſſimā urbem quae tātalis uocabať. Galanis et calanies urbium ī phœnice agros et cum ipſis phegiū aethiopiae iugum excelſiſſimum: tanqꝫ non infida graſſarentur et littora.

### Quae urbes hauſtae ſint a mari. Ca. xciiii.

PYrrhā et antiſtā circa meotin pōtus abſtulit. Elicen et buram ſinus corinthius: quarū ī alto ueſtigia appent. Ex iſula æ ea āplius. xxx. milia paſſuū abrupta ſubito cū plurimis mortalium rapuit. Et ī ſicilia dimidiā tyndaridā urbē ac quicquid ab italia deeſt. Similiter ī boetia et eleuſina.

### De Piaculis. Ca. xcv.

MOtus ẽnivero terræ ſileãtur & quicqd eſt: ubi ſaltẽ buſta urbiũ extãt. Simul ut terræ miracula potius dicamus ꝙ ſcelera naturæ. Et hercule non cæleſtia enarratu difficiliora fuerint. Metalloꝝ opulẽtia tã uaria: tã diues: tam fœcunda: tot ſæculis ſuboriens: cũ tantum quotidie orbe toto populẽtur ignes: ruinae: naufragia: bella: fraudes: tãtum uero luxuria & tot mortales conterãt. Gẽmaꝝ pictura tã multiplex. Lapidum tã diſcolores maculæ. Interq; eos candor alicuius præter lucẽ omia excludẽs. Medicatorum fõtium uis. Ignium tot locis emicantium perpetua tot fæculis incendia. Spiritus lœtales alibi: aut ſcrobibus emiſſi: aut ipſo loci ſitu mortiferi. Alibi uolucribus tantũ: ut ſoracte uicino urbi tractu: Alibi præter hoiem cæteris animãtibus: nõnunq; & hoi: ut in ſinueſſano agro & puteolano ſunt. quæ ſpiracula alii uocant: alii charoneas ſcrobes mortiferꝝ ſpiritũ exhalãtes. Itẽ in hirpinis anſacti ac mephtiis eũdem locum: quem qui itrauere moriuntur. Simili modo hiarapoli in aſia matris magnæ tantum ſacerdoti innoxium. Alibi fatidici ſpecus: quoꝝ exhalatione temulenti futura præcinunt: ut delphis nobiliſſimo oraculo. Quibus in rebus qd poſſit aliud cauſæ afferre mortaliũ quiſpiam: ꝙ diffuſæ per omẽ naturæ ſubinde aliter atq; aliter numen erumpens:

¶ De terris ſemper trementibus. Ca. xcvi.

QVædã uero terræ ad igreſſus tremũt: ſicut ĩ gabinẽſi agro non ꝓcul urbe roma iugera ferme ducẽta eqtãtiũ curſu:

¶ De iſulis ſẽper fluctuãtibus. Ca. xcvii.

SImiliter in reatino quædam inſulæ ſemper fluctuãt: ſicut in agro cecubo. & eodẽ reatino mutinẽſi: ſtationenſi: in uadimonis lacu. & ad cutilias aquas opaca ſilua: quæ nunq; die ac noctu eodẽ loco uiſitur. In lydia aquæ uocãtur calamiæ: nõ uentis ſolũ: ſed etiã contis uel quolibet impulſu multoꝝ ciuium mithridatico bello ſaluſ. Sũt & in nympheo paruæ ſaltares dictæ: quoniã in ſymphoniæ cantu ad ictus modulãtium pedum mouẽtur. In tarquinenſi lacu magno italiæ duo nemora circũferuntur nũc triquetrã figuram edentes: nũc rotundã cõplexu uentis impellentibus: quadratam nunquam.

Quibus ĩ terris nõ pluat: & aceruata terraꝝ miracula & ceteroꝝ elemẽtoꝝ. Ca. xcviii.

CElebre fanum habet Veneris paphos: in cuius quãdã areã nõ impluit. Itẽ in ea oppido troadis circa ſimulacrũ Mineruæ. In eodẽ relicta ſacrificia nõ putreſcũt. Iuxta marpaſa oppidum aſiæ cautes ſtat horrenda: uno digyto mobilis. Eadẽ ſi toto corpore impellatur reſiſtens. In tauroꝝ peninſula in ciuitate paraſino terra eſt qua ſanãtur omnia uulnera. At circa aſon troadis lapis naſcitur. quo cõſumuntur omia corpora: ſarcophagus uocat̃. Duo ſũt mõtes iuxta flumen indum: alteri natura eſt ut ferrum omẽ teneat: alteri ut reſpuat. Itaq; ſi ſint claui in calciamẽto: ueſtigia auelli in altero nõ poſſe: in altero ſiſti. Locris & crotone peſtilentiam nunq; fuiſſe: nec ullo terræmotu laboratum ãnotatum eſt. In lycia uero ſemper a terræmotu. xl. dies ſerenos eſſe. In agro harpaſio frumentũ ſatu nõ naſcitur. Ad aras mutias in ueiente & apud tuſculanũ: & in ſilua ciminia loca ſunt in quibus ĩ terram depacta nõ extrahunt̃. In cruſtumino natũ fœnũ ibi noxiũ: extra ſalubre eſt. Et de aquaꝝ natura cõplura dicta ſunt.

¶ Qua ratione æſtus maris accedant & recedant. Ca. cix.

SEd æſtus maris accedere & reciprocare maxime miꝝ eſt. Pluribus quidem modis accidit. Veꝝ cauſa ĩ ſole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt: biſq; remeãt uicenis quaterniſq; ſemper horis. Et primũ attollentes ſe cum ea & mundo intumeſcẽtes. Mox a meridiano cæli faſtigio uergente in occaſũ reſidentes. Rurſuſq; ab occaſu ſubter a cæli ima & meridiano cõtraria accedente inundãtes. Hic donec iteꝝ exoriantur ſe ſorbentes. Nec unq; eodem tempore quo pridie refluit: ut ancilante ſydere trahenteq; ſecum auido hauſtu maria: & aſſiduo aliunde ꝙ pridie exoriente paribus tamen interuallis reciprocis: ſeniſq; ſemper horis nõ cuiuſq; diei aut noctis aut loci: ſed ab æquinoctialibus: ideoq; ĩæquales uulgariũ horarum ſpatio utcũq; plures in eas aut diei aut noctis illaꝝ menſuræ cadunt: & æquinoctio tantũ pares ubiq;. Ingens argumentum pleꝝq; lucis ac uicis etiam diurnæ hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſydera: ac rurſus eadem reſurgere: ſimilemq; terris imo uero uniuerſæ naturæ & inde faciem in iiſdem ortus occaſuſq; operibus non aliter ſub terra manifeſto ſyderis curſu alio ue effectu: ꝙ cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia: primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduã æſtus. Pleniores ab ea exundant: plenaq; maxime feruent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumque alio latere diuidua augentur. In coitu ſolis pares. Plane eadem aquilonia & a terris longius recedente mitiores ꝙ cum in auſtros digreſſa propiore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoque annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo lunæ reuocantur ambitu: augente ea cuncta ſolis annuis cauſis duobus æquinoctiis maxime tumentes & autumnali amplius quam uerno. Inanes uero bruma et magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis quod dixi temporum articulis ſed paucis poſt diebus: ſicuti neque in plena aut nouiſſima ſed poſtea:

d 3

nec ſtatim ut lunam mundus oſtendat: occultet ue: aut media plaga declinet: ueꝝ fere duabus horis æquinoctialibus ſerius: tardiore ſemper ad terras oium quæ gerũtur in cælo effectu cadente q̃ uiſu: ſicuti fulguris & tonitrui & fulminum. Omnes enim æſtus in oceano maiora integunt ſpatia inundant ꝙ q̃ in reliquo mari. ſiue quia totum in uniuerſitate animoſius eſt q̃ i parte: ſiue quia magnitudo apta ſyderis uim laxe graſſantis efficatius ſentit eadem anguſtiis arcentibus. Qua de cauſa nec lacus nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis cubitis ſupra britaniam intumeſcere æſtus Pytheas maſſilienſis auctor eſt. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibuſdam tamen in locis ſpatioſior laxitas dicioni patet. utpote cum plura exẽpla ſunt in tranquillo mari: nullo ꝓ ueloꝝ impulſu tertio die ex italia peruectoꝝ uticam æſtu feruente. Circa littora autem magis q̃ in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extremo pulſum uenaꝝ id eſt ſpiritus magis ſentiunt.

## ❡ Vbi æſtus extra rationem. Ca. c.

IN pleriſqꝫ tamen æſtuariis propter diſpares ſyderꝝ in quoqꝫ tractu exortus diuerſi exiſtunt æſtus tempore non ratione diſcordes: ſicut in ſyrtibus. Et quoꝝdam tamen priuata natura eſt: uelut taurominitani eurupi. Sæpius & in euboea ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus idem triduo in menſe conſiſtit ſeptima: octaua: nonaqꝫ luna. Gadibuſ qui eſt de lubro Herculis proximus fons incluſus ad putei modum alias ſimul cum oceano augetur: minuiturqꝫ: alias uero utrunqꝫ contrariis temporibus. Eodem in loco alter oceani montibus cõſentit. In ripa bethys oppidum eſt: cuius putei creſcente æſtu minuuntur: augeſcunt decedẽte mediis tempoꝝ immobiles. Eadem natura in hiſpali oppido uni puteo: cæteris uulgaris. Et pontus ſemper extra meat in propõtidem: introrſus in pontum nunq̃ refluo mari.

## ❡ Miracula maris. Ca. ci.

OMnia plenilunio maria purgantur: quædam & ſtato tempore. Circa Meſſanam & mas fimo ſimilia expuuntur in littus purgamenta. unde fabula ſolis boues ibi ſtabulari. His dede: ut nihil quod equidem nouerim prætereeam: Ariſtoteles nullum animal niſi æſtu recente e ſpirare affirmat. Obſeruatum id multum in gallico oceano: & dũtaxat ĩ hoĩe cõpertũ.

## ❡ Quæ poteſtas lunæ & terrena & marina. Ca. cii.

QVo uera cõiectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritũ ſydus lunæ exiſtimari. Et hoc eſſe quod terras ſaturet: accedẽſqꝫ corpora ĩpleat: abſcedẽſqꝫ inaniat. Ideo cũ incremẽto eius augeri cõchylia: & maxĩe ſpiritũ ſẽtire qbus ſãguis nõ ſit. Sed & ſãguinẽ hoĩm ẽt cũ lumine eius augeri ac minui. Frõdes quoqꝫ ac pabula (ut ſuo loco dicet) ſẽtire ĩ oĩa eãdẽ penetrãte ui.

## ❡ Quæ ſolis & quare ſalſum mare. Ca. ciii.

ITaqꝫ ſolis ardore ſiccaẽ liquor. & hoc eſſe maſculũ ſydus accepimus torrẽs cũcta ſorbẽſqꝫ Sic mari late patẽti ſaporẽ icoq̃ ſalis: aut qa exhauſto ide dulci tenuiqꝫ quod facillime trahat uis ignea: oẽ aſpiuſ craſſiuſqꝫ liquaẽ. Ideo ſũmã æquoꝝ aquã dulciorẽ ꝓfũda. Hãc eſſe ueriorẽ cãm aſperi ſaporis: q̃ ꝙ mare terræ ſudor ſit æternus: aut qa plurimũ ex arido miſceatur illi uapore: aut qa terræ natura medicatas aquas inficiat. Eſt ĩ exẽplis Dionyſio ſiciliæ tyranno cũ pulſus eſt ea potentia accidiſſe prodigiũ: ut uno die in portu dulceſceret mare.

## ❡ Item de natura lunæ. Ca. ciiii.

COntrario ferunt lunæ fœmineũ ac molle ſydus atqꝫ nocturnũ ſoluere humorẽ: & trahere nõ auferre. Id manifeſtũ eſt ꝙ feraꝝ occiſa corpora in tabem uiſu ſuo reſoluat: ſomnoqꝫ ſopitis torporem cõtractũ in caput reuocet. Glaciem refundat: cũctaqꝫ humifico ſpiritu laxet. Ita penſari naturæ uices: ſemper qꝫ ſufficere aliis ſyderꝝ elementa cogentibus: aliis uero fundentibus Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum eſſe ſicut in marinis ſolis.

## ❡ Vbi altiſſimum mare. Ca. cv.

ALtiſſimũ mare. xv. ſtadioꝝ Fabianus tradit. Alii ĩ põto ex aduerſo coraxoꝝ gẽtiſ uocãt bathea põti. tricẽtis fere a cõtinenti ſtadiis ĩ menſã altitudine maris tradũt uadiſ nunq̃ repertis.

## ❡ Miracula aquaꝝ fõtiũ et fluminũ. Ca. cvi.

MIrabilius id faciunt aquæ dulces iuxta mare ut fiſtulis emicãtes. Nã nec aquaꝝ natura a miraculis ceſſat. Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubie. Ideo et marinæ quaꝝ natura grauior magis inuecta ſuſtinent. Quædam uero et dulces inter ſe ſupermeãt alias. Vt ĩ fucino lacu ĩuectus amnis: in lario addua in uerbano ticinus: ĩ benaco mintius: in ſeuĩno ollius: in lemanno rhodanus. Hi trãſ alpes ſuperiores in italiam multoꝝ milium tranſitu hoſpitales ſuas tantum nec largiores q̃ intulere aquas euehentes. Proditũ hoc et in oronte amne ſyriæ multiſqꝫ aliis. Quidam uero odio maris ipſa ſubeunt uada: ſicut Aretuſa fons ſyracuſanus in quo redduntur iacta in alpheum: qui per olympiam fluẽs pelopõneſiaco littori infunditur. Subeunt terras rurſuſque redduntur. Lycus in aſia. Eraſinus in argolica. Tigris in meſopotamia. Et quæ in Aeſculapii fonte athenis immerſa ſunt in phalerico redduntur. Et in atinate

©BIUM

campo fluuius merſus poſt.xx.milia paſſuũ exit..Et in aquileienſi timauus. Nihil in aſphalti/
te iudææ lacu qui bitumen gignit mergi poteſt. Nec in armeniæ maioris arithiſſo. is quidem
introrſus piſces alit. In ſalentino iuxta oppidũ manduriã lacus ad margines plenus:neq; exau/
ſtis aquis minuitur:neq; infuſis augetur. In ciconum flumine & in piceno:lacu uelino lignum
deiectum lapideo cortice obducitur. Et in ſurio colchidis flumine adeo ut lapidem pleruq; du/
rans adhuc itegat cortex. Similiter in flumine ſilero ultra ſurrentũ nõ uirgulta modo imerſa:
uerũ et folia lapideſcunt. alias ſalubris potus eius aquæ. In exitu paludis reatinæ ſaxũ creſcit.
Et in rubro mari oleæ uirenteſq; frutices enaſcuntur. Sed & fontium plurimorũ natura mira ẽ
feruore. Idq; etiam in iugis alpium ipſoq; in mari:& inter italiam & enariam ut in baiano ſinu:
& in liri fluuio multiſq; aliis. Nam dulcis hauſtus in mari plurimis locis ut ad chelidonias inſu
las & arabum:& in gaditano oceano. Patauinorũ aquis calidis hærbæ uirentes innaſcuntur:pi
ſanorũ ranæ. Ad uetulonios in hetruria non procul a mari piſces. In caſinate fluuius appellaẽ
ſcatebra frigidus abundantior æſtate. In eo ut in archadiæ ſtymphali enaſcũtur aquatiles mu
ſculi. In dodone Iouis fons cum ſit gelidus:& immerſas faces extinguat:ſi extinctæ admoue/
antur accendit. Idem meridie ſemper deficit:qua de cauſa anapauomenon uocant. Mox incre/
ſcens ad medium noctis exuberat. Ab eo rurſus ſenſim deficit. In illyriis ſupra fontem frigi/
dum expanſæ ueſtes accenduntur. Iouis Hammonis fons interdiu frigidus: noctibus feruet.
In troglodytis fons ſolis appellatur dulcis:& circa meridiem maxime frigidus:mox paulatim
tepeſcens ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur. Padi fons mediis diebus æſtiuis
uelut interquieſcens ſemper aret. In tenedo inſula fons ſemper a tertia noctis hora in ſextam
ab æſtiuo ſolſtitio exundat. Et in delo inſula inopus fons eodem quo nilus modo: ac pariter
cum eo decreſcit augeturq;. Contra timauum amnem inſula parua in mari eſt cũ fontibus cali
dis:qui pariter cum æſtu maris creſcunt minuunturq;. In agro pitinate trans apenninum flu/
uius nouanus oĩbus ſolſtitiis torrens bruma ſiccatur. In faliſco clitũni amnis aqua potata can/
didos boues facit. In boetia amnis melas oues nigras. Cephiſus ex eodẽ lacu ꝓfluẽs albas rur
ſus nigras penitus. Ruffaſq; iuxta ilium xantus:unde & nomẽ amni. In põto fluuius aſtaces
irrigat cãpos in qbus paſtæ oues nigro lacte æque gẽtes alũt. In reatino fõs neminia appella
tus alio atq; alio loco exoritur ãnonæ mutationẽ ſignificãs. Brũduſii ĩ portu fõs incorruptas
præſtat aquas nauigantibus. Lynceſtis aqua quæ uocatur acidula uini modo temulentos fa/
cit. Ita in paphlagonia & in agro caleno. In andro ĩſula tẽplo Liberi patris fõtem nonis ianua/
riis ſemper uini ſapore fluere Mutianus ter conſ. credit. dioſtedoſia uocatur. Iuxta nonacrinã
archadiæ ſtix nec odore differens nec colore epota illico necat. Itẽ ĩ beroſo taurorũ colle tres
fõtes ſine remedio ſine dolore mortiferi. In carrinenſi hiſpaniæ agro duo fontes iuxta fluunt:
alter omĩa reſpuens:alter abſorbens. In eadem gẽte alius aurei coloris omẽs oſtendit piſces
nihil extra illam aquã cæteris differẽtes. In cõmẽſi iuxta lariũ lacum fons largus horis ſingu/
lis ſẽp intumeſcit ac reſidet: In cynonia ĩſula ãte leſbũ fonſ calidus atum fluit. Lacuſ ſannaus
in aſia circũnaſcente abſynthio ĩficitur. Colophone ĩ Apollinis clarii ſpecu lacuna ẽ:cuius po
tu mira redduntur oracula bibentiũ breuiore uita. Amnes retrofluere & noſtra uidit ætas.
Neronis principis ãnis ſupremis ſicut in rebus eius retulimus. Iam omnes fontes æſtate q̃
hyeme gelidiores eſſe quem fallit: Sicut illa permira naturæ opera æs & plumbum in maſſa
mergi:dilatata fluitare. Eiuſdemq; põderis alia ſedere:alia inuehi. Onera in aqua facilius mo/
ueri. Thyre lapidem q̃uis grandem innatare:eundemq; cõminutum mergi. Recentia cada
uera ad uadũ labi:intumeſcentia attolli. Inania uaſa haud facilius q̃ plena extrahi. Pluuia ſali/
nas aquas dulciores eſſe q̃ reliquas. Nec fieri ſalem niſi admixtis dulcibus. Marinas tardius
gelare:& celerius accendi. Hyeme mare calidius eſſe:autumno ſalſius. Omne oleo tranquilla
ri. Et ob id urinantes ore ſpargere:quoniam mitiget naturam aſperam:lucẽq; deportet. Ni/
ues in alto mari non cadere. Cũ omĩs aqua deorſum feratur exilire fontes:atq; etiã in ætnæ
radicibus flagrãtis ĩ tãtũ ut qnquagena & cẽtena milia paſſuũ harenas flãmarũ globus eructet

## Ignium & aquarum iuncta miracula & de maltha. Ca.cvii.

i TAnq; & igniũ quod ẽ naturæ quartũ elemẽtũ reddamus aliqua miracula. Sed primũ ex
aqs. In comagene urbe ſamoſata ſtagnũ ẽ emittẽs limũ malthã uocãt flagrãtẽ. cũ qd at
tingit ſolidi adhæret. Præterea tactus ſeqẽ fugiẽtes. Sic defẽdere muros oppugnãte Lucul/
lo:flagrabatq; miles armis ſuis. Aquis ẽt accẽditur. Terra tãtũ reſtigui docuere expimẽta.

## De naptha. Ca.cviii.

s SImilis ẽ naturæ naptha:ita appellaẽ circa babyloniã:& ĩ auſtagenis pthiæ ꝓfluẽs bitu
minis liqdi mõ. Huic magna cognatio igniũ:trãſiliũtq; ꝓtinus ĩ eã undecũq; uiſã. Ita fe
runt a Media pelicem crematam. poſtq̃ ſacrificatur ad aras acceſſerat corona igne rapta.

## De ſemper ardentibus locis. Ca.cix.

VEꝝ in mõtium miraculis ardet ætna noctibus ſemper: tantoq; æuo igniũ materia ſuffi-cit. Niualis hybernis temporibus: egeſtũq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tãtũ natura ſæuit exuſtionẽ terris denũtians. Flagrat in gage lyciæ mons chimæra: & quidem im mortalis diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua: extingui uero terra aut fœno Gnidius Cteſiaſ tradit. Eadẽ ĩ lycia epheſti mõteſ tæda flãmãte tacti flagrãt adeo: ut lapideſ quoq; riuoꝝ & harenæ in ipſis aquis ardeant: aliturq; ignis ille pluuiis. Baculo ſi quis ex iis accenſo traxerit ſulcos riuos igniũ ſequi narrant. Elagrat in bactris cophãti noctibus uertex. Flagrat in medis & ceſtia gente cõfinio perſidis. Suſis quidem ad turrim albã. xv. caminis ma ximo eoꝝ. Et interdiu cãpus babyloniæ flagrat quadã ueluti piſcina iugeri magnitudine. Itẽ æthiopum iuxta heſperium mõtẽ ſtellaꝝ modo campi nocte nitent. Similiter ĩ megalipolita-noꝝ agro tametſi internus ſit ille iucundus: frõdẽq; denſi ſupra ſe nemoris nõ adurens: & iux ta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphei crater dira apolloniatis ſuis portendit ut Theo pompus tradidit. Augetur hymbribus: egeritq; bitumen temperandũ fonte illo inguſtabili: alias oĩ bitumine dilutius. Sed quis hæc mireť: In medio mari hiera ĩſula ardet. Aeolia ĩſula iuxta italiam cum ipſo mari arſit per aliquos dies ſociali bello: & donec legatio ſenatus piauit: Maximo tamen ardet incendio theonochema dictum æthiopum iugum. Torrenteſq; ſolis ar-doribus flãmas egerit: Tot lociſ tot incendiis reꝝ natura terras cremat.

## ¶ Ignium per ſe miracula. Ca. cx.

PRæterea cũ ſit huius unius elemẽti rõ fœcũda: ſeq; ipſa pariat: & minimis creſcat ſintil lis: quid fore putandum eſt in tot rogis terræ: Quæ eſt illa natura quæ uoracitatẽ aui diſſimam in toto mundo ſine dãno ſui paſcit: Addantur iis ſydera innumera ingenſq; ſol. Ad-dantur humani ignes: & lapidum quoq; inſiti naturæ: attrita inter ſe ligna: iam nubiũ & origi nes fulminum. Excedit profecto oĩa miracula ullum diem fuiſſe: quo nõ cuncta cõflagrarẽt: cum ſpecula quoq; concaua aduerſa ſolis radiis facilius etiã accendantur: ꝙ ullus alius ignis. Quid ꝙ ĩnumerabiles partus ſed naturales ſcatẽt: In nympheo exit e petra flãma: quæ aqua accenditur. Exit & ad aquas ſcãtias. Hæc quidem ĩualida cũ trãſit: nec lõge in alia durãs ma-teria. Viret & æterno hũc fõtem igneuꝫ cõtexens fraxinus. Exit ĩ mutineſi agro ſtatis uulca-no diebus. Reperitur apud auctores ſubiectis ariciæ aruis ſi carbo deciderit ardere terrã. In agro ſabino & ſidicino unctũ flagrare lapidem. In ſelẽtino oppido natiã ĩpoſito ligno ĩ ſaxum quoddam ibi ſacrum protinus flãmam exiſtere. In laciniæ Iunonis ara ſub diuo ſita cinerẽ ĩmo bilem eſſe perflantibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis. Et in corporibus etiam humanis emicuiſſe. Traſimenum lacum arſiſſe totum. Seruio tullio dormiẽ-ti in pueritia ex capite flãmam emicuiſſe. L. Martium in hiſpania interemptis Scipionibus cõ-cionantem & milites ad ultionem exhortantem arſiſſe ſimili mõ Valerius Antias narrat. Plu-ra mox & diſtinctius. Nunc. n. quadam mixtura reꝝ oĩum exhibẽtur miracula. Veꝝ egreſſa mens interpretationem naturæ feſtinat legẽtium animos per totũ orbẽ ueluti manu ducere.

## ¶ Terræ uniuerſæ menſura longitudo & latitudo. Ca. cxi.

PArs noſtra terraꝝ de qua memoro ambiẽte (ut dictum eſt) oceano uelut ĩnatãs lõgiſſi me ab ortu & ab occaſu patet: hoc eſt ab india ad Herculis colũnas gadibus ſacratas octoginta quinq; milia ſexaginta octo milia paſſuum ut Artemidoro placet auctori. Vt uero Iſidoro nonaginta octo milia decem & octo. Artemidorus adiicit amplius a gadibus circuitu ſa cri promontorii ad promõtoriũ artabrũ: quo lõgiſſime frõs procurrit hiſpaniæ octigenta mi-lia nonagintaunum. Id menſuræ duplici currit uia. A gange amne hoſtioq; eius quo ſe ĩ eoum oceanum effũdit per indiã parthienenq; ad myriãdrũ urbem ſyriæ ĩ iſſico ſinu poſitam qnqua gintaquinq; milia paſſuum decẽ & nouẽ. Inde proxima nauigatione cyprũ inſulam patarã ly-ciæ rhodum aſtypalæam in carpacio mari ĩ inſulas laconicæ tænaꝝ. Lylibeũ ſiciliæ. Caralium ſardiniæ triginta quattuor. Deinde gades duodecim milia quinquaginta. Quæ menſura uni-uerſa ab eo mari efficit nonagintaocto milia paſſuum ſexagita nouem. Alia uia quæ certior iti nere terreno maxime patet a gange ad euphratem amnem quinquagita milia paſſuum. xxi. In de cappadociæ in mazaca. cc. milia. xliiii. Inde per phrygiam: cariam: epheſum: quadringẽta milia paſſuum. xcviii. Ab epheſo per ægeum pelagus delum ducenta milia. Iſthmum ducenta duodecim milia. Deinde terra & laconico mari & corinthiaco ſinu patrãs peloponneſi ducen-ta duo milia quingenti. Leucadem octingenta ſex milia quingenti. Corcyram totidem. Acro-ceraunia centum trigintaduo milia quingenti. Brunduſium octogintaſex milia quingẽti. Ro-mam. ccc. milia ſexaginta. Ad alpes uſq; calcincomacum uicũ quingenta decem & octo milia. Per galliam ad pyreneos montes illibrium quingenta quinquagita ſex milia. Ad oceanum & hiſpaniæ horam trecenta trigintaduo milia. Traiectu gadis ſeptem milia quingẽti. Quæ mẽ-ſura Artemidori rõne nonaginta efficit ſexaginta nouem. Latitudo autem terræ a meridiano

ſitu ad ſeptẽtrionem dimidio fere minor colligitur: quinquaginta quattuor miliũm ſexaginta duo. Quo palam fit quãtum & hinc uapor abſtulerit: & illinc rigor. Neqꝫ.n. deeſſe arbitror terris: aut nõ eſſe globi formã. Sed ĩhabibitabilia utrinqꝫ icõperta eſſe. Hæc mẽſura currit a littore æthiopici oceani: qua mõ habitatᷣ ad meroen qngẽta quinquaginta milia. Inde alexandriam duodecim milia quinquaginta. Rhodum quingenta octogintatria. Gnidũ octoginta quattuor milia qngẽti cũ. xxv. M. Samũ. c. M. Chiũ octogĩtaquattuor. M. Mitilenen. lxv. M. Tenedõ: xxviiii. M. Sigæũ ꝓmõtoriũ. xii. M. qngẽti. Os põti. cccxii. M. d. Carãbin ꝓmõtoriũ. cccl. Os mæotidis cccxii. M. d. Oſtiũ tanais. cclxv. M. Qui curſuſ cõpendiis maris breuior fieri poteſt. lxxxix. M. Ab oſtio tanaiſ nihil modicũ diligentiſſimi auctores fecere. Artemidorus ulteriora incõperta exiſtimauit: cũ circa tanain ſarmataꝝ gentes degere fateretᷣ ad ſeptẽtriones uerſas. Iſidorus adiecit. xii. M. l. uſqꝫ ad tilen: quæ cõiectura diuinationis ẽ. Ego nõ minore q̃ꝫ ꝓxime dicto ſpatio ſarmataꝝ fines noſci intelligo. Et alioqn q̃tum eſſe debet quod ĩnumerabiles gẽtes ſubinde ſedẽ mutãtes capiat: Vnde ulteriorẽ menſurã inhabitabilis plagæ multo eſſe maiorẽ arbitror. Nã & a germania imenſas inſulas nõ pridẽ cõptas cognitũ habeo. De lõgitudine ac latitudine hæc ſũt quæ digna memoratu putẽ. Vniuerſũ ãt hũc circuitũ Eratoſthenes ĩ omium qdẽ litteraꝝ ſubtilitate: & in hac utiqꝫ præter cæteros ſolers: quẽ a cũctis probari uideo ducẽtoꝝ quinquagita duoꝝ miliũ ſtadiũ ꝓdidit. Quæ mẽſura romana cõputatione efficit trecẽties qndecies centena milia paſſuũ. Improbũ auſũ: uerũ ita ſubtili argumẽtatione cõprehẽſũ ut pudeat nõ credere. Hipparchus & in coarguendo eo & in reliqua omi diligentia mirus adiicit ſtadioꝝ paulominus. xxv. milia.

## Harmonica mundi ratio. Ca. cxii.

a ALia Dionyſiodoro fides: neqꝫ enim ſubtraham exemplum uanitatis græcæ maximum. Melius hic fuit geometrica ſcientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ: ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cum ſecutis diebus iuſta peragerent: inueniſſe dicuntur in ſepulchro epiſtolam Dionyſiodori nomie ad ſuperos ſcriptam. Perueniſſe eum a ſepulchro ad infimam terram: eſſeqꝫ eo ſtadioꝝ quadragĩtaduo milia. Nec defuere geometræ qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terraꝝ orbe miſſam quo deorſum ab ſũmo longiſſimum eſſe ſpatium: & idem pilæ medium. Ex quo cõſecuta computatio eſt: ut circuitu eſſe. cc. qnquagintaquinqꝫ milia ſtadia pronuntiarent. Harmonica ratio quæ cogit reꝝ naturã ſibi ipſam congruere: addit huic menſuræ ſtadia ſeptem milia: terramqꝫ nonageſimam ſextã milleſimam totius mundi partem facit.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER TERTIVS. PROHEMIVM

HACTENVS DE SITV ET MIRACVLIS TERRAE aquaꝝqꝫ ac ſyderꝝ & rõne uniuerſitatis atqꝫ menſura. Nunc de partibus q̃q̃ infinitũ id quoqꝫ exiſtimatur nec temere ſine aliqua reprenſione tractatũ. Haud ullo ĩ genere uenia iuſtior eſt: ſi mõ minime miꝝ eſt hominẽ genitum nõ omia humana nouiſſe. Qua ꝓpter auctorem neminem unum ſequar: Sed ut quẽqꝫ ueriſſimum in quaqꝫ parte arbitrabor. Quonia cõmune ferme omibus fuit: ut eos quiſqꝫ diligentiſſime ſitus diſceret: in quibus ipſe prodebat. Ideo nec culpabo aut coarguam quẽqꝫ locoꝝ nuda noĩa & q̃ta dabitur breuitate ponẽtur claritate cauſiſqꝫ dilatis in ſuas partes. Nũc eni ſermo de toto ẽ. Quare ſic accipi uelim: ut ſicut nuda fama ſua noĩa qualia fuere primordio ante ullas res geſtas nũcupẽtur: & ſic quædã in his nomẽ datura quidẽ: ſed mũdi reꝝqꝫ naturæ. Terraꝝ orbis uniuerſus in tres diuiditur partes: europam: aſiam: africam. Origo ab occaſu ſolis & gaditano freto: qua irrũpens oceanus atlanticus in maria interiora diffũditur. Hinc intranti dextra africa eſt: leua europa. Inter has aſia eſt. Termini amnes tanais & nilus. Xu. milia paſſuum in longitudinem quas diximus fauces oceani patent: quinqꝫ milium in latitudine a uico mellaria hiſpaniæ ad promontorium africæ album auctore Turamnio Grachula iuxta genito. T. Liuius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt ubi minus vii. M. paſſuum. Vbi uero plurimum x. M. Tam modico ore tam immenſa equoꝝ uaſtitas proditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis uadi carinas territant. Qua de cauſa limen interni maris multi eum locum appellauere. Proxima autẽ faucibus utrinqꝫ ĩpoſiti mõtes coercent clauſtra: abila africæ: europæ calpe laboꝝ Herculis metæ. Quam ob cãm ĩdigenæ

©BIUM

colūnas eius dei uocant: credūtqꝫ pſoſſas excluſa ātea admiſiſſe maria: & rerꝫ naturæ mutaſſe faciem.

## De europa. Ca. i.

PRimum ergo de europa altrice uictoris omium gētiū populi: longeqꝫ terrarꝫ pulcherrima: quā pleriqꝫ merito nō tertiā portionem fecere: uerꝫ æquā in duas partel ab amne tanai ad gaditanū fretum uniuerſo orbe diuiſo. Oceanus hoc quod dictū eſt ſpatio atlāticum mare infundens: & auido meatu terras quæcunqꝫ uenientem expauere demergens: reſiſtentes quoqꝫ flexuoſo littorꝫ anfractu lambit europam: uel maxime receſſibus crebris excauans: ſed in quattuor præcipue ſinus. Quorꝫ primus a calpe hiſpaniæ extimo (ut dictum eſt) monte locobrutinum uſqꝫ promontorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima hiſpania terrarꝫ eſt ulterior appellata. Eadem bethyca. Mox a fine tirgitano citerior: eadēqꝫ tarraconēſis ad pyrenea iuga. Vlterior in duas per lōgitudinem prouintias diuiditur. Siquidem bethycæ latere ſeptētrionali protenditur luſitania amne ana diſcreta. Ortus hic in aminitano agro citerioris hiſpaniæ: & mō ſe in ſtagna fundens: mō in anguſtias reſorbens: aut in totum cuniculis condens: & ſæpius naſci gaudens in atlāticum oceanum effunditur. Tarraconenſis autem hinc affixa pyreneo: totoqꝫ eius a latere decurrens & ſimul ad gallicum oceanum hibero mari trāſuerſa ſe pādens ſolorio monte & oretanis iugis carpentaniſqꝫ & aſturꝫ a bethyca atqꝫ luſitania diſtinguitur. Bethyca a flumine eam mediā ſecante cognoīata cūctas prouītiarꝫ diuiti cultu & quod in fertili ac peculiari nitorē præcedit. Iuridici cōuentus ei quattuor. Gaditanus: Cordubenſis: Aſtyſitanus: Hiſpalenſis. Oppida omīa numero. clxxii. In iis coloniæ ſeptem. Municipia. xviii. latio antiquitus donata. xxix. Libertate. vi. Fœdere. iii. Stipendiaria. cxx. Ex his digna memoratu aut latino ſermone dictu facilia. A flumine ana littora oceani oppidum oſſoba aſturiæ cognominatum. Interfluētes luxia & urium harenæ mōtes. Bethys fluuius. Littuſ curſenſe inflexo ſinu. Cuius ex aduerſo gadis inter inſulas dicendæ. Promontorium Iunonis: Portus ueſippo. Oppida belon mellaria. Fretum ex atlantico mari. Carteia carteſos a græcis dicta. Mons calpe. Deinde littore interno oppido berbeſula cū fluuio. Item ſalduba oppidum uel malacha cū fluuio fœderatorꝫ. Dein menoba cum fluuio. Sexifirmū cognomine iuliū. Sexabdera Murgis. Bethycæ finis. Orā eā uniuerſā originis pœnorꝫ exiſtimauit M. Agrippa. Ab ana autem atlātico oceano obuerſa baſtu orꝫ turdulorꝫqꝫ ē. In uniuerſam hiſpaniā. M. Varro perueniſſe hiberas & perſas & pœnicas celtaſqꝫ & pœnos tradit. Luſū. n. Liberi patriſ ac lyſam cum eo bacchātem nomen dediſſe luſitaniæ & Pana præfectum eius. Vniuerſa autē quæ de Hercule ac pyrene uel Saturno traduntur: fabuloſa ī primis ut arbitror. Bethys ī tarraconenſi prouintia non ut aliqui dixere menteſa oppido ſed tygenſi exoriens ſaltu: iuxta quē trader fluuius qui carthaginenſem agrum rigat ille ocior refugit Scipionis rogum uerſuſqꝫ in occaſum oceanum atlanticum prouintiam adoptans petit: modicus primo: ſed multorum fluminum capax: quibus ipſe famam aquaſqꝫ aufert. Bethycæ primū ab oſſigetania infuſus amœno blandus alueo: crebris dextra leuaqꝫ acco litur oppidis. Celeberrima inter hunc & oceani oram in mediterraneo ſegeda: quæ augurina cognominatur. Iulia quæ fidentia. Vrgao quæ alba. Ebura quæ cerialis. Siliberi quod liberini. Libida quæ clauſa. Stici quod iulienſes. Veſci quod fauentia: ſingilia: hegua: auia: ebdanum: agla minor: hebura: caſtrauaria: epiſibrium: ipho noua: illyrico: oſca: eſcua: ſuccabon: uditanum: tuati uetus: obuia baſtetaniæ uergentis ad mare. Conuentus uero cordubenſis circa flumen ipſum oſſigi quod cognominatur laconiū. Iliturgi quod forum iulium. Ipaſturgi quod triumphale. Sitia &. xiiii. M. paſſ. remotū in mediterraneo. Obulco quod bontificenſe appellatur. Mox ripepora fœderatorum. Sacimaritalium onuba. Et dextra corduba colonia patritia cognominata. Inde primum nauigabili bethye. Oppida carbulo decumo. fluuius ſingilis eodem bethys latere incedens. Oppida hiſpalenſis conuentus: celtiaca: uacamana: acria: ilipa cognomine ila italica. Et a leua hiſpali colonia cognomine romulienſis. Ex aduerſo oppidum oſſet: quod cognominatur iulia conſtantia. Virgentium quod Iulii genitor. Hippo cauraſiarꝫ fluuius menoba & ipſe a dextro latere infuſuſ: Ac inter æſtuaria bethys oppidum nebriſſa cognomine ueneria & colobona. Colonia aſta quæ regia dicitur. Et in mediterraneo aſida: quæ cæſariana. Singilis fluuius ī bethyn quo dictum eſt ordine irrumpens aſtygitanam coloniam alluit cognomine auguſtam firmam. ab ea nauigabilis. Huius conuentus ſunt reliquæ coloniæ immunes tucci quæ cognominantur auguſta gemella. Ituci quæ uirtus iulia. Atubi quæ claritas Iulia. Vrſo quæ genua urbanorū Inter quæ fuit nunda cum Pompeii filio capta. Oppida libera aſtygie uetus oſtippo. Stipendiaria: callet: calucula: caſtragemina: ilipula minor: merucra: ſucrana: obucula: oningis. Ab ora uenti prope monobam amnem & ipſum nauigabilem haudprocul accolunt alontigiceli: aloſtigi. Quæ autem regio a bethye ad fluuium anam tendit: extra prædicta beturia appellatur in duas diuiſa ptes: totidēqꝫ gentes. Celticos qui luſitaniam attingūt: & hiſpalēſis cōuen-

tus. Turdulos qui luſitaniā & terraconenſē accolũt: iura cordubā petunt. Celticos a celtiberiſ
ex luſitania aduenisse manifeſtũ eſt ſacris lingua oppidoꝝ uocabulis: ſacriſqꝫ cognoībus in be/
thyca diſtingũtur. Serica quæ dicitur fama iulia. Vertobrige cõcordia iulia. Segede reſtituta
iulia. contribute iulia. Vcultuniacum: quæ & turiga nunc eſt. Lacimurge conſtantia iulia.
Tereſibus fortunales: & callenſibus emanici. Præter hæc ĩ celtica acibro: arũda: arunci:
turobrica: laſtigi: alpeſa: ſepone: ſerippo. Altera beturia quā diximus turduloꝝ & conuentus
cordubenſis habēt oppida nõ ignobilia. Arſā: mellariā: mirobicā regiones oſintiadis ĩſeponē.
Gaditani cõuentus ciuiũ romanoꝝ. Regina latinoꝝ regia. Cariſa cognoīe aurelia. Vrigia co/
gnoīata caſtrum iulium. Item Cæſaris ſalutarienſis. Stipendiaria baſaro: belippo: barbes: ulu
la: ciprobaſſis: progallet: cappagum: oleatro: icocio: brana: liſculaſa: guntiaſa: andoriſe: Por
ro longitudinem uniuerſam eius prodidit. M. Agrippa cccclxv: M. p. Latitudinē. cc. lvii. M.
Sed cum termini carthaginem uſqꝫ procederent: quæ cauſa magnos errores computatiõe mē
ſuræ ſæpius parit. Et dum alibi mutato prouintiaꝝ modo: alibi itineꝝ auctis aut diminutiſ paſ
ſibus incubuere maria tam longo æuo alibi proceſſere littora: Torſere ſe & fluminũ aut corre
xere flexus. Præterea aliũde aliis exordiũ mēſuræ ē: & alia meatuſ. ita fit ut nulli duo cõcinãt

¶ Bethycæ longitudo & latitudo. Ca. ii.

Bethycæ lõgitudo nũc a caſtulonis oppidi fine gadis. ccl. M. et a murgi maritĩa ora xxii
M. p. ãplior. Latitudo a carteiana ora. ccxxxvi. M p. Agrippā qdē ĩ tãta uiri diligētia
præterqꝫ ĩ hoc opere: cura cum orbem terrarum urbi ſpectãdũ ꝓponeret cæce erraſſe qs cre
dat: et cũ eo Diuũ Auguſtũ. Is nãqꝫ cõplexã ea porticũ ex deſtinatõe et cõmētariiſ M. Agrip
pæ a ſorore eius incohatã peregit.

¶ Hiſpania citerior. Ca. iii

Citerioris hiſpaniæ ſicut complurium prouintiarum aliquãtum uetus forma mutata eſt:
utpote cum Pompeius Magnus trophæis ſuis quæ ſtatuebat in pyreneo. d. ccclvi. op
pida ab alpibus ad fines hiſpaniæ ulterioris in dicionem a ſe redacta teſtatus ſit. Nunc uniuer/
ſa prouintia diuiditur in conuentus ſeptem. Carthaginenſem: Tarraconenſem: Cæſarauguſta/
num: Clunienſem. Aſturum: Lucrenſem: Bracatum. Accedunt inſule quarum mentione ſepo
ſitæ ciuitates: prouintia ipſa præter contributas aliis. cc. xciii continet oppida. In iis colonias
xii. Oppida ciuium romanorum. xiii. Latinorum ueterum. xviii. Fœderatorum unum. Stipē/
diaria. cxxxii. Primi in ora baſtuli: poſt eos quo dicitur ordine intus recedentes menteſani:
oretani: et ad tagum carpētani: iuxta eos uaccei: uectones: et celtiberi: atrebaci. Oppida oræ
proxima urci. Adſcriptumque bethycæ barea regio mauritania: mox deitania. Dein conteſta
nia: carthago noua: colonia: cuius a promontorio quod Saturni uocatur Cæſaream maurita/
niæ urbem. clxxxvii. M. paſſ. traiectus. Reliqua in ora flumen tader colonia immuni. Ilici un
de ilicitanus ſinus: in eam contribuuntur icoſitania: mox latinorum lucentium: dianium ſtipen
diarium: ſucro fluuius: et quondam oppidum. Conteſtaniæ finis regio idetania amœno præ/
tendente ſe ſtagno ad celtiberos recedens. Valentia colonia. iii. M. paſſ. a mari remota. Flu/
men turium: tantundem a mari ſaguntum ciuium romanorum oppidum. Vide nobile flumen
idubeda regio ilergoanum. Ibarus amnis nauigabili commercio diues ortus in cantabris haud
procul oppido iuliobrica. cccc l. M. paſſ. fluens. nauium. p. cclx. M. a uaria oppido capax quē
propter uniuerſam hiſpaniam græci appellauere iberiam. Regio ceſſetania: flumen ſubi: colo
nia: Tarraco Scipionum opus ſicut carthago pænorum. Regio ilergetum: oppidum ſubur:
flumen rubricatum: a quo laletani et indigetes. Poſt eos quo dicetur ordine intus receden/
tes radice pyrenei auſetani: itani: lacetani. Perque pyreneum ceretani: dein uaſcones. In ora
autem colonia barcine cognomine fauentia. Oppida ciuium romanorum beturo illuro. Flu/
men larnum blande fluens alba. Emporia geminum hoc ueterum incolarum et græcorum qui
phocentium fuere ſoboles. Flumen ticher. Ab eo pyrenea Venus in latere promontorii alte/
ro. xl. M. Nunc per ſingulos conuentus reddentur inſignia præter ſupradicta tarracone di/
ſceptant. populi. xliiii. quorum celeberrimi ciuium romanorum dertuſani: biſgargitani. Lati/
norum auſetani: cerretani: qui iuliani cognominantur: et qui auguſtani: ſedetani: geru den/
ſes: geſſorienſes: teari qui iulienſes. Stipendiariorum aquicaldenſes: onenſes: betulonenſes:
Cæſarauguſtana colonia immunis amne ibero affuſa: ubi oppidum antea uocabatur ſaldyba. re
gionis reditaniæ recipit populos. lii. Ex his ciuium romanorum bellitanos: celſenſes: Ex colo
nia calaturiganos: qui naſcici cognominantur. Ilerdenſes ſurdaonum gentis iuxta quos ſicoris
fluuius: oſcenſes regionis ueſſetaniæ: turiaſſonenſes. Latinoꝝ ueteꝝ caſcãtenenſes: ergauicē
ſes: gracchuritanos: leonicenſes: oſſigerdenſes. Fœderatos tarragenſes. Stipendiarios arco/
brienſes: andologenſes: arocelitanos: burſaonenſes: calaguritanos: qui fabularenſes cogno/
minantur. Complutenſes: carenſes: cincienſes: cortoenſes: daminitanos: larnenſes: lurſenſeſ:
ſpalenſes: ilũberitanos: lacetanos: iubienſes: põpolonenſes: ſegiſenſes. Carthaginē cõueniũt

populi.lxii.exceptis inſulaꝝ incolis.Ex colonia accitania gemelleſenſes & libiſoſona cognomĩe feroauguſtana:quibus duabus ius italiæ datum.Ex colonia ſalarienſe oppidani latii ueteris caſtulonenſes:qui cæſariuenales appellantur.Setabitani qui auguſtani ualerienſes. Stipendiarioꝝ aũt hi celeberrimi:albanenſes.baſtiani:conſaburenſes:dianẽſes:egeleſtani:lorcitani:laminitani:menſani:qui & oritani:menteſani qui & baſtuli:oretani qui & germani cognominantᷓ:caputq; celtiberiæ ſegobrigenſes:carpentani:& toletani tago flumini ĩpoſiti.Dein uicienſeſ:uirgilienſes.In cõuentum clunienſem uarduli ducũt populos.xiiii.ex quibus labanẽſes tantũ nominare libeat.Turmodigi quattuor:in quibus ſegiſamonenſes:ſegiſamaiuliẽſes.In eũdem cõuentum carietes & uennenſes quinq; ciuitatibus uadunt:quaꝝ ſunt ueliẽſes:eodẽ pelleodeones celtiberoꝝ quattuor populis.quoꝝ numantini fuere clari:ſicut ĩ uacceoꝝ.xviii.ciuitatibus inter catinienſes palatini:locobrigenſes:caucenſes.Nã in cantabris quattuor populis iuliobrica ſola memoratur.In autrigonum decẽ ciuitatibus tritiũ & uiroueſca.Areuacis nomẽ dedit fluuius areua.Hoꝝ ſex oppida ragũtia & ibi xama:quæ nomina crebro aliis ĩ locis uſurpantur.Præterea ſegouia & noua auguſta termes:ipſaq; clunia celtiberiæ finis.Ad oceanũ reliqua uergunt uarduliq; ex prædictis & cãtabri.Iunguntur iis aſtuꝝ.xii.populi diuiſi ĩ auguſtanos aſturica urbe magnifica.In his ſũt girri:peſici:laciẽſeſ zoelæ.Numerus omis multitudinis ad.cclx.M.liberoꝝ capitum.Lucenſis cõuentus populoꝝ eſt.xvi.præter celticos & leuanios ignominioſæ ac barbaræ appellatiõis:Sed liberoꝝ capitum ferme.clxvi.Simili modo bracaꝝ.xxiiii.ciuitates.cclxxv.capitum:ex quibus præter ipſos bracaros iuballi:celerni:galleci:equeſilici:querquerni: citra faſtidium nominentur.Lõgitudo citerioris hiſpaniæ ẽ ad finem caſtulonis a pyreneo.d.cvii.M.p.& ora paulo amplius.Latitudo a tarracone ad littuſ olarſonis.ccvii.E radicibus pyrenei ubi cuneatur anguſtiis ĩter duo maria:paulatĩ deinde ſe pandens:qua contingit ulteriorem hiſpaniã tantundem & amplius latitudinẽ adiicit.Metallis plumbi:ferri:æris:argenti:auri tota ferme hiſpania ſcatet.Citerior & ſpecularibus lapidibus.Bethyca & minio.Sunt & marmoꝝ lapidicinæ uniuerſæ hiſpaniæ.Veſpaſianus imperator Auguſtus iactatus procellis reipu.latii ius tribuit.Pyrenei montes hiſpanias galliaſq; diſterminant promõtoriis in duo diuerſa maria proiectis.

Narbonenſis prouintia. Ca.iiii.

NArbonẽſis prouintia appellatur pars galliaꝝ:quæ interno mari alluitur:bracchata ante dicta:amne uaro ab italia diſcreta alpiumq; ſaluberrimis romano imperio iugis. A reliqua uero gallia latere ſeptentrionali montibus gebenna et urbibus agroꝝ cultu uiroꝝ moꝝq; dignatione amplitudine opum nulli prouintiaꝝ poſtferenda:breuiterq; italia uerius q̃ prouintia.In ora regio ſardonum:intuſq; cõſuaranoꝝ.Flumina techũner nodubrũ.Oppida illeſeberæ magnæ quõdã urbis tenue ueſtigiũ.Ruſcino latinoꝝ:flumen ataxe pyreneo rubrẽſem permeans lacũ.Narbo Martius decumanoꝝ colonia xii.M.paſſuũ a mari diſtãs.Flumina araris liria.Oppida decætero rara præiacentibus ſtagnis agatha quõdam maſſilienſiũ & regio uolcaꝝ tectoſagum.atq; ubi rhoda rhodioꝝ fuit.Vnde dictus multo galliaꝝ fertiliſſimuſ rhodanus fluuius ex alpibus ſe rapiens per lemãnum lacum:ſegnẽq; deferens ararim:nec minus ſeipſo torrentem iſaram & truentiam.Libyca appellantur duo eius ora modica.Ex his alteꝝ hiſpanienſe:alterum metapinum:tertium idẽq; ampliſſimum maſſalioticum.Sunt auctores & heracleam oppidum in hoſtio rhodani fuiſſe ultra foſſam ex rhodano.c.paſſibus:Marii opere & nomine inſigne ſtagnum.Aſtromela oppidum maritima auaricoꝝ:ſuperq; cãpi lapidei Herculis prœlioꝝ memoria.Regio anatalioꝝ & intus deſuuiatium cauaꝝq;.Rurſus a mari tricorium & intus tricolloꝝ.Vocõtioꝝ & ſegouellaunoꝝ mox allogobrum ac in ora maſſilia græcoꝝ phocenſium.Fœderata promontorium zoachitariſta portuſregio clamatulicoꝝ.Dein ſuelteri ſupraq; uerucini.In ora aũt hac athenopolis maſſilienſium foꝝ: Iulioctauianorum colonia:quæ pacenſis appellatur:& claſſica amnis ſine argenteus.Regio oxibiorum ligaunorumq;:ſuper quos ſuebri quariates adunicantes.At in ora oppidum latinum ãtipolis.Regio deciatium.Amnis uarus ex alpium monte cemeno profuſus.In mediterraneo colonia arelate ſextanorum:beteræ ſeptumanorum:arauſio ſecundanorum.In agro cauarum ualentia:uienna allobrogum.Oppida latina aquæſextiæ ſalubiorum:auenio cauarum: aptaiulia uulgientium alebeceriorum apollinarium:alba heluorum: auguſta tricaſtinorum: abatilia area bormannico macina bellio carcaſum uulgarum tectoſagum ceſſero carbonthorathe: meminorum:ceniceẽſes:cambolectri:qui atlantici cognominantur.Forum Voconi.glarum Liuii Leuteuani:qui & foroneronienſes.Nemauſum aremicorum.Piſcenæ ruteni ſanagenſes toloſani tectoſagii aquitaniæ contermini ataſcodinitarii cononienſes umbranici.Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita uaſgo & lucus Auguſti.Oppida uero ignobilia.xix.ſicut xxiiii.nemauſenſibus attributa.Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis aganticos

atq; bodiõticos: quoꝝ oppidũ dina. Lõgitudinẽ ꝓuĩtiæ narbonẽſis. ccccLxx. M. paſſ. Agrip/
pa tradit: latitudinẽ. ccLxviii.

Italia tyberis roma cãpania  Ca. v.

ITalia dehinc primiq; eius ligures: mox hetruria: umbria: latium: ubi tyberina oſtia: &
i roma terraꝝ caput. xvi: M. p. interuallo a mari. Volſcoꝝ poſtea littus: & campaniæ pi/
centium inde: ac lucanum brutiumq;: quo longiſſime ĩ meridiem ab alpium pene lunatis
iugis ĩ maria excurrit italia. Ab eo græciæ ora: mox ſalentini: peduculi: apuli: peligni: ferẽ
tani: marrucini: ueſtini: ſabini: picentes: galli: umbri: hetruſci: ueneti: carni: iapides: iſtri: li/
burni. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito: ſi breuiter atq; in tranſcur/
ſu in hũc modũ dicatur terra oĩum terraꝝ alũna: eadem & parens numine deũ electa: quæ cæ
lum ipſũ clarius faceret: ſparſa cõgregaret ĩperia: rituſq; molliret: & tot populoꝝ diſcordes fe
raſq; linguas ſermonis cõmercio cõtraheret ad colloqa: & humanitatẽ hoĩ daret: breuiterque
una cũctaꝝ gentiũ in toto orbe patria fieret. Et qd agã tanta nobilitas oĩum locoꝝ: quos quiſ
attigerit: tãta reꝝ ſingulaꝝ populoꝝq; claritas tenet. Vrbs roma uel ſola ĩ ea & digna etiã fe
ſta ceruice facies quo tandem narrari debet opere: Et qualiter campaniæ ora per ſe fœlixq;
illa ac beata amœnitas ut palam ſit uno in loco gaudẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea
uitalis ac perennis ſalubritatis cæli temperies eſt: tam fertiles campi: tam aprici colles: tam ĩ/
noxii ſaltus: tam opaca nemora: tam munifica ſiluaꝝ genera: tot montium afflatus: tanta fru/
gũ & uitiũ oleaꝝq; fertilitas: tam nobilia pecori uellera: tot opima tauris colla: tot lacus: tot
amniũ fontiumq; ubertas totam eam perfũdens: tot maria: portus: gremiumq; terraꝝ cõmer
cio patens undiq;: & tanq; ad iuuandos mortales ipſa auida ĩ mare procurrens. Neq; ingenia
rituſq; ac uiros & lingua manuq; ſuperatas cõmemoro gentes. Ipſi de ea iudicauere græci: ge
nus in gloriam ſuam effuſiſſimum quotam partẽ ex ea appellãdo græciam magnam. Nimirum
id quod in mentione cæli fecimus hac quoq; in parte faciẽdum eſt: ut quaſdam notas ac pauca
ſydera attingamus. Legentes tantum quæſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſſerenda fe/
ſtinari: Eſt ergo folio maxime querno aſſimilata: multo proceritate amplior q̃ latitudine in
leuo ſe flectens cacumine: & amazonicæ figura deſinens parmæ: ubi a medio excurſu cynthoſ
uocatur per ſinus lunatos duo cornua emittens leucopertã dextra: lacinium ſiniſtra. Patet lõ/
gitudine ab alpino fine prætoriæ auguſtæ per urbem capuam eq; curſu meante rhegiũ oppi/
dum in humero eius ſitum: a quo ueluti ceruicis incipit flexus: decies centena & uigiti milia
paſſuum: multoq; amplior menſura fieret lacinium uſq;: ni talis obliquitas in latus digredi ui/
deretur. Latitudo eius uaria eſt. ccccx. milium inter duo maria inferꝝ & ſuperꝝ: amneſq; uarũ
atq; arſiam: media ac ferme circa urbem romam ab hoſtio aterni amnis in adriaticum mare in/
fluentis ad tyberina hoſtia. cxxxvi. & paulo minus a caſtronouo adriatici maris alpium ad thu
ſcum æquor. Haud ullo in loco. cc. in latitudinem excedens: Vniuerſæ autem ambitus a uaro
ad arſiam. xxx. M. paſſuum. lviii. efficit. Abeſt a circũdatis terris hiſtria ac liburnia quibuſdã
locis. c. M. paſſuum. Ab epiro & illirico. l. Ab africa minuſ. cc. ut auctor affirmat Varro. Ab
ſardinia. cxx. milia. A ſicilia. M. d. A corſica minus. lxx. Ab iſſa. l. Incedit per maria cæli re/
gione ad meridiem quidem. Sed ſi quis diligenti ſubtilitate id exigat: inter ſextam horam pri/
mamq; brumalem. Nunc ambitum eius urbeſq; enumerabimus. Qua in re præfari neceſſari/
um eſt auctorem nos Diuum Auguſtum ſecuturos: deſcriptionemq; ab eo factam italiæ toti/
us in regiones. xi. Sed ordine eo qui in littoꝝ tractu fiet urbium quidem uicinitates oratione
uti ꝑ præpropera ſeruari non poſſe. Itaq; interiori in parte digeſtionem in litteras eiuſdẽ nos
ſecuturos coloniaꝝ mentione ſignata: quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſque
perſequi facile eſt. In gaunis liguribus ut cæteri omittantur agro tricies dato. Igitur ab amne
uaro nicea oppidum a maſſilienſibus conditum: Fluuius pado. Alpes populiq; in alpinis mul/
tis nominibus: ſed maxime capillati oppido uediãtiorũ: ciuitatis gemellio. Portus Herculi.
monœchi. Liguſtica ora. Liguꝝ celeberrimi ultra alpes ſaluideceates: moxubii: citra uenæ:
meſtruri: ſotibagieni: ſtati: elibi uelli: aielli: euburiates: caſmenates: ueliates: et quoꝝ oppida
in ora proxima dicemus. Flumen rutuba: oppidum albium: intemelium: flumen merula: oppi
dum albingaunum: portus uadum ſabatium: flumen porcifera: oppidum genua: fluuius feri/
tor: portus delphini. Tigulia intus & ſegeſta tigulioꝝ: Flumen macra liguriæ finis. A tergo
autem ſupra dictoꝝ omĩum apenninus mons italiæ ampliſſimus perpetuis iugis ab alpibus tẽ
dens ad ſiculum fretum. Ab altero eius latere ad padum amnem italiæ ditiſſimum omnia no/
bilibus oppidis nitent. Libarna dertona colonia: trira: barderatæ: induſtria: polentia: carrea:
quod potentia cognominatur. Forofului quod ualentinum. Auguſta uacienorum: Alba põ/
peia: aſta: aquæ ſcatiellorum. Hæc regio ex deſcriptiõe Auguſti nona eſt. Patet ora liguriæ
inter amnes uarum & macram. ccxi. M. paſſ. Adnectitur ſeptimæ in qua hetruria eſt ab amne
macra: & ipſa mutatis ſæpe nominibus. Vmbros inde exegere antiquitus pelaſgi. Hos lydi:

a quoꝝ rege tyrrheni. mox a ſacrifico ritu lingua græcoꝝ tuſci ſunt cognominati. Primũ hetruriæ oppidum luna portu nobile. Colonia luca a mari recedẽs: proiorq; ipſa iter amnes auſerẽ & arnũ orta a Pelope piſiſq; ſiue a tenucanis græca gente. Vada uolaterranea: fluuius cecina: populoꝝ hetruſcoꝝ quõdam hoc tantũ in littore. Hinc amnes prille: mox umbro nauigioꝝ capax: & ab eo tractus umbriæ portuſq; telamon: cola uolgentium a populo Ro. deducta grauiſce caſtrum nouum: pyrgi: cæretanus amnis: & ipſum cære. Intui mii. paſſibus quattuor agilla a pelaſgis conditoribus dictum alſium: phregne. Tyberis amnis a macra. cclxxxiiii. M. paſſ. Intus coloniæ faliſca argis orta (ut auctor eſt Cato) quæ cognomiatur hetruſcorum lucus. Coloniæ ruſellana: ſanienſis: critona: decætero arutini ueteres: arutini fidentiores: arutini iulienſes: amitinẽſes: aqualenſes cognomine taurini: blerani: cartonienſes: capinates: cluſini noui: cluſini ueteres: fluentini præfluenti arno appoſiti: feſule: ferentinum: feſcẽnia: hortanũ: herbanũ: nepe. Nouẽ pagi præfecturæ claudiæ. Foro Clodii: piſtoriũ: peruſia: ſuanẽſes: ſaturnini qui ante aurinini uocabantur: ſubertani: ſcatones: tarquenẽſes: thuſcanienſeſ: uertũlonienſes: uerentãni: eſetini: uoleterrani cognomine hetruſci: uolſciniẽſes ĩ eadẽ parte. Oppidoꝝ ueteꝝ nomina retinent agri cruſtuminus caletranus.. Tyberis antea tybris appellatus: & prius albula e media fere lõgitudine apẽnini finibus aretinoꝝ profluit: tenuis primo nec niſi piſcinis corriuatus: emiſſuſq; nauigabilis: ſicuti tinna & glanis influentes in eum nouenoꝝ ita conceptu dieꝝ ſi non adiuuent hymbres: ſed tyberis propter aſpera & confragoſa. Ne ſic quidem præterq; trabibus uerius ꝗ ratibus longe meabilis fertur p. c. l. M. d. non procul tiferno peruſia & otriculo: hetruriam ab umbris ac ſabinis: mox citra. xiii. M. p. urbis uetentẽ agrum a cruſtumino: dein fidenate: latinumq; a uaticano dirimens. Sed itra tinnam & glanim duobus & . xl. fluuiis auctus: præcipuis ãt nare & aniene: qui & ipſe nauigabilis. Latium includit a tergo. Nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis. Et ideo quãlibet magnaꝝ nauium ex italo mari capax reꝝ in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus. Pluribus prope ſolus ꝗ cæteri in omibus terriſ amnes accolitur aſpiciturq; uillis. Nulliq; fluuioꝝ minus licet incluſis utrinq; lateribus: nec tamen ipſe pugnat quãꝗ creber ac ſubitis incremẽtis: & nuſꝗ magis aquis ꝗ in ipſa urbe ſtagnãtibus. Quinimo uates intelligit potius ac monitor auctu ſemper religioſus uerius ꝗ ſæuus. Latium antiquũ a tyberi circeios ſeruatum eſt M. paſſuum. l. longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis ſæpe mutatis tenuere alii aliis temporibus. Aborigines: pelaſgi: archades: ſiculi: arunci: rutyli. Et ultra circeios uolſci: oſci: auſones unde nomen modo latii proceſſit ad lirin amnem. In principio ẽ oſtia colonia a romano rege deducta. Oppidum laurentum locus ſolis indigetis. Amnis numitius. Ardea a Danae Perſei matre condita. Dein quondam aphrodiſium antium colonia. Aſtura flumen & inſula. Fluuius nympheus: cloſtra romana. Circeii quondam inſula immẽſo quidem mari circũdata (ſi creditur Homero) & nunc plane. Mirum eſt quod hac de re tradere hominum notitiæ poſſumus. Theophraſtus qui primo externoꝝ aliqua de romanis diligentius ſcripſit. Nam Theopompus ante quem nemo mentionem habuit urbem dũtaxat a gallis captam dixit. Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum miſſam. Hic iã plus ꝗ & fama circeioꝝ inſulæ & menſuram poſuit ſtadia. lxxx. in eo uolumine quod ſcripſit Nicodoro athenienſium magiſtratui: qui fuit urbis noſtræ. ccccl x. anno. Quicquid eſt ergo terraꝝ propter. x. M. p. prope ambitus adnexum inſulæ. Poſt eum annum acceſſit italiæ aliud miraculum. A circeis palus põtina eſt quem locum xxiiii. urbium fuiſſe Mutianus ter cõſul prodidit. Dein flumen ufens ſupra quod tarracina oppidum lingua uolſcoꝝ anxur dictum. Ibi fuere amyclæ a ſerpentibus deletæ. Dein lacus fadanus: caieta portus. Oppidum formiæ antiqua læſtrigonum ſedes. Vltra fuit oppidum pyræ: colonia minturnae lyri amne diuiſa glanico appellato. Sinueſſa extremum in abiecto latii: quã quidã dixere ſinopem uocitatã. Hinc fœlix illa campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles: & temulentia nobilis ſucco p oĩs terras inclyto: atq; (ut ueteres dixere) ſũmum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc ſetini & cecubi obtenduntur agri. His iunguntur falerni: caleni. Dein conſurgunt maſſici: gaurani: ſurrentiniq; montes. Ibi laborini campi ſternuntur: & in delitias alicæ epulãtur mẽlis. Haec littora fontibus calidis rigantur: praeterq; caetera in toto mari conchylio piſce nobili annotantur. Nuſꝗ generoſior oleæ liquor. Et hoc quoq; certamen humanae uoluptatis tenuere oſci: graeci: umbri: tuſci: campani. In ora ſauo fluuius. Vulturnum oppidum cum amne. Liternum: cumae calcidenſium: miſenum: portuſ baiaꝝ: bauli: lacuſ lucrinuſ & auernuſ. Iuxta quem cimerium oppidum quondam: dein puteoli colonia dicæarchia dicti poſtq; phlegraei campi. Acheruſia paluſ cumiſ uicina. Littore autem hoc neapoliſ chalcidenſium: & ipſa parthenope a tumulo ſyreniſ appellata. Herculanium Pompeii haudprocul expectante monte ueſuuio. Alluente uero ſarno amne ager nucerinus eſt: & . uiiii. M. paſſibus a mari ipſa nuceria. Sur/

rentum cũ ꝓmõtorio Mineruæ ſirenũ quõdam ſede nauigatione a circeis duo de lxxx.M.p.
patet.Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruatur ex deſcriptione Auguſti.Intus coloniæ capua
a xl.campo dicta aquinũ:ſueſſa:uenafrũ:ſora:theanum:ſidicinum cognomine nola. Oppida
abellinum:aritia:alba lõga:acerani:allifani:atinates:aletrinates:anagnini:atellani: ueſulani
arpinates:auxiniates:auxellani:alfaterni.Et qui ex agro latino:Itẽ hernico: Item labicano
cognominati.Bouellæ:calatiæ:caſinum:calenũ:capitulum:hernetum:cernetani qui maria-
ni cognominãtur.Corani a Dardano troiano orti.Cubulterini:caſtrimonienſes:cingulani:ga-
bienſes.In mõte albano foropopulienſes.Ex falerno fruſinates:ferẽtinates:freginates: fraba-
terni ueteres:frabaterni noui:ficolenſes:fregellani:foroappi:forẽtani:gabini: interãnates:
ſuccaſani ꝗ et lirinates uocantur.Ilionẽſes:lauini:norbani:nomẽtani:preneſtini urbe quõdã
ſtephane dicta.Priuernates:ſetini:ſignini:ſueſſulani:telini:trebulani cognomine balimẽſes-
Trebani:thuſculani:uerulani:ueliterni:ulubrenſes:uluarnates ſuperq; roma ipſa: cuius no-
men alteꝝ dicere arcanis ceremoniaꝝ nefas habetur:optimaq; et ſalutari fide abolitum annũ-
tiauit Valerius Solanus:luitq; mox pœnas.Nõ alienum uidetur inſerere hoc loco exemplũ
religionis antiquæ ob hoc maxime ſilentium inſtitutæ.Nãq; Diua Angerona cui ſacrificatur
ad diem.xii.chalendas ianuarii ore obligato obſignatoq; ſimulacrum habet.Vrbem tris por
tas habentẽ Romulus reliquit:aut ut plurimis tradentibus credamus quattuor.Mœnia eius
collegere ambitu imperatoribus cenſoribuſq; Veſpaſianis anno conditæ.d.cccxxviii. M.p.
xiii.M.cc.Complexa montes.vii.Ipſa diuiditur in regiones.xiiii.Compita ſingulaꝝ.cclxv.
p.eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite romani fori ſtatuto ad ſingulas portaſ:
quæ ſunt hodie numero.xxxiiii.ita ut.xii portæ ſemel numerentur:prætereanturq; ex uete
ribus.vii.quæ eſſe deſierunt.Efficit paſſuum per directum.xxx.M.d.v.lxii.Ad extrema ue
ro tectoꝝ cum caſtris prætoriis ab eodem miliario per uicos oĩum uiaꝝ menſura colligit pau-
lo ampiius.lxx.M.paſſuum.Quod ſi quis altitudinem tectoꝝ addat:dignam profecto æſti
mationem concipiat:fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei cõparari
Clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi inter prima opere mirabili. Nãq; eum muris
æquauit:qua maxime patebat additu plano.Cætero munita erat præcelſis muris: aut abrup
tis montibus:niſi ꝙ expatiantia tecta multas addidere urbes in prima regione.Præterea fue-
re in latio clara oppida:ſatricum:pometia:ſcaptia:pitulum:politorium:tellene:tifata:cecin:
afican:acruſtumiũ:meridia:medullũ:corniculũ:ſaturnia ubi nũc Roma eſt. Antipolis quod
nũc ianiculũ in parte romæ:antẽna:camerium:collatia:amiternũ:norbe:fulmo:et cũ his car
nem in mõte albano ſoliti accipere populi albẽſes. Albani:eſolani:acciẽſes:abolani: nubeta-
ni:bolanitii:ſuetani:coriolani:fidenateſ:coretii:hortẽſes:latiniẽſes:lõgãi:manates: macra-
les:muñiẽſes:olliculani:octulani:pedani:polletaurini:querquetulani:ſicani:ſiſolenſeſ:tole-
rienſes:tutienſes:uimiteraliuelienſes:uenetulani:uicellẽſes.Ita ex antiquo latio.liii.populi
interiere ſine ueſtigiis.In campano aũt agro ſtabie oppidũ fuit uſq; ad Cn.Pompeium et.L.
Catonem conſ.a pridie chalend.maii:quo die Sylla legatus bello ſociali id deleuit:quod nũc
ĩ uillas abiit.Intercidit ibi et taurania.Sũt et morientis ſcalini reliquiæ.Præterea auctor eſt
Antias oppidum latinoꝝ apiolas captum a L.Tarquino rege:ex cuius præda capitolium is in
fine incohauerit.A ſurrẽtino ad ſilaꝝ amnem.xxx.M.paſſus ager picẽtinus fuit: thuſcorum
templo iunonis argiuæ ab Iaſone condito inſignis.Intus oppidum ſalerni:picentia. A ſilaro
regio tertia et ager lucanus brutiuſq; incipit.nec ibi rara incolaꝝ mutatio.Tenuerũt eum pe-
laſgi:oenotrii:itali:morgetes:ſiculi:græciæ maxime populi:nouiſſime lucani a ſannitibus or
ti duce Lutio.Oppida peſtum a græcis poſidonia appellatum ſinus peſtanus:oppidum elea:
quæ nũc uelia.Promõtorium palinuꝝ a quo ſinu recedente traiectus ad coloniam regiam.c.
M.paſſus:Proximum autem huic flumen melphes.Oppidum buxentum græciæ prius ma-
gnæ:nunc lucaniæ.Saus amnis fuit et oppidum eodem nomine.Ab eo brutium littuſ:oppi-
dum blanda:flumen baletum:portus parthenius:et phocentium ſinus uibonẽſis locus clam-
petiæ.Oppidum tempſa:a græcis temeſe dictum.et crotonienſium terina:ſinuſq; ingens te-
rinus.Oppidum coſentia.Intus in peniſula fluuius acheron:a quo oppidani acherontini.Hip
po quod nunc uibonem ualentiam appellamus: Portus Herculis: Metaurus amnis: Ta-
rentum oppidum:portus Horeſtis et meddua. Oppidum ſcylleum: Cratis fluuius pater(ut
dixere) ſcyllæ.Dein colonia regia. Siculum fretum: ac duo aduerſa promontoria ex italia
cenis: Ex ſicilia pelorum .xii. ſtadiorum interuallo. Vnde rhegium. xliii. paſſuum. Inde
apennini ſiluat: Promontorium leucopetra. xii.M. paſſibus. Ab ea locri cognominati. Ita
promontorio zephyro abſunt a ſilaro. ccc.iii. M.Et includitur europæ ſinus primus in
eo quem maria nuncupant: Vnde irrumpit atlanticum ab aliis magnum: qua intrat porthmos
a græcis:a nobis gaditanũ fretum cum intrauit.Hiſpanũ quatenus hiſpanias abluit. Ab aliis

ibericum aut balearicum: Mox gallicū: ante narbonēſem ꝓuintiā: hinc liguſticum. Ab eo ad ſiciliam inſulam thuſcū quod ex græcis alii notium: alii tyrrhenū: e noſtris plurimi inferꝝ uocant. Vltra ſiciliam quod eſt ad ſalentinos auſonium polybius appellat. Eratoſthenes autem inter hoſtium oceani et ſardiniam quicquid eſt ſardoū. Inde ad ſiciliam tyrrhenū. Ab hac cretam uſqꝫ ſiculum. Ab ea creticū. Inſulæ per hæc maria primæ oīm pityuſæ a græcis dictae a frutice pineo: nūc ebuſus uocatur: utraqꝫ ciuitate fœderata anguſto freto interfluēte. patēt xlii. M. paſſibus. abſūt a diano. lxx. ſtad. totidem dianium per cōtinentem a carthagie noua. Tantūdem a pityuſis in altum baleares duæ: et ſucronem uerſus colubraria. Baleares funda bellicoſas graeci gymneſias dixere. Maior c. M. p. eſt lōgitudine: circuitu uero cccclxxx. M. Oppida habet ciuium romanoꝝ palinam et polentiā latinoꝝ ciuiū: et tucini quod fœderatum bochoꝝ fuit: ab ea. xxx. M. p. diſtat minor: lōgitudine. lx. M. circuitu. cl. M. paſſuū. Ciuitates habet labonem: ſaniſeram: magonē: a maiore. xii. paſſuum in altum abeſt capraria: inſidioſa naufragiis: et e regione palinae urbis meraria ac tiquadra patria Hannibalis. Ebuſi terra ſerpentes fugat: colubrariae parit. Ideo infeſta omibus niſi ebuſitanam terram inferentibus: græci ophiuſam dixere. Cuniculos ebuſus gignit populantes baleariū meſſes. Sunt aliæ. xx. ferme paruæ mari uadoſo. Galliae autē hinc ora in rhodani hoſtio metina: mox quae blaſconus uocatur: et ſtechades a uicinis maſſiliēſibus dictae ꝓpter ordinem quo ſitae ſunt: erunt noīa ſinguliſ prote: meſe: quae et pomponiana uocatur: tertia hype. Ab iis ſturium: phœnice: philarero: et lerina aduerſum antipolim: in quam uergoani oppidi memoria.

De Corſica Ca. vi.

IN liguſtico mari eſt corſica: quā græci cyrnon appellauere: ſed thuſco ꝓpior a ſeptētrione in meridiē ꝓiecta: longa paſſuū. cl. M. lata maiore ex parte. l. Circuitu. cccxxii. M. Abeſt a uadis uolaterranis. lxii. M. p. Ciuitates habet. xxxiii. et colonias: marianā a Mario deductam: aleriam a dictatore Sylla. Citra eſt oglaſa. Intra uero. lx. M. paſſibus a corſica planaria ſpecie dicta æqualis freto: ideoqꝫ nauigiis fallax: āplior gorgona et capraria: quā græci ægilon dixere. Item igilium et dianium: quam artemiſiā: ambae cōtra coſanū littus: et cōtra littus uaponæ: meneria: colubraria: uenaria ilua: cum ferri metallis circuitu c. p. a populonia. x. M. a graecis ætalia dicta. ab ea planaſia xxxviiii. M. Ab iis ultra tyberina hoſtia ī antiauo ſtura: mox palmaria ſinonia: aduerſū formias pōtiæ. In puteolano aūt ſinu pādataria: ꝓchita nō ab Aeneæ nutrice: ſed qa ꝓfuſa ab aenaria erat. Aenaria ipā a ſtatiōe nauiū Aeneae Homero inarimae dicta: graecis pythecuſa: nō a ſymiaꝝ multitudine(ut aliqui exiſtimauere) ſed a figulinis doliarioꝝ. Inter pauſilpium et neapolim megaris: mox a ſurrēto: viii. M. paſſibus diſtātes Tyberii principis arce nobiles capreae circuitu. xl. M. paſſ. cx. leucothea. Extra quem cōſpectū pelagus africā attingens. Sardinia minus. ix. M. paſſibus a corſicae extremis etiānū anguſtias eas arcētibus īſulis paruis: quae cuniculariae appellāt. Itemqꝫ pintonae foſſae a quibus fretum ipſum taphros nominatur.

De Sardinia. Ca. vii.

SArdinia ab oriēte patēs. clxxxviii. M. paſſuū. ab occidēte. clxx. milia. a meridie lxxiiii. milia. a ſeptētrione. cxxii. Circuitu. d. lxii. milia. abeſt ab africa calaritano ꝓmontorio ducēta milia. a gadibus. lxiii. habet et a gaditano ꝓmōtorio duas īſulas quae uocātur Herculiſ a ſulcherſi enoſin: a calaritano ficariā. Quid haud ꝓcul ab ea etiā beleridas ponunt: et collodem: et quā uocāt hieracā. Celeberrimi in ea populoꝝ iliēſes: ſalari: corſi. Oppidoꝝ. xiiii. ſulchitani: ualētini: neapolitani: bocēſes: calaritani ciuium romanoꝝ: et norēſes. Colonia aūt una: quae uocatur ad turrim libyſonis. Sardiniā ipſā Timeus ſandaliotin appellauit ab effigie ſoleae. Myrſilius ichnuſam a ſimilitudine ueſtigii. Cōtra peſtanum ſinum leucaſia eſt a ſyrene ibi ſepulta appellata. Cōtra ueliam pōtia et iſacia: utraeqꝫ uno noīe œnotrides: argumentum poſſeſſae ab œnotriis italiae: et cōtra uibonem paruae quae uocāt ithaceſiae ulixis ſpecula.

De Sicilia. Ca. viii.

VEꝝ ante omēs claritates Sicilia Sicania a Thucydide dicta: Trinacria a pluribus aut triquetra a triangula ſpecie. Circuitu patēs ut auctor eſt Agrippa. d. cxviii. M. paſſibus: quondam brutio agro cohaerens: mox interfuſo mari auulſa. xii. M. in longitudinem freto. In latitudinem autem. cx. d. Iuxta coloniam regia ab hoc dehiſcendi argumento rhegiū graeci nomen dedere oppido in margine italiae ſito. In eo freto eſt ſcopulus ſcylla. Item carybdiſ. Mare uorticoſum. Ambo clara ſaeuitia. Ipſius triquetrae ut diximus promontorium pelorus uocatur aduerſus ſcyllam uergens in italiam. Pachynum in graeciam. cxliiii. M. ab eo diſtante peloponneſo. Lilybeum in africam. clxxx. M. interuallo a Mercurii promontorio: et a calaritano ſardiniae centū uiginti. M. Inter ſe autem haec ꝓmōtoria late diſtāt his ſpatiis. Terreno itinere a peloro pachynum. clxvi. M. paſſuſ. Inde lilybeum: cc. M. Inde pelorum. clxx.

©BIUM

M.coloniæ ibi urbes ac ciuitates.lxxii. A peloro mare ionium ora ſpectãte oppidũ Meſſana ciuium romanoꝝ:qui mamertini uocantur.Promontoriũ drepanũ:colonia taurominiũ.quæ ãtea naxos.Flumen aſines.Mons ætna nocturnis miruſ incẽdiis.Crater eiuſ patet ãbitu ſtadia.xx. Fauilla taurominium & catinã uſqꝫ peruenit feruens.Fragor uero ad maroneꝫ & gemellos colles.Scopuli tres cyclopũ.Portus ulixis.Bolonia catina Flumia ſymethũ terias.Intus leſtrigoni cãpi.Oppida leõtini:megaris:amnis pãthagies.Colonia ſyracuſæ cũ fõte arethuſa. Quãqꝫ & temenitis: & acchidemia: & megea: & cyane militiæ fõtes in ſyracuſano potantur agro.portus nauſtachmus:flumen florus promõtoriũ pachynũ:a qua frõte ſiciliæ flumẽ hirminium.oppidum camarina:fluuius gelas:oppidũ agregas:quod agrigentum noſtri dixere.Thermæ colonia:amnes agathema therypſa celinus.Oppidũ lilybeum:ab eo ꝓmõtorium drepana: mox erix.Oppida panhormum:ſoliniũ:hymera cum fluuio cephaledi:ſeleuntinum:agathyrnũ:tyndaris colonia:oppidum myle.Et unde cœpimus pelorus.Intus latinæ cõditionis centuripini:nepini:ſegeſtani.Stipẽdiarii aſſori:niætneſes:agerini:aceſtei:acrenſes:bidini:citatiarini:drepanitani:argeſtini:aceſtienſes:ericini:entelletini:netini:edini:eguini:gelani:galateni:haleſini:enneſes;hybleẽſes:hebritẽſes:herbenſes:heubulenſes:halicẽſes:hadranitani:macarẽſes:hypanenſes:ietẽſes:mutruſtani:magellini:murgẽtini:muticenſes:menanini:naxinorii: petini:paropini:teraphitienſes:ſemellitani:ſeſcherini:ſelinunti:ſimeti:hilarẽſes:tiſſinenſes:triocalini:triracienſes:zanclei meſſenioꝝ.Hoꝝ ĩ ſiculo freto ſunt inſulæ ĩ africã uerſæ gauros melita a camerina.lxxxiiii.M.paſſibus.Lilybeo.cxiii.coſira:erõneſos:cereine:galatha: lepadula:æthuſa quã alii æguſã ſcripſerunt.Bucion ætnæ:& a ſeleunte.lxxv.M.oſteades:contraqꝫ paropinos uſerca.Citra uero ſiciliã ex aduerſo metauri amniſ.xxii.ferme paſſuum ab italia vii. æoliæ appellatæ.Eædẽ lipareoꝝ & epheſtiades a græcis:a noſtris uulcani. Aeoliæ qꝫ Aeolus iliacis tẽporibus ibi regnabat.

## De lipara. Ca.viii.

Lipara cum ciuium romanoꝝ oppido dicta a Liparo rege:q ſucceſſit Aeolo ãtea lõgius uel meligonis uocitata abeſt:xii.M.p.ab italia ipſa circuitu paulo minori.Inter hanc & ſiciliam altera ãtea theraſia appellata nũc hiera:quia ſacra uulcano eſt. Colle ĩ ea nocturnas euomere flãmas.Tertia ſtrõgyle a lipara mille paſſus ad exortũ ſolis uergens:in qua regnauit Aeolus:quæ a lipara liquidiore flãma tãtum differt.Cuius fumo q nã flaturi ſint uenti triduo prædiſcere incolæ traduntur.Vnde Aeolo uento paruiſſe exiſtimatum. Quarta didyme minor qꝫ lipara.Quinta eriphuſa:Sexta phœnicuſa pabulo proximaꝝ relicta.Nouiſſima eadẽqꝫ minima euonymus.Hactenus de primo europæ ſinu.

## De locris italiæ fronte. Ca.ix.

A Locris italiæ frons ĩcipit:magna græcia appellata in tres ſinus incedens auſonii maris:quoniã auſones tenuere primi.patet.lxxxii.M.paſſuũ ut auctor ẽ Varro.Pleriqꝫ.lxxii. M.fecere.In ea ora flumĩa ĩnumera:ſed memoratu digna loconus:ſagra:& ueſtigia oppidi caulonis:myſtia cõſilinũ caſtrũ:carcinũ:quod eſſe lõgiſſimũ italiæ ꝓmõtorium aliqui exiſtimant. Dein ſcyllaceus:& ſcolagiũ ſcyllaceũ:& ſcyletũ athenienſibus cũ cõderent dictũ:quem locum occurrens therineus ſinus peninſulã efficit:& in ea portus qui uocatur caſtra Hãnibalis: nuſqꝫ anguſtiore italia.xl.M.paſſuũ latitudo eſt.Itaqꝫ Dionyſius maior intercisã eo loco adiicere ſiciliæ uoluit.Amnes ibi nauigabiles carcinas:crotalus:ſemirus:arocha:targines.Oppidũ incus petilia:mõs clibanus:promõtoriũ lacinium:cuius ãte oram iſula.x.M.p.a terra dioſcoron.altera calypſus quã ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur.Præterea tiriſeranus amœleſſa. Ipſum a caulone abeſſe.lxx.M.paſſibus prodidit Agrippa.

## Secundus europæ ſinus. Ca.x.

A Lacinio promõtorio ſecundus europæ ſinus incipit:magno ãbitu flexus:& acroceraunio epyri finitur ꝓmõtorio:a quo abeſt.lxxv.M.paſſibus.Oppidũ cotro:amnis neethus: Oppidũ thuriũ inter duos amnes cratin & ſybarin:ubi fuit urbs eodẽ nomine. Similiter ẽ ĩter ſyrin & acrin heraclea aliquãdo ſyris uocitata.Flumina thalãdrũ:caſuentum.Oppidũ metapõtum:quo tertia italiæ regio finitur.Mediterranei brutioꝝ apruſtani tantũ.Lucanoꝝ autẽ hinc atinates:buxentini:eburini:grumẽtini:potentini:ſõtini:ſyrini:tergilani:urſentini:uolſẽtani: quibus numeſtrani iungũtur.Præterea interiſſe thebas:lucanas Cato auctor eſt.Et mardoniã lucanoꝝ urbẽ fuiſſe Theopõpus:in qua Alexander epiroteſ occubuit.Cõnectitur ſecũda regio amplexa hirpinos:calabriã:apuliã:ſalentinos.ccl.M.ſinu qui tarentinus appellatur ab oppido laconũ ĩ receſſu hoc ĩtimo ſito cõtributa eo maritĩa colonia:quæ ibi fuerat.Abeſt.cxxxvi. M.p.a lacinio promõtorio aduerſã ei calabriã ĩ peniſulam emittẽs.Græci meſſapiã a duce appellauere.Et ante peucetiam a Peucetio Oenotri fratre.In ſalẽtino agro inter ꝓmõtoria.c. M.paſſuũ ĩterſunt.Latitudo peninſule a tarento brunduſiũ terreno itinere.xxxii.M.paſſibus patet:multoqꝫ breuius a portu ſaſina.Oppida p cõtinẽtem a tarẽto uaria.cui cognomẽ apule: meſſapia:aletiũ.In ora uero ſenonũ gallipolis:quæ nunc eſt anxa.lxii.M.paſſibus a tarento.

Inde.xxxiii.M.promōtorium quod acran iapygiā uocant:quo lōgiſſime ī maria excurrit italia
Ab eo haſta oppidū & hydruntium.x.M.ac.ix.M.paſſuum:ad diſcrimē ionii & adriatici ma/
ris:qua i græcia breuiſſimus trāſitus.Ex aduerſo apollonia oppido latitudine ītercurrētis fre/
ti.l.nō amplius paſſuū.Hoc īteruallū pedeſtri cōtinuare trāſitu pōtibus iactis primū Pyrrhus
epiri rex cogitauit.Poſt eum M.Varro cum claſſibuſ Pōpeii pyratico bello præeſſet.Vtrunqꝫ
aliæ ipediere curæ.Ab hydrunte ſoletum deſertum.Dein fratuertium:portus tarētinus: ſta/
tio militum liſpia:baleſium.celium.Brunduſium.l.M.paſſuum.Ab hydrunte:ī primis italiæ
portu nobile ac uelut certiore trāſitu:ſicuti lōgiore excipiēte illyrica urbe dirrachio.ccxx.M.
traiectu brunduſio cōterminus pediculoꝝ ager nouē adoleſcentes totidēqꝫ uirgines ab illyriis
xiii.populos genuere.Pediculoꝝ oppida rhudia:ſtegnatia:barion:ante iapyx a Dedali filio a
quo & iapygia :amita pactius: aufidus ex hirpinis mōtibus canuſium præfluens. Hinc apulia
daunioꝝ cognomine a duce Diomedis ſocero.In qua oppidū ſalapia Hānibalis meretricio amo
re inclytum.Sipōtum:uria:amnis cerbalus Daunioꝝ finis.Portus agaſus.Promōtorium mon
tis gargani:a ſalentino ſiue iapygio. c.xxxiiii.Milibus paſſibus ambitu gargani porus gar/
næ : lacus pantanus : flumen portuoſum frento teanum apulorum . Itemque larinum:di/
ternia: tiernus amnis.Inde regio frentana. Ita apuloꝝ genera tria.Teani a duce Gares.Luca
ni q ſubacti a chalcāte tenuere loca:quæ nunc tenent etinates.Daunioꝝ præter ſupradicta co/
loniæ luceria:uenuſia.Oppida canuſium:harpi aliquādo hargos hippium Diomede cōdente.
mox hargirippa dictum.Diomedes ibi deleuit gentes monadoꝝ dardoꝝqꝫ & urbes duas: quæ
ī ꝓuerbii ludricum uertere apinā metaicrā.Cætera intus.In ſecunda regione hirpinoꝝ colonia
una beneuentum auſpicatius mutato noīe:quæ quōdā appellata maleuentum:auſculani: aq/
loni:abellinates cognoīe ꝓtropi:cōpſani:caudini:ligures:qui cognoīantur cornelani:& q be/
biani:ueſcellani:deculani:aletrini:abellinates:cognoīati marſi:atrani:ecani: alfellani: attina/
tes:arpani:uorcani:collatini:corinenſes:& nobiles clade romana cānenſes:dirini:forētani:ge
nuſini:herdorienſes:irini:larinaces cognoīe frentani:etinates:ex gargano mateolani:nerecini
matini:tubuſtini:ſiluini:ſtrapelini:turmātini:uibinates:uenuſini:ulurtini. Calabroꝝ mediter
ranei egetini:butuntinenſes:deciani:brumbeſtini:narbonenſeſ:ſtulnini:tutini.Salētinoꝝ ale
tini:baſterbini:neretini:ulētini:uereni

## ❡ Regio italiæ quarta. Ca.xi.

Equitur regio quarta gentium uel fortiſſimaꝝ italiæ ī ora frētanoꝝ a tiferno flumen tri/
nium portuoſum.Oppida biſtonium:buca:ortona:aternus amnis.Intus anaxini cogno/
mine frentani:carentini:ſupnates:& īfernates :lāuenſes.Murricinoꝝ teatini. Pelignoꝝ
corfinieſes :ſuperequani ſulmonenſes.Marſoꝝ anxātini:atinates:ſucentes:lucentes:marruii.
Albenſium alba ad fucinum lacum.Aequlanoꝝ cliternini:carſeolani.Veſtinoꝝ angulani:pē/
nienſes:peltuinates:qbus iunguntur auſinates:ciſmōtani.Sānitium quos ſabellos & græci ſau
nitas dixere.Colonia bouianum uetus:& alteꝝ cognoīe undecumanoꝝ:aufidenates:eſernini:
fagi:fugali:ficolenſes:ſepinates:treuentiates.Sabinoꝝ amiternini:curenſes.foꝝ Decii: forū
nouum:fidenates interamnates.nurſini:nomentani.reatini:trebulani q cognoīant mutueſti:
& qui ſuffenates:tyburtes:parinates.In hoc ſitu ex aequlis īteriere comini:tadiates:acedici:al
faterni.Gelianus auctor eſt lacu fucino hauſtum marſoꝝ oppidum alchippe cōditum a Marſya
duce lydoꝝ.Itē urticinoꝝ ī piceno deletum a romanis Valerianus Sabini(ut quidam exiſtima/
uere)a religione & deoꝝ cultu ſeuini appellati uelinos accolunt lacus roſcidis collibus.Nar am
nis exhaurit illos ſulphureis aquis.Tyberī ex his petens replet e mōte fiſcello labens iuxta ua
cunæ nemora & reate ī eoſdem cōditus.At ex alia pte anio ī monte trebanoꝝ ortus lacus tris
amœnitate nobileſ qui nomen dedere ſub laqueo defert ī tyberī.In agro reatino cutyliæ lacū
ī quo fluctuet īſula italiæ umbilicū eſſe.M.Varro tradit.Infra ſabinos latium eſt:a latere pice
num:a tergo umbria apenninis iugis ſabinos utrinqꝫ uallantibus.

## ❡ Quinta regio. Ca.xii.

Vinta regio piceni eſt quōdā uberrimæ multitudinis.cclx.M.picentium ī fidem Ro.
populi uenere.Orti ſunt a ſabinis uoto uere ſacro.Tenuere ab aterno amne: ubi nunc
ager hadrianus:& hadria colonia a mari.vii.M.paſſuum flumen uomanum:ager prætutianus
palmenſiſqꝫ.Item caſtrumnouum:flumen batinum:truentum cum amne:quod ſolū liburnoꝝ ī
italia reliquum eſt.Flumīa albulates:ſuinum:heluinum:quo finit̄ prætuciana regio:& picen/
tium īcipit.Cupra oppidum:caſtellum firmanoꝝ:& ſup id colonia aſculū piceni nobiliſſima .In
tus nobana.In ora cluana:potētia:numana a ſiculis cōdita.Ab iiſdē colonia ancon appoſita ꝓ
mōtorio cumero ī ipſo flectentis ſe ore cubito a gargano.clxxxiii.M.paſſibuſ.Intus auſinateſ
ueregrani:cigulani:cuprenſes cognoīe mōtani:falarienſes:pauſulani:plynienſes:ricinenſes:
ſeptempedani:tollentinates:triacenſes cum urbe ſaluia:polentini.

## ❡ Sexta regio. Ca.xiii.

i Vngitur hic ſexta regio umbriā cōplexa:agrūqꝫ gallicū circa ariminū.Ab ancone gallica

©BIUM

ora incipit togata gallia cognomine ſiculi & liburni plurimi eius tractum tenuere ĩ primis palmẽſem: prætutianũ adrianumq; agrũ. Vmbri eos expulere: hos hetruria: hãc galli. Vmbroꝝ gẽs antiquiſſima italiæ exiſtimatur: ut quos umbrios a græcis putẽt dictos: ꝙ inundatiõe terraꝝ hymbribus ſupfuiſſent. Trecenta eoꝝ oppida tuſci debellaſſe reperiũtur. Nũc ĩ ora flumẽ eſis: ſenegallia: metaurus fluuius: colonia fanum fortunæ: piſauꝝ cum amne. Et itus hiſpellũ: tuder. Decætero amerini: attidiates: aſirinates: arnates: eſinates: camertes: caſuentini: carſulani: doiates cognoie ſalentini: fulginates: : foroflãminiẽſes: foroiulienſes cognoie cõcubienſeſ: forobremitiani: foroſempronienſes: iginini: iterãnates cognoie nartes: meuanates: meuaniõeſes: mattilicates: narniẽſes: quod oppidũ nequinũ ãtea uocitatũ ẽ: nucerini cognoie fauonienſes: & camellani: otriculani: ortani: pitulani cognoie piſuertes: ætali: mergentini: peſtini: ſetinates: farſcinates: ſpolẽtini: ſuareani: ſeſtinates: ſuillates: adinates: trebiates: tuſſicani: tibernates: cognoie tyburini: & allimetaurẽſes: ueſionicates: urbinates cognoie metaurẽſes: & albortẽſes: metionẽſes: uidinates: uiuẽtani. In hoc ſitu ĩteriere feliginates: & q cluſiolum tenuere: ſupra ĩterrãnani: & ſaranates cũ oppidis acerris quæ uafriæ cognoiabant. Turocelo quod uettiolũ. Itẽ ſoſinates: ſuriates: fallienates. Apiẽnates ĩteriere & arienates cum crinouolo: & uſcidicani: & plãgẽſes: piſiates: cælaſtini: Ameriã ſupraſcriptã Cato ãte Perſei bellũ cõditã annis. d. cccclxiiii. ꝑdidit.

## Octaua regio. Ca: xiiii.

Octaua regio determinatur arimino: pado: apẽnino. In ora fluuius cruſtumiũ: ariminũ colonia cũ ãnibus arimino & apruſa. Fluuius hinc rubico quõdã finis italiæ. Ab eo ſapis: & uitis: & anemo. Rauẽna ſabinoꝝ oppidũ cũ ãne beſede ab ancone . cii. M. paſſibus. nec ꝓcul a mari umbroꝝ butriũ. Intus coloniã bononia felſina uocitata cũ prĩceps hetruriæ eſſet. Brixillum: mutina: parma: placẽtia. Oppida ceſena: claterna: foroclodii: liuii. Populi truentinoꝝ: cornelii: licini: fauẽtini: fidentini: otelini: padinates: regiẽſes a Lepido: ſolonates: ſaltes q galliani cognoiant: aquinates: tãnitani: ueliates cognoie ueteti: regiates: urbinates. In hoc tractu ĩterierũt boii: quoꝝ tribus. cxii. fuiſſe auctor eſt Cato. Itẽ ſenones qui cœpant romã.

## De pado flumine. Ca. xv.

Padus e gremio ueſuli mõtis celſiſſimũ in cacumẽ elati finibus liguꝝ gabiẽnoꝝ uiſẽdo fõte ꝓfluens cõdenſiq; ſeſe cuniculo: & ĩ foroubiẽſiũ agro iteꝝ exoriens: nulli amniũ claritate ĩferior: a græcis dictus eridanus: ac pœna Phaetõtis illuſtratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus: agris ꝙ nauigiis torrentior: nil tamen ex rapto ſibi uẽdicans. Atq; ubi liquit agros: ubertate largior. ccc. M. paſſibus a fõte addens meatu duodenonagita. Nec amnes tãtum apenninos alpinoſq; nauigabiles capiens: ſed lacus quoq; ĩmenſos ĩ eum ſeſe exonerantes omĩ numero. xxx. flumina ĩ mare hadriaticum defert. Celeberrima ex iis apẽnini latere iactũ: tanaꝝ: trebiã placentinũ: taꝝ. niciam: gabellũ: ſculternam: rhenũ. Alpiũ uero ſturam: morgũ: durias duas: ſeſſiten: ticinũ: lambrũ: abduam: ollium: mintium. Nec alius amniũ tã breui ſpatio maioris incremẽti eſt. Vrgetur quippe aquaꝝ mole: & ĩ ꝓfundũ agitur. Grauis terræ ꝙq; deductus in flumina: & foſſas inter rauẽnam altinũq; paſſuũ. cxx. M. tamẽ quia largius uomit ſeptem maria dictus facere. Auguſta foſſa rauẽnam trahitur: ubi paduſa uocatur: quõdã meſſanicius appellatus. Proximũ ĩde hoſtiũ magnitudinẽ portus habet: qui uatreni dicit. Quo Claudius Cæſar e britãnia triũphãs prægrãdi illa domo uerius ꝙ naue ĩtrauit hadriam. Hoc ante eridanũ hoſtium dictũ eſt: ab aliis ſpireticũ ab urbe ſpira: quæ fuit iuxta: præualens & delphicis creditum eſt theſauris condita a Diomede. Auget ibi padum uatrenus amnis ex forocornelienſi agro. Proximũ inde hoſtiũ capraſiæ: dein ſagis: dein uolane: quod ante alane uocabatur. Omĩa ea foſſas fluminaq; primi aſagi fecere tuſci egeſto amnis impetu per trãſuerſũ in hadrianoꝝ paludes: quæ ſeptem maria appellantur: nobili portu oppidi tuſcoꝝ hadriæ: ã quo hadriacum mare ante appellatum. quod nũc hadriaticum. Inde hoſtia a plena carbonaria ac foſſiones philiſtinæ: quod alii tartaꝝ uocãt. Omĩa ex philiſtinæ foſſe abundatione naſcentia accedentibus ateſi ex tridẽtinis alpibus & togiſono ex patauinoꝝ agris. Pars eoꝝ & proximũ portũ facit brũdulum ſicut edronem mediacidua ac foſſa clodia. His ſe paduſ miſcet: ac per hæc effũdit plerunq;: ut in ægypto nilus quod uocant delta: triquetrãq; figurã in alpes atq; orã maris facere proditur ſtad. ii. M. circuitu. Pudet a græcis italiæ rõnẽ mutuari. Metrodorus tamẽ Sceptiuſ dicit. Quoniã circa fontẽ arbor multa ſit picea que pades gallice uocetur padũ hoc nomẽ accepiſſe. Liguꝝ quidem lingua amnẽ ipſũ bodincum uocari: quod ſignificet fundo carentẽ. Cui argumento adeſt oppidũ iuxta induſtria uetuſto noie bõdicomagũ: ubi præcipua altitudo ĩcipit.

## De italia tranſpadana regio nona. Ca. xvi.

Tranſpadana appellatur ab eo regio nona tota in mediterraneo: cui maria cũcta fluctuoſo alueo important. Oppida uibiforꝝ: ſeguſio. Coloniæ ab alpium radicibus auguſta taurinoꝝ antiqua liguꝝ ſtirpe: inde nauigabili pado. Dein ſalaſoꝝ auguſta prætoria iuxta geminaſ alpium fauces graias atq; pœninas. His pœnos: graiis Herculem trãſiſſe memorãt. Oppidum



Historiae naturalis - page 62 sur 530

eporedia ſybillinis libris a po.ro.condi iuſſum.Eporedicas enī galli bonos equoꝝ domitores
uocant.Vercellæ libicioꝝ ex ſalis ortæ:nouaria ex uertamacoris uocontioꝝ: hodieqꝫ pagus.
Nō (ut Cato exiſtimat) liguꝝ ex quibus leui & marici cōdidere ticinum nō procul a pado.Sicut
boii tranſ alpes profecti laudem pōpeiam.Inſubres mediolanū.Orobioꝝ ſtirpis eſſe comū atqꝫ
bergomum & licinifoꝝ: & aliquos circa populos auctor eſt Cato:ſed originem gentis ignorare
ſe fatetur:quā docet Cornelius Alexander ortam a græcia interpretatione etiā nois uitā ī mō
tibus degentibus.In hoc ſitu interiit oppidū orobioꝝ barra:unde bergomates Cato dixit ortos
etiānū prodente ſe altius ꝗ fortunatius ſiti.Interiere & caturi gens inſubrū exules:& ſpina ſu/
pradicta ltē melpū opulentia præcipuum:quod ab inſubribus & boiis & ſenonibus deletum ē
eo die quo Camillus ueios cœpit:ut Nepos Cornelius tradit.

¶Venetia decima regio. Ca.xvii.

SEquitur decima regio italiæ hadriatico mari appoſita:cuius uenetia.Fluuius Silis ex mō/
tibus tauriſanis.Oppidū altinū:flumen liquentia ex mōtibus opitergini:& portus eodē
noie:colonia cōcordia:flumen & portus romatinū:tiliauentum maius minuſqꝫ:anaſſū:quo ua/
ramus defluit:alſa:natiſo cū turro ꝓfluente aquileiā coloniā.xii.M.paſſibus a mari ſita.Car/
noꝝ hæc regio iunctaqꝫ regioni iapidum:amnis timauus:caſtellum nobile uino pucinum. Ter
geſtinuſ ſinus:colonia tergeſte.xxx.M.iii.M.ab aquileia:ultra quā ſex milia paſſuum formio
amnis.Ab rauenna.clxxxix.paſſibus:antiquus auctæ italiæ terminus.Nunc uero iſtriæ quā
cognominatā tradunt a flumine iſtro in hadriā effluente e danubio amne eodēqꝫ iſtro ex aduer
ſo padi fauces contrario eoꝝ percuſſu mari interiecto dulceſcente pleriqꝫ dixere falſo & Nepos
Cornelius etiā padi accola.Nullus enī ex danubio amni in mare hadriaticum effundit̄. Decep/
tos credo quoniā argo nauiſ flumine in mare hadriaticum deſcēdit:nec ꝓcul tergeſte.Nec iam
conſtat quo flumine.Humeriſ trauectā alpes diligentioreſ tradunt. Subiiſſe autem iſtro:dein
ſao:dein nauaporto:cui nomen ex ea cauſa eſt inter hemoniam alpeſqꝫ exorienti.

¶De iſtria.Ca.xviii.

i ISTria ut peninſula excurrit.Latitudinem eius.xl.M.paſſuum:circuitum uero.cxxi.M.
ꝓdidere quidā.Item adhærentis liburniæ & fanatici ſinus.Alii liburniæ.clxxx.M.Nō
nulli in fanaticum ſinum iapidiā ꝓmouere:a tergo iſtriæ.cxxx.M.paſſuum.Dein liburniā.cl.
M.fecere.Tuditanus qui domuit iſtros in ſtatua ſua ibi inſcripſit ab aquileia ad titium flumen
ſtad.cc.M.Oppida iſtriæ ciuiū romanoꝝ agida:parentium.Colonia pola:quæ nunc iuliapie/
tas quō dam a colchis cōdita.Abeſt a tergeſte.c.M.p.mox oppidum nexātium:& nunc fi/
nis italiæ fluuius arſia.Polā ab ancona traiectus.cxx.M.paſſibus eſt.In mediterraneo regiōiſ
decimæ colonia cremona:brixia cenomānoꝝ agro.Venetoꝝ āt matri aceſtæ & oppida acelū:
patauium:opitergium:belunium:uicētia:mātua thuſcorum trās padum ſola reliqua.Venetoſ
troiana ſtirpe ortos auctor eſt Cato.Cenomānos iuxta maſſiliā habitaſſe. In uolſcis fertini:&
tridētini:& beruēſeſ.Rhetica oppida rhetoꝝ:& euganeorum ueronā:iuliēſeſ carnorum.Dein
quos ſcrupuloſe dicere nō attineat:alutraēſes:aſſeriates:flamoniēſes:uaniēſes:iuli cognomie
culici:foroiuliēſes cognoie trāſpadani:forētani:nediates:quarqueni:tauriſani:togiēſes: uar/
uani.In hoc ſitu iteriere per oram iramīnæ:pellaon:paſitium:ex uenetis atina:& cælina: car/
nos:ſegeſte:& ocra.Tauriſcis noreia.Et ab aquileia ad duodecimum lapidē deletum oppidum
etiā inuito ſenatu a.M.Claudio.L.Marcello.L.Piſo auctor eſt:In hac regione &.xi lacus icly
ti ſunt:amneſqꝫ eorum partus aut alumni ſi mō acceptos reddunt:ut abduā larius:ticinum uer
banus:mintium benacus:ollium ſebinus:lābrum eupilis:omnes īcolas padi.Alpes ī lōgitudi
nem.x.M.paſſuum patere a ſupero mari ad inferum Cælius tradit.Timagenes.xxii.M. paſ/
ſuum deductis in latitudinem.Cornelius Nepos.c.M.T.Liuius tria.M.ſtadiorum:uterqꝫ di
uerſis in locis.Nā & centū milia excedūt aliquādo ibi germaniā ab italia ſubmouent.nec.lxx.
M.explēt:reliqua ſui parte glacilis ueluti naturæ ꝓuidētiam.Latitudo italiæ ſubter radices
eaꝝ a uaro per uada ſabacia taurinoſ:comum:brixiam:ueronam:uicentiam:opitergium:aqui/
leiam:tergeſte:polam:arſiam:d.ccxlii.M.p.colligit.

¶De alpibus & gentibus alpinis. Ca.xix.

i INcolæ alpiū multi populi:ſed illuſtreſ a pola ad tergeſtiſ regionē ſecuſſeſ:ſubocrini:atali
menocaleni:iuxtaqꝫ carnos quōdā tauriſci appellati:nūc norici.His cōtermini rheti & ui
delici omēs ī multas ciuitates diuiſi.Rhetos thuſcoꝝ prolem arbitrantur a gallis pulſos duce
Rheto.Verſo deinde italiā pectore alpium latini iuris euganeæ gentes:quaꝝ oppida. xxxiiii.
enumerat Cato.Ex iis triūpilini uenalis cū agris ſuis populus.Dein camuni:cōpluresqꝫ ſimiles:
finitimis attributi municipiis.Lepōtios:& ſalaſſos tauriſcæ gētis idē Cato arbitrat̄.Cæteri fe/
re lepōtios relictos ex comitatu Herculis īterpretatione græci nois credūt:præuſtis ītra ſinuſ
alpium niue membris:eiuſdem & graios fuiſſe poſitos in tranſitu.Graiaꝝ alpium incolas præ/
ſtanteſqꝫ genere euganeos inde tracto noie.Caput eoꝝ ſtheonos:rhetoꝝ uēnonēſes: ſarune/

©BIUM

teſq; ortus rheni amnis accolunt. Lepõtioꝝ qui uiberi uocãtur fõtem rhodani eodẽ alpiũ tractu. Sunt præterea latio donati incolæ: ut octodurẽſes & finitimi cẽtrones: cottianæ ciuitateſ: eturi e liguribus orti. : uagiẽni: ligures: & qui mõtani uocantur. Capillatoꝝq; plura genera ad cõfinium liguſtici maris. Nõ alienũ uidetur hoc loco ſubiicere ĩſcriptionẽ e tropbæo alpiũ quæ talis eſt. Imperatori Cæſari Diui filio Augu. pontifici maximo imp. xiiii. tribunitiæ poteſtatis Senatus populuſq; Ro. ꝙ eius ductu auſpiciiſq; gentes alpinæ omẽs quæ a mari ſupero ad inferꝝ pertinebãt ſub imperiũ po. ro. ſũt redactæ: Gentes alpinæ deuictæ: triũpilini: canuni: uẽnotes: uenonetes: biſarci: breuni: naunes: focunates. uindelicoꝝ gentes quattuor cõſuanetes: uirucinates: licates: cattenates: abiſõtes: ruguſci: ſuaneteſ: colluцones: brixentes: lepõtii: iuberi: nautuates: ſeduni: uaragri: ſalaſſi: acitauones: medulli: ucenni: caturiges: brigiani: ſõtiontii: brodiõtii: nemaloni: edemnates: eſubiani: ueamini: gallicæ: triulatti: ectini: uergũni. eguituri: nemeturi: oratelli: ueruſi: uelauni: ſuetri. Nõ ſunt adiectæ cottianæ ciuitates. xii. quæ nõ fuerant hoſtiles: ſed itẽ attributæ municipiis lege põpeia. Hæc eſt italia diis ſacra: hæ gẽtes eiuſ: hæc oppida populoꝝ. Super hæc italia quæ. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo conſ. nuntiato gallico tumultu ſola ſine externis ullis auxiliis: atq; etiã tunc ſine tranſpadaniſ eqtũ. lxxx. M. peditum. d. cc. M. armauit. Metalloꝝ oĩum fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id uetere cõſultu patrũ italiæ parci iubẽtiũ.

## Illyricũ. Ca. xx.

ARſia gens liburnoꝝ iungitur uſq; ad flumen titium. Pars eius fuere mentores: hymani: encheleæ: dudini: & quos Callimachus peucecias appellat: nũc totũ uno noĩe illyricũ uocatur: generatim populoꝝ pauca effatu digna aut fœlicia noĩa. Cõuentũ ſcardonitanũ petunt iapides: & liburnoꝝ ciuitates. xiiii. e quibus lacinienſes: ſcultinos: burniſtas: orbonenſes: noĩare nõ pigeat. Ius italicum habent eo cõuentu alutæ: fanates: a quibus ſinus noĩatur. Lopſi uarubarini: ĩmuneſq; aſſeriates: & ex inſulis fertinates curittæ. Cæteꝝ per orã oppida aneſactio: aluona: flamona: tarſatica: ſema: loſpica: ortoplyma: regiũ: argirũtum: coriniũ: enona ciuitas: pauſinus: flumẽ telaulum: quo finitur iapidia. Inſulæ eius ſinus cũ oppidis præter ſupra ſignificata. abſyrtiũ: arba: traguriũ: iſſa: portunata: paros ãte. Rurſus in continẽte colonia iadera: quæ a pola. clx. M. p. abeſt inde. xxx. Mecolentũ inſula. xviii. hoſtium titii fluminis.

## Liburnia. Ca. xxi.

LIburnia finis & initium dalmatiæ ſcardona in amne ea. lxii. M. paſſuũ a mari. Dein tariotaꝝ antiqua regio: & caſtellum tariona. Promõtoriũ Diomedis: uel ut alii peninſula Hilis circuitu. c. M. paſſuũ traguriũ ciuiũ romanoꝝ marmore notũ ſiculi. In quẽ locũ Diuus Claudius ueteranos miſit. Salona colonia ab iadera. ccxxii. M. paſſuũ. Petũt in ea iura iuribus deſcriptis in decurias. ccclxii. dalmatæ. xxii. decuni/ccxxxix. ditiones. lxix. mazei. lii. ſardiates. In hoc tractu ſunt burnum: mãdetrium: tribuliũ. Nobilitata prœliis caſtella petunt ex inſulis ſtati: colentini: ſepari: epetini. Ab his caſtella pigũtiæ: rataneum: narona colonia. Terrii cõuentus a ſalona. lxxii. M. paſſuũ appoſita cognoĩs ſui fluuio a mari. xx. M. p. M. Varro. lxxxix. ciuitates eo uẽditaſſe auctor eſt. Nũc prope ſoli noſcũtur cerauri decuriis. xxiiii. diuerſi. xvii. deſitiates ciii. docleates. xxxiii. deretini. xiiii. deremiſtæ. xxx. dindari. xxxiii. glinditiones. xliiii. melcomani. xxiiii. nares. cii. ſcirtari. lxxii. ſiculotæ: xxiiii. Populatoreſq; quondam italiæ uardei non ãplius ꝗ. xx. decuriis. Præter hos tenuere tractũ eũ œuei: partheni: hemaſi: marſthitæ: armiſthæ. A narone ãne. c. M. p. abeſt epidauꝝ colonia. Oppida ciuiũ romanoꝝ rhiziniũ: aſcriuiũ: butuaniũ: olchiniũ: quod antea colchinũ dictũ eſt a colchis cõditũ: ãnis dirino: ſupq; eũ oppidũ ciuiũ romanoꝝ ſcodra a mari. xviiii. M. paſſuũ. Præterea multoꝝ græciæ oppidoꝝ deficieſ memoria: necnõ & ciuitatũ ualidaꝝ. Eo nãq; tractu fuere labeates: enederudini: faſſei: grabei: ꝓprieq; dicti illyrii: & taulãti: & pyrei. Retinet nomẽ ĩ ora nympheũ ꝓmõtoriũ. Lyſſũ oppidũ ciuiũ ro. ab epidauro. c. M. paſſuum.

## Macedonia. Ca. xxii.

ALyſſo macedonia prouintia: gentes parthini: & a tergo eoꝝ diſſaretæ: Mõtes candauiæ a dyrrachio. lxxix. M. paſſuum. In ora uero ciuium ro. epidamnum colonia ꝓpter ĩauſpicatum nomẽ a romanis dyrrachium appellata. Flumẽ aous a qbuſdã eas noĩatum. Apollonia quõdam corinthioꝝ colonia. iiii. M. paſſuum a mari recedẽs. Cuius ĩ finibus celebre nympheum accolunt barbari amantes & belliones. At in ora oppidum oricum a colchis cõditum. Inde initium epiri. Mõtes acrocerauni: quibus hunc europæ determinauimus ſinum. Or cum a ſalentino italiæ ꝓmõtorio diſtat. lxxxv. M. paſſus a tergo carnoꝝ & iapidum qua ſe offert magnus iſter.

## Norici. Ca. xxiii.

PHetis iunguntur norici. Opdida eoꝝ uirunum: celeia: taurnia: aguntum: uiuana: monia: claudia: flauium ſoluenſe. Noricis iunguntur lacus peiſo: deſerta boioꝝ. Iã tñ colonia Diui Claudii ſabaria: & oppida carãbaria iulia.

## Pannonia. Ca. xxiiii.

HAbitantur inde glãdifera pãnoniæ: qua miteſcentia alpium iuga per medium illyricum a ſeptẽtrione ad meridiem uerſa molli in dextra ac leua deuexitate conſidunt.

## Dalmatia. Ca. xxv.

e 3

QVæ pars ad mare hadriaticum ſpectat appellatur dalmatia & illyricum ſupradictum. Ad ſeptẽtriones pãnonia uergit: finitur i de danubio. In ea colonie mona: ſiſcia. Amnes clari & nauigabiles in dãnubium fluũt dranus & noricis uiolẽtior. Saus ex alpibus carnicis placidior. cxv. M. p. interuallo. Drauus per ſerretes: ſerapillos: iaſos: ſandrizetes. Sauus per colapianos breucoſq;. Populoꝝ hæc capita. Præterea ariuates: aſali: amãtes: belgites: carthari: cornacates: erauiſci: hercuniates: latouici: oſeriates. uarciani: mõſclaudius: cuius in frõte ſcordiſci: in tergo tauriſci. Inſula in ſauo metubarris amnicaꝝ maxima. Præterea amnes memorãdi colapis i ſauum influẽs iuxta ſiſciam gemino alueo inſulã ibi efficiens: quæ ſegeſtica appellatur. Alter amnis bacuntius i ſaum ſirmio oppido influit: ubi ciuitas ſirmienſium & amantinoꝝ. Inde. xlv. M. paſſuum taurunum ubi danubio miſcetur ſaus. Supra influunt ualdanus urpanus: & ipſi non ignobiles.

Meſia. Ca. xxvi.

PAnnonia iungitur prouĩcia quæ meſia appellatur ad põtum uſq; cum danubio decurrẽs. Incipit a cõfluente ſupradicto. In ea dardani: celegeri: tribali: trimachi: moeſi: thraces: põtoq; cõtermini ſcythæ. Flumia clara dardanus: margis: pĩgius: timachus ex rhodope: oeſcus ex hemo: utus: eſcamus: ieterus. Illyrici latitudo qua maxima eſt. cccxxv. M. p. colligit Lõgitudo a flumine arſia ad flumẽ drinium. d. ccc. M. a drinio ad ꝓmõtorium acroceraunium clxxii. M. Agrippa prodidit uniuerſum hunc ſinum italiæ & illyrici ambitus. xiiii. M. In eo duo maria quo diſtinximus ſiue inferꝰ ſiue ionium i prima parte. Interiuſ hadriaticu; : quod ſuperꝰ uocãt. Inſulæ in auſonio mari præter iam dictas memoratu dignæ nullæ. In ionio paucæ calabro littore ante brunduſium: quaꝝ obiectu portus efficitur. Cõtra apulũ littus diomedea cõſpicua monumẽto Diomedis. Et altera eodẽ noĩe a qbuſdã teuthria appellata. Illyrici ora mille ãplius inſulis frequẽtatur natura uadoſi maris æſtuariiſq; tenui alueo intercurſãtibus. Claræ ãtea hoſtia timaui calidoꝝ fõtium cum æſtu maris creſcẽtium iuxta iſtroꝝ agrum. Ciſſa pullariæ & abſcytides graiis dictæ a fratre medeæ ibi interfecto: nunc abſcyrtium. iuxta eas electridas uocauere: ĩ quibus ꝓueniret ſucinum: quod illi electrum appellãt uanitatiſ græcæ certiſſimum documẽtum. Adeo ut Liſſa quas eaꝝ deſignẽt: haud unq; cõſtiterit. Cõtra iader eſt iſſa. Quæq; appellatæ contra liburnos creteæ aliquot. Nec pauciores trucones liburnicæ. Celaduſæ ĩtra ſurium bubus & capris laudata battriaſa ciuium ro. reliqua: & cum oppido pharia. Ab his corcyra melana cognoiata cum gnidoꝝ oppido diſtat. xxii. M. paſſuum. Inter quã & illyricum melita. Vnde catulos meliteos appellari Calimachus auctor ẽ. xxii. M. p. Ab ea. iii. M. elaphiteſ. In ionio autem mari ab arico. M. M. p. Saſonis piratica ſtatione nota.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. IIII.

Sinus Claritatis Litteraꝝ Et Omnis Fabuloſitatis.

TERTIVS EVROPAE SINVS ACROCERAVNIIS incipit mõtibus: finitur helleſpõto: amplectitur præter minores ſinus. xix. xxii. M. paſſuum. In eo epiruſ acarnania: ætholia: phocis: locris: achaia: meſſenia: laconia: argolis: megariſ: attica: boetia. Iterq; ab alia mari eadem phocis. & locris: doris: phthiotis: theſſalia: magneſia: macedonia thracia. Omis græciæ fabuloſitas: ſicut & litteraꝝ claritas ex hoc primũ ſinu effulſit. Qua ꝓpter ĩ eo paululum cõmorabimur. Epiros ĩ uniuerſum appellata acroceraunijs ĩcipit mõtibus. In ea primi chaones a quibus chaonia. Dein theſproti: antigonẽſes: locuſ aornoſ: & peſtifera auibus exhalatio. Ceſtrini: perhebi: quoꝝ mõs pindus: caſſopei: driopes: ſellæ: pelopes: moloſſi: apud quos dodonei Iouis tẽplum oraculo illuſtre. Tomarus mõs cẽtum fõtibus circa radices Theopõpo celebratus.

Epirus. Ca. i.

EPirus ipſa ad magneſiam macedoniãq; tendẽs a tergo ſuo daſſarethas ſupradictos liberã gentẽ mox ferã dardanos habet. Dardanis leuo triballi prætẽduntur latere. Et moeſicæ gentes a frõte iunguntur: medi: ac bẽſeletæ: quibus thraces ad pontum uſq; pertinenentes. Ita ſuccicta rhodopes: mox & hemi uallatur excelſitas. In epiri ora caſtellum in acroceraunis chimera: ſub eo aquæ regiæ fons. Oppida meãdria. Ceſtriæ flumẽ theſprotia: uethimius colonia butrotum: maximeq; nobilitatus ãbracius ſinus faucibus ſpatioſum æquor accipieſ. Lõgitudinis. xxxix M. paſſuum. Latitudinis. xv. M. In eum defertur amnis acherõ e lacu theſprotiæ: acheruſia ꝓfluens. xxxvi. M. paſſuum: inde & mille pedum ponte mirabilis oĩa ſua mirãtibus. In ſinu oppidum ambracia. Moloſſoꝝ flumina alphas: arathus. Ciuitas anactoria. Lacus

pandoſia. Acarnania quæ antea curetis uocabatur. Oppida heraclea: chinus. Et in ore ipſo co/
lonia Auguſti actium cũ templo Apolliniſ nobili: ac ciuitate libera nicopolitana. Egreſſos ſinu
ãbracio in ioniũ excipit leucadium littus. ꝓmõtoriũ leucates: dein ſinus: ac leucadia ipſa penin/
ſula quõdam neritis appellata opere accolaꝝ abſciſa a cõtinẽti ac reddita uentoꝝ flatu cõgeriẽ
harenæ accumulantiũ: qui locus uocatur diorectus ſtadioꝝ lõgitudine trium. Oppidum ĩ ea leu
cas quõdã neritũ dictũ. Deĩde acarnanũ urbes halyzia: aſtacus: argos: ãphilochicũ cognoĩatũ
Amnis achelous e pĩdo fluẽs atq; acarnaniã ab æetholia dirimẽs: & artemicã ĩſulã aſſiduo ter/
ræ iuectu cõtinẽti ãnectẽs.

## Aetolia. Ca. ii:

AEtoloꝝ populi athamanes. tymphei: epirimẽſes: perrhebi: dolopes: marages: atraces: a
quibus atrax amnis ionio mari infunditur. Aetoliæ oppidũ calidon eſt ſeptẽ miliũ quin/
gẽtoꝝ paſſuũ a mari iuxta euenũ amnem. Dein matina molycria: cuius a tergo chalcis &
mons eſt praſus. At in ora ꝓmõtoriũ antirium: ubi hoſtium corinthiaci ſinus minus mille paſ/
ſuum latitudine influentis: ætoloſq; dirimẽtis a pelopõneſo. Promõtorium quod cõtra proce/
dit appellatur rhion: ſed ĩ corinthiaco ſinu. Oppida ætoliæ naupactum: eupalimna: & ĩ medi/
terraneo pleurõ: haliſorna. Mõtes clari ĩ dodone tomarus: ĩ ãbracia acranos: ĩ acarnania aracyn
thus: ĩ ætolia achatõ: panetoliũ: madimiũ.

## Locri. Ca. iii.

PRoximi ætolis locri qui cognoĩantur ozolæ ĩmunes. Oppidum eanthẽ. Portus apolli/
nis pleſtis. Sinus chriſeus. Intus oppida argon: eupolea: peſtũ: calamiſus. Vltra cirrhei
phocidis cãpi: oppidum cirrha: portus caleon: a quo ſeptẽ milia pa. itrorſus liberꝝ oppi/
dum delphi ſub mõte pernaſo clariſſimi in terris oraculi Apollinis. Fõs caſtalius. Amnis cephi
ſus præfluẽs delphos: ortus in lilea quõdam urbe. Præterea oppidum chryſa & cum ulenſibuſ
antycira: naulocum: pyrrha: amphiſa ĩmunis: tricone: trycorimbus: myrenaq; regio taulis ap/
pellata. Dein in intimo ſinu angulus boetiæ alluitur cum oppidis gymnis: thebis quæ corſicæ
cognoĩatæ ſũt iuxta heliconẽ. Tertium ab hoc mari boetiæ oppidum page: unde pelopõneſi ꝓ
ſilit ceruix.

## Peloponneſus. Ca. iiii.

PElopõneſuſ apie ãte appellata pelaſgia & peniſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda
iter duo maria ægeum & ionium platani folio ſimilis ꝓpter ãguloſos iceſſus: circuitu qn/
gentoꝝ ſexagintatrium milium paſſuum colligit auctore Iſidoro. Eadem ꝑ ſinus pene tã
tundem adiicit. Anguſtiæ unde procedit iſthmos appellatur. In eo loco irrumpentia e diuerſo
cc. milium paſſuum interueniente munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo clx. mil.
paſſuum ꝓmõtoriũ ſacꝝ e media ꝓpe hiſpaniæ frõte proſilit xiiii. mil. paſſuũ. Inde & pyreneũ

©BIUM

medium colligitur Varro tradit. Ab ana uero quo luſitaniā a betica diſcreuimus cxxvi. mil. paſ
ſuum. A gadibus. cii. mil. paſ. additis gētes celticæ turduli: & circa tagum uetones. Ab ana ad
ſacꝝ luſitani oppida memorabilia a tago in ora: olyſippo equaꝝ e fauonio uento cōceptu nobi-
le ſalatia cognoīata. Vrbs imperatoria merobrica: ꝓmōtoriū ſacꝝ: & alterum ceneus. Oppida
oſſonobia balſa myrtili. Vniuerſa ꝓuintia diuiditur in cōuentus tres: emericenſē: pacenſē: ſco-
labitanum. Tota populoꝝ. xlvi. in qbus coloniæ ſunt quinqꝫ municipiū ciuiū romanoꝝ latii an
tiqui quattuor. Stipendiaria. xxxvi. Colonia auguſta emerita anæ fluuio appoſita: mertallinē
ſis: pacenſis: norbēſis cæſariana cognoīe. Cōtributa ſunt in eā caſtra iulia: caſtra cecilia. Quin
ta eſt ſcalabis: quæ præſidium iulium uocatur. Municipiū ciuiū romanoꝝ olyſippo fœlicitas iu
lia cognoīatum. Oppida ueteris latii ebora: quod idem liberalitaſ iulia & myrtilis & ſalatia quæ
diximus ſtipendiarioꝝ: quoſ noīare nō pigeat. Præter iā dictos ī betica cognoībus: auguſtobri
genſes: emienſes: aranditani: taxabritēſes: blaxenſes: cæſarobricenſes: caperenſes: caurenſes:
colarnici: bilitani: cōcordienſes: & bocori: interauſenſes: latienſes: mirobrigenſes: qui celtici co
gnoīanť: medubrigēſes qui plumbarii: ocelenſes: lancienſes: turduli q barduli: & tapori: Luſita
niā cum aſturia & galecia patere lōgitudīe xl. m. p. Latituine d. xxxvi. m. Agrippa ꝓdidit. oēſ
āt hiſpaniæ a duobuſ pyrenei ꝓmōtoriiſ p maria totius oræ circuitu xxxix. m. xii. colligere exi
ſtimātur ab aliis. xxvi. mil. Ex aduerſo celtiberiæ cōplures ſūt inſulæ caſſiterides dictæ a græ
cis a fertilitate plūbi. & e regione arrotrebaꝝ promōtorio deoꝝ ſex: quas aliqui fortunatas ap-
pellauere. In ipſo uero capite mox beticæ ab oſtio freti paſſus lxxv. mil. gadis longa & (ut Po-
libyuſ ſcripſit) xii. mil. lata. iii. mil. paſſuū abeſt a cōtinente. Proxima parte minus pedes. d. cc.
Reliqua plus ſeptem mil. ipſius ſpatiū. xv. mil. paſ. eſt. Habet oppidum ciuiū romanoꝝ quod
appellať auguſtana urbs iulia. Gaditani ab eo latere quo hiſpaniā ſpectat paſſibus fere. c. Alte
ra inſula eſt in longū. cc. miliū paſſuum. xl. mil. lata. In qua prius oppidum gadiū fuit. Vocatur
ab Ephoro & Phyllide erythrea: a Timæo & Syleo ophrodiſiaſ: ab indigenis Iunonis. Maiorē
Timæus potinuſā a puteis uocitatā ait. Noſtri tarteron appellāt: quā pœni appellarunt gadi-
ritam. Pæonica diruta punica lingua ſepem ſignificāte. Erythrea dicta eſt: quoniā tyrii ab origi
ne eoꝝ orti ab erythreo mari ferebāť. In hac Geriones habitaſſe a qbuſdā exiſtimāť: quoꝝ ar-
mēta Hercules abduxerit. Sūt q aliā eſſe eā: & cōtra luſitaniā arbitrarēť: eodēqꝫ noīe quōdam
ibi appellāt.

¶ Vniuerſæ europæ menſura. Ca. xxiii.

PEracto ambitu europæ reddenda cōſumatio eſt: ne quid ī expedito nō ſit noſcere uolen-
tibus. Lōgitudinē eius Artemidorus atqꝫ Iſidorus a tanai uſqꝫ gades. lxxxiiii. mil. xiiii.
paſſuum prodiderunt. Polybius latitudiem europæ ab italia ad oceanum ſcribit. xi. mil.
l. eſſe etiā tum īcomperta magnitudine huius. Eſt āt ipſius italiæ (ut diximus) xii. mil. xx. ad al-
pes. Vnde lugdunum ad portum morinoꝝ britānicum: qua uidetur menſuram agere Polybius
xiii. mil. xviii. Sed certior menſura ac longior ad occaſū ſolis æſtiui oſtiumqꝫ rheni p caſtra legi
onum germaniæ ab iiſdem dirigiť alpibus xii. mil. xliii. paſ. Hic deīde africa atqꝫ aſia dicentur.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. V.

¶ Africæ Deſcriptio.

AFRICAM GRAECI LIBYAM APPELLAVERE QVA
mare ante eam libycum īcipiens ægypto finitur. Nec alia pars ter
raꝝ pauciores recipit ſinus longe ab occidente littoꝝ obliquo ſpa-
tio. Populoꝝ eius oppidoꝝqꝫ noīa uel maxime ſunt ineffabilia:
præterqꝫ ipſoꝝ linguis & alias caſtella ferme inhabitant.

Mauritania. Ca. i.

PRincipio terraꝝ mauritaniæ appellātur uſqꝫ ad C. Cæſarem Ger
manici filium regna. Seuitia eius in duas diuiſa eſt prouintias. Pro
montorium oceani extimum āpeluſia noīatur a græcis. Oppida fu
ere liſſa: cotte: ultra columnas Herculis: nunc eſt tingi quondam
ab Anteo conditum: poſtea a Claudio Cæſare cum coloniā faceret appellatum traducta iulia.
Abeſt a belone oppido beticæ proximo traiectu xxx. mil. paſſuum. Ab eo xxv. mil. in ora oce
ani colonia Auguſti iulia conſtātia: zubil regum ditioni exempta: & iura in beticā petere iuſſa:
& ab eo xxxii. mil. paſſuum colonia a Claudio Cæſare facta lixos: uel fabuloſiſſime ab antiquis
narrata. Ibi regia Antei: certamenqꝫ cum Hercule: & heſperidum horti. Affunditur autē huic
æſtuarium e mari flexuoſo meatu: in quo draconis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur.
Amplectitur intra ſe inſulam: quā ſolam e uicino tractu aliqꝑto excelſiores non tū æſtus maris
inundāt. Extat ī ea & ara Herculiſ: nec præter oleaſtroſ aliud ex narrato illo aurifero nemore.

fi

Minus profecto mirentur portentoſa græciæ mendacia de iis de amne lixo prodita:qui cogi/
tent noſtros nuper paulominus mõſtrifica quædã de iiſdem tradidiſſe. Prævalidã hanc urbem
maiorẽqꝫ carthagie magna. Præterea ex aduerſo eius ſitã & ꝓpe imenſo tractu. Abtigi quoqꝫ
aliam Cornelius Nepos audaciſſime credit ab lixo xl. mil. paſſuum. In mediterraneo altera Au
guſti colonia eſt babba:iulia cãpeſtris appellata. Et tertia panaſa lxxv. mil. ualentia cognoĩata
Ab ea xxxv. mil. paſſuum uolubile oppidum tantundem a mari utroqꝫ diſtãs: & ĩ ora a lixo. l.
mil. amnis ſububus præter banaſam coloniam defluens: & magnificus & nauigabilis. Ab ea to/
tidem milibus paſſuum oppidum ſala eiuſdem nominis fluuio impoſitum:iam ſolitudinibus uici
num:elephantorꝝqꝫ gregibus ĩfeſtum. Multo tamen magis autololum gentem ꝑ quam iter eſt
ad montem africæ uel fabuloſiſſimum atlantem. E mediis hunc harenis in cælum attolli ꝓdide
runt:aſperꝝ:ſqualentem qua uergat ad littora oceani:cui cognomen impoſuit.. Eundem opacu;
nemoroſumqꝫ & ſcatebris fõtium riguum qua ſpectat africam fructibus omnium generꝝ ſponte
ita ſubnaſcentibus ut nunqꝫ ſatietas uoluptatibus deſit. Incolarꝝ neminem interdiu cerni: ſilere
omnia haud alio ꝙ ſolitudinum horrore:ſubire tacitam religionem animos propius accedenti/
um:præterqꝫ horrorẽ elati ſup nubila atqꝫ ĩ uicinia lunaris circuli. Eũdemqꝫ noctibuſ micare cre
bris ignibus ægypanum ſatyrorꝝqꝫ laſciuia. Impleri tibiarꝝ ac fiſtulæ cantu tympanorꝝqꝫ & cym
balorum ſonitu ſtrepere. Hæc celebrati auctoreſ prodidere præter Herculi & Perſeo laborata
ibi:ſpatiũ ad eũ ĩmenſũ incertũqꝫ. Fuere & Hannonis carthaginenſiũ ducis cõmẽtarii punicis re
bus florentiſſimis explorare ãbitum africæ iuſſi:quem ſecuti pleriqꝫ e græcis noſtriſqꝫ. Et alia
quædã fabuloſa: & urbes multas ab eo cõditas ibi prodidere:quarꝝ nec memoria ulla nec ueſti/
gium extat. Scipione Aemiliano res in africa gerente Polybius annalium cõditor ab eo accepta
claſſe ſcrutandi illius orbis gratia circumuectus prodidit a monte eo ad occaſũ uerſuſ ſaltus ple/
nos feris:quas generat africa:ad flumen anatin. ccccLxxxv. mil. paſſ. Ab eo lixum. ccv. mil.
paſ. Agrippa lixum a gaditano freto. cxii. mil. paſ. abeſſe. Inde ſinum qui uocetur ſaguti. Op/
pidum ĩ promontorio mulelacha. Flumia ſububã & ſalat. Portũ rubiſ a lixo. cccxiii. mil. paſ. In
de promontorium ſolis:portum riſardir. Getulos:autoteles:flumen coſenum:gẽtem ſelatitos
& maſatos:flumen maſatat:flumen darat:ĩ quo crocodilos gigni. Deinde ſinũ. d. cxvi. mil. p.
Includi montes barce promõtorio excurrente ĩ occaſũ quod appellatur ſurrẽtiũ. Poſtea flumẽ
palſum. ultra quod æthiopas peroros:quorꝝ a tergo poruſios. Iis iungi mediterraneos getulos
daras:at in ora æthiopas daratitas. Flumen bambotũ crocodilis & hippopotamis refertũ. Ab
eo montes perpetuos uſqꝫ ad eũ quẽ eonochema dicemus. Inde ad promõtoriũ heſperꝝ nauiga
tione dierꝝ ac noctiũ x. In medio eo ſpatio atlantem locauit:a cæteris omĩbus in extremis mau/
ritaniæ proditum. Romana arma primũ Claudio principe ĩ mauritania bellauere Ptolæmeũ re
ge a C. Cæſare interẽptũ ulciſcente liberto Aedõe:refugientibuſqꝫ barbaris uentũ conſtat ad
montem atlantem. Nec ſolũ conſulatu perfũctis atqꝫ e ſenatu ducibus qui tũ res geſſere:ſed eq
tibus quoqꝫ romanis qui ex eo præfuere:ibi atlãtem penetraſſe gloria fuit. Quinqꝫ ſũt(ut dixi/
mus(romanæ coloniæ in ea prouintia:peruiũqꝫ famæ uideri poteſt. Sed id plerꝝqꝫ fallaciſſimo
experimẽto deprehẽditur:quia dignitate indagare uera pigeat:ignorãtiæ pudore mentiri non
piget. haud alio fidei proniore lapſu:ꝙ ubi falſæ rei grauis auctor exiſtit. Et equidẽ minus mi
ror incõperta quædã eſſe equeſtris ordinis uiris. Iam uero & e ſenatu nõ aliunde intrãtibus ꝙ
cauſa luxuriæ:cuius efficaciſſima uis ſentitur atqꝫ maxima cũ ebori citro ſiluæ exquirãtur: oẽs
ſcopuli getuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamẽ tradũt in ora abſala. cl. mil. paſſuũ flumen
aſanã marino hauſtu:ſed portu ſpectabile. mox amnem quẽ uocãt fuut. Ab eo ad dirin(hoc enĩ
atlãti nomen eſſe eorꝝ lingua conuenit)cc. mil. paſſuũ interueniente flumine cui nomen eſt uior.
Ibi fama exiſtere circa ueſtigia habitati quondã ſoli uinearꝝ palmentorꝝqꝫ reliquias. Suetonius
Paulinus quẽ conſulem uidimus primus romanorꝝ ducũ trãſgreſſus quoqꝫ atlãtem aliquot mili/
um ſpatio prodidit de excelſitate quidem eius quæ cæteri. Imas radices denſis altiſqꝫ repletas
ſiluis incognito genere arborꝝ:proceritatem ſpectabilem enodi nitore:frondes cupreſſis ſimileſ
Præter grauitatem odoris tenui eas obduci lanugine:quibus addita arte poſſe quales bombice
ueſtes confici. Verticẽ altis etiã æſtate operiri niuibus. Decumis ſe eo ꝑueniſſe caſtris: & ultra
ad fluuium qui niger uocatur per ſolitudines nigri pulueris eminentibus interdũ uelut exuſtis
cautibus loca inhabitabilia feruore quãꝙ hyberno tẽpore expertus. Qui proximos inhabitent
ei ſaltus refertos elephãtorꝝ ferarꝝqꝫ & ſerpentũ omĩ genere canarios appellari. Quippe uictũ
eius animalis promiſcuum iis eſſe: & diuidua ferarꝝ uiſcera. Iũctã æthiopũ gentẽ quos perorros
uocant ſatis conſtat. Iuba Ptolæmei pater qui primus utriqꝫ mauritaniæ imꝑauit ſtudiorꝝ clari/
tate memorabilior etiã ꝙ regno ſimilia prodidit de atlante:præterqꝫ gigni ibi hærbã euphor/
biam noĩe ab ĩuẽtore medico ſuo appellatã. Cuius lacteũ ſuccũ miris laudibus celebrat ĩ clarita
te uiſus:cõtra ſerpentes & uenena oĩa priuatim dictato uolumine. Et ſatis ſupqꝫ de atlante.

## ¶ Tingitania prouintia. Ca. ii.

Tingitaniæ prouintiæ longitudo clxx. mil. paſſuum eſt: & gẽs in ea quõdã præcipua mauroꝝ: unde nomen prouintiæ: quos pleriq; maurusios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas redit familias. Proxima illi maſſeſyloꝝ fuerat: ſed ſimili modo extincta eſt. Getulæ nunc tenent gentes: bamuræ: multoq; ualidiſſimi autololes. Et hoꝝ pars quondã neſimi: qui auulſi iis propriã fecere gentem uerſi ad æthiopas. Ipſa ꝓuintia ab oriente mõtoſa fert elephantos. In abila quoq; mõte & quos ſeptem fratres a ſimili altitudine appellãt freto immienti iũcti abilæ. ab iis ora interni maris. Flumen tamunda nauigabile quõdã & oppidum. Flumen laud & ipſum nauigioꝝ capax. Ruſardir oppidum & portus maluana. Fluuius nauigabilis ſiga. Oppidum ex aduerſo maluanæ in hiſpania ſitum Syphacis regia alterius iam mauritaniae. Nanq; diu regum nomina optinuere: ut bogudiana appellaretur extima. Itẽq; Bocchi quae nunc cæſarienſis. Ab ea portus magnus harpatio appellatus ciuiũ romanoꝝ oppidũ. Amnis mulucha Bocchi maſſeſyloꝝq; finis. Quizacenitana peregrinoꝝ oppidũ. Arſennaria latinoꝝ tria mil. paſſuũ a mari. Carcẽna colonia Augusti: legio ſecũda. Itẽ colonia eiuſdẽ deducta cohorte prætoria gunugii. promõtorium Apollinis. Oppidumq; ei celeberrimum cæſarea ãtea uocitatũ iol iubæ regia a Diuo Claudio colõiæ iure donata eiuſdẽ iuſſu deductis ueteranis. Oppidũ nouũ & latio datum tipaſa. Itẽq; a Veſpaſiano impatore eodẽ munere donatum icoſio. Colonia Augusti ruſguniæ. Ruſcuriũ ciuitate honoratũ a Claudio. Ruzaſus colonia Augusti. Salde colonia eiuſdem: gigili oppidum. Tucca impoſitum mari & flumini ampſagæ. Intus colonia auguſta quae itẽ ſucca: barnem: tubi: ſubtu. Ciuitates tirmici: tigauæ. Flumia iſarges: gẽſnabades: ſardana: lauerna: bargenſina: turebi: flumen uſariens nauigabile. Flumen ampſaga abeſt a cæſarea ccxxxiii. mil. paſſuum. Vtriuſq; mauritaniæ lõgitudo. dccc. mil. paſ. xxxix. mil. Latitudo. cccclxvii. mil. paſ.

## Numidia. Ca. iii.

AB ãpſaga numidia eſt Maſſiniſſae clara noĩe: metagonitis terra a græcis appellata. Numidae uero nomades a permutãdis papilionibus mapalia ſua hoc eſt domus plauſtris circũferentes. Oppida cullurus: ichadæ: Ab ea ad xlviii. mil. paſſuũ ĩ mediterraneo colonia cirtha ſitianoꝝ cognoĩe: & alia intus ſicca: liberũq; oppidũ bulla regia. Et in ora tacatua hippo regius. Flumẽ armua. Oppidũ tabracha ciuiũ ro. Tuſca fluuius numidiæ finis. nec præter marmoris numidici feraꝝq; ꝓuẽtũ aliud iſigne.

## Africa. Ca. iiii.

A Tuſca zeugitana regio & quae proprie uocetur africa eſt. Tria promõtoria: cãdidũ: mox Apollinis aduerſũ ſardiniae: Mercurii aduerſum ſiciliæ ĩ altũ procurrẽtia duos efficiunt ſinũs hipponenſem proximũ ab oppido: quod hipponem dirutũ uocãt diarrhitum a græcis dictum ꝓpter aquaꝝ irrigua. Cui finitimũ theudalis imune oppidũ lõgius a littore. Dein ꝓmõtorium Apollinis: & in altero ſinu utica ciuium romanoꝝ Cathonis morte nobilis: flumẽ bagrada. Locus caſtra cornelia. Colonia carthago: magnae in ueſtigiis carthaginis colonia maxulla. Oppida carpi: miſua. Et liberũ clupea ĩ promõtorio Mercurii. Item libera curubiſne Apollinis. Mox africae ipſius alia diſtinctio. Libyphœnices uocãtur qui bizãtium incolunt. Ita appellatur regio. ccl. mil. paſ. per circuitũ fertilitatis eximiæ cũ centeſima fruge agricolis fœnus reddẽte terra. Hic oppida libera leptis adrumentum: ruſpina: tapſus: Inde thena. aueſinacõ: madeſta: chape: ſabrata cõtingens ſyrtin minorem. ad quã numidiæ & africae ab ampſaga longitudo d. lxxx. mil. paſſuũ. Latitudo qua cognitum eſt. cc. mil. Ea pars quã africã appellauimus diuidit ĩ duas prouintias: ueterem & nouam diſcretas foſſa. Inter africanũ ſequentẽ & reges thenas uſq; producta. quod oppidum a carthagine abeſt ccxvii. mil. paſſus. Tertius ſinus diuiditur ĩ geminos duaꝝ ſyrtium uadoſo ac reciproco mari. Diſrrhoos ad proximã quae minor eſt a carthagie ccc. mil. paſſuum ut Polybius tradit. Ipſã. c. mil. paſ additu: ccc. mil. ambitu. Et terra haec aũt ſydeꝝ obſeruatione nobilis. Ad eã per deſerta harenis perq; ſerpentes iter eſt. Excipiunt ſaltus repleti feraꝝ multitudine: & introrſus elephãtoꝝ ſolitudines: mox deſerta uaſta. Vtrinq; garamãtes ab augylis dieꝝ xii. itinere diſtãtes. Sup illos fuere gens pſyli: ſuper quos lacus lycomedis deſertis circundatus. Augylae ipſi medio fere ſpatio locãtur ab aethiopia quae ad occidẽtẽ uergit: & a regione quae duas ſyetes ĩteriacet pari utrinq; interuallo: ſed littore inter duas ſyrtes ducentoꝝ qnquagita mil. paſſ. Ibi ciuitas oenſis. Cyniphis fluuius ac regio. Oppida neapolis: taphra: abrothonum: leptis altera quae cognoiat magna. Syrtis maior circuitu. cxxv. mil. paſſuum. aditu ãt cccxiii. mil. Inde accolit gens ciſipadum. In intimo ſinu fuit ora lothophagõ: quos qdam alachroas dixere ad philenoꝝ aras. ex harena ſunt eæ. Ab iis nõ ꝓcul a continente palus uaſta ad amnem tritonem: nomenq; ab eo accepit: palãtias appellata a Callimacho: & citra minorem ſyrtim eſſe dicta: a multis uero ĩter duas ſyrtes. Promõtorium quod maiorẽ ĩcludit burion appellatur: ultra cyrenaica prouintia. Ad hunc finẽ africa a fluuio ampſaga populos xxvi. habet qui romano parent imperio. In iis colonias ſex præter iã ſupradictas uthinam tuburbin. Oppida ciuium romanoꝝ. xv. ex quibus in mediterraneo dicenda abſuritanum: abutucenſe: ab oriente canophicũ: chimanẽſe: rhimituenſe: thunuſidienſe: turbubienſe: tybibrumẽſe

tibigenſe. Vcitana duo maius & minus: uagenſe: oppidũ latinum unũ uzzalitanũ. Oppidũ ſtipẽdiarium unũ. Caſtris cornelíís oppida libera triginta: ex quibus dicenda intus acolitanũ: acharitanum: auinenſe: abziritanum: canopitanum: melizitanum: mararenſe: ſalaphitanum: tuſdritanũ: diricenſe: thiphicenſe: tuniſẽſe. ſchoedenſe: tagaſenſe: ſigenſe uluſuburitanũ: uagienſe: aliud ſigẽſe: zianienſe: Ex reliquo numero nõ ciuitates tantũ: ſed pleræq; etiã nationes iure dici poſſunt: ut nattabudes: caſpitani: inſulani: ſabarbares: maſſyllini: ciues uamacures: ethini: muſíni: marchubi: & tota getulia ad flumen nigrim: qui africam ab æthiopia dirimit

## Cyrene. Ca. v.

CYrenaica eadẽ pentapolitana regio illuſtratur Hammonis oraculo: quod a cyrenis abeſt cccc. mil. pa. fonte ſolis: pentapolis urbibus maxime quinq; bereniæ: arſinoe: ptolemaide apollõnia: ipſaq; cyrene. Berenice ĩ ſyrtis extimo cornu ẽ quõdã uocata heſperidũ ſupradictaꝝ uagantibus græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius lethon: lucus ſacer: ubi heſperidum horti memorantur. Abeſt a lepti ccclxxxv. mil. p. Ab ea arſinoe theutyra uocitata. xliii. mil. paſ. Et deinde ptolemais antiquo noĩe barce. xxii. mil. p. Mox. ccl. mil. promõtoriũ phycus per creticum mare excurrit diſtãs. cccl. mil. paſ. a tænaro laconicæ ꝓmõtorio. A creta uero ipſa. cxxv. mil. Poſt id cyrene a mari. xi. mil. p. A phicunte apolloniã. xxiiii. mil. p. ad cherõneſum. lxxxviii. mil. paſ. Vnde catabathmum ccxvi. mi. p. accolunt marmaridæ a pharedoni ferme regiõe ad ſyrtin uſq; maiorẽ porrecti. Poſt eos acraucæ leſatiani. In ora ſyrtis naſãmões quoſ meſãmones græci appellauerẽ ab argumẽto loci medioſ iter harenas ſitoſ. Cyrenaicuſ ager xv. m. p. latitudine a littore arboribus fertilis habetur. Intus eodẽ ſpatio frugibus tantum mox xxx. mil. paſſuum latitudine: & . ccl. mil. paſſuũ lõgitudine laſeri modo. Poſt naſãmonas haſbytæ & macæ uiuunt. Vltra eos hãmanientes xi. dieꝝ itinere a ſyrtibus maioribus ad occidẽtem & ipſi quaqua uerſus harenis circundati: puteos tamen haud difficiles binũ fere cubitoꝝ ĩueniũt altitudine ibi reſtagnãtibus mauritaniæ aquis. Domos ſale e mõtibus ſuis exciſo ceu lapide cõſtruunt. Ab iis ad troglodytaſ hyberni occaſus plaga dieꝝ quattuor iter: cum quibus cõmertiũ gẽmæ tantum quã carbunculum uocamus ex æthiopia uectæ. Interuenit ad ſolitudines africæ ſuper minorem ſyrtin dictas uerphazania: ubi gentem phazanioꝝ urbeſq; alelen & cillabã ſubegimus. Item cidamum e regione ſabrate. Ab hiſ mõs lõgo ſpatio in occaſum ab ortu tendit: ater a noſtris dictus a natura aduſto ſimilis: aut ſolis repcuſſu accenſo. Vltra eum deſerta. Matelgæ oppidum garamãtum. Itẽq; detris affuſo fonte a medio die ad mediã noctem aquiſ feruẽtibus. totidẽ horis ad medium diem rigentibus. Clariſſimumq; oppidum garadamum caput garadamãtum: omĩa armis romanis ſuperata: & a Cornelio Balbo triumphata: unius omium curru externo & qritium iure donato. Quippe gadibus nato ciuitas romana cum Balbo maiore patruo data eſt. Et hoc miꝝ ſupradicta oppida ab eo capta auctores noſtros prodidiſſe. Ipſum in triumpho præter cydamum & garadamum oĩum aliaꝝ gentium urbiumq; numina ac ſimulacra duxiſſe: quæ fuere hoc ordine. Tabidium oppidum: niteris nationis gligemela oppidum. Bubeium natio uel oppidum. Enipi natio. Thuben oppidum. Mõs noĩe niger: nitibrum rapſa oppida: diſcera natio: detri oppidum: flumen nathabur: tapſagum oppidum nãnagi natio: boin oppidum: pege oppidum: flumen daſibari. Mox oppida cõtinua baracum: buluba: alaſi: balſa: galla: maxalla. zizama. Mõs gyri: in quo gẽmas naſci titulus ꝓdidit. Ad garamãtas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis eius. Puteo qui ſunt nõ alte fodiendi ſi locoꝝ notitia adſit harenis opientibus. Proximo bello quod cum oenſibus romani geſſere auſpiciis Veſpaſiani imperatoris cõpendium uiæ quatriduo deprehenſum eſt. Hoc iter uocatꝰ præter caput ſaxi. finis cyrenaicus catabathmos appellatur oppidum & uallis repente cõuexa. Ad eum terminum cyrenaica africa a ſyrti minore decies ſexagita mil. p. ĩ lõgitudinẽ patet. In latitudine qua cognitum eſt. d. ccc. paſſuum.

## Libya mareotis. Ca. vi.

EA quæ ſequitur regio mareotis libya appellatur: ægypto cõtermina. Tenent marmarides: adirmachidæ: deinde mareotæ. Menſura a catabathmõ ad paretonium lxxxvi. mil. paſſ. In eo tractu intus apis intereſt nobilis religione ægypti locus. Ab eo paretonium lxii. mil. paſſuum. Inde alexãdriam c. mil. paſſuum. Latitudo. clxix. eſt. Erathoſthenes a cyrenis alexãdriã terreſtri itinere. d. xxv. mil. prodidit. Agrippa totius africæ a mari atlãtico cum inferiore ægypto lxxxv. mil. paſſuum lõgitudinem poſuit. Polybius & Eratoſthenes diligẽtiſſime exiſtimati ab oceano ad carthaginem magnã. lxvi. mil. paſſuum. Ab ea canopum nili ꝓximum oſtium xvi. mil. paſſuum xxix. fecerunt. Iſidorus a tingi canopum xxxv. xcix. mil. paſſuum. Artemidorus quadraginta minus q̃ Iſidorus.

## Inſulæ circa africam & aduerſaꝝ africæ. Ca. vii.

INſulas nõ ita multas cõplectuntur hæc maria. Clariſſima eſt menix lõgitudine. xxxv. m. paſ. latitudine. xxv. ab Eratoſthene lotophagites appellata. Oppida habet duo menigen ab africæ latere: & altero thoiar. Ipſa a dextro ſyrtis minoris promontorio paſſibus. cc. ſita ab

ea.c.p.cōtra leum cercina cum urbe eiuſdem noīs libera lōga xxv.mil.paſ.Lata dimidium eiuſ ubi plurimum.ac in extremo nō plus v.mil.paſſus.Hinc pparua carthaginem uerſus cercinitis pōte iungitur.Ab iis.l.mil.fere paſſuum lipaduſa lōga vi.mil.paſſ.Mox gauleegalata: cuius terra ſcorpionem diꝝ animal africæ necat.Dicuntur & ī clupea emori: cuius ex aduerſo coſſyria cum oppido.At cōtra carthaginis ſinum duæ e gremio areæ aræ.Re uera ãt ſcopuli uerius qꝫ inſulæ: inter ſiciliam maxime & ſardiniam Auctores ſunt & has quōdã habitatas ſubſediſſe. Interiori autem ãbitu africæ ad meridiem uerſus: ſuperqꝫ getulos interuenientibus deſertis primum omium libyi ægyptii: deinde leucæ æthiopes habitãt.

Aethiopes. Ca.viii.

SVper eos æthiopum gentes nigritæ a quo dictum eſt flumine.Gymnetes pharuſi etiam oceanum attingentes: quos ī mauritaniae fine diximus perorri.Ab iis omibus uaſtæ ſolitudines orientem uerſus: uſqꝫ garamãtes: augylaſqꝫ & troglodytas: ueriſſima opinione eoꝝ q deſertis africæ duas æthiopias ſupponunt: & ãte omẽs Homeri qui bipartitos tradit aethiopaſ ad orientem occaſumqꝫ uerſos.Nigri fluuio eadem natura quae nilo: calamum & papyꝝ & eaſdem gignit animãtes iiſdemqꝫ temporibus augeſcit.Oritur iter tareleos aethiopas: œcalicas. Hoꝝ oppidum mauin quidã ſolitudinibus interpoſuerunt.Atlãtas iuxta eos: ægipanas ſemiſeros: & blemmias: & gamphaſãtas: & ſatyros: & himãtopodas.Atlãtes degeneres ſunt humani ritus ſi credimus.Nã neqꝫ noium ulloꝝ iter eos appellatio eſt: & ſolẽ orientẽ occidentemqꝫ dira imprecatione cōtuentur: ut exitialẽ ipſis agriſqꝫ.Neqꝫ īſōnia uiſūt qualia reliqui mortales. Troglodytæ ſpecus excauãt.Hæ illis domus: uictus ſerpẽtium carnes: ſtridorqꝫ nō uox.adeo ſermonis cōmercio carent.Garamãtes matrimonioꝝ exorteſ paſſim cū fœminiſ degunt.Augylæ tantū inferos colunt.Gãphaſantes nudi: prœlioꝝqꝫ expertes nulli externo congregantur. Blemmiis tradūtur capita abeſſe: ore & oculis pectore affixis.Satyris præter figurã nihil moris humani.Aegipanis qualis uulgo pingitur forma.Himãtopodes loripedes quidã: quibus ſerpẽdo igredi natura ẽ.Pharuſi quōdã plæ comiteſ fuiſſe dicūt Herculiſ ad heſperidas tẽdẽtiſ.Nec de africa plura quæ memoreẽ occurrūt.

De aſia. Ca.ix.

ADhæret aſia quã patere a canopico oſtio ad ponti oſtiū Timoſthenes xxvi.xxxviii.mil. paſſuū tradidit.Ab ore aūt ponti ad os mæotis Eratoſthenes xv.xlv.mil.p.Vniuerſam uero cum ægypto ad tanain Artemidorus & Iſidorus.lxxxviii.d.ccl.mil.paſſus.Maria eius cōplura ab accolis traxere noĩa quare ſimul indicabūtur.Proxima africæ īcolitur ægyptus introrſus ad meridiem recedens: donec a tergo prætẽdãtur æthiopes.Inferiorẽ eius partẽ nilus dextra leuaqꝫ diuiſuſ ãplexu ſuo determinat canopico oſtio ab africa: ab aſia peluſiaco c.lxx. mil.paſſuum iteruallo.Quã ob cãm inter inſulas quidã ægyptum retulere: ita ſe findente nilo ut triquetrã terræ figurã efficiat.Ideo multi græcæ litteræ uocabulo deltã appellauere ægyptum.Menſura ab unitate aluei unde ſe primum findit in latera ad canopicū oſtiū cxlvi.m.ad peluſiacum cclvi.mil.eſt.Sūma pars cōtermina æthiopiæ thebais uocatur.Diuiditur ī præfecturas oppidoꝝ: quas nomos uocant: ombiten: phanturiten: apollopoliten: hermotiten: tiniten: phanturiten: coptiten: tentiriten: diopoliten: antiopoliten: aphrodipoliten: lycopoliten.Quæ iuxta peluſium eſt regio nomos habet barbetiten: bubaſtiten: thyetroiten: taniten.Reliqua ãt arabicū hãmoniacū tendentẽ ad Hãmonis Iouis oraculū oſirintiten: leontopoliten: atribiten: ſynopoliten: hermopoliten: xoiten: mendeſiū: ſebenniten: ſabaſtiten: ſetapoliten: heliopoliten proſobiten: cynopoliten.thermopoliten: bruſophiten: omphiten: ſaiten: ptenethū: ptemphū: naucratiten: ueratiten: meletiten: gymnopoliten: menelaiten: Alexãdriæ regione.Iteꝫ libyæ mareotis: heracleopolites ẽ in īſula nili lōga paſſus.l.mil.ī qua & oppidū Herculis appellatū. Arſinoitæ duo ſunt: hi & mẽphites uſqꝫ ad ſūmum delta perueniūt.Cui ſunt cōtermini ex africa duo œaſitæ.Quidã ex iis aliqua noĩa permutant & ſubſtituunt alios nomos: ut heroopoliten: crocodilopoliten.Inter arſinoiten aūt ac mẽphiten lacus fuit circuitu ccl.mil.p.aut ut Mutianus tradit cccel.mil.& altitudinis.l.p.manufactus a rege qui fecerat Mœridis appellatus. Inde lxxii.mil.p.prope abeſt mẽphis quōdã arx ægypti regum.Inde ad Hãmonis oraculum xii.dieꝝ iter eſt.Ad ſciſſurã aūt nili quod appellauimus delta xv.mil.paſ.Nilus incertis ortus fontibus: ut per deſerta & ardentia & īmenſo lōgitudinis ſpatio ambulans famaqꝫ tantū inermi quæſitu cognitus ſine bellis: quæ cæteras omẽs terras inuenere: originem (ut Iuba rex potuit exquirere) ī mōte inferioris mauritaniæ nō procul oceano habet: lacu ꝓtinus ſtagnante: quem uocant nilidem.Ibi piſces reperiūtur alabetæ: coracini: ſiluri: crocodilus quoqꝫ.Inde ob argumentum hoc cæſareæ ortus creditur: in iis quae nili alueo ſpectãtur: hocqꝫ lacu educãtur: ī heſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie.Praeterea obſeruatū eſt prout ī mauritania niues hymbreſue ſatiauerint: ita nilum increſcere ex hoc lacu.Rurſus indignatur fluere p harenoſa & ſqualentia. Conditqꝫ ſe aliquot dieꝝ itinere.Mox alio lacu maiore ī caeſarienſis mauritaniae gente maſæſylum erūpit: & hoĩum cœtus ueluti circūſpicit iiſdem animaliū argumẽtis.Iteꝝ harenīſ receptuſ



Historiae naturalis - page 80 sur 530

conditur rurſus xx.dieꝝ deſertis ad proximos æthiopas.atq; ubi iteꝝ ſenſerit hoīem ꝓſilit fō/
te(ut uériſimile eſt)illo quem nigrin uocauere.Inde africa ab æthiopia diſpeſcēs ēt ſi nō ꝓtinuſ
populis:feris tamen & beluis frequēs:ſiluaꝝq; opifex medios æthiopas ſecat cognoīatus aſta
pus:quod illaꝝ gentiū lingua ſignificat aquā e tenebris ꝓfluentē.Inſulas ita īnumeras ſpargit
quaſdaq; tam uaſtæ magnitudinis quāq; rapida celeritate ut tamē dieꝝ qnq; curſu nō breuiore
trāſuolet.circa clariſſimā eaꝝ meroen aſtabores leuo alueo dictus:hoc eſt ramus aquæ uenien
tis e tenebris.Dextera uero aſtuſapes:quod latentis ſignificationem adiicit.Nec ante nilus ꝗ
ſe totum aquis cōcordibus rurſus iunxit.Sic quoq; etiānum gyriſātes noīatus per aliquot milia
& in totum Homero ægyptus:aliiſq; triton.Subinde inſulis īpactus totidē incitatus irritamē
tis.Poſtremo incluſus mōtibus nec alibi torrentior uectus aquis properātibus ad locū æthio/
pum:qui catadupi uocātur:nouiſſimo catarācte interoccurſantes ſcopulos nō fluere īmenſo fra
gore creditur:ſed ruere.Poſtea lenis & cōfractis aquis domitaq; uiolentia:alioqn & ſpatio feſ/
ſus multis ꝗuis faucibus in ægyptium mare ſe euomit.Certis tamen diebus auctu magno ꝑ to
tam ſpatiatus ægyptū fœcundus īnatat terræ.Cauſas huius incremēti uarias ꝓdidere:ſed ma/
xime probabiles eteſiaꝝ eo tēpore ex aduerſo flātium repcuſſu ultro ī ora acto mari.Aut hym
bres æthiopiæ æſtiuos iiſdem eteſiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe.Timæus mathema/
ticuſ occultam protulit rōnem.Phialiam appellari fontem eius mergiq; in cuniculos ipſū amnē
uapore anhelantem fumibus cautibus ubi conditur.Veꝝ ſole per eos dies cōminus facto extra
hi ardoris ui:& ſuſpenſū abundare:ac ne deuoretur abſcōdi.Idq; euenire a canis ortu per introi
tum ſolis in leone cōtra perpendiculum fontis ſydere ſtāte:cum in eo tractu abſumāt umbræ.
Pleriſq; e diuerſo opinatis largiorem fluere ad ſeptētrionem ſole diſcedente:quod in cancro &
leone euenit.Iōq; tunc minus ſiccari.Rurſus in capricornū & auſtrinū polum uerſo ſorberi:&
ob id parcius fluere.Sed Timæo ſi quis extrahi poſſe credat umbraꝝ defectus iis diebus & lo/
cis ſine fine abeſt.Incipit creſcere luna noua quæcūq; poſt ſolſtitium eſt ſenſim modiceq; cācrū
ſole trāſeunte:abūdantiſſime āt leonem.Et reſidet in uirgine iiſdem quibus accreuit modis.In
totum āt reuocatur intra ripas in libra:ut tradit Herodotus centeſimo die.Cū creſcit reges aut
præfectos nauigare eo nefas iudicatum eſt.Auctus eoſ per puteos mēſuræ notiſ deprehēdūt.
Iuſtū īcremētū ē cubitoꝝ xvi.Minores aquæ nō oīa rigāt.Ampliores detinēt tardius recedē
do.Hæ ſerēdi tēpora abſumunt ſolo madente.Illæ nō dāt ſitiēte.Vtrunq; reputat prouintia.
In xii.cubitis famē ſentit.In xiii.etiānum eſurit.Xiiii.cubita hilaritatem afferunt.Xv.ſecurita
tem.Xvi.delitias.Maximū incrementū ad hoc æui fuit cubitoꝝ xviii.Claudio principe.Mini/
mumq; pharſalico bello:ueluti necē Magni prodigio quodā flumie auerſāte.Cū ſtetere aquæ
apertis molibus admittuntur:Vt quæq; liberata eſt terra:ſeritur.Idē amnis unus omium nul/
las expirat auras.Ditionis ægypti eſſe īcipit a fine æthiopiæ ſyene:ita uocať īſula c.m.p.ābi
tu.In qua ceraſtiæ ſunt latere arabiæ & ex aduerſo īſulæ.iiii.pile d.c.m.p.& a nili fixura:ūde
appellari diximus deltā.Hoc ſpatium edidit Artemidoruſ:& in eo ccl.oppida fuiſſe.Iuba cccc.
mil.paſſus.Ariſtocrcō ab elephantide ad mare.d.ccl.mil.paſ.Elephātis īſula infra nouiſſimū
cataractem cccc.mil.paſ.& ſupra ſyenem xvi.mil.habitať.Nauigationis ægyptiæ finis ab ale
xandria.d.lxxxv.mil.p.ī tantum errauere ſupraſcripti.Ibi aethiopicæ cōueniūt naues.Nāq;
eas plicatiles humeris tranſferunt quotiens ad cataractas uentū eſt.Aegiptuſ ſuper cæterā an/
tiquitatis gloriā xx.mil.urbiū ibi Amaſe regnāte habitata praefert.Nūc quoq; multis etiā ſi
ignobilibus frequens celebratur tamē Apollinis:mox leucothoe:& dioſpolis magna.Eadem
thebe:portaꝝ.c.nobilis:fama copioſa indicaꝝ arabicaꝝq; mercīū nilo ꝓximum emporiū.Mox
Veneris oppidum:& iteꝝ Iouis ac tentiris:infra quod abydus Mēnonis regia:& Oſiris tēplo
inclytum.vii.dieꝝ itinere in libyam remotum a flumine.Deinde ptolemaiſ & panopolis ac Ve
neris iteꝝ:Et in libyco lycon ubi montes finiūt thebaidem.Ab iis oppida Mercurii:alabaſtrū
canum:& ſupradictum Herculis.Deinde arſinoes & iam dicta mēphis:īter quam & arſinoiten
nemeon:In libyco turres quae pyramides uocantur.labyrinthus in miridis lacu nullo addito
ligno exædificatus:& oppidū crialō.Vnū præterea ītus & arabiae cōterminū claritatiſ magnæ
ſolis oppidū.

## ¶ Alexandria. Ca.x.

SEd iure laudetur in littore aegyptii maris alexandria a magno Alexandro condita in afri/
cae parte ab oſtio canopico xii.mil.paſ.iuxta mareotim lacū:qui lacuſ antea arapoteſ no/
minabatur.Metatus eſt eā Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio:
quindecī miliū paſſuū laxitate inſerta ad effigiem macedonicæ chlamydiſ orbe gyrato laciniosā
dextra leuaq; anguloſo procurſu:iam tū tamen qūita ſitus parte regi dicata.Mareotis lacus ad
meridianam urbis partem euripo & canopico oſtio mittitur.ex mediterraneo cōmercio.Inſulaſ
quoq; plures amplexus xxx.mil.paſ.traiectu.dc.ambitu ut tradit Claudius Cæſar.Alii ſchœ
nos in latitudinem patere xl.faciunt:ſchœnumq; ſtadia xxx.Ita fieri longitudinis.cl.mil.paſ.
tantundē & latitudinis.Sunt in honore & intra decurſuſ nili multa oppida praecipue quae noīa

dedere oſtiis non omibus.xi. enim reperiuntur:ſuperꝗ quattuor quæ ipſi falſa ora appellant. Sed celeberrimis ſeptẽ:proximo alexandriæ canopico:deinde bolbitino:ſebenitico:phãnitico mendeſico:tanico:ultimoꝗ peluſiaco. Præterea buthos:pharbœtos:leontopolis:atribis:Iſidis oppidum:buſiris cynopolis:aphroditos:ſais:naucratis:unde oſtium quidam naucraticũ nominant:quod alii heracleoticum.canopico:cui vi.mil.paſ.proximum eſt præferentes.

Arabia. Ca.xi.

VLtra peluſiacum arabia eſt ad rubrũ mare ptingẽs & odoriferã illã ac diuitẽ & beatæ cognoĩe iclytã. Hecatabanũ & eſbonitarꝝ & ſcenitarꝝ arabũ uocat̃ ſterilis:præterꝗ ubi ſyriæ cõfinia attingit.nec niſi caſſio mõte nobilis. His arabes iungunt̃:ab oriẽte cãchleis:a meridie cedreis qdẽ:dein ãbo nabatheis. Heroepoliticus uocatur:alterꝗ lelaniticus ſinus rubri maris ĩ ægyptũ uergẽtis cl.m.p.ĩteruallo. Inter duo oppida læana.& ĩ noſtro mari gaza. Agrippa a peluſio arſinoẽ rubri maris oppidũ p deſerta cxxv.mil.p.tradit tã puo diſtat ibi tanta rerꝝ naturæ diuerſitas..

Syria paleſtina phœnicis. Ca.xii.

IVxta ſyria littus occupat quõdam terrarꝝ maxima & pluribus diſtincta noĩbus. Nãꝗ paleſtina uocabat̃ qua contigit arabas:& iudæa:& cœle:dein phœnice:& qua recedit itus damaſcena:ac magis etiã nunc meridiana babylonia. Et eadẽ meſopotamia inter euphraten & tigrim:quaꝗ tranſit taurꝝ:rophœne. Citra uero etiam comagene.. Et ultra armeniã adiabene:aſſyria ãte dicta. Et ubi ciliciã attigit antiochia. Lõgitudo eius ĩter ciliciã & arabiã.cccc.lxx.mil.p.eſt. Latitudo a ſeleucia pieria ad oppidũ ĩ euphrate zeugmã.d.xxv.mil.p. Qui ſubtilius diuidũt circũ euphraten ſyriã phœnicem uolunt:& eſſe oram maritimã ſyriæ:cuius pars ſit idumæa & iudæa:deinde phœnicẽ:deinde ſyriã. Id quod præiacet mare totũ phœnicũ appellatur. Ipſa gens phœnicũ in gloria magna litterarꝝ ĩuẽtionis:& ſyderꝝ:naualiũꝗ:ac bellicarꝝ artium. A peluſio capriæ caſtra:caſſius mons:delubrum Iouis Caſſii:tumulus magni Pompeii tracine. Arabia finitur a peluſio.lxv.mil.paſ.

Idumæa ſyria:paleſtina:ſamaria:aſcalum:azotus:cæſarea. Ca.xiii.

MOx idumæa incipit & paleſtina ab emerſu ſirbonis lacus:quẽ quidam cl.mil.paſ circuitu tradidere. Herodotus caſſio mõti applicuit. Nunc eſt palus modica. Oppida rhino:colura:& ĩtuſ raphace:gaza.& intus athedon:mõs angaris. Regio per orã ſamaria: oppidũ aſcalo liberꝝ:azotus:ſamnes duæ. Altera ĩtus ioppe phœnicũ antiquior terrarꝝ inũdatione(ut ferũt) Inſidet colli præiacente ſaxo:in quo uinculorꝝ Andromadæ ueſtigia oſtẽdũt. Colitur illic fabuloſa ceto. Inde apollonia ſtratonis turris:eadem cæſarea ab Herode rege cõdita. Nunc colonia prima flauia a Veſpaſiano imperatore deducta:Finis peleſtines clxxxix.mil.paſ.a cõfinio arabiæ. Deĩde phœnices. Intus ãt ſamaria. Oppida neapolis quod antea mamortha dicebatur. Sebaſte in monte altiore gamala. Supra idumæam & ſamariam.

Iudæa:galilæa:hierico:emmaus:lydda:ioppe: Ca.xiiii.

IVdæa lõge lateꝗ fũditur. Pars eni ſyriæ iunctã galilæa uocatur. Arabiæ uero & ægypto proxima parea aſperis diſperſa mõtibus:& a cæteris iudæis iordane amne diſcreta Reliqua iudæa diuiditur in toparchiaſ decẽ quo dicemus ordine. Hiericontẽ palmetis cõſitam:fontibus irriguã.emmaum:lyddã:ioppicã:acrabathenã:& zophaniticã:thamiticã:bethole:& tephene::norine ĩ qua fuere hieroſolyma lõge clariſſima urbiũ oriẽtis:nomẽ iudææ:mõ herodiũ cũ oppido illuſtri eiuſdẽ noĩs.

Iordanis. Ca.xv.

IOrdanis amnis oritur e fonte peneade:qui cognomẽ dedit cæſareæ de qua dicemus:amnis amœnuſ:& quatinus locorꝝ ſitus patitur ambitioſus:accoliſꝗ ſe præbẽs uelut inuituſ:aſphaltiten lacum dirꝝ natura petit:a quo poſtremo ebibitur:aquaſꝗ laudatas perdit peſtilentibus mixtas. Ergo ubi prima cõuallium fuit occaſio:ĩ lacum ſe fundit:quem plures geneſarã uocant xvi.mil.paſ.lõgitudinis:vi.mil.latitudinis:amœnis circũſceptus oppidis:ab oriẽte iuliade & hippo:a meridie tharitie:quo & noĩe aliq ẽt lacum appellãt.ab occidẽte tiberia de aqs calidis ſalubri.

Aſphaltites. Ca.xvi.

ASphaltites nihil præter bitumen gignit:unde & nomẽ. Nullum corpus animaliũ recipit. tauri cameliꝗ fluitãt. Inde fama nihil ĩ eo mergi. Lõgitudine excedit.c.m.p. Latitudine maxima xxv.implet. Minima ſex. Proſpicit eũ ab oriente arabia nomadũ:a meridie acharon:ſecũda quõdã arx iudææ ab hieroſolymis. Eodẽ later̃ ẽ calidus fõs medicæ ſalubritatis callirhoe aquarꝝ gloriã ipſo noĩe præferẽs.

Gẽs heſſenorꝝ. Ca.xvii.

AB occidẽtali littore heſſeni:quos fugitãt uſꝗ quaꝗ nocẽtes. Gẽs ſola & ĩ toto orbe præter cæteras mira:ſine ulla fœmina:oĩ uenere abdicata:ſine pecunia ſotia palmarꝝ. In diẽ ex æquo cõuenarꝝ turba renaſcitur:lõge frequentantibus quos uita feſſos ad mores eorũ fortunæ fluctibus agitat. Ita p ſeculorꝝ milia(ĩcredibile dictu)gens æterna eſt.in qua nemo naſcitur. Tã fœcũda illis aliorꝝ uitæ pœnitentia eſt. Infra hos egadda oppidũ fuit ſecũdũ ab hieroſolymis fertilitate palmetorꝝꝗ nemoribuſ. Nũc alterꝝ buſtũ. Inde maſada caſtellũ in rupe &

ipſum haudprocul ab aſphaltite. Et hactenus iudæa eſt.

Decapolis. Ca. xviii.

IVngitur e latere ſyriæ decapolitana regio a numero oppidorū: in qua non oēs eadem obſeruāt. Plurimi tamen damaſcū & opotō riguas amne chryſorhoa: fertilem philadelphiā raphanā: oīa in arabiā recedentia. Scythopolin antea niſa a Libero patre ſepulta nutrice ibi ſcythis deductis. Gaddara hieramiace præfluēte & iā dictū hippodiō. Pellā aqs diuitem. galaſam canatam. Intercurrunt cinguntq; has urbes tetrarchiæ: regnorū inſtar ſingulæ: & in regna contribuuntur: tracoitis paneas. In qua cæſarea cū ſupradicto fōte abila: arca: āpelœſſa: gabe.

Tyrus & ſidon. Ca. xix.

HInc redeundū eſt ad orā atq; phœnicem. Fuit oppidū crocodilo. Eſt flumen nemptoria urbi undoſū. Sigaminū ꝓmōtoriū: carmelūq;. Et i mōte oppidū eodem noīe quondam egbatana dictū. Iuxta getta gebba. Riuus pagida ſiue belus: uitri fertiles: harenas paruo littori miſcens. Ipſe e palude cendeuia a radicibus carmeli ꝓfluit. Iuxta colōia Claudii Cæſaris ptolemais quæ quōdā acce. Oppidū ecdippa. Promōtorium album. Tyrus quondā inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa. Nunc uero Alexādri oppugnātis operibus continens. Olim partu clara urbibus genitis: lepti: utica: & illa romani imperii emula terrarū orbis auida carthagine: etiā gadibus extra orbem cōditis. Nunc oīs eius nobilitas cōchylio atq; purpura cōſtat. Circuitus. xix. mil. paſ. eſt. Intra paletyro incluſa. Oppidum ipſum. xxii. ſtadia optinet: Inde ide ac ſarepta & ornithō oppida. Et ſidon artifex uitri: thebarūq; boetiarū parens.

Mons libanus. Ca. xx.

ATergo eius mons libanus orſus centum qnquagita ſtadiis zymirā uſq; porrigiť: quæ cœleſyria cognominatur. Huic par interiacente ualle mons aduerſus antelibanus obtendiť quōdā muro cōiunctus. Poſt eum introrſus decapolitana regio eſt: prædictæq; cum ea tetrarchiæ & paleſtines tota laxitas. At in ora nunc ſubiecta libano fluuius nagoras: beritus colōia quæ fœlix iulia appellatur. Leontos oppidum: flumen lycos: palæbiblos: flumen adonis. Oppida biblos: botris: ſycarda: trieris: calamos: tripolis quōdam. Tyri & ſidonii & araradii optinent orthœleutheros flumen. Oppida zymira: marathos: cōtraq; ararados ſeptem ſtadiorum oppidum: & inſula ducentis paſſibus a cōtinente diſtās. Regio in qua ſupradicti deſinunt montes. Et iteriacentibus cāpis bargilus mons icipit. Hic rurſus ſyria deſinente phœnice. Oppida carnebala: neapaltos. Gabala ꝓmōtorium i quo laodicea libera: diopolis: heraclea: caradruſ: poſidium.

Syria antiochia. Ca. xxi.

DEinde promōtorium ſyriæ antiochenæ. Intus ipſa ātiochia libera: epidaphneis cognoīata oronte amne diuiditur. In promōtorio āt ſeleucia libera pieria appellata.

Caſſius mons. Ca. xxii

SVper eam mōs eodem quo alius nomine caſſius. Cuius excelſa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras ſolem aſpicit breui circumactu corporiſ diem noctemq; pariter oſtendens. Ambitus ad cacumen. xix. mil. paſ. eſt: altitudo p directum. iiii. At in ora amnis oronteſ natus inter libanum et ātelibanum iuxta heliopolin. Oppidum rhoſos: et a tergo portæ quae ſyriæ appellantur interuallo rhoſiorum montium et tauri. In ora oppidum myriandros. Mons amanus. In quo oppidum bomitæ. Ipſe ab ſyris ciliciam ſeparat.

Cœle ſyria. Ca. xxiii.

NVnc interiora dicāť. Cœle habet apameā marſia amne diuiſā. Anazerinorū tetrarchia bābicen: quae alio nomine hierapolis uocāť. Syris uero magogibi ꝓdigioſa. Atargatiſ græcis hoc decreto dicta colitur chalciden cognominata a dira bellum: unde regio chalcidene fertiliſſima ſyriæ. Et inde cyrreſtica: irneazates: gindarenos: gabenos: tetrarchias duas quae granii comatitæ uocāť. Hermiſenos: bylatas: itureorū gentem: et q ex iis betemi uocāť. Mariaminitanos. Tetrarchiā quæ māmiſea appellāť. Paradiſum: pagnas: penelenitas: ſeleuciā: præter iā dictas duas: quae ad euphraten: et quae ad amellum uocāť. Tardicēſes. Reliqua āt ſyria habet exceptis quae cum euphrate dicenť arbethuſios: berœneſos: epiphanenſes. Ad orientem laodicenos: q ad libanum cognominanť: leucadios: lariſſæos: praeter tetrarchias in regna deſcriptas barbaris noībus decem et ſepte;.

Euphrates. Ca. xxiiii.

ET de euphrate hoc in loco dixiſſe aptiſſimum fuerit. Oritur in praefectura armeniae maioris caranitide. Vt ꝓdidere ex iis qui ꝓxime uiderunt Domitius Corbulo in mōte aga. Licinius Mutianus ſub radicibus mōtis quem capoten appellant: ſupra cymirā xii. mil. paſ. initio pyxirates nominatus. Fluit derzenen primum: mox anetiam: armeniae regiones a cappadocia excludens. Daſcuſa abeſt a zimara. lxxxv. mil. paſ. Inde nauigatur paſtonam quinquaginta mil. paſ. Melitenen cappadociae xxvii. mil. paſ. Elegeam armeniae. x. mil. paſ. acceptiſ fluminibus lyco: arſania: arſano. Apud eligeam occurrit ei taurus mōs. Nec reſiſtit q̄q̄. xii. mil. p. latitudine perforata praeualens omnia uocant irrumpentem. Mox ubi cornu ꝓfregit: eupbra

ten. Vltra quoqꝫ ſaxoſum ac uiolentũ arabiã. Inde leua meroꝝ dictã regionem tricena mẽſura
dextraqꝫ comagenen diſterminat. Põtis tamen etiã ubi tauꝝ expugnat patiens. Apud claudio/
polim cappadociæ curſũ ad occaſum ſolis agit. Primo hũc illi impugnatus curſũ taurus aufert:
uictuſqꝫ & abſciſſus ſibimet alio modo uicit: ac fractum expellit in meridiẽ. Ita naturæ dimica/
tio illa æquatur hoc eunte quo uult: illo prohibente ire qua uelit.: A cataractis iteꝝ nauigatur
quadragita mil. paſ. inde comagenes apud ſamoſata. Arabia præter ſupradicta hẽt oppida ede
ſam: quæ quõdam antiochia dicebatur: callirhoen a fonte noiatã: carras clade Craſſi nobiles.
Iungitur præfectura meſopotamiæ originẽ a ſyris trahens: in qua ante muſia & nicephoriũ op/
pida. Mox arabes q rhetaui uocãtur. Hoꝝ caput ſyngara. A ſamoſatis ãt latere ſyriæ marſias
amnis influit. Gingla comagenem finit. Meroꝝ ciuitas incipit. Oppida alluuntur epiphania &
antiochia: quæ ad euphratẽ uocãtur. Itẽ zeugma. lxxii. mil. paſ. a ſamoſatis tranſitu euphratis
nobilis. Ex aduerſo apameã Seleucus. Idẽ utriuſqꝫ cõditur ponte iunxerat. Qui cohærent me/
ſopotamiæ rhoali uocãtur. At in ſyria oppida europũ tapſacũ quondã nunc ãphipolis. Arabes
ſchœnitæ ita ferunt uſqꝫ urã locum: ĩ quo cõuerſus ad orientẽ reliquit ſyriæ palmirenas ſolitu
dines: quæ uſqꝫ ad petrã urbẽ & regionem arabiæ fœlicis appellatæ pertinent.

¶ Palmiras. Ca. xxv

PAlmira urbs nobilis ſitu diuitiis ſoli et aquis amœnis: uaſto undiqꝫ ambitu harenis inclu
dit agros: ac uelut terris exempta a reꝝ natura priuata ſorte inter duo imperia ſũma ro/
manoꝝ parthoꝝqꝫ. Et prima in diſcordia: cuius ſemper utrinqꝫ cura. Abeſt a ſeleucia parthoꝝ
quæ uocatur ad tigrin quingentis trigintaſeptem mil. paſ. A proximo uero ſyriæ littore ducẽ/
tis quinquagintaduobus mil. Et a damaſco uigintiſeptem mil. paſ.

¶ Hierapolis. Ca. xxvi.

PRopius infra palmiræ ſolitudies ſtellendena regio eſt: dictaqꝫ iam hierapolis ac berœa
& chalcis. Vltra palmiram quoqꝫ ex ſolitudinibus iis aliquid optinet hemeſatẽ elatium:
dimidio propior petræ qꝫ damaſcus. Arura huic proxima eſt: Philiſcũ oppidum parthoꝝ ad eu
phraten: ab eo ſeleuciam dieꝝ decem nauigatio: totidẽqꝫ fere babylonẽ. Scinditur euphrates a
zeugmate. lxxxiiii. mil. paſ. circa uicum maſſicen. Et parte leua in meſopotamiã uadit per ipſaꝫ
ſeleuciam: circaqꝫ eã præfluenti infuſus tigri. Dexteriore aũt alueo babylonem quõdã caldææ
caput petit: mediãqꝫ permeans. Item quas otrin uocant: diſtrahitur ĩ paludes. Increſcit autẽ &
ipſe nili modo ſtatis diebus paulum differens: ac meſopotamiã ĩundat ſole optinẽte uiceſimam
partẽ cãcri. Minui ĩcipit ĩ uirgine & leone trãſgreſſo. In totũ uero remeat ĩ. xxix. pte uirginis.

¶ Cilicia & adiunctæ gentes: pãphilia: iſauria: homanadũ: piſidia
lycaonia: taurus mons: lycia. Ca. xxvii.

SEd redeamus ad oram ſyriæ cui proxima eſt cilicia. Flumẽ diaphanes: mons crocodilus
parte amani montis. Flumina andracus: pynarus: lycus: ſinus iſſicus. Oppidũ iſſos: idem
alexandria. Flumẽ chlorus: oppidũ aege liberꝫ: amnis pyramus: portæ ciliciæ: oppida mallos:
magirſos: & intus tharſos. Campi alei: oppida caſſiponis: mopſos liberꝫ pyramo impoſitũ: thy/
nos: zephyrium: ſancile. Amnes ſaros: cygnus: tharſũ liberam urbẽ procul a mari ſecãs. Re/
gio celendiritis cum oppido. Locus nympheum: ſoloe ciliciæ: nunc pompeiopolis. Adara cybi/
ra: pynare: pedalie: hales: arſinoe: tabe: dorion. Iuxtaqꝫ mare coricos: eodẽ nomie oppidum &
portus & ſpecus. Mox flumen calicadnus. Promõtorium ſarpedon: horrida horme. Mili pmõ
torium & oppidum Veneris: a quo proxime cyprus iſula. Sed & in continẽte oppida myanda:
anemurium: coraceſium: finiſqꝫ antiquus ciliciæ: melas amnis: Intus aũt dicẽdi anazarbeni: qui
nunc cæſaraguſtani: caſtabala: epiphania quæ antea eniandos: eleuſa: iconiũ. Seleucia ſupra am
nem calicadnum tracheotis cognoie a mari relata: ubi uocabatur hormia. Præterea intus flumi
na lipparis: bombos. paradiſus. Mons imbarus. Ciliciæ pãphiliã omẽs iunxere neglecta gẽte
iſaurica. Oppida eius intus iſaurca: clybanus: lalaſis fluuius decurrit. Hic aũt ad mare a nemu/
riæ regione ſupradicta. Simili modo omibus qui eadẽ compoſuere ignorata eſt contermina illi
gens homanadum: quoꝝ intus oppidũ homana. Cætera caſtella xliiii. inter aſperas cõualles la
tent. Inſident uerticem piſidiæ quõdã ſolymi appellati: quoꝝ colonia cæſarea: eadẽ antiochia.
Oppida oronda: agaleſos. Hos includit lycaonia in aſiaticã iuriſdictionẽ uerſa: cũ qua cõueniũt
philomeliſenſes: tymbriani: leucolithi: peltheni: tyrienſes. Datur & tetrarchia ex lycaonia qua
parte galatiæ contermina eſt ciuitatum xiiii. urbe celeberrima iconio. Ipſius lycaoniæ celebrãt
thebaſa in tauro: idæa in confinio galaciæ atqꝫ cappadociæ. A latere aũt eius ſuper pãphiliam
ueniunt thracum ſoboles nyliæ. Quoꝝ aricanda oppidum: pamphilia ante moſopia appellata.
Mare pamphilium cilicio iungitur. Oppida eius ſydæ: & in monte aſpendũ: plãtaniſtũ: perga.
Promontoriũ leucolla. Mons ſardemiſus: Amnis eurimedon iuxta aſpendũ fluens caractes: iux
ta quem lyrneſus & olbia. Vltimaqꝫ eius oræ phaſelis: iunctũ ei mare lycium eſt genſqꝫ lycia:
unde uaſtus ſinus. Taurus mõs ab eois ueniẽs littoribus chelidonio promõtorio diſterminat.

Immenſus ipſe: & innumeraꝝ gentiū arbiter: dextro latere ſeptētrionalis: ubi primū ab indico
mari exurgit: leuo meridianus: & ad occaſū tendēs: mediāq; diſtrahens aſiam niſi opprimēti ter
ras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptētriones: flexuſq; imenſum iter quærit: uelut de in/
duſtria reꝝ natura ſubinde æquora opponēte: hinc phœnicū: hinc pōticum: illic caſpiū & hyr/
canum: contraq; mœotium lacū torquetur. Itaq; colliſus inter hæc clauſtra: & tamē uictor fle/
xuoſus euadit uſq; ad cognita riphæoꝝ mōtium iuga numeroſis noībus: & nouis quocūq; ince/
dit inſignis. Imaus prima parte dictus: mox edigis: paropaniſus: circius. cambades: pharphāria
des. choatras: oreges: oroādes: nyphates: taurus. Atque ubi ſe quoque exuperat caucaſus: ubi
brachia emittit ſubinde tentāti maria ſimilis ſarpedon: coraceſius: gargus: iteꝝq; taurus etiam
ubi dehiſcit: ſeq; populis aperit: portaꝝ tamē noīe unitatem ſibi uendicās: quæ alibi armenicæ
alibi caſpiæ: alibi ciliciæ uocantur. Quinetiā cōfractus effugiens quoq; maria plurimis ſe genti
um noībus hinc & illinc implet: & a dextra hyrcanus caſpius: a leua pariedrus moſchius: amazo
nicus: coraxicus. ſcythicus appellatus. In uniuerſū uero græce cerauniuſ. In libya igitur a pro
mōtorio eius oppidū ſemena: mons chimera noctibus flagrans: epheſtiū ciuitas: & ipſa ſæpe fla
grātibus iugis. Oppidū olympus ibi fuit: nunc ſūt mōtana gage corydalla rhodiopolis: Iuxta
mare limira cum amne: in quem aricādus influit: et mons maſicitus: andria ciuitas mira: oppida
aperie et antipellos: quæ quondā habeſſus atq; in receſſu pellus. Deinde phyrra. Itemq; xan/
tus a mari xv. mil. paſ. flumen eodem noīe. Deinde patara: quæ prius pataros: & in monte ſy
dinia. Promontoriū gragus. Vltra par ſinus prioribus. Ibi pyrama: et in quæ lyciā finit terme/
ſus. Lycia quondā ſeptuaginta oppida habuit: nunc trigintaſex habet. Ex his celeberrima præ
ter ſupradicta canas: candima: ubi laudatur oenium nemus. Pedalia coma præfluente. Edeia cy
ane: aſcandialis: amelas: noſcopiū: troa: telendus. Cōprehendit et in mediterraneis cabaliā: cu
ius tres urbes: oemanda. balbura. bubona Telmeſo. Aſiaticū mare ſiue carpatium: et quæ pro/
prie uocatur aſia in duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnā incluſit ab oriente phrygia et lycao/
nia: ab occidente ægæo mari: a meridie ægiptio: a ſeptētrione paphlagonia. Huius lōgitudinē
cccclxx. mil. paſ. Latitudinē. ccc. mil. fecit. Alterā determinauit ab oriēte armenia minoꝛ. Ab
occidente phrygia lycaonia pāphylia. A ſeptētrione prouintia pōtica. A meridie mari pāphy/
lio. Longa. d. lxxv. mil. paſ. Lata. cccxxv. mil. In proxima ora caria eſt: mox ionia. Vltra eam
æolis: media doride. Circūfunditur mari utroq; latere ambiente. In ea promōtoriū pedalium.
Amnis glaucus deferēs temedū. Oppidū dedala cyria fugitiuoꝝ. Flumē axon: oppidū calinda.

¶ Indus fluuius. Ca. xxviii.

AMnis indus cybirataꝝ iugis ortus recipit. lx. perennes fluuios: torrentes uero amplius
centum: Oppidum caunos liberꝝ: dein pyrnos. Portus creſſa a quo rhodus inſula paſ.
xx. mil. Lacus lorima. Oppida thyſanuſa: paridiō: larimna. Sinus tymnias. Promōtoriū aphro
diſias. Oppidū lydas. Sinus ſchœnus. Regio bubaſſus. Oppidū fuit acanatus: alio noīe dulo/
polis. Eſt in promōtorio gnidos libera: triopia. Deinde peguſa eſt ſtadia appellata. Ab ea do:
ris incipit: ſed prius teſga. Et mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe conueniat. Vna appellatur
cybiratica. Ipſum oppidum phrygiæ eſt. Conueniunt eo. xxv. ciuitates.

¶ Laodicea: apamea: ionia. Ca. xxix

NOuiſſimæ gētes gādaridū: calignaꝝ. Regio ptalis uocatur. Regi. lxx. mil. peditū: eqtes mille: elephāti. dcc. ī pcīctu belloꝝ excubāt. Nāq; uita mitioribus populis īdoꝝ multip tita degiť. Alii tellurē exercēt. militiā alii capeſſūt. merces alii ſuas euehūt. reſ externaſ iuehūt reſpublicas optimi ditiſſimiq; tēperāt. Iudicia reddūt. Regibus aſſidēt. Quintū genus celebratæ illic & prope in religionē ueriæ ſapientiæ deditū: uolūtaria ſemper morte uitā accenſo priuſ rogo finit. unū ſuper hoc eſt ſemiferꝝ ac plenū laboris immēſi: a quo ſupradicta cōtinētur uenādi elephātes domādiq;. Iis arant. Iis inuehūt. Hæc maxime nouere pecuaria. His dimicāt: militantq; pro finibus. Delectū in belua uires & ætas atq; magnitudo faciūt. Inſula in gāge eſt magnæ āplitudinis gentē cōtineſ unam modogalicā noie. Vltra ſiti ſūt modubæ molindæ. Vberē cū oppido eiuſdē nois magnifico modroeſi: præti: caliſſæ: ſaluri: ſaſſulæ: colubæ. orculæ: abali: taluctæ. Rex hoꝝ peditū. l. milia: equitū. iiii. milia: elephātoꝝ. cccc. in armis habet. Validior deinde gens andaræ plurimis uicis. xxx. oppidis: quæ muris turribuſq; muniūtur. Regi præbet peditū. c. milia: equitū duo milia: elephātos mille. Fertiliſſimi ſūt auri dardæ: ſetæ uero argenti. Sed omniū in india prope non mō in hoc tractu potentiā claritatēq; antecedūt praſi amplīſſima urbe ditiſſimaq; palybotra. Vnde qdam ipſā gentē palybotros uocāt: immo uero tractum uniuerſū a gange. Regi eoꝝ peditum ſexcēta milia: equitū. xxx. milia: elephātoꝝ. ix. milia per oēs dies ſtipendiātur. Vnde cōiectatio ingens opum eſt. Ab iis in interior ſitu monedeſ & ſuari: quoꝝ mons malleus: in quo umbræ ad ſeptētrionem cadunt hyeme: æſtate in auſtrū per ſenos mēſes. Septētriones eo in tractu ſemel in āno apparere: nec niſi. xv. diebus Betō auctor eſt. Hoc idem pluribus locis indiæ fieri Megaſthenes. Auſtrinum polum indi dramaſa uocāt. Amnis iomanes per gangem & palybothros decurrit. Inter oppida methora & cyriſoborca. A gāge uerſa ad meridiē plaga tinguntť ſole populi iā qdē infecti: nōdum tamē æthiopum mō exuſti: q̄ptum ad indum accedunt: tatum colore præferunt ſydus. Indus ſtatī a praſioꝝ gēte quoꝝ in mōtanis pygmei traduntť. Artemidorus inter duos amnes. xxi. mil. paſ. intereſſe tradit.

### ¶ Indus fluuius. Ca. xx.

INdus ſandus ab incolis appellatus in iugo caucaſi mōtis quod uocatur paropanyſus aduerſus ſolis ortum effuſus: & ipſe undeuiginti recipit amnes. Sed clariſſimos hydaſpen quattuor alios afferentem: cantabrā tres. Per ſe uero nauigabiles aceſinum & hypaſin quadā tamen aquaꝝ modeſtia nuſq; latior quinquaginta ſtadiis: aut altior. xv. paſ. āpliſſimā inſulā efficiens: quæ praſiane nominatur. & aliā minorem quæ pacale. Ipſe per xii. xl. paſ. pauciſſimis auctoribus nauigatus: & quodam ſolis comitatu in occaſum uerſus oceano infunditur. Menſurā in ora ad eum ponam ut inuenio generatim: quāq; inter ſe nullæ cōgruāt. Ab oſtio gāgis ad promontorium galingon & oppidum dandagula. dccxxv. mil. paſ. Ad tropina. xii. mil. xxv. Ad perimulæ promōtorium: ubi eſt celeberrimum indiæ emporium. dccl. ad oppidum in inſula quam ſupradiximus patalam. dcxx. mil. paſ. Gentes montanæ inter eum & iomanem ceſi: cetriboni ſilueſtres. Deinde megallæ quoꝝ regi qngenti elephanti. peditum & eqtum numerus incertuſ. Chryſei: paraſangæ: aſangi: tigri fera ſcatentes. Armāt peditum. xxx. mil. elephantos. ccc. eqtes. dccc. Hos includit indus montium corona circundatos & ſolitudinibus. dcxxv. mil. Infra ſolitudines dari: ſuræ. Iterūq; ſolitudines per. clxxxvii. mil. paſ. pleꝝq; harenis ambiētibus haud alio modo q̄ inſulas mari. Infra deſerta hæc maltecoræ: ſingæ: marohæ: rarungæ: moruntes & maſuæ: pangungæ: ialii. Hi montium qui perpetuo tractu oceani oram tenent: incolæ liberi & regum exptes multis urbibus montanos optinent colles. Nareæ deinde quos claudit mōs altiſſimus indicoꝝ capitalia. Huius incolæ alio latere late auri & argenti metalla fodiunt. Ab iiſ oraturæ. Quoꝝ regi elephanti quidem. x. milia. Sed amplæ uires peditum. Varetatæ qui ſub rege elephantos non alunt fiducia equitum peditumq;. Odomboeræ: ſalabaſtræ horatæ urbe pulchra foſſis paluſtribus munita: p quas crocodilli humani corporis auidiſſimi aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum automela impoſitum littori qnq; amnium in unum confluente concurſu emporio nobili. Regi eoꝝ elephātos mille. dc. peditū. cl. equitum quinq;. Pauperior charmaꝝ rex elephātos. lx. paruaſq; reliquas uires habet. Ab iis gens pādæ ſola indoꝝ regnata fœminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt: ob idq; gratiorē īgno

©BIUM

donatam præcipuo. Ab ea deducentis originem imperitant .ccc. oppidis: peditũ .cl. milia: ele/
phantis qngentis. Poſt hanc trecētaꝝ urbiũ ſyrieni: derangæ: polingæ: buzæ: gogiarei: um/
bræ: nereæ: brancoſi: nobundæ: cocõdæ: neſei: pedatritæ: ſalobrialæ: oloſtræ: patalam inſulã
attingentes: a cuius extremo littore ad caſpias portas: xviii. xxv. mil. prodũtur. Hic deinde ac
colunt indum aduerſus eos euidẽti demõſtratione amatæ: boligæ: gallitalutæ: dimuri: mega/
ri: ordabæ: meſæ: abhiſuri: ſyleni: Mox deſerta in .ccl. mil. paſ. Quibus exuperatiſ organagæ:
abaortæ: ſibaræ: ſuertæ: & ab iis ſolitudines prioribus pes. Dein ſarophages: ſorgæ: barago/
matæ. umbritæq;: quoꝝ xii. natiões ſinguliſq; binæ urbes. Aſeni triũ urbiũ icolæ. Caput eoꝝ
bucephala Alexandri regis equo: cui fuerat hoc nomen ibi ſepulto cõditum. Mutani ſuper hos
caucaſo ſubiecti. Soleadæ: ſondræ: trãſgreſſiſq; indũ: & cũ eo decurrentibus ſamarabriæ: ſam/
braceni: briſabritæ: orſiãdi: ſenitaxilæ cũ urbe celebri. Iam in plana demiſſo tractu cui uniuerſo
nomen amandræ. Populi quattuor peucolitæ: arſagalitæ: geretæ: aſoi. Etenim pleriq; ab occi
dente non indo amne determinant: ſed adiiciunt quattuor ſatrapias: gedroſos: archaotas: arios
paropanyſidaſ laſdas.

Arii & iunctæ gentes. Ca. xxi.

VLtimo fine cophetæ fluuio: quæ om̃ia arioꝝ eſſe aliis placet. Necnõ & nyſam urbẽ ple/
riq; indiæ aſcribunt: mõtemq; meꝝ Libero patri ſacꝝ. Vnde origo fabulæ Iouis fœminæ
editũ. Itẽ aſpagonas gentẽ uitis & lauri & buxi pomoꝝq; oĩum in græcia naſcentiũ ferti/
lem. Quæ memoranda & prope fabuloſa de fertilitate terræ ac genere frugum arboꝝq; aut fe/
raꝝ aut uolucrũ & alioꝝ animaliũ traduntur: ſuis quæq; locis in reliqua parte operis cõmemora
buntur. Quattuor uero ſatrapiæ mox paulo ad taprobanã inſulã feſtinante animo. Sed ãte ſũt
aliæ petalæ. q̃ ſignificauimus in ipſis faucibus indi triquetra figura. ccxx. mil. paſ. latitudine.
Extra oſtium indi chryſæ & argyræ fertiles metallis ut credo. Nã quod aliqui tradidere aureũ
argẽteũ q; iis ſolũ eſſe haud facile crediderim. Ab iis. xx. mil. paſ. crocale. Ab ea. xii. mil. paſ.
bibaga oſtreiſ & cõchyliiſ referta. Deĩde toralliba. ix. mil. paſ. a ſupradicta multaeq; ignobiles

Taprobane inſula. Ca. xxii.

TAprobanẽ alteꝝ orbem terraꝝ eſſe diu exiſtimatũ eſt antichthonum appellatione. Vt li/
queret inſulã eſſe Alexandri magni ætas reſq; præſtitere. Oneſicritus claſſis eius præfec
tus elephãtos ibi maiores bellicoſioreſq; q̃ ĩ india gigni ſcripſit. Megaſthenes flumine diuidi:
incolaſq; palæogones appellari: auri margaritaꝝq; grãdium fertiliores q̃ indos. Eratoſthenes
& menſurã prodidit longitudinis. vii. mil. ſtadioꝝ: Latitudinis. v. mil. nec urbeſ eſſe: ſed uicoſ
ſeptingentos. Incipit ab eoo mari inter ortum occaſũq; ſolis indiæ prætenta: & quõdam credi/
ta. xx. dieꝝ nauigatione a praſiana gẽte diſtare: mox q̃a papyraceis nauibuſ armamẽtiſq; niſi pe
teretur ad noſtraꝝ nauium curſus. vii. dieꝝ interuallo taxato. Mare intereſt uadoſũ: ſenis non
amplius altitudinis paſſibus: ſed certis canalibus adeo profundum ut nullæ anchoræ ſidant. ob
id nauibus utrinq; proræ: ne per anguſtias aluei circũagi ſit neceſſe. Sydeꝝ in nauigando nulla
obſeruatio. Septẽtrio nõ cernitur. Sed uolucres ſecum uehunt emittẽtes ſæpius: meatũq; eaꝝ
terras petentium comitãtur. Nec pluſ q̃ ternis mẽſibus in anno nauigãt. Cauent a ſolſtitio ma
xime. c. dies tunc illo mari hyberno. Hactenus a priſcis memorata. Nobis diligentior notitia
Cladii principatu cõtingit. Legatis etiam ex inſula aduectis. Id accidit hoc mõ. Annii Plocamii
qui maris rubri uectigal a fiſco redemerat libertus circa arabiam nauigãs aqlonibus raptus præ
ter carmaniam quintodecimo die hippuros portum eius inuectus hoſpitali regis clæmentia ſex
menſium tempore imbutus alloquio percõtanti poſtea enarrauit romanos & Cæſarẽ miꝝ ĩ mo
dum inauditos iuſtitia: ille ſuſpexit q̃ pares pondere denarii eſſent in captiua pecunia: cũ diuer
ſæ imagines indicarent a pluridus factos. Et hoc maxime ſollicitatus ad amicitiã legatoſ quattu
or miſit principe eoꝝ Rhachia. Ex iiſ cognitum. d. eſſe oppida: portũ contra meridiem appoſi/
tum oppido paleſimundo oĩum ibi clariſſimo ac regia. cc. paſ. Lebis ſtagnum ĩtus megiſba. ccc.
lxxv. mil. paſ. ambitu: inſulas pabuli tantum fertiles cõplexum. Et ex eo duo amnes erumpe/
re paleſimundum iuxta oppidũ eiuſdem nois influẽtẽ in portum tribus alueis. v. ſtadioꝝ arctiſ/
ſimo. xv. ampliſſimo. Alteꝝ ad ſeptẽtrionem indiamq; uerſus cydara noie. Proximum eſſe in/
diæ promõtorium: quod uocatur colaicum quatridui nauigatione: medio in curſu ſolis iſula in/
currente. Mare id colore peruiridi: præterea fruticoſum arboribus iubas eaꝝ gubernaculis de/
terrentibus. Septẽtriones uergiliaſq; apud nos ueluti in nouo cælo mirabantur. Lunam quidẽ
apud ipſos nõ niſi ab octaua ad. xv. ſupra terram aſpici fatentes. Canopum lucere noctibus ſy/
dus ingens & claꝝ. Sed maxime miꝝ iis erat umbras ſuas in noſtrum cælum cadere nõ in ſuum:
ſolemq; a leua oriri & in dextra occidere potiuſq; e diuerſo. Idem narrauere latus inſulæ quod
prætenderet indiæ. x. mil. ſtadioꝝ eſſe ab oriẽte hyberno ultra mõtes emodos. Særas quoq;
ab ipſis aſpici: notos etiam cõmertio patriæ mabaciæ cõmeaſſe eo aduenis ibi feras occurſare.
Ipſos uero excedere hoĩum magnitudinem: rutilis comis: ceruleis oculis: oris ſono truci nulli
cõmertio linguæ. Cætera eadem quæ noſtri negociatores. Fluminis ulteriore ripa merces po/

ſitas iuxta uenalia tolli ab iis ſi placeat permutatio. nõ aliter odio triſtiore luxuriæ ꝙ ſi pducta
mens illuc uſq; cogitet quid & quod petatur & quare. Sed ne taprobane quidem ꝙuis extra or
bem a natura relegata noſtris uitiis caret: auꝝ argentũq; & ibi in precio. Marmor teſtudinis ſi/
mile. Gẽmæ margaritæq; in honore multo præſtantiores. Et totus luxuriæ noſtræ cumulus
ipſoꝝ opes maiores eſſe dicebant: ſed apud nos opulentiæ maiorẽ uſũ. Seruum nemini. Ne in
diem aut ĩterdiu ſõnum. Aedificia modice ab humo extantia. Annonã nunꝙ augeri. Nõ fora
lites ue eſſe. Coli Herculẽ. Eligi regem a populo ſenecta clæmentiaq; liberoſ nõ habentẽ: & ſi
poſtea gignat abdicari: ne fiat hæreditariũ regnũ. Rectores ei a populo. xxx. dari: nec niſi plu/
rium ſentẽtia quẽꝙ capite dãnari: ſic quoq; appellationem eſſe ad populũ. Lxx. iudices dari: ſi
liberent ii reum amplius. xxx. iis nullã eſſe dignationem grauiſſimo probro. Regi cultũ Liberi
patris: cæteris arabũ. Regem ſi quid delinquat morte mulctari nullo interimente: ſed aduerſã/
tibus cũctis & cõmertia etiã ſermonis negãtibus. Feſta uenatione abſumi. Gratiſſimã eam tigri
bus elephãtiſq; conſtare. Agros diligenter coli. Pomis abũdare. Eſſe ĩ piſcatu uoluptatẽ: teſtu
dinũ maxime: quarum ſuperficie familias habitãtium contegi tãta reperiri magnitudine. Vitam
hominum cẽtum annis modicam. Hæc comperta de taprobane. Quattuor ſatrapiæ quas ĩ hũc
locum diſtulimus ita ſe habent.

¶ Capiſſenæ: dariti: carmania. Ca. xxiii.

a APproximis ĩdo gentibus montana capiſſenæ habẽt capiſſã urbẽ: quam diruit Cyrus: Ara/
coſia cum oppido & flumine eiuſdem noĩe: quod quidã cutim dixere a Semiramide condi/
tum. Amnis hermãdus præfluens per abeſten rhacoſioꝝ. Proximos iis meridie ad partem aro
chataꝝ faciũt dexendruſos: a ſeptẽtrione paropanyſidas. Cartana oppidũ ſub caucaſo: quod po/
ſtea cecrogõis dictum. Hæc regio eſt ex aduerſo bactrianoꝝ. Deinde eius oppidũ alexandria a
conditore dictum. Syndraci: daugalæ: parapianæ: cantaces: magi. Ad caucaſũ cadruſi oppidum
ab Alexãdro conditũ. Infra hæc omĩa ora arabin do. Ariana regio ambuſta feruoribus: deſer/
tiſq; circũdata. Multa tamen interfuſa opacitate cultores congregat circa duos maxime fluuios
tõderon & aroſapen. Oppidũ artaco: anarius amnis: qui præfluit alexãdriã ab Alexãdro cõdi/
tam. Pater oppidum ſtadia. xxx. multoq; pulchrius (ſicut Acticinus tradit( artacabane. Item ab
Antiocho munitũ ſtadia. l. Deinde doriſci gens: Amnes pharnacotis: oppradus: prothaſia. Op
pidum zaraſpaꝝ drangæ: argetæ: zarangæ: gedruſi. Oppida peucolis: lymphorta: methoricũ:
deſerta. Amnis manain. Auguttiri gens. Flumẽ boru. Genſurbi flumẽ nauigabile ponamus pã
doꝝ finibus. Item cayrus ſuaroꝝ oſtio portuoſus. Oppidũ cõdrigrãma. Flumẽ cophes. Influ/
unt in eum nauigabilia ſadarus: paroſpus: ſodinus. Arianæ partem eſſe darari aliqui uolũt: mẽ
ſurãq; prodũt utriuſq; lõgitudine. xviiii. l. miliũ paſſuũ: latitudine dimidio minorem ꝙ indiæ.
Alii gedruſos & ſyros poſuere per. cxxxliiii. mil. pa. mox ichthiophagos. Oritas propria nõ in
doꝝ lingua loquẽtes per. cc. mil. paſ. Inde poſuere arbioꝝ gentẽ per. cc. mil. paſ. Ichthiopha/
gos omẽs Alexãder uetuit piſcibus uiuere. Vltra deſerta deĩde carmania: ac perſiſ atq; arabia.
Sed priuſꝙ hæc generatim perſequamur: indicare conuenit quæ prodit Oneſicritus claſſe Ale
xandri circũuectus in mediterranea perſidis & indiæ narrata proxime a Iuba. Deinde eã nauiga/
tionem quæ his ãnis comperta ſeruatur hodie. Oneſicriti & Nearchi nauigatio nec noĩa habet
manſionũ nec ſpatia. Primũq; xylenopolis ab Alexandro cõdita unde cœperũt exordium. Iux/
ta quod flumẽ aut ubi fuerit nõ ſatis explanatur: Hæc tamẽ digna memoratu produntur. Ab
iis oppidum a Nearcho cõditũ in nauigatione ea. Flumẽ nabrũ nauium capax contra inſulam di
ſtans. lxx. ſtadiis. Alexandria condita a Leonato iuſſu Alexãdri ĩ finibus gẽtis. Argenuus por
tu ſalubris. Flumẽ tuberꝝ nauigabile: circa quod pariræ. Deinde ichthiophagi tam lõgo tractu
ut. xx. dierꝝ ſpatio prænauigauerint inſulã: quæ ſolis appellatur: & eadem cubile nympharũ ru
bens: in qua nullũ non animal abſumitur ĩcertis cauſis. Ori gens. Flumẽ carmaniæ hytanis por
tuoſum & auro fertile. Ab eo primũ ſeptẽtriones apparuiſſe adnotauere. Arcturũ nec omibus
cerni noctibus: nec totis unꝙ. Achemenide uſq; illo tenuiſſe. Aeris & ferri metalla & arſinici
& minii exercere. Inde promontorium carmaniæ eſt. Ex quo in aduerſo ora ad gentem arabiæ
macas traiectus diſtat. l. mil. paſ. Inſulae tres quarũ orada tantum habitatur a coſa a continenti
xxv. mil. paſ. Inſulae quattuor intimo in ſinu ante perida. Circa has hidri marini uicenũ cubito/
rum adnatãtes terruer claſſem. Inſula acrotadus. Item gauratae: in quibus chiana gens. Flumẽ
hyperis in medio ſinu perſico onerariarũ nauiũ capax. Flumẽ ſitiogagus: quo ſpaſargaras ſepti/
mo die nauigaẽ. Flumẽ nauigabile phirſtimuſ. Inſula ſine noĩe. Flumẽ granius modicarũ nauiũ
capax p ſuſianẽ finit. Dextera eius accolũt deximõtãi: q bitumẽ perficiunt. Flumẽ zarotiſ oſtio
difficili niſi peritis. Inſulae duae paruae. Inde uadoſa nauigatio paluſtri ſimilis. Per euripos ta/
mẽ quoſdam peragiẽ. Oſtium euphratis. Lacus quẽ faciũt euleus & tigris iuxta cariacen. Inde
tigiſuſa. Feſtos dies ibi agentem Alexandrum inuenerunt ſeptimo menſe poſtꝙ digreſſus ab
iis fuerat patalis tertio nauigationis die. Sic Alexãdri claſſis nauiganit. Poſtea a ſyagro arabiæ

©BIUM

promõtorio patalen fauonio quẽ hypalũ ibi uocãt peti certiſſimum uidebat̃.xiii.mil.xxxii.pa
æſtimatione.Secuta uero ætas propiorem curſũ tutioremqꝫ indicauit ſi ab eodẽ promõtorio zi
zeꝝ amnem portũ idiæ peteret.Diuqꝫ ita nauigatũ eſt:donec compẽdia inuenit mercator: lu/
croqꝫ india admota eſt.Quippe omibus annis nauigatur ſagittarioꝝ cohortibus ĩpoſitis.Etenĩ
pyratæ maxime infeſtabãt.Nec pigebit totũ curſũ ab ægypto exponere nunc primũ certa no
titia pateſcẽte.Digna res nullo anno minus hic qngentelimis imperii noſtri exhauriẽte india &
merces remittẽte :quæ apud nos centuplicato ueniãt.Mille millibus paſ.ab alexandria abeſt
oppidũ iuliopolis.Inde nauigãt nilo coptum.ccciii.mil.paſ.qui curſus eteſiis flantibus peragit̃
xv.diebus.A copto camelis itur aquationũ rõe manſionibus diſpoſitiſ.Prima appellatur hydre
um xxxii.Secũda in monte diei itinere.Tertia in altero hydremate a copto xcv.Deinde ĩ mon
te.Mox ad hydreũ Apollinis a copto.clxxxiiii.mil.paſ.Rurſus ĩ mõte.Mox ad nouũ hydreũ
a copto.ccxxxiii.paſ.Eſt & aliud hydreũ uetus.Troglodyticũ noĩatur:ubi præſidiũ excubat di
uerticulo duum miliũ.Diſtat a nouo hydremate quattuor mil.paſ.Inde berenice oppidum ubi
portus rubri maris a copto.cclviii.paſ.Sed quia maiòr pars itineris cõficitur noctibus propter
æſtus:& ſtatim die abſumũtur totũ a copto berenicen iter duodecimo cõficitur die. Nauigare ĩ
cipiũt æſtate media ante canis ortũ:aut ab exortu protinus.Veniuntqꝫ circiter.xxx.die ocelin
arabiæ:aut canen thuriferæ regionis.Eſt & tertius portus:qui uocatur muza:quẽ indica naui/
gatio nõ petit:nec niſi thuris odoꝝqꝫ arabicoꝝqꝫ mercatores.Intus oppida regia eius:unum ap
pellatur ſaphar:aliudqꝫ ſabe.Indos aũt petẽtibus utiliſſimũ eſt ab oceli egredi.Inde uẽto hipa/
lo nauigãt diebus.xl.ad primũ emporium indiæ.Muziꝝ nõ expetẽdũ propter uicinos pyrataſ
q optinẽt locũ nomine hydras:neqꝫ eſt abũdans mercibus.Præterea lõge a terra abeſt nauium
ſtatio:lintribuſqꝫ efferũtur onera quæ gerũtur.Regnabat ibi cũ proderem hæc Celebothras.
Alius utilior portus gentis necanidon:qui uocatur becare.Ibi regnat paridion:lõge ab empo
rio mediterraneo diſtante oppido quod uocatur moduſa.Regio autẽ ex qua piper monoxylis
lintribus becaren conuehũt uocatur cõtionara:quæ omia gentiũ portuũ ue aut oppidoꝝ nomi
na apud neminem prioꝝ inueniũt̃.Quo apparet mutari locoꝝ ſtatus.Ex india renauigãt menſe
ægyptio tybi incipiente noſtro decẽbri:aut utiqꝫ mechiris ægypti intra diẽ ſextũ:quod fit ĩtra
idus Iañ.noſtras.Ita euenit ut eodẽ ãno remeent.Nauigãt aũt ex india uẽto uulturno &cum
intrauere rubrũ mare africo uel auſtro.Nũc reuertemur ad propoſitũ.Carmaniæ oram patere
duodecies.l.mil.paſ.Nearchus ſcripſit.Ab initio eius ab flumen ſabin.c.mil.paſ.Inde uineas
coli & arua.Flumẽ iananin.xxv.mil.ſpatio.Regio uocat̃ arnixia.Oppida carmaniæ zetis:ale
xãdria.Irrumpit deinde & in hac parte geminũ mare in terras:quod rubrũ dixere noſtri:græ/
cia erythreum a rege erythra.aut ut alii ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimãtes. Alii
ab harena terraqꝫ.Alii tali aquæ ipſius natura.

## Sinus perſicus & arabicus. Ca.xxiiii.

SEd in duos diuiditur ſinus.Is qui ab oriẽte eſt perſicus appellatur.xxv.mil.paſ.circuitu:
ut Eratoſthenes tradit ex aduerſo eſt arabia:cuius.xii.mil.paſ.eſt lõgitudo.Rurſus alte
ro ambitur ſinu arabico noĩato:oceanũ qui influit azanium appellãt:Perſicũ introitum.v.mil.
paſ latitudinis:alii quattuor fecerũt. Ab eo ad intimũ ſinũ recto curſu.xi.mil.xxv. ꝑpemoduꝫ
conſtat eſſe:& ſitum eius humani capitis effigie.Oneſicritus & Nearchus ab indo amne ĩ ſinum
perſicum:atqꝫ illic babylonẽ ab euphratis paludibus ſcripſerunt.xxv. mil.paſ. eſſe.In carma/
niæ angulo ſunt chelonophagi teſtudinũ ſuperficie caſas tegentes.carne ueſcentes. A flumine
arabi promõtorium ipſum inhabitãt:præter capita toto corpore hirti:coriiſqꝫ piſcium ueſtiti.

## Caſcãdrus inſula parthoꝝ regna. Ca.xxv.

a AB hoꝝ tractu indiã uerſus caſcãdrus deſerta inſula in oceano.mil.paſ.traditur.Iuxta eam
freto influẽte ſtoidis quæſtuoſa margaritis a ꝑmõtorio.Carmanis iungunt̃ armozei.Qui
dam interponũt arbios.ccccxii.paſ.toto litore.Ibi portus macedonum:& aræ Alexãdri.In ꝑ
mõtorio amnes ſiccanas:dein dratinus & ſalſus.Ab eo ꝑmõtorium themiſteas. Inſula aphro/
diſias habitatur.Inde perſidis initium ad flumẽ oratim:quo diuiditur ab elimaide.Cõtra pſidẽ
inſulæ philos caſandra aracha cum mõte præalto Neptuno ſacra.Ipſa pſis aduerſus occaſum ſita
optinet littora.d.l.mil.paſ.etiã in luxum diues in parthoꝝ iampridẽ trãſlata nomẽ. Hoꝝ de
imperio nunc paucis.Regna parthoꝝ duodeuiginti ſunt omĩa.Ita.n.diuidunt prouintias circa
duo ut diximuſ maria:rubrũ a meridie:hyrcanum a ſeptẽtrione.Ex iis.xii.quæ ſupiora dicunt̃
incipiunt a cõfinio armeniæ caſpiiſqꝫ littoribus pertinẽt ad ſcythas:cum qbuſ ex æquo degunt.
Reliqua.vii.regna inferiora appellãtur.Quod ad parthos attinet:ſemper fuit parthia ĩ radici
bus mõtium ſæpius dictoꝝ:qui omẽs eas gentes prætexunt.Habẽt ab ortu arios:a meridie
carmaniã & arianos.ab occaſu pthitas medos.a ſeptẽtrione hyrcanos.Vndiqꝫ deſertis cicta.
Vlteriores parthi nomades appellãt̃.Citra deſerta.Ab occaſu urbes eoꝝ:quas diximus iſſatis
& calliope.ab oriente æſtiuo pyropum:ab hyberno mania.in medio hecatõpylos.Arſace re/

gio niſea parthienæ nobiles:ubi alexandropolis a conditore.

¶Media:meſopotamia:babylon:ſeleucia. Ca.xxvi.

Neceſſarium eſt in hoc loco ſignare & medoꝝ ſitum:terraꝝqꝫ faciem circũagere ad perſicũ mare:quo facilius deinde reliqua noſcãt̃. Nãqꝫ media ab occaſu trãſuerſa oblique parthiæ occurrens utraqꝫ regna includit. Habet ipſa ab ortu caſpios & parthos:a meridie ſithacenẽ & ſuſianem & perſida:ab occaſu adiabenen:a ſeptẽtrione armeniã:Perſæ rubrũ mare ſemper accolu‑ere:ꝓpter quod is ſinus perſicus uocat̃. Regio ibi maritima cyribolus. Quia uero ipſa ſubit ad medos elymas megalla appellatur locus arduo mõtis aſcẽſu per gradus introitu ãguſto ad perſopolin caput regni dirutã ab Alexãdro. Præterea habet in extremis finibus laodiceã ab Antiocho conditam. Inde ad orientem magni optinent fraſargida caſtellũ:in quo Cyri ſepulchrũ ẽ. Et hoꝝ egbathana oppidum trãſlatum ab Dario rege ad montes. Inter parthos & arianos excurrunt parathaceni. His gentibus & euphrate inferiora regna includunt̃. Reliqua dicemus a meſopotamia excepto mucrone eius arabũqꝫ populis in priore dictis uolumine. Meſopotamia tota aſſyrioꝝ fuit uicatim diſperſa:præter babylona & ninum. Macedones eam in urbes cõgregauere ꝓpter ubertatem ſoli. Oppida præter iam dicta habet ſeleuciã:laodiceã: arthemitam. Item in arabũ gente qui arroei uocantur & mardani:antiochia:quæ a præfecto meſopotamiæ Nicanore cõdita nicanoria uel arabes uocatur. Iungũtur iis arabes. Introrſus eldamarii. Super quos ad pellacõtam flumẽ bura oppidũ:ſalmani & maſei arabes. Gordiacis uero iũcti aloni:ꝑ quos zerbis fluuius in tigrin cadit:azones:ſilices:montani:& orõtes. Quoꝝ ad occidentẽ oppidum gauecamela. Item ſue in rupibus. Supra ſiciclaſſi.iii.mil.paſ.per quos lycus ex armenia fertur. Abſitris ad hybernum exortum. Azochis oppidum. Mox ĩ cãpeſtribus oppida dioſpage:polyteba:ſtratonigea:anthemus. In uicinia euphratis nicephorion:quod ut diximus Alexander iuſſit condi ꝓpter loci oportunitatem. Dicta eſt & in zeumate apamia:ex qua orientem petẽtes excipit oppidum apprime munitum quõdam ſtadioꝝ.lxx. amplitudine:& ſatrapaꝝ regia appellatum:quo tributa conferebantur:nũc in arcem redactum. Durãt ut fuerãt hebata:& ductu Pompei magni terminus romani imperii oruros. A zeumate.ccl.mil.paſ. Sunt qui tradunt euphratem Cobaris præfecti opere deductum:ubi eũ diximus fidi:ne præcipiti curſu babyloniam infeſtaret. Ab aſſyriis uero uniuerſis appellatum armalchar:quod ſignificat regium flumẽ. Qua deriuatur oppidũ fuit agrani e maximiſ:quod diruere perſæ. Babylon chaldiacaꝝ gentium caput diu ſũmam claritatẽ optinuit ĩ toto orbe:ꝓpter quã reliqua pars meſopotamiæ aſſyriæqꝫ babylonia appellata eſt.lx.mil.paſ.amplexa:muris ducenos pedes altiſ:qnquagenoſ latis. In ſingulos pedes ternis digytis menſura ampliore q̃ noſtra:interfluo euphrate mirabili opere utroqꝫ. Durat adhuc ibi Iouis Beli templũ. Inuentor hic fuit ſyderalis ſcientiæ. Cætero a circuitu ſolitudinem reddit exhauſta uicinitate ſeleuciæ ob id cõditæ a Nicanore intra nonageſimum lapidem in cõfluentem euphratis foſſa perducti atqꝫ tigris:quæ tamẽ babylonia cognominatur. libera hodie:ac ſui iuris macedonũqꝫ moris. Ferũtur ei plebes urbanæ ſexcentæ eſſe. Situm uero mœnium aquilæ pãdentis alas. Agrum totius oriẽtis fertiliſſimũ. Inuicẽ ad hanc exhauriendam & theſiphontẽ iuxta tertiũ ab ea lapidem in callonitide cõdidere parthi:quod ẽ nunc caput regni. Et poſtq̃ nihil ꝓficiebatur nuper Vologeſus rex aliud oppidũ uelogeſocertã in uicino cõdidit. Sunt etiã in meſopotamia oppida hipparemum chaldeoꝝ doctrina clarum. Et hoc ſicut babylon iuxta flumen narragam:qui dedit ciuitati nomẽ. Moros hipparenoꝝ perſæ diruere. Orcani quoqꝫ tertia chaldeoꝝ doctrina in eodẽ ſitu locãtur ad meridiem uerſi. Ab iis notitæ & orthophanitæ & græciochãtæ. Euphrate nauigari babylonem & perſico mari.cccc. xxii.mil.paſſ.tradunt Nearchus & Oneſicritus. Qui uero poſtea ſcripſere a ſeleucia.ccccxc. mil. Iuba a babylone caracen.clxcv.mil.d. Fuere aliq ultra babylonẽ cõtinuo alueo priuſq̃ diſtrabitur in irrigua.lxxxvii.mil. Vniuerſo autẽ curſu.xi.mil.paſ. Incõſtantiam mẽſuræ diuerſitas auctoꝝ facit:cum perſæ quoqꝫ ſchœnos & paraſãgas alia menſura determinẽt. Vbi deſinit alueo munire ad cõfinium caracis accedente tractu ſtatim infeſtant attali latrones:arabum gẽſ. Vltra quos ſcenitæ. Ambitu uero euphratis nomades arabiæ uſqꝫ ad deſerta ſyriæ:unde ĩ meridiem flecti eumdiximus ſolitudines palmirenas relinquẽtem. Seleucia abeſt a capite meſopotamiæ euphraten nauigãtibus undecies.xxv.mil.pa. A mari rubro ſi tigri nauiget̃.cccxx.mil. A zeumate.d.mil.xxvii. Zeuma a ſeleucia ſyriæ ad noſtrum littus.cxxxii.mil.paſ. Hæc eſt ibi latitudo terraꝝ inter duo maria. Parthici uero regni.d.cccc.mil.xliiii.paſ. Eſt etiãnum oppidum meſopotamiæ in ripa tigris circa cõfluentes:quod uocant digbani.

¶Flumen tigris. Ca.xxvii.

Sed & de tigri ipſo dixiſſe cõueniat:Oritur in regione armeniæ maioris fonte cõſpicuo in planitie. Loco nomẽ elogoſine eſt. Ipſius qua tardior fluit diglito. Vnde concitat̃ a celeritate tigris incipit uocari. Itaappellant medii ſagittam. Influit in lacum arethiſſam omĩa illata põdera ſuſtinẽtẽ:& nitꝝ nebulis exhalantem. Vnũ genuſ ei piſciũ eſt:& hic aquæ trãſcurrẽtis

non miſcetur alueo: ſicut nec e tigri piſces in lacū trāſnatant. Fertur aūt & curſu & colore diſſi
milis. Trāſuectuſq; occurrente tauro mōte in ſpecu mergitur. Subterque lapſus a latere altero
eius erūpit locus uocatur zoroanda. Eundē eſſe manifeſtū eſt quod demerſa perfert. Alteꝝ de/
inde trāſit lacum: qui teſoidis appellatur: rurſuſq; in cuniculos mergitur. & poſt. xxv. mil. paſ.
circa nympheū redditꝰ tam uicinum arſaniæ. Fluere eum ī regionem arheni Claudius Cæſar auc
tor eſt: ut & cum intumuere cōfluant: nec tamē miſceantꝰ. Leuiorq; arſanias innatat. iiii. mil. fer
me ſpatio. Mox diuiſus ī euphratē mergitur. Tigris āt ex armenia acceptis fluminibus claris p/
theni agnice phariōe arabaſ oreoſ adiabenoſq; diſterminās: & quā diximus meſopotamiā faciēs
luſtratis montibus choridioꝝ circa apameam meſenes oppidū: citra ſeleuciā babyloniam. cxxv.
mil. paſ. diuiſus in alueos duos. Altero meridiem ac ſeleuciam petit meſenen perfūdēs. Altero
ad ſeptētrionē flexus eiuſdem gētis tergocāpos cauchas ſecat. Vbi remiauere aquæ paſitigris
appellatur. Poſtea recipit ex media hidaſpen: atq; ut diximus inter ſeleuciā & theſiſphōtē uec/
tus in lacus chaldaicos ſe fūdit: eoſq;. lxx. mil. paſ. amplitudine īplet. Mox uaſto alueo profuſuſ
dextra caracis oppidi infertur mari perſico decimo ore. Inter duoꝝ amniū hoſtia. xxvi. mil. paſ.
fuere. Aut ut alii tradunt. vii. mil. utroq; nauigabili. Sed longo tempore euphratem præcluſe/
re orcheni & accolæ agros rigantes: nec niſi poſt tigrin defertur ī mari. Proxima tigri regio pa
ropotamia appellatur. In ea dictum eſt de meſene. Oppidū eius dibitach iungūtur callonitis cū
theſiphonte: nō palmetis mō: ueꝝ & olea pomiſq; aliiſq; arbuſtis nobilis. Ad eā ꝑuenit iagrus
mōs ex armenia inter medos adiabenoſq; ueniens ſupra echatenen & perſidē. Callonitis abeſt
a perſide. ccccLxxx. mil. paſ. Tantū a caſpio mari aſſyria abeſſe compendio itineꝝ aliqui tradunt.
Inter has gentes atq; meſenen ſytacene eſt: eadem arbelitis & paleſtinæ dicta. Oppidum eius
ſytace græcoꝝ ab ortu eſt & ſabdata. Ab occaſu aūt antiochia inter duo flumina tigrin & torna
dotum. Item apameæ cui nomē Antiochus matris ſuæ impoſuit. tigris circūfunditur. Hæc diui
ditur archoo. Infra ē ſuſiane: in qua uetus regia pſaꝝ ſuſa a Dario Hiſtapis filio condita. Abeſt
a ſeleucia babylonia. ccccl. mil. paſ. Tantūdem ab egbatanis medoꝝ per montē charbātū ī ſep/
tētrionali. Tigris alueo oppidum eſt barbethace. Abeſt a ſuſis. cxxxv. mil. paſ. Ibi mortalium
ſoli auꝝ in odio cōtrahunt. Id defodiūt ne quo cui ſit in uſu. Suſianis ad orientem uerſus iungun
tur oxii latrones & mizeoꝝ. xl. populi liberæ feritatis. Supra eos parēt parthuſi mardi & ſaitæ
hyi qui prætēdūtur ſupra helimaida: quā perſidi in ora iunximus. Suſa a perſico mari abſūt. ccl.
mil. paſ. qua ſubiit ad eā claſſis Alexādri paſitigri intus ad lacum chaldaicū uocatur aphle. unde
ſuſa nauigatiōe. lxv. mi. d. p. abſūt. Suſianiſ ab oriēte ſūt choſiei. Supra choſiços ad ſeptētrionē
meſabenæ ſub mōte cambalido: qui eſt caucaſi ramus. Inde molliſſimo trāſitu in bactros. Suſia/
nen ab helemaide diſterminat amnis euleus ortus in medis: medioq; ſpatio cuniculo cōditus: ac
rurſus exortus per meſobatenen lapſus circuit arcem ſuſaꝝ ac Dianæ tēplū auguſtiſſimū cū illis
gentibus & ipſe ī magna cerimonia ſit. Siquidē reges nō ex alioꝭ bibunt: & ob id in lōginqua por
tant. Recipit amnes edippum præter aſylum a montibus perſaꝝ uenietem ad unū ex ſuſiatiſ op
pidum: Iuxta eum magoga a carace. xv. paſ. Quidā hoc in extrema ſuſiane ponūt ſolitudinibus
proximum. Infra euleum elymas eſt. In ora iuncta perſidi: a flumine orati ad caracen. ccxl. mil.
paſ. Oppida eius ſeleucia & ſoſirate appoſita monti caſyro Oram quæ præiacet minoꝝ ſyrtium
uice diximus inacceſſam cœno plurimū limi deferentibus brixia & ortacea amnibus madēte: &
ipſa elymaide in tantū ut nullus ſit niſi circuitu eius a perſide aditus. Infeſtatꝰ a ſerpētibus quos
flumina deportāt: pars eius maxime inuia characene uocatur ab oppido arabiæ claudēte regna
de quo dicemus expoſita prius. M. Agrippæ ſentētia. Nāq; is mediā & parthiam & perſidē ab
oriente indo: ab occidēte tigri: a ſeptētrione tauro caucaſo: a meridie rubro mari terminatas pa
tere in longitudinē terdecies. xx. mil. paſ. In latitudine. d. cccxl. ꝓdidit. Præterea per meſopo
tamiam ab oriēte tigri: ab occaſu euphrate: a ſeptētrione tauro: a meridie mari perſico incluſam
longitudine octigentoꝝ. mil. paſ. latitudine. cccLx. Charax oppidū perſici ſinus intimum a quo
arabia eudemon cognoīata excurrit: habitatur ī colle manufacto inter cōfluētes dextra tigrin:
leua euleum. iii. mil. paſ. laxitate cōditum eſt. Primū ab Alexandro magno colonis ex urbe re/
gia durine: quæ tum interiti deductis: militumq; inutilibus ibi relictis alexādriam appellari iuſ
ſerat: pagumq; pelleneū a patria ſua quē proprie macedonū fecerat. Flumina id oppidum expu
gnauere. Poſtea Antiochus reſtituit quintus regum & ſuo noīe appellauit. Iteꝝq; infeſtatum
Paſſiones Sogdonaci filius rex finitimoꝝ arabum quē Iuba ſatrapē Antiochi fuiſſe falſo tradit
oppoſitis molibus reſtituit: nomē ſuum dedit emunito ſitu iuxta in lōgitudinē. vi. mil. paſ. La
titudine paulo minus. Primo fuit a littore ſtadiis. x. & maritimum etiam ipſā da porticuſ habet.
Iuba uero ꝓdente. l. mil. paſ. Nūc abeſſe a littore. c. xx. mil. Legati arabū noſtriq; negociato/
res qui inde uenere affirmāt. Nec in ulla parte plus aut celerius ꝓfecere terræ fluminibus in/
uectæ. Magis id miꝝ eſt æſtu longe ultra id accedente nō repercuſſa. Hoc in loco genitum eſſe
Dionyſium terraꝝ orbis ſitus recentiſſimum auctorem conſtat: quem ad cōmentanda omnia in

orientem præmiſit Diuus Auguſtus ituro in armeniam ad parthicas arabicaſqꝫ res maiorē filio.
Non me præterit: nec ſum oblitus ſui quēqꝫ ſitus diligentiſſimū auctorē uiſū nobis in introitu
huius operis. In hac tamen parte arma romana ſequi placet nobis: Iubāqꝫ regem ad eūdē Clau/
dium Cæſarem ſcriptis uoluminibus de eadem arabica expeditione.

Arabia: nomades: nabatei: omani: tilos: & ogyris inſulæ. Ca. xxviii.

ARabia gentium nullis poſtferenda amplitudine lōgiſſima a monte amano a regiōe ciliciæ
comagenīſqꝫ deſcēdit ut diximus multis gentibus eoꝝ deductis illo a Tigrane magno: ſpō
te uero ad mare noſtrū littuſqꝫ ægyptiacū ut docuimus. Necnō & in media ſyriæ ad libanū mō/
tē penetrātibus nubeis qbuſ iungunt̃ ramiſi. Deinde teranei: deinde patami. Ipſa uero penīſula
arabia ītra duo maria rubrū ꝑſicūqꝫ ꝑcurrēs quodā naturæ artificio ad ſimilitudinē atqꝫ magni/
tudinē tali maris ēt circūfuſa. In eādē etiā cæli partem nulla differentia ſpectat. Hæc quoqꝫ in
illo ſitu. Fœlix eius populus. A noſtro mari uſque ad palmirenæ ſolitudines diximus. Reliqua
nunc inde peragemus. Nomades infeſtatoreſqꝫ chaldeoꝝ ſcenitæ ut diximus claudūt: & ipſi ua
gi: ſed a tabernaculis cognoīati: quæ ciliciis metantur ubi libuit. Deinde nabathei oppidū inco/
lunt petrā noīe in conualle paulo minus. ii. mil. paſ. amplitudinis circūdatū montibus inacceſſiſ
amne interfluente. Abeſt a gaza oppido littoris noſtri. d. c. mil. a ſinu perſico. cxxii. mil. Huc
conuenit utrūqꝫ biuium eoꝝ: qui ſyriæ palmirā petiere: & eoꝝ qui ab gaza uenerūt. A petra in/
coluerūt omani ad characen oppidis quōdā claris a Semiramide cōditis abeſamide & ſoroactia.
Nunc ſunt ſolitudines. Deinde eſt oppidum quod characenoꝝ regi paret ī paſitigris ripa forath
noīe. In quo a petra cōueniūt characeni. Inde. xii. mil. paſ. ſecūdo æſtu nauigāt. E parthico. n.
regno nauigātibus uicus theredon Infra confluentē euphratis & tigriſ leua fluminis chaldei op
tinēt: dextra nomades ſcenitæ. Quidam & alia duo oppida lōgis īteruallis tigris ꝑnauigari tra/
dunt barbathiā: mox thumathā: quod abeſt a petra decē dieꝝ nauigatione. Noſtri negociato/
res dicūt characenoꝝ regi parere: & apameā ſitam ubi reſtagnatio euphratis cum tigri cōfluat.
Itaqꝫ molientes incurſionē parthos operibus abiectis īundatione arceri. Nūc a charace dicemuſ
oram Epiphanio primū exqſitā: locus ubi euphratis oſtiū fuit flumē ſalſū ꝓmōtorium chaldone
uoragini ſimilius qꝫ mari: per. l. paſ. ore: flumen achana: deſerta. c. mil. paſ. uſqꝫ ad inſulā bagꝫ.
Sinus capeus quē accolunt gaulopes & chatei. Sinus gerraicus. Oppidū gerra. v. mil. paſ. am/
plitudine turres habet ex ſalis quadratis molibus. A littore. l. mil. paſ. regio attenæ. Ex aduer/
ſo tilos inſula totidem milibus a littore. Plurima margaritis & celeberrima cū oppido eiuſdē no
minis. Iuxtaqꝫ altera in ora promōtoria eius. xxii. d. paſ. Vltra magnas aſpici inſulas tradunt ad
quas non ſit peruētum. Fluminis ambitum. cxii. mil. d. paſ. a perſide longius abeſſe: adiri uno
alueo anguſto. In inſula aſgilia gentes nocheti: zurachi: borgodi: catharrei: nomades. Flumen
cynos. Vltra nauigationē incōpertā ab eo latere ꝓpter ſcopulos tradit Iuba. Prætermiſſa mē/
tione oppidi omanoꝝ batraſa aues & tomamem: quod priores celebrem portū carmaniæ fece/
re. Item omen & athane: quæ nunc oppida maxime celebrari a perſico mari noſtri negociatores
dicūt a flumine canis: ut Iuba tradit mōs aduſto ſimilis. Gētes epimaranitæ. Mox ichthiopha/
gi. Inſula deſerta. Gentes bathymi. Eblitei mōtes. Inſula omœmus. Portuſ machorbe. Inſulæ
etaxalos. Onchobrice gens cadei. Inſulæ ſine noībus multæ. Celebres uero īſura rhinnea & ꝓ
xima in qua ſcriptæ ſunt ſtellæ lapideæ litteris incognitis. Goboea portus: bragæ īſulæ deſer
tæ. Gens caludei: dabanegoris regio. Mons orſa cum portu. Sinus duatus. Inſulæ multæ.
Mons tricoriphos. Regio cardalena. Inſulæ ſolanidæ: capina: Item ichthiophagoꝝ. Deinde
glari. Littus bāmaeū: ubi auri metalla. Regio canauna. Gētes apitami: gaſani. Inſula deuuade.
Fons goralus garpheti. Inſulæ alaca & amnamethus. Gens clare. Inſulæ chelonitis: ichthiopha
gon: multhe. Eodanda deſerta baſag. Multæ ſabæoꝝ. Flumina tharnar: amnum. Inſulæ doli/
cæ. Fōtes daulotes dora. Inſula epteros: labanis: coboris: ſambracate: & oppidū eodem noīe ī
cōtinenti. A meridie inſulæ multæ: maxima camari: flumē myſecros: portus leupas. Scenitæ
ſabæi. Inſulæ multæ. Emporiū eoꝝ acila: ex quo ī indiā nauigat̃. Regio amithoſcuta: damnia.
Mizi maiores & minores: drimati: naumachæ. Hoꝝ promōtorium contra carmaniā eſt. Diſtat
l. mil. paſ. Mira res ibi traditur. Numeniū ab Antiocho rege miſenæ præpoſitū ibi uiciſſe. Eo
dem die claſſe æſtuqꝫ reuerſo. iteꝝ eqtatu cōtra perſas dimicātem & gemina trophea eodem in
loco Ioui ac Neptuno ſtatuiſſe. Inſula in alto ob id iacet ogyris: clara Rutha rege ibi ſepulto.
Diſtat a continēte. cxxv. mil. paſ. Circuitu. cxii. mil. d. Nec minus altera clara in azanio mari
dioſcyrida diſtās a ſiagro extimo ꝓmontorio. cclxxx. mil. paſ. Reliqui in continēte a noto eti/
amnum autaride ī montes octo dieꝝ trāſitus. Gentes larendani: gathaphani: cebranitæ pluri
bus oppidis: ſed maximis nagia & thōna temploꝝ. lxv. Hæc eſt āplitudinis ſignificatio hoc ꝓ/
montorium: a quo ad cōtinentē troglodytaꝝ. l. mil. paſ. thoani: acthei. catamoctitæ: tonabei:
antidalei: lexianæ: agrei: cerbani. ſabæi arabum propter thura clariſſimi ad utraqꝫ maria por/
rectis gētibus. Oppida eoꝝ in rubro littorē mærine: marma: corolia: ſabatra. Intus oppida na/

SIUM

ſcus: cardaua: carnus: & quo merces odoꝝ deferunt tomala. Pars eoꝝ atranitæ quoꝝ caput ſobotale. lx. mil. templa muris includens. Regia tamen ē oium mare libata. Sinū optinet. xciiii. mil. paſ. refertum inſulis odoriferis: Atramitis in mediterraneo iungūť. Minei mare accolunt: & elamitæ. Oppidū eiuſdem nois. Iis iunguntur cagulatæ. Oppidum ſibi: quod græci appoten uocāt arſicodani. Vadei oppido magno: baraſei: lechieni. ſygaros inſula: quā canes non intrāt: expoſitiqꝫ circa littora errādo moriunť. Sinus intimus in quo leanite qui nomen ei dedere. Regia eoꝝ agra: & in ſinu leanar: uel ut alii elana. Nā & ipſū ſinū noſtri elaniticū ſcripſere: alii alaniticum. Artemidorus alaniticum. Iuba leniticum. circuitus arabiæ a caraceleana colligere proditur quadragies octies. lxv. paſ. Iuba paulo minus. xl. mil. putat. Latiſſima eſt a ſeptentrione inter oppida horoeum & caracen. Nūc & reliqua mediterranea eius dicanť. Nabatheis thimaneos iūxerunt ueteres: nunc ſūt taueni: ſuelleni: arraceni: arreni. Oppidū in quo omīs negociatio conuenit: hemuatæ: analitæ. Oppida domada: egrata: mudei. Oppidū badanatha: charei. Oppidum chariati ach oali. Oppidū phoda: ac minei a rege cretæ Minoe (ut exiſtimāt) originē trahentes: quoꝝ charmei oppidum. xiiii. mil. paſ. marriba baramalacū: & ipſū nō ſpernēdū. Itē carnon rhāmei: & hoꝝ origo Rhadamanthus putať frater Minois. Hemerite maſſala. Oppida bamirei: ſannei: chantace: bactias: harma. Oppidū gedranite: ampre: iliſanite: bachilite: ſamei: amathei. Cū oppidis neſſa & cenneſſeri. Zamareni cū oppidis ſaiace ſcātate: bacaſcami. Ripharma oppidum quo uocabulo appellāt ordeum. Aurei & rhaui gyrei & mathæi. Helmodenes: cum oppido ebode. Agaturi in montibus oppido. xxv. mil. paſ. in quo fons emiſchabales: quod ſignificat cameloꝝ oppidū. Amyelomei colonia mileſioꝝ. Actrida oppidum caligii: quoꝝ mariba oppidum ſignificat dominos oium. Oppida pallon murannimal iuxta flumen per quod euphraten emergere putant. Gentes agrei hāmonii. Oppidū athenæ: caurarani: quod ſignificat ditiſſimos armēto. Coranitæ: ceſani: choani. Fuerūt & græca oppida: arethuſa lariſſa: chalcis deleta uariis bellis. Romana arma ſolus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equeſtri ordine. Nā Caius Cæſar Auguſti filius proſpexit tantū arabiā. Gallus oppida diruit non noiata ab auctoribus qui ante ſcripſerūt: negran: āneſtū: nelcā: maguſum: tammacū: labeciā: & ſupra dictā maribam: circuitu. vi. mil. paſ. Item caripeta: quo lōgiſſime ꝓceſſit. Cætera explorata rettulit. Nomades lacte & ferina carne ueſci. Reliquos uinum ut indos palmis exprimeř. Oleum ſeſamæ. Numeroſiſſimas eſſe homeritas minoas fertiles agros palmetis arbuſtis. In pecore diuites cembanos & areos: armis præſtare maxime chatamonitas. Carreis latiſſimos & fertiliſſimos agros. Sabæos ditiſſimos ſiluaꝝ fertilitate odorifera: auri metallis agroꝝ riguis mellis: cæræqꝫ prouētu. Deinde de odoribus ſuo dicemus uolumine. Arabes mitrati degunt: aut ītonſo crine: barba abradiť: prætereꝗ in ſuperiore labro. Aliis & hæc intōſa: miſqꝫ dictu ex innumeris populis pars coæqua ī cōmertiis aut latrociniis degit. In uniuerſum gentes ditiſſimæ: ut apud quas maxime opes romanoꝝ parthoꝝqꝫ ſubſiſtāt: uēdentibus quæ e mari aut ſiluis capiant. nihil inuicē redimentibus. Nūc reliquā orā arabiæ cōtrariā perſequemur. Timoſthenes totū ſinum quatridui nauigatione ī lōgitudinē taxauit: bidui latitudinē. Anguſtias. iiii. mil. d. paſ. Eratoſthenes ab oſtio. xiii. mil. ī quāqꝫ partē. Artemidorus arabiæ latere. xiiii. l. mil.

## ¶ Sinus maris rubri troglodytici & æthiopici. Ca. xxix.

TRoglodytico uero ūdecies. lxxxiii. mil. d. pa. ptolemaida uſqꝫ. Agrippa. xiiii. pa. xxxii. ſine differētia lateꝝ. Pleriqꝫ latitudinē. ccccl xii. prodiderūt faucis quæ hyberno oriēti obuerſa. Alii. iiii. mil. alii. vii. mil. alii. xii. mil. paſ. patere. Situs āt ita ſe habet. A ſinu leanitico alter ſinus quem arabes aeant uocāt: in quo oroon oppidum eſt. Fuit & cābiſo iter nelos & marchadas deductis eo ægris exercitus. Gēs tyra. Daneon portus. Ex quo nauigabilem alueū perducere in nilum qua parte ad delta dictū decurrit. lxii. d. paſ. interuallo. quod inter flumē & rubrum mare iter eſt primus oium Seſoſtris ægypti rex cogitauit. Mox Darius perſarū. Deinde Ptolemæus ſequēs qui eduxit foſſam latitudine pedū. c. altitudine. xxx. in lōgitudine. xxxvii. d. paſ. uſqꝫ ad fontes amaros. Vltra deterruit inundationis metus excelſiore tribus cubitis rubro mari cōperto ꝗ terra ægypti. Aliqui eam nō auferunt cauſam: ſed ne īmiſſo mari corrūperetur aqua nili: quæ ſola potus præbet. Nihilominus iter totū terēdo frequētať a mari ægyptio: quod ē triplex. Vnum a peluſio per harenas in quo niſi calami defixi regāt uia nō reperiť. ſubinde aura ueſtigia operiēte. Alteꝝ uero duobus mil. paſ. ultra caſpium mōtem: quod a. lx. mil. paſ. redit in peluſiacā uiam. Accolunt arabes autei. Tertium a gerro quod adipſum uocāt. Per eoſdem arabes. lx. paſ. propius aſpeꝝ mōtibus & inops aquaꝝ. Eæ uiæ omēs arſinoen ducunt conditam ſororis noie in ſinu charādra a Ptolemæo Philadelpho: qui primus troglodyticen excuſſit amnē: qui arſinoen præfluit: ac ptolemæū appellauit. Mox oppidū paruū ē aennū: pro quo alii philiterias ſcribunt. Deinde ſunt azarei: ex troglodytaꝝ cōnubiis arabes feri. Inſulæ ſapirene: ſcitala: mox deſerta admyoſ herino: ubi fons tadnos: mons eos: inſula lambe. Portus multi. Berenice oppidum matris Philadelphi nomie: ad quod iter a copto diximus. Arabes

autei & gnebadei troglodytice:quā priſci michoen:alii midoen dixere.Mons pentedactylos.
Inſulæ ſtenetyræ aliquot halōneſes nō pauciores:cardamin.Topazos quæ gēmæ nomen de/
dit.Sinus inſulis refertus ex iis:quæ maren uocatur:aquoſa quæ eratanos:ſinētes. Regum ii
præfecti fuere.Introrſus candei:quos opiophagos uocant:ſerpentibus ueſci aſſueti. Neꝗ alia
regio fertilior eaꝝ.Iuba qui uidet̃ diligentiſſime proſecutus hæc omiſit in hoc tractu(niſi ſi exē
plarium uitiū eſt)berenicen alterā:quæ pāchryſos cognominata eſt.Tertiā quæ epidires inſi
gnem loco.Eſt enim ſita in ceruice longe procurrente:ubi fauces rubri maris.iiii.mil.d.paſſ.
ab arabia diſtāt.Inſulæ ibi cytis topazium ferens & ipā ultra ſiluas ubi ptolemaiſ a Philadelpho
condita ad uenatus elephātoꝝ:ob id epiterias cognoīata iuxta lacum monoleū.Hæc eſt regio
ſecundo uolumine a nobis ſignificata.In qua.xl.diebus ante ſolſtitiū totidēꝗ poſtea hora.vi.
conſumūtur umbræ:& in meridiem reliquis horis cadunt. Cæteris diebus in ſeptētrionē:cum
in berenice quam primam poſuimuſ ipſo die ſolſtitii.vi.hora umbræ in totum abſūmāt̃.nihilꝗ
adnotatur aliud noui.D.cii.mil.paſ.interuallo a ptolemaide res ingētis exempli:locuſꝗ ſubti
litatis īmenſæ mūdo ibi deprehēſo cum indubitata rōne umbraꝝ.Eratoſthenesꝗ menſurā ter
ræ ꝓdere inde cœperit.Hinc aſanium mare:promōtoriū quod aliqui hiſpalum ſcripſer̃.Lacus
mādalum.Inſula caſitis:& in alto multæ:in quibus teſtudo plurima.Oppidum ſace.Inſula de/
phindis.Oppidum aduliton.Aegyptioꝝ hoc ſerui a dominis profugi cōdidere. Maximum hic
emporium troglodytaꝝ etiā æthiopum.Abeſt a ptolemaide.v.dieꝝ nauigatiōe.Deferūt plu
rimum ebur.Rhinocerotū cornua.Hippopotamoꝝ coria:celtium:teſtudinum ſpingia: maci/
pia.Supra æthiopes arroteras inſulæ quæ alien uocātur.Item bacchias:& antibachias.& ſtra
tioten.Hic in ora æthiopiæ ſinus incognitus:quod admiremur cum ulteriora mercatores ſcru/
tentur.Promōtorium in quo eſt fons cutius expetitus nauigātibus.Vltra Iſidis portus.x.die/
rum remigio ab oppido adulitaꝝ diſtās.In eū a troglodytis myrrha cōfert̃.Inſulæ ante portū
duæ pſeudopylæ uocātur:interiores totidem pylæ.In altera ſtellæ lapideæ litteris incogni/
tis.Vltra ſinus abalitus.Inſula diodori:& aliæ deſertæ.Oppidū gaza:ꝓmōtorium & portus
moſſilicus:quo cynnamomū deuehit̃.Hucuſꝗ Seſoſtris exercitū duxit.Aliqui unū æthiopiæ
oppidum ultra ponunt in littore baragaza.A moſelite ꝓmontorio atlāticum mare incipe uult
Iuba:præter mauritanias ſuas:gadis uſꝗ nauigādū choro.Cuius tota ſententia hoc in loco ſub
trahenda non eſt.A promōtorio indoꝝ quod uocatur leptecara ab aliis drepanū ꝓponit recto
curſu præter exuſta & malacho inſulā.xv.mil.paſ.eſſe.Inde ad locū quē uocāt ſceneos.ccxxv
mil.Inde ad inſulam ſadanum.cl.mil.paſ.Sic fieri ad apertū mare.xviii.lxxxv.mil.Reliq oēs
propter ſolis ardorē nauigare poſſe nō putauerūt.Quin & cōmertia ipſa infeſtāt ex inſulis ara/
bes aſtytæ appellati:quoꝝ bubulos utres binos ſternētes pōte pyraticam exercēt ſagittis ue/
uenatis.Gētes troglodytaꝝ Iuba tradit herotoas a uenatu dictas miræ uelocitatis ſicut ichthi
ophagos natātes ceu maris animalia.Bargenōs:zageras:chalybas:ſaxinas:ſyrecas:daremas:
domazenes.Quin & accolas nili a ſyene non æthiopū populos:ſed arabū eſſe dicit uſꝗ mero/
en.Solis quoꝗ oppidū quod non procul mēphi in ægypti ſitu diximus arabas conditores ha/
bere.Sunt & qui ulteriorem ripam æthiopiæ auferant adnectātꝗ africæ.Ripas autē incolere
ꝓpter aquā.Nos relicto cuiꝗ arbitrio intelligēdi oppida quo tradūtur ordine utrinꝗ pone/
mus.A ſyene & prius arabiæ latere gens cataduppi.Deinde ſyenitæ.Oppida tacompſon:quā
quidā appellarunt thathicen:araman.ſeſamon:ſandura:naſaudum:araundoma:cumara:beta:
& bochiana:leuphitorga:tantarene:meechindita:noa:gophoa:gyſtate:megeda:lea:rhēnia:
nupſia:direa:pataga:bagada:dumana:rhadata:in quo felis aurea pro deo colebatur.Boron in
mediterraneo mallo:proximum meroe.Sic ꝓdidit Bion.Iuba aliter.Oppidum limū in mōte
megaticos inter ægyptum & æthiopiā:quod arabes myrſon uocauere.Deide tacompſon:ara
nium:ſeſanium:pidne:mamuda:corambin.Iuxta eā bituminis fontem:hāmodata:proſda:pa
renta:mama:teſſata:gallas:zoton:gaucomene:meūpidi:botas:endonda:cametas.Nomadaſ
in tabernaculis uiuētes cyſtæ:pēmani:gadagaleni:paloi:prīmi:nupſii:deſeleni:patini:gram/
breueſ:magaſne:ſegaſmala:crāda:dēna:cadeumna:thena:batha:alana:macua:ſcāmos:gorā.
In inſula ab iis ab Alexādro callim:ſeren:mallos:agocen.Ex africæ latere tradita ſūt eodē no
mine tacompſos altera:ſiue pars prioris mogora:ſea:edoſa:pelenaria:epyndis:maguſa:bau/
ma:linitima:ſpyntuma:ſydopta:genſoa.pindicitora:cugoa:orſima:ſuaſa:mauma:rhuma:ur/
buma:mulona:quod oppidū græci hypatitō uocarūt.Pagoargas:zamnes:unde elephāti inci/
piāt.Mamblia:berreſa:cetuma.Fuit quōdā & epis oppidum contra meroen āteꝗ Bion ſcribe
ret deletum.Hæc ſunt prodita uſꝗ meroen:ex quibus hoc tempore nullum ꝓpe utroꝗ late
re extat.Cæteræ ſolitudines.Nuper renūtiauere pricipi Neroni miſſi ab eo milites prætori/
ani cum tribuno ad explorādum inter reliqua bella aethiopicū cogitāti.Intrauere autem & eo
arma romana Diui Auguſti temporibus duce P.Petronio & ipſo equeſtris ordinis præfecto.
Aegyptus oppida eoꝝ expugnauit quae ſola inuenerat quo dicemus ordine.ſplegin:primin:

boccin: furumin . cambuſin: attenan: ſtadiſin: ubi nilus præcipitans ſe fragore auditum accolis
aufert. Dirpit & nepata. Longiſſimi āt a ſyene progreſſus. d. ccclxx. mil. paſ. Nec tamē arma
romana ſolitudinem ibi fecerunt. Aegyptioꝝ bellis attrita eſt æthiopia uiciſſim imperitando
ſeruiendoq; clara & potēs etiā uſq; ad troiana bella Mēnone regnante. Et ſyriæ imperitaſſe eā
noſtroq; littore ætate regis Cephei patet Andromadae fabulis. Simili modo & de mēſura eiuſ
uaria prodidere. Primus Dalion ultra meroen longe ſubuectus. Mox Ariſtocreon: & Bion: &
Baſilis: Simonides minor etiam quinquēnio ī meroe moratus cū de æthiopia ſcriberet. Nā &
Thimoſthenes claſſium Philadelphi præfectus ſine mēſura dieꝝ. lx. a ſyene meroen iter prodi-
dit. Eratoſthenes. d. c. mil. xxv. Artemidorus. d. c. mil. Seboſus ab ægypti extremis ſexdeci-
es. lxxv. mil. paſ. proxime dicti. lxv. Veꝝ oīs hæc finita nuper diſputatio eſt: quoniam a ſye-
ne. d. cccclxii. mil. Neronis exploratores renūtiauere his mōis. A ſyene hieranilicamenō. liiii.
mil. paſ. Inde tania. lxxv. mil. paſſ. regione enominiton. Aethiopum primi. cxx. mil. Acinam
lxiiii. mil. Pitaram. xxv. Tergedū. cvi. mil. Inſulam gagauden eſſe ī medio eo tractu. Inde pri-
mum uiſas aues pſitacos: & alteram quæ uocaṫ artigula: animal ſpingion: a tergedo cynocepha
los. Inde nabatha. lxxx. mil. Oppidum id puum inter prædicta ſolum. Ab eo ad inſulā meroen
ccclx. mil. Hærbas circa meroen demum uiridiores ſiluaꝝq; aliqd apparuiſſe rhynocerotū ele-
phātoꝝq; ueſtigia. Ipſum oppidū meroen ab introitu inſulæ abeſſe. lxx. mil. paſ: Iuxtaq; aliam
inſulā tractu dextro ſubeūtibus alueo quæ portū faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare fœ
minā Candacē: quod multis iā annis nomē ad reginas trāſiit. Delubrū Hāmonis eſt ibi religio
ſū: & toto tractu ſacella. Cæteꝝ cū potirēṫ reꝝ æthiopes: inſula ea magnæ claritatis fuit. Tra
dūt armatoꝝ. ccl. mil. daṙ ſolitā: artificum. iiii. mil. aleṙ. Reges æthiopū xlv. & hodie tradūṫ.

¶ Multiformes & miræ hominum effigies. Ca. xxx.

UNiuerſa uero gens etheria appellata eſt: deinde atlantia: mox a Vulcani filio Aethiope
æthiopia. Aīalium hoīumq; effigies mōſtriferas circa extremitates eius gigni minie mi-
rū artifici ad formāda corpora effigieſq; celēdas mobilitate ignea. Ferunt certe ab oriētis parte
intima gentes eſſe ſine naribus: æquali totius corporis planitie. Alias ſupiore labro orbas: ali-
as ſine linguis. Pars etiā ore cōcreto: & naribus carēs uno tantū foramine ſpirat: potumq; cala-
mis auenæ trahit & grana eiuſdē auenæ ſpōte puenietis ad ueſcēdū. Quibuſdā pro ſermone nu
a ANimi uigore præſtātiſſimū arbitror C. Cæſarem dictatorē. Nec uirtutē cōſtātiāq; nunc cōmemoro: nec ſublimitatem oīum capacē quæ cælo cōtinentur: ſed ꝓpriū uigorem celeritatēq; quodā igne uolucrem. Scribere & legere ſimul dictare & audire ſolitū accepimuſ. Epiſtolas uero tantaꝝ reꝝ quaternas pariter librariis dictare: aut ſi nihil aliud ageret: ſeptenis. Idē ſignis collatis qnquagies dimicauit. Solus M. Marcellū trāſgreſſus q undequadragies dimicauerat. Nā præter ciuiles uictorias undecies centū & nonagītaduo milia hominū occiſa prœliis ab eo nō qdem ĩ gloria poſuerim. Tātam etiā coactā humani generis iniuria. Quod ita eſſe cōfeſſus eſt ipſe: belloꝝ ciuilium ſtragem nō prodēdo. Vt iuſtius Pompeio magno tribuatur: octingentaſ quadragintaſex naueſ piratis ademiſſe. Cæſari propriū & peculiare fuit præter iam ſupra dicta clæmētiæ inſigne: quauſq; ad pœnitētiā omēs ſuperauit. Idē magnanimitatis perhibuit exemplū: cui comparari nō poſſit aliud. Spectacula enim edita effuſaſq; opes aut operꝝ magnificētia in hac parte enumerare luxuriæ fauētis eſt. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas. Captis apud pharſaliam Pompeii magni ſcriniis epiſtolaꝝ: iteꝝq; apud tapſum Scipiōiſ ea optima cōcremaſſe fide: atq; nō legiſſe.

### ¶ Laus Pōpeii magni Ca. xxvi.

VEꝝ ad decus impii Ro. non ſolū ad uiri unius pertinet uictoriam. Pōpeii magni titulos oēs triūphoſq; hoc ĩ loco nūcupare: æquato nō mō Alexādri magni reꝝ fulgore: ſed etiā Herculis ꝓpe ac Liberi patris. Igitur ſicilia recuperata unde primū Syllanus ĩ reipublicæ cauſa exoriēs auſpicatus ē. Africa uero tota ſubacta & in dictionē redacta: Magniq; noīe ſpoliū inde capto eques romanus id quod ātea nemo curru triūphali reuectus ē: & ſtatī ad ſolis occaſū trāſgreſſus excitatis ĩ pyreneo tropheis oppida octīgēta. lxxvi. ab alpibus ad fines hiſpaniæ ulterioris in ditione redacta uictoriæ ſuæ aſcripſit: & maiore aīo Sertoriū domuit: belloq; ciuili quod oīa cōcutiebat externa extincto iteꝝ triūphales currus eques Ro. induxit. Totiēs ĩperator anteq; miles. Poſtea ad tota maria & deinde ſolis ortus miſſus hos rettulit patriæ titulos more ſacris certaminibus uincentiū. Neq; enī ipſi coronāt̃: ſed patrias ſuas coronāt. Hos ergo honorẽs urbi tribuit in delubro Mineruæ quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius magnus imperator bello. xxx. ānoꝝ cōfecto fuſis fugatis occiſis in deditionē acceptis hoīum ↄcēties uicies ſemel octuagintatribus milibus. Depreſſis aut captis nauibus. d. cccxlvi. Oppidis caſtellis mille qngētis xxxviii. in fidē receptis. Terris a mæotis lacu ad rubrū mare ſubactis uotū merito Mineruæ. Hoc ē breuiariū eius ab oriente. Triūphi uero quē duxit ad. iii. Kalē. octob. M. Meſſala. M. Piſone conſ. præfatio hæc fuit. Cū orā maritimā a prædonibus liberaſſet: & imperiū maris populo Ro. reſtituiſſet: ex aſia: pōto: armenia: paphlagonia: cappadocia: cilicia: ſyria: ſcythis: iudæis: albanis hiberia inſula: creta: baſternis: & ſuper hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane triūphauit. Sūma ſūmaꝝ in illo gloria fuit: ut ipſe in cōtione dixit: cum de rebus ſuis diſſereret Aſiā ultimā ꝓuintiaꝝ accepiſſe: eadēq; mediā patriæ reddidiſſe. Si qs e cōtrario ſimili mō uelit percēſere Cæſaris res q maior illo apparuit: totū ꝑfecto terraꝝ orbē enumeret: quod infinitū eſſe cōueniet.

### ¶ Laus Catonis primi. Ca. xxvii.

c CAeteris uirtutū generibus uarie & multi fuere præſtātes. Cato primus portiæ gētis treſ ſūmas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt: optimus orator: optimus imperator: optimus ſenator. Quæ mihi omnia ēt ſi nō prius attamē clariuſ fuiſſe in Scipione Aemiliano uidēt̃. Dēpto præterea plurimoꝝ odio: quo Cato laborauit. Itaq; ſit ꝓpriū Catonis quater & quadragies cauſam dixiſſe: nec quēq; ſæpius poſtulatum: & ſemper abſolutum.

### ¶ Item de fortitudine. Ca. xxviii.

f FOrtitudo in quo maxime extiterit immēſæ quæſtionis eſt. Vtiq; ſi recipiat̃ poetica fabuloſitas. Q. Ennius T. Ceciliū Teucrū fratrēq; eius præcipue miratus propter eos ſextū ānalem adiecit. L. Sicinius Dētatus: qui tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio. A. Thermo conſ. haud multo poſt exactos reges innumeroſiſſima ſuffragia hēt centies uicies prœliatus: ocies ex prouocatione uictor: xlv. cicatricibus aduerſo corpore inſignis nulla in tergo. Itē ſpolia cœpit xxxiiii. Donatus haſtis puris duodeuiginti. Phaleris. xxv. Torqbus tribus & lxxx. Armillis c. lx. Coronis. xxxvi. Ciuicis. xiiii. Aureis octo. Muralibus tribus. Obſidionali una. Fiſco æris x. Captiuis. xx. milibus Imperatores nouē ipſius maxime opera triūphantes ſecutus. Præterea quod optimū in operibus eius reor uno ex ducibus. T. Romulo ex cōſulatu ad populū cōuicto male acti imperii rei militaris. Haud minora forent Manlii Capitolini decora: ni perdidiſſet illa exitu uitæ ante xxii. annos bina cœperat ſpolia. Primus omniū eques coronā muralē accepe

rat.vi.ciuicaſ.xxxvii.dona.xxxiii.cicatrices aduerſo corpore excepat.P.Seruiliū magiſtrū equitū ſeruauerat:ipſe uulneratus humeꝝ ac femur.Super oīa capitoliū ſūmāq; rē ī eo ſolus a galliſ ſeruauerat:ſi nō regno ſuo ſeruaſſet. Veꝝ ſūt in his qdē uirtutis opera magna ſed maiora fortunæ.M.Sergio ut eqdē arbitror nemo queꝗ̃ hoīum iure prætulerit:licet ꝓnepos Catilina gratiā noī derogarit.Secūdo ſtipēdio dextrā manū perdidit.Stipēdiis duobus ter & uicies uulneratus ē:ob id neutra manu neutro pede ſatis utilis. Vno tantū ſeruo plurimis poſtea ſtipendiis debilis miles.Bis ab Hānibale captus.Neq; enī cū quolibet hoſte res fuit.Bis uiculoꝝ eius ꝓfugus.xx.m ēſibus nullo nō die ī cathenis aut cōpedibus cuſtoditus.Siniſtra manu ſola quater pugnauit: duobus equis inſidēte eo ſuffoſſis.Dextrā ſibi fecit ferreā:eaq; religata prœliatus. Cremonā obſidiōe exemit.Placētiā tutatus ē.Duodena caſtra hoſtiū ī gallia cœpit. Quæ oīa ex orōe eius apparēt habita cū ī prætorio ſacris arceret̄ a collegis ut debilis.Quos hic coronaꝝ aceruos cōſtructurus hoſte mutato:Eteni plurimū refert ī quæ cuiuſq; uirtus tēpora īciderit.Quas trebia ticinuſq; aut traſimenus ciuicas coronas dedere: Quæ cānis corona merita:unde fugiſſe uirtutis ſūmū opus fuit.Cæteri ꝓfecto uictorēs hoīm fuere.Sergiuſ uicit ēt fortunā. Ingenioꝝ gloriæ qs poſſit agere delectū ꝑ tot diſcipliaꝝ gn̄ra & tantā reꝝ opeꝝq; uarietatē:niſi forte Homero uate græco nullum fœliciorē extitiſſe cōuenit: ſiue operis fortuna ſiue materia æſtimetur.

## Diuerſæ laudes plurimoꝝ. Ca.xxix.

ITaq; Alexāder magnus(etenī inſignibus iudiciis optime citraq; inuidiā tā ſuperba cēſura pagetur)inter ſpolia Darii perſaꝝ regis unguētoꝝ ſcrinio capto quod erat auro gēmiſq; ac margaritis præcioſū uarios eius uſus amicis demōſtrātibus:quādo tedebat unguēti bellatorē & militia ſordidū:imo Hercule inquit libroꝝ Homeri cuſtodiæ detur:ut præcioſiſſimū humani animi opus ꝗ̃ maxime diuiti opere ſeruaret̄.Idē Pindari uatis familiæ penatibuſq; iuſſit parci:cū thebas raperet.Ariſtotelis philoſophi patriā cōdidit:tantæq; reꝝ claritati tā benignū teſtimoniū miſcuit.Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis.Sophoclē tragici cothurni pricipē defūctū ſepelire Liber pater iuſſit obſidētibus mœnia lacedemoniis:Lyſādro eoꝝ rege ī qete ſæpius admonito ut pateret̄ humari delicias ſuas.Reqſiuit rex q ſupremū diē athenis obiſſet:nec difficulter ex iis quæ deus ſignificaſſet itellexit:pacēq; funeri dedit.

## De Platone Ennio Virgilio M.Varrone & M.Cicerone. Ca.xxx.

PLatoni ſapiētiæ ātiſtiti Dionyſiuſ tyrānus alias ſæuitiæ ſupbiæq; natus uittatā nauē miſit obuiā.Ipſe quadrigis albis egrediētē ī littore excepit.Vigiti talētis unā orōe; Iſocrates uēdidit.Aeſchines atheniēſis ſūmus orator cū accuſationē qua fuerat uſus rhodi legiſſet:legit & defēſionē Demoſthenis:ob quā ī illud depulſus fuerat exiliū.Mirātibuſq; tū magis fuiſſe miraturos dixit:ſi ipſū orātē audiuiſſēt:calamitati teſtis ingēs factus inimici. Tucydidē īperatorē atheniēſes ī exiliū egere:reꝝ cōditorē reuocauere:eloquētiā mirati cuius uirtutē dānauerāt Magnū & Menādro ī comico ſocco teſtimoniū regū ægypti & macedoniæ cōtigit claſſe & ꝑ legatos petito.Maius ex ipſo regiæ fortunæ prælata litteraꝝ cōſciētia.Perhibuere & romani ꝓceres ēt exteris teſtimonia.Cn.Pōpeius cōfecto mithridatico bello intraturus Poſidonii ſapiētiæ ꝓfeſſione claræ domū fores percuti de more a lictore uetuit:& faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is:cui ſe oriēs occidēſq; ſubmiſerat.Cato cēſorius ī illa nobili triū ſapiētiæ ꝓceꝝ ab athenis legatione audito Carneade:ꝗ̃ primū legatos eos cēſuit dimittēdos:quoniā illo uiro argumētāte qd ueri eſſet haud facile diſcerni poſſet.Quāta moꝝ cōmutatio: Ille ſēper alioquin exitiali appellās noīe uniuerſos ex italia pellendos cenſuit græcos: At ꝓnepos eius uticēſiſ cato unū ex tribunatu militū philoſophū.alteꝝ ex cypria legatione deportauit.Eādēq; līguā ex duobuſ Catonibus ī illo abieciſſe.ī hoc īportaſſe memorabile ē.Sed & nr̄oꝝ gloriā ꝑcēſeamuſ.Prior Africanus Q.Ennii ſtatuā ſepulchro ſuo īponi iuſſit:claꝝq; illud nomē īmo uero ſpoliū ex tertia orbis pte raptū in cinere ſupmo cū poetæ titulo legi.Diuus Auguſtuſ carmina Virgilii cremari cōtra teſtamēti eiuſ uerecūdiā uetuit.Maiuſq; ita uati teſtimoniū contigit:ꝗ̃ ſi ipſe ſua carmina ꝓbauiſſet.M.Varronis in bibliotheca quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione de manubiis publicata romæ:& unius uiuētis poſita imago ē:haud minore(ut equidē reor)gloria principe oratorū & ciue ex illa ingenioꝝ quæ tūc fuit multitudine uni hāc coronā dāte:ꝗ̃ cū eidē magnus Pōpeius pyratico ex bello naualē dedit.Innumerabilia deinde ſūt exēpla romana ſi ꝓſequi libeat:cū plures una gens in quocūq; gn̄re eximios tulerit:ꝗ̃ cæteræ terræ.Sed quo & te M.Tulli piaculo taceā:quo ue maxime excellentē inſigni prædicē:quo potiuſ ꝗ̃ uniuerſi populi & illius gētis āpliſſimo teſtimonio:& tota uita tua ad cōſulatū tātū operibus electus: Te dicēte legē agrariā hoc eſt alimēta ſua abdicauerūt tribus.Te ſuadente Roſcio theatralis ſeditiōis auctori leges ignouerūt:notataſq; ſe ſedes ignomiæ diſcrimine æquo aīo tulerūt.Te orāte ꝓſcriptoꝝ liberos honores petere puduit.Tuū Catilina fuit ingeniū.Tu M.Antoniū proſcripſiſti.Salue primus oīum parēs patriæ appellate.Primus in toga triūphū:līguæq; laureā merite:& facundiæ litteraꝝ latinaꝝ parēs æque ut dictator Cæſar hoſtis quōdā tuuſ de te ſcripſit:omniū triūphoꝝ

laureā adepte maiorē. Quāto pluſ eſt ingenii romani terminoſ in tātum ꝓmouiſſe q̄ꝫ imperii.

¶ De moꝝ maieſtate. Ca. xxxi.

Reliquis animi bonis præſtitere & apud cæteros mortales ſapiā: ob id Cati Corculi apud
romanos cognoīati. Apud græcos Socrates oraculo Apollinis Phytii prælatus cunctis.

¶ De auctoritate. Ca. xxxii.

Rurſus mortales oraculoꝝ ſocietatē dedere Chiloni lacedæmonio tria præcepta eius del-
phiſ cōſecrādo aureis litteriſ quæ ſūt hæc. Noſſe ſe quēqꜫ: & nihil nimiū cupe. Comitēqꜫ
æris alieni atqꜫ litis eſſe miſeriā. Quin & funus eius cū uictore filio olympiæ expiraſſet gaudio
tota græcia ꝓſecuta eſt:

De diuinitate. Ca. xxxiii.

Diuinitas & quædā cælitū ſocietas nobiliſſima ex fœminis ī ſybilla fuit. Ex uiris ī Melāpo
de apud græcos apud romanos ī Martio.

De Naſica. Ca. xxxiiii.

Vir optimus ſemel a cōdito æuo iudicatus ē Scipio Naſica a iurato ſenatu. Idē ī toga cādi-
da bis r̄pulſa notatus a populo. In ſūma ei ī pr̄ia mori n̄ licuit. Nō hercule magiſ q̄ꝫ extra
uicula illi ſapiētiſſimo ab Apolline iudicato Socrati.

De pudicitia. Ca. xxxv.

Pudiciſſima fœmia ſemel matronaꝝ ſn̄ia iudicata ē Sulpitia Paterculi filia: uxor Fuluii Flac-
ci electa ē cētū præcipuis: quæ ſimulacrū Veneris ex ſybillinis libris dedicaret. Iteꝝ re-
ligiōis expim̄to Claudia īducta romā deoꝝ matre.

De pietate. Ca. xxxvi.

Pietatis exēpla infinita qdē toto orbe extitere: ſed romæ unū: cui cōpari cūcta nō poſſint
Humilis ī plebe & iō ignobiliſ puerpa ſupplicii cā carcere īcluſā matrē cū īpetraſſet aditū
a ianitore ſēp excuſſa ne qd inferret cibi: deprehēſa ē uberibuſ ſuis alēs eā. Quo miraclo
matri ſalus donata filiæ pietate eſt. Ambæqꜫ perpetuis alimētis. Et locus ille eidē conſecratus
eſt deæ. C. Quintio M. Attilio conſ. tēplo pietatiſ extructo in illiuſ carceris ſede: ubi nūc Mar-
celli theatrū eſt. Gracchoꝝ pater āguibus apprehēſis in domo cū reſpōderet̄ ipſū uictuꝝ alteri
us ſexu īterempto: imo uero inqt meū necate: Cornelia. n. iuuenis eſt: & parere adhuc pōt: hoc
erat uxori parcer̄: & reipublicæ cōſulere: idqꜫ mox cōſecutum eſt. M. Lepiduſ Apuleiæ uxoriſ
caritate pꝰ repudiū obit. P. Rutilius morbo leui impeditus nūtiata fratris repulſa ī conſulatus
petitiōe ilico expirauit. Publius Catienus Philotimus patronū adeo dilexit ut hæres oībus bo-
nis inſtitutus in rogum eius ſe iaceret.

De artiū plurimaꝝ excellētia: aſtrologia: grāmatica: geometria. Ca. xxxvii

Variaꝝ artiū ſcia innumerabiles enituere: quos tñ attingi par ſit florem hoīum libātibus.
Aſtrologia Beroſuſ cui ob diuinas prædictiōes athenienſes publico in gymnaſio ſtatuā in
aurata lingua ſtatuere. Grāmatica Apollodorus: cui āphyctiōes græciæ honorē habuere. Hip
pocrates medicina pollens: q uenientem ab illyriis peſtilentiā prædixit: & diſcipulos ad auxiliā
dū circa urbes dimiſit. Cui ob meritū honor̄s illos quos Herculi decreuit græcia. Eādem ſciam
in Teōbroto Ptolemæus rex megalenſibus ſacris donauit centū talentis ſeruato Antiocho re-
ge. Magna & Critobulo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta: & citra deformitate oris
curata orbitate luminis. Sūma āt Aſclepiades pruſienſis cōdita noua ſecta ſpretis legatis & pol
licitatiōibus Mithridatis regis: repta rōe qua uinū ægris medet̄: relato e funere hoīe & cōſerua
to: ſed maxime ſpōſione facta cū fortuna ne medicus crederet̄: ſi unq̄ꝫ inualidus ullo mō fuiſſet
ipſe: & uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalaꝝ exanimatus eſt. Grāde & Archimedi geometricæ
ac machinalis ſcientiæ teſtimonium. M. Marcelli cōtingit interdicto cū ſyracuſæ capent̄. ne uio
laret̄ unus: niſi feſelliſſet īperiū militaris imprudentia. Laudatus Cteſiphō Gnoſius æde ephe-
ſiæ Dianæ admirabiliter fabricata: Philō athenis armamentario mille nauiū. Chtheſibius pneu-
matica rōne & hydraulicis organis reptis. Dinocrates metatus Alexandro cōdente in ægypto
alexādriam. Idem hic imperator edixit ne quis ipſum alius q̄ꝫ Apelles pingeret: q̄ꝫ Pyrgote-
les ſculperet: q̄ꝫ Liſippus ex ære duceret. . Quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

¶ Item mira opera artificis. Ca. xxxviii.

ARiſtidis thebani pictoris unā tabulā centū talentis rex Attalus licitatus eſt. Octingenta
emit duas Cæſar dictator. Mediā & Aiace꜖ Timomachi in templo Veneris genitricis di-
caturus. Cādaules rex Bularchi picturā magnetū exitii haud mediocris pari r̄pendit auro. Rho
dū nō incendit rex Demetrius expugnator cognoīatus ne tabulā Protogenis cremaret a pte ca
muri locatā. Praxiteles marmore nobilitatus eſt: gnidiaqꜫ Venere præcipue: ueſano amore cu-
iuſdā iuuenis īſigni: & Nicomediſ æſtimatōe r̄giſ grādi gnidioꝝ ære alieno pmutare eā conati.
Phidiæ Iupiter olympius quotidie teſtimoniū phibet. Mentori Capitolinus & Diana epheſia:
qbus fuere cōſecreta artis eius uaſa.

¶ De ſeruitiis. Ca. xxxix.

PReciū hoīs in ſeruitio geniti maximū ad hāc diē quod eqdē cōperierī fuit grāmaticæ ar-
tis Daphnidis Cn. Piſaurenſe uendente: & . M. Scauro principe ciuitatis. iii. mil. d. cc. ſe-
ſtertiiſ licente. Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriōes. ſed libertatē ſuā mer-
cati. Quippe cū iā apud maiores Roſcius hiſtrio. iii. mil. d. anniā mercaſſe ꝓdat̄: niſi ſi quis in
hoc loco deſiderat armeniaci belli paulo ante ꝓpter Tyridatē geſti diſpenſatorē quē Nero iii.

cxxx. manumiſit. Sed hoc preciũ belli nõ hoĩs fuit. Tã hercule q̃ libidinis nõ formæ Paronete mi ſpadonis Seiano .iii. mil. d. mercãte a Sutorio Priſco. Quam q̃dẽ iuriã lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis quoniam arguere nulli uacabat.

¶ De præſtantia gentium. Ca. xl.

GEntiũ in toto orbe præſtãtiſſima una oĩ uirtute haud dubie romana extitit. Fœlicitas cui præcipua fuerit hoĩ nõ eſt humani iudicii: cũ proſperitatẽ ipſã alius alio mõ & ſuopte ingenio quiſq; terminet. Si uerũ facere iudiciũ uolumus: ac repudiata omni fortunæ ãbitione decernere: mortaliũ nemo eſt fœlix. Abunde igit̃ atq; indulgenter fortuna deciditur cũ eo q iure dici nõ infœlix põt. Quippe ut alia nõ ſit: certe ne laceſcat fortuna metus ẽ. Quo ſemel recepto ſolida fœlicitas nõ eſt. Quid q̃ nemo mortaliũ omnibus horis ſapit: utinãq; falſũ hoc & non a uate dictũ q̃ plurimi iudicẽt. Vana mortalitas: & ad circũſcribẽda ſeipſã ingenioſa: cõputat more thraciæ gentis: quæ calculos colore diſtinctos pro experimẽto cuiuſq; diei in urnã condit: ac ſupremo die ſepatos dinumerat: atq; ita de unoquoq; pronũtiat. Quid q̃ iſte calculi cãdore illo laudatus dies originẽ mali habuit? Quãmultos accepta afflixere imperia? Quãmultos bona perdidere: & ultimis merſere ſuppliciis? Iſta nimirũ bona: ſi cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita eſt profecto alius de alio iudicat dies: & tamẽ ſupremus de omnibus. Ideoq; nullis credendũ ẽ. Quid q̃ bona malis paria nõ ſũt etiã pari numero? Nec lætitia ullo minimo mœrore penſãda. Heu uana & imprudens diligentia. Numerus dierũ cõputatur ubi quæritur põdus.

¶ De fœlicitate fœminæ. Ca. xli.

VNa fœminarũ in omni æuo Lampido lacedæmonia refertur: quæ regis filia: regis uxor: regis mater fuit. Vna Berenice: quæ filia, ſoror, mater Olympionicarũ. Vna familia Curionum: in qua tres cõtinua ſerie oratores extiterũt. Vna Fabiorũ: in qua tres cõtinui principes ſenatus. M. Fabius Ambuſtus: Fabius Rutilanus filius: Q. Fabius Gurges nepos.

Varia exempla fortunæ. Ca. xlii.

CAetera exẽpla fortunæ uariantis innumera ſunt. Etenim quæ facit magna gaudia niſi ex malis? aut quæ mala immenſa niſi ex ingentibus gaudiis.

¶ De bis proſcriptis. L. Sylla. Q. Metello. Ca. xliii.

SEruauit p̃ſcriptũ a Sylla M. Fiduſtiũ ſenatorẽ ãnis xxxvi. Sed iterũ p̃ſcriptus ſupſtes Syllæ uixit uſq; ad Antoniũ. Cõſtat nulla alia de cã ab eo p̃ſcriptum q̃ q̃a p̃ſcriptus fuiſſet. Triũphare P. Vẽtidiũ de pthis uoluit q̃dẽ ſolũ: ſed eũdẽ in triũpho aſculano. Cn. Põpeii Strabonis duxit puerũ. Quãq; Maſſurius auctor ẽ bis in triũpho ductũ. Cicero mulionẽ caſtrẽſẽ ſuffaraneũ fuiſſe. Plurimi iuuẽtã inopẽ in caliga militari toleraſſe. Fuit & Balbus Cornelius maior cõſul: ſed accuſat⁹ atq; de iure uirgarũ in eũ iudicẽ in exiliũ miſſus. Primus externorũ atq; etiã in oceano genitorũ uſus illo honore quẽ maiores latio quoq; negauerũt. Eſt & L. Fuluius inter inſignia exẽpla tuſculanorũ rebellãtiũ cõſul: eodẽ quoq; honore cũ trãſiſſet exornatus cõfeſti a populo ro. qui ſolus eodẽ ãno quo fuerat hoſtis romæ triũphauit ex iis: quorũ cõſul fuerat. Vnus hoĩm ad hoc æui fœlicis ſibi cognomẽ aſſeruauit L. Sylla ciuili nẽpe ſãguine ac patriæ oppugnatiõe adoptatus: & q̃buſdã fœlicitatis inductus argumẽtis: q̃ p̃ſcribere tot milia ciuiũ ac trucidar̃ potuiſſet. O praua interp̃tatõ & futuro tp̃e infœlix. Nõ melioris ſortis tũc fuere perẽpti: quorũ miſeremur hodie: cũ Syllã nemo ñ oderit? Age ñ exitus uitæ eius oĩm p̃ſcriptorũ ab illo calamitate crudelior fuit. erodẽte ſe ip̃o corpor̃ & ſupplicia ſibi gignẽte: qđ ut diſſimulauerit & ſup̃mo ſõno eius cui ĩmortuus quodãmõ ẽ: credamus ab uno illo ĩuidiã gloria uictã. Hoc tñ nẽpe fœlicitati ſuæ defuiſſe cõfeſſus ẽ q̃ capitoliũ nõ dedicauiſſet. Q. Metellus ĩ ea orõe quã hũit ĩ ſup̃mis laudib⁹ p̃ris ſui L. Metelli põt. bis cõſulis: dictatoris magiſtri eq̃tũ. Quĩdeciuiri agris dãdis. q primus elephãtos primo punico bello duxit in triũpho ſcriptũ reliquit. Decẽ maximas res optimaſq; in q̃buſq; quærẽdis ſapiẽtes ætatẽ exigerẽt: cõſumaſſe eũ. Voluiſſe. n. primariũ bellatorẽ eſſe. Optimũ oratorẽ. Fortiſſimũ ĩpatorẽ. Auſpicio ſuo maximas res geri. Maximo honor̃ uti: ſũma ſapiã eſſe. ſũmũ ſenatorẽ hẽri. Pecuniã magnã bono mõ inuenire. Multos liberos relinq̃re: & clariſſimũ in ciuitate eſſe. Hæc cõtigiſſe ei: nec ulli alii p⁹ romã cõditã. Lõgũ ẽ refeller̃ & ſupuacuũ: abunde uno cãu refutãte. Siq̃dẽ is Metellus orbã luminib⁹ exegit ſenectã amiſſis incendio cũ palladiũ rapet ex æde ueſtæ memorabili cã: ſed euentu miſo. Quo fit ut infœlix q̃dẽ dici ñ dẽat: fœlix tñ eſſe ñ poſſit. Tribuit ei po. ro. quod nũq; ulli alii ab cõdito æuo ut quotiens in ſenatum iret: curru ueheret̃ ad curiã. magnum & ſublime ſed p̃ oculis datum.

¶ De altero Metello. Ca. xliiii.

HVius quoq; Q. Metelli qui illa de patre dixerat filius inter rara fœlicitatis humanæ exẽpla numeratur. Nã præter honores ãpliſſimos cognomenq; macedoniæ a quattuor filiis illatus eſt rogo: uno prætore: tribus conſularibus: duobus triũphalibus: uno cenſorio. quæ ſingula quoque paucis contigere. In ipſo tamen flore dignitatis ſuæ ab Catinio Labeone cui cognomen fuit Macerioni: tribuno plebis: quem e ſenatu cenſor eiecerat reuertens e campo meridiano tempore uacuo foro & capitolio ad tarpeium raptus ut præcipitaretur conuolãte quidã

tam numeroſa illa cohorte quæ patrē eū appellabat. Sed ut neceſſe erat in ſubito tarde & tanq;
in exequias cū reſiſtēdi ſacroꝝ factū repellendi ius nō eſſet: uirtutiſ ſuæ opera & cenſura peritu
rus: ægre tribuno qui intercederet repto a limine ipſo mortis reuocatuſ alieno beneficio poſtea
uixit. Bonis inde etiā cōſecratis a dānatu ſuo tanq; paꝝ eſſet fauciū certe intortaꝝ: expreſſiq; p
aures ſāguinis pœnā exactā eſſe. Equidē & Africani Aemiliani inimicū fuiſſe inter calamitates
duxerim ipſo teſte Macedonico. Si quidē liberis dixit. Ite filii celebrate exequias: nūq; ciuis ma
ioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iā balearicis & creticis diadematis iā Macedonicuſ ipſe. Ve
rū ut illa ſola iniuria æſtimet: quis hunc iure fœlicem dixerit periclitatū ad libidinē inimici: nec
Africano ſaltem perire: quos hoſtes uiciſſe tanti fuit: aut quos non honores curruſq; illa ſua uio
lentia fortuna retroegit per mediā urbē cenſore tracto. Eteni ſola hæc moriendi rō fuerat trac
to in capitoliū illo in quod triūphās ipſe deoꝝ exuuiis ne captiuos quidē ſic traxerat. Maiuſ hoc
ſcelus fœlicitate cōſecuta factū eſt periclitato macedonico uel funus tātū ac tale perdere: ī quo
a triūphalibus liberis portaretur in rogū uelut exequiis quoq; triūphanſ. Nulla eſt profecto ſo
lida fœlicitas: quā cōtumelia ulla uitæ rūpit: nedum tanta. Quod ſupereſt neſcio maior gloriæ
an indignationi dolor accedat: inter tot Metellos tā ſcelerata Catinii audaciā ſēper fuiſſe iultā.

De Diuo Auguſto. Ca. xlv.

i IN Diuo quoq; Auguſto quē uniuerſa mortalitas in hac cēſura nuncupat: ſi diligēter æſti
mentur cuncta: magna ſortis humanæ reperientur uolumina. Repulſa in magiſterio equi
tum apud auunculum: & cōtra uoluntatem eius prælatus Lepidus. Proſcriptionis inuidia in col
legā. Collegium in triumuiratu peſſimoꝝ ciuium: nec æqua ſaltē portione: ſed prægraui Anto
nio. Philippenſi prœlio morbo: fuga: & triduo in palude latebræ ægroti. Et ut fatentur Agrip
pa & Mœcenas aqua ſubter cutē fuſa. Turgida larera. Naufragia ſicula: Et alia ibi quoq; in ſpe
lunca occultatio. Iā ī nauali fuga urgēte hoſtiū manu preces Proculeio mortis admotæ. Cura
peruſinæ cōtentionis. Sollicitudo martis actiaci: pānoniciq; belli. Ruinæ pōtis. Tot ſeditiōes
militū. Tot ācipites morbi corporis. Suſpecta Marcelli uota. Pudēda Agrippæ ablegatio. To
tiēs petita īſidiis uita. Incuſatæ liberoꝝ morteſ: luctuſq; nō tantū orbitate triſtes. Adulteriū fi
liæ. Et cōſilia patricidæ palā facta. Cōtumelioſus priuigni Neronis ſeceſſus. Aliud neptis adul
teriū. Iūcta deīde tot mala. Inopia ſtipēdii. Rebellio illyrici. Seruitioꝝ delectus. Iuuētutis pe
nuria. Peſtilētia urbis. Fames ſitiſq; italiæ. Deſtinatio expirādi. Et quatridui inedia maior parſ
mortis ī corpus recepta. Iuxta hæc uariana clades: & maieſtatis eiuſ fœda ſugillatio. Abdicatio
poſtumi Agrippæ poſt adoptionē. Deſideriū poſt relegationē. Inde ſuſpitio in Fabiū: archano
rūq; proditionem. Hinc uxoris & Tyberii cogitationes ſuprema eius cura. In ſūma deus ille cæ
lumq; neſcio adeptus magis an meritus hærede hoſtis ſuæ filio exceſſit.

Quos beatiſſimos dii iudicauerunt. Ca. xlvi.

SVbeunt in hac reputatione delphica oracula uelut ad caſtigādam hoīum uanitatem a deo
emiſſa. Duo ſunt hæc. Phedium fœliciſſimum qui pro patria proximo occubuiſſet. Iteꝝ a
Gige rege tunc ampliſſimo terraꝝ cōſultum Aglaum Prophodium eſſe fœliciorē. Senior hic in
āguſtiſſimo archadiæ paruū ſed ānuis uictibus large ſufficiēs prædiū colebat: nūq; ex eo egreſ
ſus. Atq; ut e uitæ genere manifeſtum eſt: minima cupidine minimum ī uita mali expertus.

Quem uiuentem ut deum coli iuſſerunt. Ca. xlvii.

COnſecratus eſt uiuus ſētienſq; oraculi eiuſdē iuſſu & Iouis deoꝝ ſūmi aſtipulatu Eutimus
poeta ſēper olympiæ auctor & ſemel uictus. Patria ei locri ī italia. Ibi imaginē eiuſ eſſe:
& olympiæ alterā eadē die tactā fulmīe. Callimachū ut nihil aliud miratū uideo: ad eū q; iuſſiſſe
ſacrificari: quod & uiuo factitatū & mortuo: nihil q; adeo miꝝ aliud q; hoc placuiſſe diis.

De ſpatiis uitæ longiſſimis. Ca. xlviii.

DE ſpatio atq; lōgiqtate uitæ hoīum nō locoꝝ mō ſitus: ueꝝ exēpla ac ſua cuiq; ſors naſcē
di īcertū fecere: Heſiodus q primus de hoc aliqua ꝓdidit fabuloſe (ut reor) mlta de hoīꝫ
æuo referēs cornici nouē noſtras attribuit ætates. Quadruplū eiuſ ceruiſ. Id triplicatū coruiſ.
Et reliqua fabuloſius ī phœnice ac nymphis. Anacreō poeta Argātonio tarteſioꝝ regi. cl. tri
buit ānos. Cyniræ cyprioꝝ. x. ānos āplius. Aegimio ducētos. Theopōpuſ Epimenidi Gnoſio
clvii. Hellanicus quoſdā ī ætolia epioꝝ gētis ducētos explere. Cui aſtipulat Damiates memo
rās Pictoreū ex iis præcipuū corpoꝝ uiribuſq; ēt trecētiſ uixiſſe. Ephodorus arcadū regeſ trecē
tis ānis. Alexāder & Cornelius Dādonē quedā ī illyrico qngētiſ uixiſſe. Xenophō Impetrī pu
lutinioꝝ īſulæ regē octigētis: atq; ut parce mētitus ē filiū eius ſexcētis. Quæ oīa īſcitia tēpoꝝ
acciderūt. Annū. n. alii æſtate unū determiabāt: & alteꝝ hyeme. Alii quadripartitiſ tēporibus
ſicut arcades: quoꝝ āni trimeſtres fuere. Quidā lunæ ſenio ut ægyptii. Itaq; apud eos aliq &
ſingla milia ānoꝝ uixiſſe ꝓdūt. Sed ut ad cōfeſſa trāſeamus: Argātoniū gaditanū octogīta an
nis regnaſſe ꝓpe certū eſt. Putāt quadrageſimo cœpiſſe. Maſſiniſſā. xl. āniſ regnaſſe īdubitatū
eſt. Gorgiam ſiculum centū octo uixiſſe. Q. Fabius Maximus ſexagitatribus ānis augur fuit.

M.Perpenna & nuper.L.Voluſius Saturninus omnium quos in cõſulatu ſententiã rogauerãt
ſuperſtites fuere.Perpenna ſeptẽ reliquit ex iis quos cenſor legerat.Vixit ãnos nonagitaocto.
Qua in re & illud adnotare ſuccurrit:unum oino qnquẽniũ fuiſſe quo ſenator nullus morireẽ.
Cũ Flaccus & Albinus cenſores luſtrum condidere uſq; ad proximos cenſores ab ãno urbis qn
genteſimo ſeptuageſimonono.M.Valerius Coruinus centũ annos impleuit.Cuiuſ inter primũ
& ſextũ cõſulatũ.xlvi:anni fuere.Idem ſella curuli ſemel ac uicies ſedit:quotiens nemo alius.
Aequauit eius uitæ ſpatium Metellus Pontifex.Et ex fœminis Liuia Rutilii nonagita ſeptem
annoſ exceſſit.Statilia Claudio pricipe ex nobili domo nonagitanouẽ.Terentia Ciceronis cvii.
Clodia Ofeli cxv.Hæc quidem etiã enixa quindecies.Luceia mima cẽtũ annis in ſcæna pronũ/
tiauit.Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcænã Cn.Pompeio Q.Sulpitio conſ.ludis
pro ſalute Diui Auguſti uotiuis annum centeſimũquartum agens.Quæ ꝑducta fuerat tyroci/
nio a M.Pompeio ædili plebis.C.Mario.Cn.Carbone conſ.ante annos nonagitaunum.Et a
magno Pompeio magni theatri dedicatione anus ꝓ miraculo reducta.Sãmullã quoq; centum
decem annis uixiſſe auctor eſt Aſconius Pedianus.Minus miror Stephanionẽ qui primus toga
tus ſaltare inſtituit utriſq; ſecularibus ludis ſaltaſſe:& Diui Auguſti & quos Claudius Cæſar cõ
ſulatu ſuo quarto fecit:quãdo ſexagintatres nõ amplius anni interfuere:q̃q; & poſtea diu uixe
rit.In tmoli mõtis cacumine quod uocant tempſin.cl.annis uiuere Mutianus auctor eſt.Toti/
dem annos itẽ cenſum Claudii Cæſaris cenſura.T.Fullonium bononiẽſem:idq; collatis cenſi/
bus quos ante detulerat:uitæq; argumentis(etenim id curæ principi erat)ueꝝ apparuit.

## De uarietate naſcendi. Ca.xlix.

POſcere uidetur locus ipſe ſyderalis ſcientiæ ſentẽtiam.Epigenes.cxxii.annos impleri ne
gauit poſſe.Beroſus excedi cẽtum ſeptẽdecim.Durat & ea rõ quã Petoſyris ac Necep/
ſos tradiderunt:& trimorion appellãt a trium ſignoꝝ portione:qua poſſe ĩ italiæ tractu cxxvi.
annos uitæ contingere apparet.Negauere illi quẽq; nonaginta partium exortiuam menſuram
quod anaphoraſ uocant tranſgredi:& has ipſas incidi occurſu maleficoꝝ ſyderꝫ:aut etiam radiis
eoꝝ ſoliſq;.Rurſus Aeſculapii ſententiã ſecuti:qui ſtatuta uitæ ſpatia a ſtellis accipi dicit.Sed
q̃tum primum tribuat incertum eſt.Rara autem eſſe dicunt lõgiora tempora:qñoquidem mo
mentis horaꝝ inſignibus lunæ dieꝝ ue ſeptem atq; xxiiii.quæ nocte ac die obſeruantur ingens
turba naſcatur:ſcanſili annoꝝ lege occidua:quam climactaras appellant:nõ fere ita genitis qn/
quageſimumquartum annum excedentibus.Primum ergo artis ipſius incõſtãtia declarat q̃ in/
certa res ſit.Accedunt experimẽta & exẽpla recẽtiſſimi cẽſus:quẽ intra quadriẽniũ impatores
Cæſares Veſpaſiani pater filiuſq; cenſores egerunt.Nec ſunt omnia uaſaria excutiẽda.Mediæ
tãtũ partis inter apẽninũ montẽ padũ q; ponemus exẽpla.Cẽtũ uigiti natos ãnoſ parmæ tres
eſſdere.Brixelli unũ.cxxv.Parmæ duos cxxx.Placẽtiæ unũ.cxxxi.Fauẽtiæ unam mulierem
cxxxii.Bononiæ.L.Terẽtiũ Marci filiũ.Arimini uero M.Apomũ.C.& L.Tertulã.cxxxvii.
Citra placẽtiã in collibus oppidũ eſt uelleiacium:in quo.cx.natos ãnos ſex detulere.Quattu/
or centenos uicenos.Vnũ.cl.M.Mutius M.filius Galerius fœlix ac ne pluribus moremur in
re confeſſa in regione italiæ octaua cẽtenum annoꝝ cẽſi ſunt hoies liiii.Cẽtenũ denũ homines
lvii.Centenũ uicenum quinũ homines duo.Centenum tricenum homines quattuor.Cẽtenum
tricenum quinum aut ſeptenum totidẽ.Cẽtenum quadragenum homines tres.Alia mortalita
tis conſtãtia.Homerus eadẽ nocte natos Hectorẽ & Polydamãta tradit tam diuerſæ ſortis ui
ros.C.Mario C.Carbone.iii.conſ.ad.v.Kaleñ.iunias M.Celius Ruffus & Cornelius Luci/
nius Caluus eadẽ die geniti ſũt:oratores quidẽ ãbo:ſed tamẽ diſpari euẽtu.Hoc etiã iiſdẽ ho/
ris naſcẽtibus ĩ toto mũdo quotidie euenit:pariterq; domini ac ſerui gignũẽ:regeſ & inopes.

## In morbis uaria exempla. Ca.l.

PVblius Cornelius Ruffus qui cõſul cũ Manio Curio fuit dormiẽs oculoꝝ uiſũ amiſit:cũ
id ſibi accidere ſõniaret.E diuerſo Phalereus iã tũ deploratus a medicis uomicæ morbo:
cũ mortẽ ĩ acie quæreret uulnerato pectore medicinã inuenit ex hoſte.Q.Fabius Maximus
conſ.apud flumẽ iſarã prœlio cõmiſſo aduerſus allobrogũ regẽ aruernoꝝq; gẽtes ad.vi.idus
auguſtas.cxxx.ꝑduelliũ cæſis febri quartana liberatus eſt ĩ acie.Incertũ ac fragile nimiꝝ ẽ hoc
munus naturæ quicquid datur nobis.Malignũ uero & breue ĩ iis etiã quibus largiſſime contin
git:uniuerſũ utiq; æui tẽpus intuẽtibus.Quid ꝙ æſtimatione nocturnæ quietis dimidio qſq;
ſpatio uitæ ſuæ uiuit:Pars æqua morti ſimilis exigiẽ:aut pœnæ niſi contĩgit quies.Nec repu/
tãtur infãtiæ ãni qui ſenſu carent:nec ſenectæ ĩ pœnã uiuacis.Tot piculoꝝ genera:tot morbi
tot metus:tot curæ:totiẽs ĩuocata morte ut nullũ frequentius ſit uotũ.Natura uero nihil hoĩ
bus breuitate uitæ præſtitit melius.Hebeſcũt ſenſus.Mẽbra torquẽẽ.Præmoriẽ uiſus:audi/
tus:ĩceſſus:dentes etiã ac ciboꝝ inſtrumẽta:& tñ uitæ hoc tempus ãnumeraẽ.Ergo ꝓ miracu/
lo & id ſolitariũ reperitur exemplũ.Xenophilũ muſicũ centum & quinq; annis uixiſſe ſine ullo
corporis incommodo.At hercule reliquis omnibus per ſingulas membroꝝ ptes qualiter nullis

©BIUM

aliis animalibus: certis peſtifer calor remeat horis: aut rigor: neqꝫ horis mō: ſed & diebus noctibuſqꝫ trinis quadrinis ue etiā toto āno: Atqꝫ etiā morbus eſt aliquis per ſapiētiā mori. Morbis enī quoqꝫ quaſdā leges natura impoſuit. Quadrini circuitus febrē nūqꝫ bruma nūqꝫ hybernis mēſibus icipe: Quoſdā poſt ſexageſimū uitæ ſpatiū nō accedere. Alios pubertate deponi: a fœminis præcipue. Senes minime ſētire peſtilētiā. Nāqꝫ uniuerſis gentibus ingruūt morbi: & generatim mō ſeruitiis: mō ꝓcerū ordini alioſqꝫ ꝑ gradus. Qua ī re obſuatū ī meridianis ꝑtibus ad occaſū ſolis peſtilētiā ſēp ire. Nec ūqꝫ fere aliter fieri niſi hyeme: nec ut ternos excedat mēſes.

¶ De ſignis mortis. Ca. li.

i IAm ſigna lœtalia in furoris morbo riſū. Sapientiæ uero ægritudine fimbriaꝝ curā & ſtragulæ ueſtis plicaturas. A ſōno morientiū neglectū prægrādis humoris e corpore effluuium: in oculoꝝ quidem & nariū aſpectu indubitata maxime: etiā ſupino aſſiduo cubitu. Venaꝝ inæquali aut formicāte percuſſu. Et alia quoqꝫ Hippocrati principi medicinæ obſeruata ſunt. Et cū innumerabilia ſint mortis ſigna: ſalutis ſecuritatiſqꝫ nulla ſūt. Quippe cū cēſorius Cato ad filiū de ualitudinis quoqꝫ obſeruatōe ut ex oraculo aliquo ꝓdiderit ſenilē iuuentā præmaturæ mortiſ eſſe ſignum. Morboꝝ uero tā infinita eſt multitudo ut Pherecides Syrius copia ſerpentiū ex corpore eius erūpente expirauerit. Quibuſdā perpetua febris eſt ut C. Mœcenati. Eidē triennio ſupremo nullo horæ momēto cōtigit ſōnus. Antipater ſydonius poeta omībus annis uno die natali tantum corripiebatur febre. & eo comſumptus eſt ſatis longa ſenecta.

¶ De his qui elati reuixerunt. Ca. lii.

AViola cōſularis in rogo reuixit. Et quoniā ſubueniri nō potuerat præualēte flāma uiuus crematus eſt. Similis cā in L. Lamia prætorio uiro traditur. Nā Celiū Tuberonē prætura functū a rogo relatum Meſſala Ruffus & pleriqꝫ tradūt. Hæc eſt cōditio mortaliu;. Ad has & eiuſmodi occaſiones fortunæ gignimur: uti de hoīe ne forte morti quidē debeat credi. Reperimus inter exempla Hermotinii Clazomenii aīam relicto corpore errare ſolitā: uagāqꝫ e lōginquo multa annuntiare.: quæ niſi a præſenti noſci nō poſſent: corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici qui Cātaridæ uocabātur remeāti animæ uelut uaginā ademerint. Ariſtei ēt uiſam euolantē ex ore in ꝓcōneſo corui effigie. Quæ magna queriſ fabuloſitate: quā equidem & in gnoſio Epimenide ſimili mō accipio. Pueꝝ æſtu & itinere feſſū in ſpecu ſeptē & quinquaginta dormiſſe annis: reꝝ faciem mutationēqꝫ mirantem uelut poſtero experrectū die. Hinc pari numero dieꝝ ſenio ingruente: ut tamē in ſeptimū & quinquageſimū atqꝫ cēteſimū uitæ duraret annum. Fœminaꝝ ſexus huic malo uidetur maxime oportunus cōuerſione uuluæ: quæ ſi corrigatur ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile illud apud græcos uolumē Heraclidis ſeptē diebus fœminæ exanimis ad uitā reuocatæ. Varro quoqꝫ auctor eſt uiginti uiris agros diuidentibus capuæ quēdam qui efferretur feretro domū remeaſſe pedibus. Hoc idem aquini accidiſſe. Romæ quoqꝫ Corfidiū materteræ ſuæ maritū funere locato reuixiſſe: & locatorē funeris ab eo elatum. Adiecit miracula quæ tota idicaſſe cōueniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe ut uideretur expiraſſe: apertoqꝫ teſtamēto recitatū hæredē minorem funeri inſtituiſſe. Interim eū qui uidebatur extinctus plaudendo cōcinuiſſe myſteria: & narraſſe a fratre ſe ueniſſe. Cōmendatā ſibi filiā ab eo. Demōſtratū præterea quo in loco defodiſſet auꝝ nullo conſcio: & rogaſſe ut iis funeribus quæ compaſſet efferretur. Hoc eo narrāte fratris domeſtici prope ānum clauere exanimatū illum: & auꝝ ubi dixerat repertū eſt. Plena præterea uita eſt his uaticiniis: ſed nō cōferenda: cum ſæpius falſa ſint. Sicut ingenti exemplo docebimus. Bello ſiculo Gabienus Cæſaris claſſium fortiſſimus captus a. Sex. Pompeio iuſſu eius inciſa ceruice & uix cohærente iacuit in littore tota die. Deinde cū aduesperauiſſet: cum gemitu precibuſqꝫ cōgregata multitudine petiit uti Pōpeius ad ſe ueniret: aut aliquē ex caris mitteret. Se aūt ab inferis remiſſum: habereqꝫ quod nūtiaret. Miſit plures Pōpeius ex amicis: quibus Gabienus dixit: Inferis diis placere Pompeii cās & partes pias. Proinde euentum futuꝝ quē optaret: hoc ſe nūtiare iuſſū. Argumētū fore ueritatis ꝙ pactis mādatis ꝓtinus expiraturus eſſet. Idqꝫ ita euenit. Poſt ſepulturā quoqꝫ uiſoꝝ exēpla ſunt: niſi ꝙ naturæ opera nō prodigioſa cōſectamur.

¶ De mortibus repentinis. Ca. liii.

i IN primis aūt uiſa miraculo ſunt atqꝫ frequentia mortes repētinæ. Hæc eſt ſūma uitæ fœlicitas: quā eſſe naturalem docebimus. Plurimas prodidit Verrius. Nos cū delectu modū ſeruabimus. Gaudio obiere præter Chilonem de quo diximus Sophocles & Dionyſius ſiciliæ tyrānus uterqꝫ accepto tragicæ uictoriæ nuntio. Mater pugna illa cannenſi filio incolumi uiſo contra falſum nuntiū. Pudore Diodorus ſapiētiæ dialecticæ profeſſor luſoria quæſtione nō protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta. Nullis euidētibus cauſis obiecere dum calciantur matutino duo Cæſares Prætor & prætura populiro. fūctus dictatori s Cæſaris pater. Hic piſis exanimatus: ille romæ. Q. Fabius maximus ī cōſulatu ſuo pridie. Kaleñ. ianua. In cuius locum M. Orellius pauciſſimaꝝ horaꝝ cōſulatū petiit. Item C. Vulcatius Gurges ſenator. Oēs adeo

ſani atqꝫ tempeſtiui ut de progrediẽdo cogitarent. Q. Aemilius Lepidus iã egrediens incuſſo pollice limini cubiculi. C. Aufidius cum egreſſus in ſenatũ iret offenſo pede in comitio. Legatus quoqꝫ q rhodioꝝ cãm in ſenatu magna cũ admiratione orauerat: in limine curiæ ꝓtinus expirauit progredi uolens. Cn. Bebius Pamphilus præfectura & ipſe fũctus cũ a puero quæſiſſet horas. A. Pompeius in capitolio cũ deos ſalutaſſet. M. Iuuẽtius Thalna conſ. cum ſacrificaret. C. Seruilius Panſa cũ ſtaret in foro ad tabernã hora diei ſecũda: in P. Panſã fratrẽ innixus. Bebius Iudex dum uadimoniũ differri iubet. M. Terẽtius Corax dũ tabellas ſcribit in foro. Necnon & ꝓximo anno dũ conſulari uiro in aurem dicit eques romanus ante Apollinẽ eboreũ qui ẽ ĩ foro Augusti. Super oẽs C. Iulius medicus dũ inungit ſpecillũ p oculũ trahẽs. A. Manlius Torquatus conſularis cũ in cœna placẽtam appeteret. L. Dutius medicus Valla dũ mulſi potionem haurit. Ap. Saufeius cũ a balneo reuerſus mulſũ bibiſſet: ouũqꝫ ſorberet. P. Quintius Scapula cum apud Aquiliũ Gallũ cœnaret. Decimus Saufeius Scriba cũ domi ſuæ prãderet. Cornelius Gallus prætorius & Q. Heterius eques ro. in Venere obiere. Et quos noſtra adnotauit ætas duo æqueſtris ordinis in ædem Pantomimo Mythico tũ forma præcellente. Operoſiſſima tñ ſecuritas mortis in M. Ofilio Hylaro ab antiquis tradiť comœdiaꝝ hiſtrionẽ: cũ populo admodum placuiſſet natali die ſuo: cõuiuiumqꝫ haberet edita cœna calidã potionem in pultario popoſcit: ſimulqꝫ perſonã eius diei acceptã intuens coronã e capite ſuo in eã tranſtulit: tali habitu rigens nullo ſentiente: donec accubãtiũ proximus tepeſcere potionem ammoneret. Hæc fœlicia exẽpla: at cõtra miſeriaꝝ innumera. L. Domitius clariſſimæ gentiſ apud maſſiliam uictus: corfini captus ab eodem Cæſare ueneno poto propter tediũ uitæ: poſtqꝫ biberat: omĩ opere ut uiueret anxius eſt. Inueniť in actis Fœlicis Ruſſei aurigæ iam igne illato in rogũ eius unũ e fauentibus iecisse ſeſe. Friuolũ dictu ne hoc gloriæ artificis daretur: aduerſis ſtudiis copia odoꝝ corruptũ criminãtibus. Cum ante nõ multo M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis quẽ euẽti ãxietate dixim⁹ mortuũ flãmæ ui e rogo eiectus recondi ꝓpter ardorẽ nẽ potuiſſet: iuxta ſarmẽtis aliis nudus crematus eſt.

De ſepultura. Ca. liiii.

IPſũ cremare apud romanos nõ fuit ueteris iſtituti. Terra cõdebãť. At poſtqꝫ lõginqſ bellis obrutos erui cognouere: tũc iſtitutũ. Et tñ multifarie priſcos ſeruauere ritus. Sicut in cornelia domo nemo añ Syllã dictatorẽ traditeſſe cremat⁹. Idqꝫ eũ uoluiſſe ueritũ talionẽ eruto C. Marii cadauere. Sepultus ĩtelligiť quoquomõ cõditus. humatus uero humo cõtectus.

De anima uel de manibus uel de reſurrectione uerba gentiliũ inania. Ca. lv.

POſt ſepulturã aliæ atqꝫ aliæ maniũ ãbages. Omibuſ a ſuprema die eadẽ quæ ãte primũ. Nec magiſ a morte ſenſus ullus aut corpori aut animæ qꝫ ante natalẽ. Eadẽ. n. uanitas in futuꝝ etiã ſe ꝓpagat: & in mortis quoqꝫ tẽpora ipſa ſibi uita mẽtiť. Alias ĩmortalitatẽ animæ: alias trãſfigurationẽ: alias ſenſum inferis dãdo: & manes colẽdo: deumqꝫ faciẽdo: qui iã etiã homo eſſe deſierit. Ceu ullo mõ ſpirãdo rõ homini a cæteris aĩalibus diſtet. Aut non diuturniora in uita multa reperiãtur: quibus nemo ſimilẽ diuinat ĩmortalitatem. Quod ãt corpus animæ ꝑ ſequitur materiam. Vbi cogitatio illi: quomõ uiſus: auditus: aut qui tangit: qui uſus eius: aut quod ſine his bonum: Quæ deide ſedes: quãta ue multitudo tot ſæculis animaꝝ uelut ũbraꝝ: Puerilium iſta delirametoꝝ. Auidæqꝫ nunqꝫ deſinere mortalitatis cõmenta ſunt. Similis & de aſſeruãdis corporibus hoĩum ac reuiuiſcendis ꝓmiſſa a Democrito uanitas: qui nõ reuixit ipſe. Maliqꝫ ipſa dementia eſt iterari uitam mortẽqꝫ. Quæ genitis quieſ unqꝫ ſi in ſublimi ſenſus animæ manet: inter inferos umbræ: Perdit profecto iſta dulcedo credulitaſqꝫ præcipuum naturæ bonum mortẽ: ac duplicat obitus: ſi dolere etiã poſt futuri æſtimationeꝫ euenit. Etenĩ ſi dulce uiuere: cui poteſt eſſe uixiſſe: At quanto facilius certiuſqꝫ ſibi quẽqꝫ credere: ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſũmere experimento.

Quæ quis inuenerit in uita. Ca. lvi.

COnſentaneum uidetur priuſqꝫ digrediamur a natura hoĩum indicare quæ cuiuſqꝫ ſcientia a quocũqꝫ inuenta ſunt. Emere ac uẽdere iſtituit Liber pater. Idẽ diadema regum inſigne & triumphum inuenit. Ceres frumenta cum antea glãde ueſcerentur. Eadẽ molere & conficere in attica italia & ſicilia: ob id dea iudicata. Eadẽ prima leges dedit. Vt alii putauere Rhadamanthus. Litteras ſemp arbitror aſſyrias fuiſſe. Sed alii apud ægyptios a Mercurio ut Gelliuſ. Alii apud ſyros repertas uolunt. Vtiqꝫ in græciam attuliſſe e phœnice Cadmum ſexdecim numero. A. B. C. D. E. G. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Quibus troiano bello Palamedem adiecisse quattuor hac figura. Totidẽ poſt eum Simonidẽ medicum. Quaꝝ oĩm uis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decẽ & octo priſcas fuiſſe. Et duas ab Epicharmo additas qꝫ a Palamede mauult. Anticlides in ægypto inueniſſe quẽdã noĩe Menona tradit quindecim ãnis ãte Phoroneum antiqſſimum græciæ regem. Id monumẽtis approbare conatur. E diuerſo Epigenes apud babylonios ſeptigẽtoꝝ uigĩti ãnoꝝ obſeruationes ſyderꝝ coctilibus laterculis ĩſcriptas docet: grauis auctor

ĩ primis. Quí minimũ Beroſus & Critodemus quadringentoꝝ octoginta annoꝝ. Ex quo appet
æternus litteraꝝ uſus. In latium eas attulerunt pelaſgi. Laterarias ac domos cõſtituerunt primi
Euryalos & Hyperbios fratres athenis: antea ſpecus erãt pro domibus. Gelio Doxius Celii fi-
lius lutei ædificii inuẽtor placet: exemplo ſũpto ab hirũdinum nidis. Oppidum Cecrops a ſe ap-
pellauit cecropiã: quæ nunc eſt arx athenis. Aliq argos a Phoroneo rege ante cõditum uolunt
Quidã & ſicyonem. Aegyptii multo ante apud ipſos dioſpolin. Tegulas inuenit Cinyra Agrio
pæ filius: & metalla æris: utrũq; in inſula cypro. Itẽ forcipẽ: marculũ: uectẽ: incudem. Puteos
Danaus ex ægypto aduectus in græciã quæ uocabatur argidipſiõ. Lapidicinas Cadmus thebis.
Archeophraſius ĩ phœnice. Traſõ muros. Turrĩs ut Ariſtoteles Cyclopes. Phœniceſ ut Theo
phraſtus. Aegyptii textilia. Infecere lanas ſordibuſ Lydi. Fuſos ĩ lanificio Cloſter filius Arach
næ. Linũ & retia arachnæ. Fulloniã artẽ Nitias megarenſis. Sutrinã Boetius. Medicinã ægyp
tii apud ipſos uolunt reptã: Alii per Arabũ Babylonis & Apollinis filium. Hærbariã & medi-
camentariã a Chirone Saturni & Phyllira filio. Aes cõflare & tẽperare Ariſtoteles Lydũ ſcy-
tẽ mõſtraſſe. Theophraſtuſ Delã Phrygẽ putat. Aerariã fabricã alii Chalybas: alii Cyclopas.
Ferrum Heſiodus in creta eos qui uocati ſũt Dactyli Idæi. Argẽtũ inuenit Ericthonius atheni-
enſis: ut alii Ceacus. Auri metalla & conflaturã Cadmus phœnix ad pangeum mõtem. Vt alii
Thoas & Eaclis in panchaia aut Sol Oceani filius: cui Gellius medicinæ quoq; inuentionem ex
melle aſſignat. Plũbum ex caſſiteride inſula primus apportauit Midacritus.. Fabricã ferreã in-
uenere Cyclopes. Figulinas Chorebus atheniẽſis. In iis orbẽ Anacharſis ſcythes: ut alii Hyp-
beos corinthius. Fabricã materiaꝝ Dedelus: & in ea ſerrã: aſciam: perpẽdiculũ: terebrã: gluti-
num: ichthyocollam: Normã: fornicem aũt & libellã & tornum & clauem Theòdorus ſamius.
Menſuras & põdera Phidon argiuus: aut Palemedes ut maluit Gellius. Ignẽ e ſilice Pyrodes.
Cilicis filius. At eũdem aſſeruare in ferula Prometheus. Vehiculũ cũ quattuor rotis Phryges.
Mercaturas pœni. Culturas uitiũ & arboꝝ Eumolphus athenienſis. Vinũ aqua miſceri Staphi-
lus Sitheni filius. Oleũ & trapetas Ariſteus athenienſis. Idem mella. Bouẽ & aratrum Briges
atheniẽſis: ut alii Triptolemus. Regiã ciuitatẽ ægyptii. Popularẽ attici. Poſt Theſeũ tyranũ
primus fuit Phalaris agrigenti. Seruitiũ inuenere lacedæmonii. Iudiciũ capitis in ariopago pri-
mũ actum eſt. Prœliũ afri cõtra ægyptios primi fecere fuſtibus quos uocãt phalãgas. Clipeos
inuenerũt Prœtus & Acritus inter ſe bellãtes: ſiue Chalchus Athamãtis filius. Loricã Mydias
meſſenius. Galeã: gladiũ: haſtã lacedæmonii. Ocreas & criſtas Cares. Arcũ & ſagittã Scythẽ
Iouis filiũ. Alii ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe. Lanceas ætolas. Iaculũ cum amento fe-
runt inueniſſe Aetolũ Martis filium. Haſtas uelitares Tyrrhenũ pilumq;. Pentheſileam amazo
nem ſecurim. Piſeum uenabula. Et in tormẽtis ſcorpionẽ Cretas. Catapultã ſyros. Phœnicas
baliſtam & fundã. Aeneã tubam Piſeum Tyrrhenũ. Teſtudines Artemonẽ clazomenũ. Equũ
qui nũc aries appellaẽ in muralibus machinis Aepeum ad troiã. Equo uehi Bellorophõtẽ. Fræ
nos & ſtrata equoꝝ Peletronium. Pugnare ex equo theſſalos: qui centauri appellati ſunt: habi-
tantes ſecundũ pelium montem. Bigas primũ iunxit phrygum natio. Quadrigas Erichtonius.
Ordinẽ exercitus: ſigni dationẽ: theſſaras: uigilias inuenit Palamedes troiano bello. Specularẽ
ſignificationẽ eodem bello Sinon. Inducias Lycaon. Fœdera Theſeus. Auguria ex auibus Ca-
ras: a quo caria appellata. Adiecit ex cæteris aĩalibus Orpheus. Aruſpiciũ Delphus. Igniſpicia
Amphiaraus. Auſpicia auiũ Tyreſias thebanus. Interptationẽ oſtẽtoꝝ & ſomioꝝ Amphyctyon.
on. Aſtrologiã Atlas Libyæ filius.: ut alii ægpptii: ut alii aſſyrii. Spherã in ea mileſius Anaxi
mander. Ventoꝝ rõem Aeolus Hellenis filius. Muſicã Amphion. Fiſtulã Pan. Monaulũ Mer
curius. Obliquã tibiã Mydas in phrygia. Geminas tibias Marſias. In eadẽ gente lydios modu
los Amphion. Dorios Thamyras thrax. Phrygios Marſias phryx. Citharaʒ Amphion: ut alii
Orpheus: ut alii Linus. Septẽ cordis additis Terpander. Octauã Simonides addidit. Nonam
Timotheus. Citharã ſine uoce cecinit Thamyras prius. Cũ cantu Amphiõ: ut alii Linus. Citha
ra edita carmina cõpoſuit Terpander. Cũ tibiis canere uoce Trœzenus Dardanus inſtituit. Sal
tationem armatã Curetes docuere. Pyrrhycem Pyrrhus: utranq; in creta. Verſũ heroicũ py-
thio oraculo debemus. De poematũ origine magna quæſtio eſt. Ante troianũ bellum probãẽ
fuiſſe. Proſaicã orõem cõdere pherecides Syrius iſtituit tpe Cyri regis. Hyſtoriã Cadmuſ mi
leſius. Ludos gymnicos ĩ arcadia Lycaõ. Funebres Acaſtus ĩ iolcho. Poſt eũ Theſeus ĩ iſthmo.
Hercules olympiæ athleticam. Pythus pilam luſoriam. Gyges lydius picturam in ægypto. In
græcia uero Pyrrhus Dedali cognatus ut Ariſtoteli placet: ut Theophraſto Polignotus athe-
nienſis. Nauẽ primus in græciã ex ægypto Danaus aduexit. Ante ratibus nauigabatur inuẽtis
in mari rubro inter inſulas a rege Erythra. Reperiũtur qui myſos & troianos priores excogi-
taſſe in helleſponto putẽt cũ trãſirẽt aduerſus thracas. Etiã nunc in britãnico oceano uitiles co
rio circũſutæ fiunt. In nilo ex papyro & ſcirpo & arundine. Lõga naue Iaſonẽ primum nauigaſſe
Philoſtephanus auctor ẽ. Egeſias Parrhalũ. Cteſias Samyrã. Saphanus Semiramin. Archima-

chus Aegæonē. Biremē Damaſthenes erythreos feciſſe. Triremē Thucydides Amoclen co/rithiū. Quadriremē Ariſtoteles carthagineſes. Quiqueremē iſtituit Neſichthon ſalaminius. Sex ordinū Zenazoras ſyracuſiuſ. Ab ea ad decieremē Neſigitō. Alexādrū magnum ferunt iſti/tuiſſe ad duodecim ordines. Philoſtephanuſ Ptolemæum Soterem ad quidecim. Demetriū Antigoni ad. xxx. ptolemæū philadelphum ad. xl. ptolemæum philopatorē qui Triphō cognoiatus eſt ad. l. Onerariā Hippus tyrius inuenit. Lembū cyrenenſeſ. Cymbā phœnices. Celocem rhodi. Cercirā cyprii. Syderꝝ obſeruationē ī nauigādo phœnices. Remum copæ. Latitudinem eius platæ. Vela Icarus. Malum & antēnaꝝ Dedalus. Hippagum ſalaminii: aut ut pericles athe/nieſes. Tectas lōgas taſii. Antea ex prora tātum & puppi pugnabatur. Roſtra addidit piſeus. Tyrrheni anchorā. Eupalamius eādē bidēte. Anacharſis harpagonas. Et manus pericles athe/nieſis. Amminicula gubernandi Typhis. Claſſe princepſ depugnauit Minos. Animal occidit primus Hiperbius Martis filius. Prometheus bouem.

¶ In quo primus gentium conſenſus. Ca. lvii.

GEntium conſenſus tacitus primus omnium conſpirauit ut ionum litteris uterentur.

¶ De litteris antiquis. Ca. lviii.

VEteres græcas fuiſſe eaſdem pene quæ nunc latinæ inditio erit delphica tabula antiqui æris: quæ eſt hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cū iſcriptione tali.

¶ Quando primum tonſores romæ. Ca. lix.

SEquēs gentiū cōſēſus ī tōſoribus fuit: ſed romanis tardior. In italiā ex ſicilia uenere poſt romā cōditā āno quadringēteſimo qnquageſimoquarto : adducente p. Ticinio Mena ut auctorē Varro. Ante itōſi fuere. primus oium radi quotidie inſtituit Africanuſ. Seqūēs Diuuſ Auguſtus cultris ſemper uſus.

¶ Quando primum horologia. Ca. lx.

TErtius cōſenſus fuit in horaꝝ obſeruatione iam hac rōe accedens. Quādo & a quo ī græcia reperta diximus in ſecūdo uolumine. Serius etiā hoc romæ cōtigit. Duodecim tabulis ortus tantū & occaſus noiatur. poſt aliquot ānos adiectus eſt & meridies accēſo cōſulum id ꝓnunntiāte cū Curio inter roſtra & argeoꝝ theſin proſpexiſſet talem ſolē. A colūna ænea ad carcerem inclinato ſydere ſupremā pronūtiauit. Sed hoc ſerenis tantū diebus uſq; ad primū punicū bellum. priceps romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe ante. xii. ānos ꝗ cum pyrrho bellatū eſt ad ædem Quirini. L. Papyrius Curſor cum eādē dedicaret a patre ſuo uotā a Fabio Veſtali proditur. Sed neq; facti horologii rōem uel artificis ſignificat: nec ūde trāſlatū ē: aut apud quē ſcriptum id inuenerit. M. Varro primū ſtatutū in publico ſecundū roſtra in colūna tradit bello punico primo a M. Valerio Meſſala cōſule catina capta in ſicilia. Deportatū ide poſt. xxx. ānoſ ꝗ de papyriano horologio traditur āno urbis quadrigēteſimo ſeptuageſimoſeptimo. Nec congruebāt ad horas eius lineæ. paruerūt tamē ei ānis undecim: donec Q. Martius philippuſ qui cum. L. Paulo fuit cēſor diligentius ordinatum iuxta poſuit. Idq; munus inter cēſoria opera gratiſſime eſt acceptum. Etiānum tamē nubilo īcertæ fuere horæ uſq; ad proximū luſtrum. Tunc Scipio Naſica collega Lenati primus aqua diuiſit horas æque noctium ac dieꝝ. Idq; horologiū ſub tecto dicauit āno urbis. d. lxxxxv. Tam diu po. ro. indiſcreta lux fuit. Nunc reuertamur ad reliqua animalia: primumq; terreſtria.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. VIII.

De animalibus terreſtribus. Elephantoꝝ cōmendatio: & de ſenſu eoꝝ. Ca. i.

AD RELIQVA TRANSEAMVS ANIMALIA ET primū terreſtria. Maximum eſt elephas: proximūq; humanis ſenſibus. Quippe intellectus illis ſermonis patrii. Et ī primis obediētia: officioꝝq; quæ didicere memoria. Amoris & gloriæ uoluptas: īmo uero quæ etiā ī hoīe rara probitas: prudētia. æquitas. Religio quoq; ſyderꝝ ſoliſq; ac lunæ ueneratio. Auctores ſūt in mauritaniæ ſaltibus ad quēdā amnem cui nomen eſt anulo niteſcēte luna noua greges eoꝝ deſcēdere: ibiq; ſe purificātes ſolēniter aqua circūſpgi: atq; ita ſalutato ſydere in ſiluas reuerti: uitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Alienæ quoq; regionis intellectu credūtur maria trāſituri nō ante naues cōſcēdere: ꝗ īuitati rectoris iureiurādo de reditu. Viſiq; ſunt feſſi ægritudine: quādo & illas moles infeſtant morbi: p herbas ſupini ī cælū iacētes: ueluti tellure precibus alligata.

Nam quod ad docilitatem attinet. Regem adorant. Genua ſubmittunt. Coronas porrigũt. In/
dicis arabici minores: quos appellant nothos.

¶ Quando primum iuncti. Ca.ii.

ROmæ iuncti primum ſubiere currũ pompeii magni africo triumpho. Quod prius india
uicta triumphãte Libero patre memoratur. Procilius negat potuiſſe pompeii triumpho
iunctos egredi porta. Germanici Cæſaris munere gladiatorio quoſdam icõditos motus edide
re ſaltãtium modo. Vulgare erat per auras arma iacere nõ auferẽtibus uẽtis: atque inter ſe gla
diatorios congreſſus edere: aut laſciuiente pernicitate colludere. Poſtea & per funes inceſſere.
Lecticas etiam ferẽtes quaterni ſingulas: puerperas imitãtes: pleniſq; hominum tricliniis accu/
bitu: iere per lectos ita libratis ueſtigiis: ne quis potãtium attigeretur.

¶ De docilitate eoꝝ. Ca.iii.

CErtum eſt unũ tardioris ingenii i accipiẽdis quæ tradebãtur: ſæpius caſtigatũ uerberibus
eadẽ illa medicãtem noctu repertũ. Miꝝ maxime & aduerſis qdẽ funibus ſubire. Sed ĩgredi ma
gis utriq; ꝓnis. Mutianus ter cõſul auctor eſt aliquẽ ex iis & litteraꝝ ductus græcaꝝ didiciſſe:
ſolitũq; præſcribere eius linguæ uerbis. Ipſe Egio hæc ſcripſi: & ſpolia celtica dicaui. Itẽq; ſe ui
dẽte puteolis cũ aduecti de naue egredi cogerẽtur: territos ſpatio procul põtis a cõtinẽte por/
recti: ut ſeſe lõgiquitatis æſtimatiõe fallerẽt: auerſos retrorſus iſſe. prædã ipſi i ſe expectandã
ſciũt ſolã eſſe i armis ſuis: quæ Iuba cornua appellat. Herodotus tãto antiquior & cõſueto me/
lius dentes. Quã ob rẽ deciduos caſu aliquo uel ſenecta defodiũt. Hoc ſolũ ebur eſt. Cæteꝝ &
i iis quoq; quod corpus intexit uilitas oſſea. Quãq; nuper oſſa etiã in laminas ſecari cœpere
penuria. Etenim rara amplitudo iam dentiũ præterq; ex india reperitur. Ceteꝝ in noſtro orbe
ceſſere luxuriæ. Dentiũ candore ĩtelligitur iuuenta. Circa hos belli cura ſũma. Alterius mucro/
ni parcunt: ne ſit prœliis hebes: alterius operario uſu fodiũt radices. Impellũt moles. Circũuen
tiq; a uenãtibus primos cõſtituũt: quibus ſũt munimini: ne tanti prœlium putetur. poſtea feſſi
impactos arbori frangunt: prædaq; ſe redimunt.

De clæmẽtia eoꝝ: & ꝙ pericula ſua intelligãt: & de tigridis truculentia. Ca.iiii.

MIrum i pleriſq; animaliũ ſcire quare petãtur. Sed & per cũcta quid caueãt. Elephas homĩe
obuio forte i ſolitudine & ſimpliciter oberrãte clæmens placiduſq; etiã demõſtrare uiam
traditur. Idẽ ueſtigio hoĩs aĩaduerſo priuſq; hoĩe intremiſcere ĩſidiaꝝ metu. Subſiſtere ab olfa/
tu. Circũſpectare. Iras ꝓflare. Nec calcare: ſed cretum ꝓximo tradere. Illũ ſequẽti nũtio ſimili
uſq; ad extremũ. Nũc agmẽ circũagi: & reuerti: aciẽq; dirigi. Adeo oĩum odori durare uirus il/
lud maiore ex ꝑte ne nudoꝝ qdẽ pedũ. Sic & tigris ẽt feris cæteris truculẽta: atq; ipſa elephãti
quoq; ſpernẽs ueſtigia. Hoĩe uiſo trãſferre dicitur protinus catuloſ. Quo nã mõ agnito: ubi ãñ
cõſpecto illo quẽ timet? Eteni tales ſiluas minime frequẽtari certũ ẽ. Sane mirant ipſã ueſtigii
raritatẽ. Sed unde ſciũt timẽdos eſſe? imo uero cur uel ſæpius cõſpectũ paueãt: tãto uiribus ma
gnitudine uelocitate præſtãtiores? Nimiꝝ hæc eſt natura reꝝ: hæc potẽtia eius ſæuiſſimas fe/
raꝝ maximaſq; quæ nũq; uidiſſet: quod debeãt timere: & ſtati intelligere cur ſit timẽdũ.

¶ De intellectu & memoria eoꝝ. Ca.v.

ELephanti gregatim ſemp ingrediũtur. Ducit agmẽ maximus natu. Cogit ætate proximuſ
Amnẽ trãſituri minimos præmittũt: ne maioꝝ igreſſu atterẽte aluẽũ creſcat gurgitis alti
tudo. Antipater auctor eſt duos Antiocho regi in bellicis uſibus celebres etiam cognominibus
fuiſſe. Eteni nouere ea. Certe Cato cũ impatoꝝ noia ãnalibus deſcriberet: eũ q fortiſſime prœ
liatus eſſet in punica acie Surũ tradidit uocatũ altero dente mutilato. Antiocho uadũ fluminis
experienti renuit Aiax: alioqn dux agminis ſemp. Tũ pronũtiatum eius fore principatũ q tran/
ſiſſet: auſum ꝓ Patroclũ. Ob id phaleris argẽteis quo maxime gaudẽt: & reliquo oĩ primatu do
nauit. Ille q notabatur inedia mortẽ ignominiæ prætulit. Mirus nãq; pudor eſt. Victuſq; uocẽ
fugit uictoris. Terrã ac uerbenas porrigit. Pudore nũq; niſi i abdito coeũt. Mas qnquẽnis: fœ
mina decẽnis. Initur aũt biennio: qnis ut ferũt cuiuſq; anni diebus: nec ãplius. Sexto ꝑfundunt
amne nõ ante reduces ad agmẽ. Nec adulteria nouere. Nulla ue ꝓpter fœminas inter ſe prœ/
lia: cæteris animalibus ꝑnicialia. Nec qa deſit illis amoris uis. Nãq; tradit unus amaſſe quandã
in ægypto corollas uendẽtem. Ac ne qs uulgariter electã putet: miretur gratã Ariſtophani ce
leberrimo in arte grãmatica. Alius Menãdrũ ſyracuſanũ incipiẽtis iuuẽtæ i exercitu Ptolemæi
deſideriũ eius quotiẽs nõ uideret inedia teſtatus. Et unguentariã quãdam delectã Iuba tradit.
Omium amoris fuere argumẽta gaudium a cõſpectu: blãditiæq; incõditæ: ſtipes quas populus
dediſſet ſeruatæ: & in ſinũ effuſæ. Nec miꝝ eſſe amorẽ qbus ſit memoria. Idẽ nãq; tradit agni/
tum in ſenecta multos poſt ãnos qui rector in iuuẽta fuiſſet. Idẽ diuinationẽ quãdam iuſticiæ.
Cũ Bocchus rex. xxx. elephãtos totidẽ i quos ſæuire inſtituerat ſtipitibus alligatos obieciſſet:
ꝑcurſãtibus iter eos q laceſſerẽt: nõ potuiſſe effici ut crudelitatis alienæ miniſterio ſũgeretur.

¶ Quando primum in italia. Ca.vi.

ELephantes italia primum uidit pyrrhi regis bello. & boues lucas appellauit in lucanis ui/
ſos anno urbis quadrigenteſimo ſeptuageſimoſecũdo. Roma aũt in triũpho ſeptẽ ãnis ad
ſuperiorem numerꝝ additis.. Eadem plurimos ãno quingenteſimoſecundo uictoria. L. Metelli
põtificis in ſicilia de pœnis captos. Cxlii. fuere trauecti ratibus: quas doliorꝝ conſertis ordinib⁹
impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in cyrco: interfectoſq; iaculis tradit penuria conſilii. Quoni
am neq; ali placuiſſet: neq; donari regibus. L. Piſo inductos dũtaxat in cyrcum: atq; ut contẽp/
tus eorꝝ increſceret ab operariis haſtas præpilatas habentibus: per cyrcum totũ actos. Nec qd
dein de iis factum ſit auctores explicãt: qui nõ putãt interfectos.

## Pugnæ eorꝝ. Ca. vii.

CLara eſt unius e romanis dimicatio aduerſus elephãtũ. Cum Hãnibal captiuos noſtros di
micare inter ſe coegiſſet. Nãq; unũ qui ſuperat obiecit elephãto: & illũ dimitti pactus ſi i
teremiſſet. Solus ergo in harena cõgreſſus magno pœnorꝝ dolore cõfecit. Hãnibal cum famam
eius dimicationis contẽptũ allaturã beluis intelligeret: equites miſit qui abeũtem interficeret.
Promuſcidẽ eorꝝ facillime amputari Pyrrhi prœliorꝝ expimẽtis patuit. Romæ pugnaſſe Fene/
ſtella tradit primũ omium ĩ cyrco Claudii Pulchri ædilitate curuli M. Antonio A. Poſthumo
conſ. anno urbis ſexcẽteſimo qnquageſimo qnto. Itẽ poſt annos. xx. Lucullorꝝ ædilitate curuli
aduerſus tauros. Pompeii quoq; altero cõſulatu dedicatione tẽpli Veneris uictricis pugnauere ĩ
cyrco xx. aut ut qdam tradũt xvii. Getuliis ex aduerſo iaculãtibus mirabili unius dimicatione:
qui pedibus cõfoſſis repſit genibus in cateruas: arrepta ſcuta iaciẽs in ſublime: quæ decidẽtia uo
lubilitate ſpectãtibus uoluptati erant in orbẽ circũacta: uelut arte nõ furore beluæ iacerentur.
Magnũ & in altero miraculũ fuit uno ictu occiſo. Pilũ ſub oculo adactũ ĩ uitalia capitis uenerat.
Vniuerſi eruptionẽ tentauere nõ ſine uexatione populi circũdãtis clauſtris ferreis. Qua de cau/
ſa Cæſar dictator poſtea ſimile ſpectaculũ editurus euripis harenã circũdedit: quos Nero prin/
ceps ſuſtulit equiti loca addens. Sed Põpeani amiſſa fugæ ſpe miſericordiã uulgi inenarrabili ha
bitu quærentes ſupplicauere quadã ſeſe lamẽtatione cõplorãtes: tanto populi dolore: ut obli/
tus impatoris ac munificẽtiæ honoris ue exqſite flens uniuerſus cõſurgeret: diraſq; Põpeio quaſ
ille mox luit pœnas imprecaretur. Pugnauere & Cæſari dictatori tertio conſulatu eius xx. con/
tra pedites quingẽtos. Itemq; totidẽ turriti cũ ſexagenis ꝓpugnatoribus eodẽ quo priores nu/
mero peditũ: & pari equitũ e diuerſo dimicãte. Poſtea ſingulis pricipibus Claudio & Neroni in
conſũmatione gladiatorꝝ. Ipſius animalis tanta narratur clæmẽtia cõtra minus ualidas ut in gre
ge pecudum cõcurrentia manu dimoueat: ne quid obterat imprudẽs. Nec niſi laceſſiti noceant.
Ideo ꝗ gregatim ſemp ambulent. Minime ex omibus ſoli uagi. Equitatu circũuecti infirmoſ aut
feſſos uulneratoſ ue ĩ mediũ agmẽ recipiũt: ac uelut ipio aut rõe p uiceſ ſubeũt. Capti celerrime
mitificãt hordei ſucco.

## Quomõ capiãtur. Ca. viii.

CApiuntur aũt in india unũ ex domitis agente rectore: qui deprehẽſũ ſolitariũ abactum ue
a grege uerberat ferrum. Quo fatigatos trãſcendit in eũ: nec ſecus ac priorẽ regit. Africa
foueis capit: in quas deerrante aliquo protinus cæteri cõgerũt ramos: moles deuoluunt:
aggeres cõſtruũt: omiq; ui conãtur extrahere. Antea domitandi gratia regis equitatu cogebãt
in conuallẽ manufactã: & lõgo tractu fallacem. Cuius incluſos ripis foſſiſq; fame domabãt. Ar/
gumẽtum erat ramus hoie porrigente clæmẽter acceptus. Nũc dẽtium cã. Pedes eorꝝ iaculãt
alioquin molliſſimos. Troglodytæ cõtermini æthiopiæ qui hoc ſolo uenatu alunt arbores pro
pinquas itinere eorꝝ cõſcẽdunt. Inde totius agminis nouiſſimũ ſpeculati extremas in clunes deſi/
liunt. Leua apprehẽditur cauda. Pedes ſtipãtur in ſiniſtro fœmore. Ita pẽdens alterꝝ poplitem
dextra cædit: ac præacuta bipẽni hoc crure tardato ꝓfugiẽs alterius poplitiſ neruos ferit: cũcta
præceleri pernicitate peragens: Alii tutiore genere: ſed magis fallaci intẽtos ingẽtes arcus de/
figũt humi lõgius. Hos præcipui uiribus iuuenes cõtinẽt. Alii cõnixi pari conatu tẽdũt: ac præ
tereũtibus ſagittarꝝ uenabula infigũt: mox ſãguinis ueſtigiis ſequũtur. Elephantorꝝ generis fœ
minæ multo pauidiores.

## Quomõ domãtur. Ca. ix.

DOmantur aũt rabidi fame & uerberib⁹: elephãtis aliis admotis q tumultuãtẽ catheniſ co/
erceãt. Alias circa coitus maxime efferãt: & ſtabula indorꝝ dẽtibus ſternũt. Qua ꝓpter
arcẽt eos coitu: fœminarꝝq; penuria ſepant: quæ haud alio mõ q̃ armẽtorꝝ hẽnt. Domi/
ti militãt: & turres armatorꝝ in hoſtes ferũt: magnaq; ex pte oriẽtis bella cõficiũt. Proſternunt
acies: pterũt armatos. Iidẽ minimo ſuis ſtridore terrẽt: uulneratiq; & territi retro ſẽp cedunt.
haud minore ptiũ ſuarꝝ pnicie. Indicũ afri pauẽt: nec cõtueri audẽt. nã & maior indicis magnitu/
do eſt.

## De partu eorꝝ & reliqua natura. Ca. x.

DEcem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio: nec amplius q̃ ſingu
los ſemel gignere: plureſq; uiuere ducentis ãnis: & quoſdã trecentis. Iuuenta eorꝝ ſexage
ſimo incipit. Gaudent amnibus maxime. Et circa fluuioſ uagantur cũ alioquin nare ꝓpter
magnitudinem corporis nõ poſſint. Iidẽ frigoris impatientes. Maximũ hoc malum: inflationẽq;

& profluuiū alui: nec alia morboꝝ genera ſētiūt. Olei potu tæla quæ corpori eoꝝ inhæſerāt decidere īuenio. A ſudore āt facilius adhæreſcere. Et terrā edisse iis tabificū ē: niſi ſæpiuſ mādāt. Deuorāt aūt & lapides. Truncos quidē gratiſſimo in cibatu habent. Palmas excelſiores frōte ꝓſternūt. Ac ita iacentium aſſumūt fructum. Mādunt ore. Spirāt & bibunt: odorāturqꝫ haud im proprie appellata manu. Animalium maxime odere murem: & ſi pabulum ī præſepio poſitum attigi ab eo uidere: faſtidiūt. Cruciatum ī potu maximum ſentiūt hauſta hirundine: quā ſāguiſugam uulgo cœpiſſe appellari aduerto. Hæc ubi in ipſo amne canali ſe fixit: intolerādo afficit dolore. Duriſſimum dorſo tergus. Ventres molles. Setaꝝ nullum tegumētum. ne in cauda quidē præſidiū abigendo tedio muſcaꝝ. Nāqꝫ id & tanta uaſtitas ſentit. Sed cācellata cutis & inuitās id genus aīalium odore. Ergo cum extenti recepere examina arctatis in rugas repēte cācellis comprehenſas enecāt. Hoc iis ꝓ cauda: ꝓ iuba: ꝓ uillo eſt. Dentibus ingenſ precium: & deoꝝ ſimulacris laudatiſſima ex iis materia. Inuenit luxuria cōmendationem: & aliā expetit in callo manus uim ſaporis haud alia de cauſa credo qꝫ qa ipſum ebur ſibi mādere uidetur. Magnitudo dentium uidetur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis africæ qua cōfinis æthiopiæ eſt: poſtium uicem in domiciliis præbere. Sepeſqꝫ in iis & pecoꝝ ſtabulis palos elephantoꝝ dentibus fieri Polybius tradit auctore Guluſſa Regulo.

¶ Vbi naſcantur: & de diſcordia eoꝝ & draconum. Ca. xi.

ELephātes fert africa ultra ſyrticas ſolitudines: & in mauritania. Ferūt æthiopes & troglodytæ ut dictum ē. Sed maximos india bellāteſqꝫ cū iis perpetua diſcordia dracones tātæ magnitudinis ut & ipſos circūflexu facili ambiant: nexuqꝫ nodi perſtringant. Cōmoritura dimicatio uictuſqꝫ corruens complexum elidit pondere.

¶ De ſolertia animalium. Ca. xii.

MIra aīalium pro ſe cuiqꝫ præcipua ſolertia eſt ut iis una ſcādendi ī tantā altitudinem difficultas. Draco itaqꝫ iter ad pabula ſpeculatur. Ab excelſa ſe arbore iniicit. Scit ille imparē ſibi luctatum cōtra nexus. Itaqꝫ arboꝝ aut rupiū attritū quærit. Cauēt hoc dracones: ob idqꝫ greſſus primum alligāt cauda. Reſoluunt illi nodos manu. At hi in ipſa nare caput cōdunt: pariterqꝫ ſpiritum præcludunt: & molliſſimas lancināt partes. Iidē obuii deprehēſi ī aduerſos erigunt ſe: oculoſqꝫ maxime petunt. Ita fit ut pleꝛqꝫ cæci ac fame & mœroris tabe cōfecti reperiāt̃. Quā qs aliā tantæ diſcordiæ cauſā attulerit: niſi naturæ ſpectaculū ſibi ac paria cōponētis. Eſt & alia dimicationis huius fama. Elephātis frigidiſſimū eſſe ſanguinem: ob id æſtu torrēte præcipue a draconibus expeti. Quā ob rem ī amnes merſos inſidiari bibētibus: arctatiſqꝫ illigata manu in aurē morſū defigere. Quoniā is tātū locus defēdi nō poſſit manu. Dracones eſſe tātos ut totū ſāguinē capiāt. Itaqꝫ elephātos ab iis ebibi. ſiccatoſqꝫ cōcider̄: & dracones inebriatos opprimi cōmoriqꝫ.

¶ De draconibus. Ca. xiii.

GEnerat dracones æthiopia indicis pares uicenum cubitoꝝ. Id mō miꝛ unde criſtatos Iuba crediderit. Aſachei uocantur æthiopes: apud quos maxime naſcantur. Narratur ī maritimis eoꝝ quaternos quinoſqꝫ inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula arabiæ uehi fluctibus.

¶ De ſerpentibus maximis & bois. Ca. xiiii.

MEgaſthenes ſcribit in india ſerpētes in tantā magnitudinē adoleſcere: ut ſolidos hauriant ceruos tauroſqꝫ. Metrodorus circa rhindacū amnē ī pōto ut ſupuolātes qꝫuis alte pniciterqꝫ alites hauſtu raptas abſorbeāt. Nota ē ī punicis bellis ad flumē bagradā a regulo īpatore baliſtis tormētiſqꝫ ut oppidū aliquot expugnata ſerpēs cxx. pedū lōgitudinis. Pellis eius maxillæ uſqꝫ ad bellū numātinū durauere romæ ī tēplo. Faciūt his fidē ī italia appellatæ boæ ī tātā magnitudinē exeūtes ut Diuo Claudio pricipe occiſæ in uaticano ſolidus ī aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco. Vnde nomen traxere. Cæteroꝝ animalium quæ mō cōuecta undiqꝫ italiæ cōtigere ſæpius: formas nihil attinet ſcrupuloſe referre.

¶ De ſcythicis animalibus & ſeptentrionalibus. Ca. xv.

PAuciſſima ſcythia gignit inopia fructuū. Pauca cōtermina illi germania. Inſignia tn̄ bouū feraꝝ genera: iubatos biſōtes: excellētiqꝫ & ui & uelocitate uros: quibuſ īperitum uulguſ bubaloꝝ nomē imponit: cū id gignat africa uituli potius ceruice quadā ſimilitudine. Septētrio fert & equoꝝ greges feroꝝ: ſicut aſinoꝝ aſia & africa. Præterea alcen ni ꝑceritatis aurium & ceruicis diſtinguat: iumēto ſimilē. Item natā in ſcādinauia inſula: nec unqꝫ uiſā in hoc orbe: multis tamen narratā machlin haud diſſimilem illis & nullo ſuffraginū flexu. Ideoqꝫ nō cubātem & accliuem arbori ī ſōno: eaqꝫ inciſa ad inſidias capi. Alias uelocitatis memoratæ. Labrū ei ſuperius prægrāde: ob id retrograditur in paſcendo: ne ī priora tendens īuoluatur. Tradūt in mœſia feram quæ bonaſus uocetur equina iuba: cætera tauro ſimilem: cornibus ita ſe īflexis ut non ſint utilia pugnæ. Quaꝓpter fuga ſibi auxiliari: reddentem ea fimū interdū & triū iugeꝝ lōgitudine cuius cōtactus ſequētes ut ignis aliquis cōburat. Miꝝ pardos pātheras leones & ſimilia cōdito

in corporis uaginas unguiũ mucrone ne refringantur hebetenturq; igredi: auerſiſq; faculis currere: nec niſi appetẽdo prætẽdere.

## ¶ De leonibus. Ca. xvi.

Leoni præcipua generoſitas: tũc cum colla armoſq; ueſtiunt iubæ. Id enĩ ætate cõtingit e leone cõceptis. Quos uero pardi generauere ſemp inſigni hoc carẽt. Simili mõ fœminæ. Magna iis libido coitus: & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime ſpectat inopia aquarũ ad paucos amnes cõgregãtibus ſe feris. Ideo multiformes ibi aĩalium partus: uariæ fœminiſ cuiuſq; generis mares aut ui aut uoluptate miſcẽte. Vnde etiã uulgare græciæ dictũ ſemp aliquid noui africã afferre. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo: totaq; ui cõſurgit in pœnã. Idcirco aut culpa flumine abluitur: aut lõgius comitatur. Semel aũt edi partũ lacerato unguium acie utero in enixu uulgum crediđiſſe uideo. Ariſtoteles diuerſa tradit: uir quẽ in iis magna ſecuturus in parte præfãdũ reor. Alexãdro magno rege inflammato cupidine aĩalium naturas noſcendi: delegataq; cõmentatione Ariſtoteli ſũmo in omĩ ſciẽtia uiro: aliquot milia hoĩum in totius aſiæ græciæq; tractu parere iuſſa: oĩum quos uenatus aucupia piſcatuſq; alebãt. Quibuſq; uiuaria: armẽta: aluearia: piſcinæ: auiaria in cura erãt: ne qd uſq; gentiũ ignoraretur ab eo. Quos pcõtãdo. l. ferme uolumina illa præclara de aĩalibus cõdidit. Quæ a me collecta ĩ arctũ cũ iis quæ ignorauerat: quæſo ut legẽtes boni cõſulãt in uniuerſis rerũ naturæ opibus: medioq; clariſſimi regum oĩum deſiderio cura noſtra breuiter peregrinãtes. Is ergo tradit leænã primo fœtu parere qnq; catulos: ac per ãnos ſingulos uno minus: ab uno ſterileſcere. Informes minimaſq; carnes magnitudine muſtellarũ eſſe initio. Semeſtres uix ingredi poſſe: nec niſi bimeſtres moueri. In europa aũt inter acheloũ tantũ & neſum amnes leones eſſe: ſed lõge uiribus præſtãtiores iis quos africa aut ſyria gignãt. Leonũ duo genera cõpactile & breue criſpioribus iubis. Hos pauidiores eſſe ꝙ̃ lõgo ſimpliciq; uillo: eos cõtemptores uulnerũ. Vrinã mares crure ſublato reddere ut canes. Grauẽ odorẽ: nec minus halitũ. Raros in potu. Veſci alternis diebus. A ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſſint ĩ mãdendo ſolida deuorare: nec capiẽte aluo coniectis ĩ fauces unguibus extrahere: ut ſi fugiẽdũ ſit nõ ĩ ſatietatẽ abeat. Vitã iis lõgam docet argumẽto ꝙ plerıq; dentibus defecti reperiãtur. Polybius Aemiliani comes ĩ ſenecta hoĩem appeti ab iis refert. Quoniã ad pſequẽdas feras uires nõ ſuppetãt. Tũc obſidere africæ urbes: eaq; de cã crucifixos uidiſſe ſe cũ Scipione: qa cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadẽ noxa. Leoni tantũ ex feris clæmẽtia ĩ ſupplices proſtratis parcit: & ubi ſæuit ĩ uiros prius ꝙ̃ ĩ fœminas fremit: infãteſ nõ niſi in magna fame. Credit libya intellectũ prouenire ad eoſ precũ. Captiuã certe getuliæ reducẽ audiui multorũ in ſiluis impetũ a ſe mitigatũ alloquio auſæ ſe dicere fœminã pfugam ĩfirmã ſupplicẽ aĩalis oĩum generoſiſſimi: cæteriſq; imperãtis: indignã eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio ex ingenio cuiuſq; uel caſu: mulceri alloquiis feras. Quippe iã ſerpentes extrahi cãtu: cogiq; ĩ pœnã. Verũ falſũ ue ſit uita decreuerit. Leonũ animi index cauda: ſicut & equorũ aures. Nãq; & has notas generoſiſſimo cuiq; natura tribuit. Immota ergo placido clæmens blandiẽtiq; ſimilis: quod rarũ eſt. Crebrior enim iracundia eius. In principio terra uerberatur. Incremẽto terga ceu quodam icitamẽto flagellãtur. Vis ſũma ĩ pectore. Ex oĩ uulnere ſiue ungue impreſſo ſiue dente ater pfluit ſãguis. Idẽ ſatiati ĩnoxii ſũt. Generoſitas maxĩe in periculis deprehẽditur: nõ in illo tantũmõ ꝙ ſpernẽs tæla diu ſe terrore ſolo tuetur: aut uelut cogi teſtatur. Cogiturq; nõ tãquã periculo coactus: ſed tãq; amẽtia iratus. Illa nobilior animi ſignificatio qualibet magna canũ & uenãtium urgẽte ui cõtẽptim reſtitãſq; cedit in cãpis: & ubi uideri poteſt. Idẽ ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu fertur: uelut deputãs abſcõſionẽ turpitudine. Dum ſeqtur: inſilit ſaltu: quo ĩ fuga nõ utitur. Vulneratus obſeruatiõe mira percuſſorem nouit: & ĩ ꝗ̃talibet multitudine appetit. Eum uero q tæla qdẽ miſerit: ſed tamẽ nõ uulnerauerit correptum raptatũq; ſternit: nec uulnerat. Cũ p catulis fœta dimicat: oculorũ aciẽ traditur defigere ĩ terrã: ne uenabula expaueſcat. Cæterũ dolis carẽt & ſuſpitiõe. Nec limis intuetur oculis: aſpiciq; ſimili mõ nolũt. Creditũ eſt a moriẽte humũ morderi: lachrymãq; lœto dari. Atq; hoc tale tãq; ſæuũ animal rotarũ orbes circũacti: curruſq; ĩanes: & gallinaceorũ criſtæ cantuſque etiam magis terrent: ſed maxime ignes. Aegritudinem faſtidii tantum ſentit: in qua medetur ei contumelia: in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul pugnam plurium romæ princeps dedit Q. Sceuola P. filii in curuli edilitate. Cẽtũ aũt iubatorũ primus oĩum L. Sylla qui poſtea dictator fuit in prætura. Poſt eũ Pompeius magnus in cyrco dc. ac in iis iubatorũ. cccxv. Cæſar dictator quadringentos. Capere eos ardui erat quõdam operis: foueiſq; maxime. Principatu Claudii caſus rõem docuit pudẽdam pene talis feræ noĩe: paſtoris getuli ſago cõtra ingruẽtis impetũ obiecto. Quod ſpectaculũ in harenã ptinus trãſlatũ eſt: uix credibili mõ torpeſcẽte tãta illa feritate: quãuis leui iniectu opto capite: ita ut deuinciat̃ nõ repugnãs. Videlicet omĩs uis conſtat in oculis. Quo minus mirũ ſit a Lyſimacho Alexãdri iuſſu ſimul incluſo ſtrãgulatũ leonẽ. Iugo ſubdidit eos. Primuſq; romæ ad currũ iunxit M. Antonius & qdẽ ciuili bello: cum dimicatũ eſſet in pharſalicis

campis nō ſine oſtento quodā tēpore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigio ſignificante
Nā ꝙ ita uectus eſt cū Mima cytheride ſupra mōſtra etiā illaꝝ calamitatū fuit. Primus aūt ho/
minū leonem manu tractare auſus: & oſtendere māſuefactū Hāno e clariſſimis pœnoꝝ tradit̄.
Dānatuſqꝫ illo argumēto: quoniā nihil nō perſuaſurus uir tā artificis ingenii uidebatur: & male
credi libertas ei: cui ī tātum ceſſiſſet etiā feritas. Sūt uero & fortuita eoꝝ quoqꝫ clemētiæ exem
pla. Mētor Syracuſanus in ſyria leone obuio ſuppliciter uolūtate attonitus pauore: cū refugien
ti undiqꝫ fera opponeret ſeſe: & ueſtigia lamberet: adulāti ſimilis aīaduertit in pede eius tumorē
uulnuſqꝫ: & extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hūc teſtatur ſyracuſis. Simili mō
Helpis ſamius natione in africā delatus naue: iuxta littus cōſpecto leone hiatu minaci arborem
fuga petit Libero patre inuocato: quoniā tū præcipuus uotoꝝ locus ē: cum ſpei nullus eſt. Sed
neqꝫ ꝓfugiēti cum potuiſſet. fera inſtiterat: & ꝓcūbēs ad arborem hiatu quo terruerat miſera/
tiōem quærebat. Os morſu ualidiore adhæſerat dētibus: cruciabatque inedia. Tū pœna in ipſi
eius tælis ſuſpectātem ac uelut mutis precibus orātem dum fortuitu fidēs nō eſt cōtra feram.
Multoqꝫ diutius miraculo ꝗ metu ceſſatū eſt: Digreſſus tādem euellit præbenti: & ꝗ maxime
opus eſt accomodāti. Tradūtqꝫ ꝗdiu nauis ea in littore ſtetit retuliſſe gratiā uenatus aggeren
do. Qua de cā Libero patri tēplum in ſamo Helpis ſacrauit: quod ab eo factum græci
id eſt ſaluatoris tēplum Dionyſii appellauere. Miremur poſtea ueſtigia hoīum intelligi
a feris: cum etiā auxilia ab uno animaliū ſperēt. Cur enim nō ad alia iere: aut unde medicas ma
nus hominis ſciūt: niſi forte uis maloꝝ etiam feras omnia experiri cogit.

¶ De pantheris. Ca. xvii.

Neque memorādum & de pāthera tradit Demetrius phyſicus. Iacentem in media uia hoīs
deſiderio repēte appuliſſe patri cuiuſdā Philinis affectatoris ſapiētiæ: illum pauore cœpiſ/
ſe egredi. Feram uero circūuolutari nō dubie blādiētem ſeſe cōflictātem mœrore: q etiā in pan
thera itelligi poſſet. Fœta erat: catulis ꝓcul in foueam delapſis. Primū ergo mirationi fuit non
expaueſcere. Proximū ei curam itendere: ſecutuſqꝫ qua trahebat ueſtē unguium leni iniectu: ut
cām doloris intellexit: ſimulqꝫ ſalutis ſuæ mercedem: exemit catulos: eaque cum iis ꝓſequente
uſque extra ſolitudines deductus læta atque geſtiēte: ut facile appareret gratiā referre: & nihil
inuicem imputare: quod etiā in hoīe raꝝ ē. Hæc fidem etiā Democrito afferūt: q Thoantem in
arcadia ſeruatum a dracone narrat. Eum nutrierat puer dilectum admodū: pauēſque ſerpētis na
turā & magnitudinem metuēs ī ſolitudīes tulerat. In quibus circūuēto latronū inſidiis agnitoqꝫ
uoce ſubuenit. Nā quæ de infātibus feraꝝ lacte nutricis cum eſſēt expoſiti ꝓdūtur: ſicut de cō/
ditoribus noſtris a lupa: magnitudini fatoꝝ accepta ferri æquus ꝗ feraꝝ naturæ arbitror. Pāthe
ra & tigris maculaꝝ uarietate ꝓpe ſolæ beſtiaꝝ ſpectāt̄. Cæteris unus ac ſuus cuiuſque generis
color eſt. Leonum tātum ī ſyria niger. Pātheris in cādido breues maculaꝝ oculi. Ferūt colore
eaꝝ mire ſollicitari quadrupedes cūctas: ſed capitis toruitate terreri. Quā ob rem occultato eo
reliquas dulcedine inuitatas corripiūt. Sūt q tradāt in armo iis ſimilem lunæ eſſe maculam cre/
ſcētem in orbes: & cauantem pari mō cornua. Nūc uarias & pardos qui mares ſūt appellāt in eo
omī genere creberrimo in africa ſyriaque. Quidā ab iis pātheras ſolo cādore diſcernūt: nec ad/
huc aliam differētiam iueni. Senatuſcōſultum fuit uetus: ne liceret africanas ī italiam aduehere.
Cōtra hæc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis: permiſitque circēſiū gratia importa
re. Primus aūt Scaurus ædilitate ſua cl. uniuerſas miſit. Deinde Pōpeius magnus quadringētas
decē. Diuus Auguſtus quadringētas uiginti. Idē Q. Tuberone Fabio Maximo conſ. iiii. nonas
maii theatri Marcelli dedicatione tigrin primus omnium romæ oſtendit in cauea manſuefactā.
Diuus uero claudius ſimul quattuor.

De tigridis natura: & camelis: & camelopardali: & qn̄o primū uiſa romæ. Ca. xviii.

Tigrin hyrcani & indi ferūt aīal uelocitatis tremendæ: & maxime cognitæ dum capit̄. To/
tus eius fœtus q ſemp numeroſus eſt ab inſidiāte rapitur equo ꝗ maxime pernici: atqꝫ in
recētem ſubinde trāſfertur. At ubi uacuū cubile repperit fœta (maribus enī cura non ē ſo
bolis) fertur præceps odore ueſtigās. Raptor appropinquāte fremitu abiicit unum ex catulis.
Tollit illa morſu: & pōdere etiā ocior acta remeat: iteꝝ cōſeqtur & ſubinde: donec in nauem re/
greſſo irrita feritas ſæuit ī littore. Camellos īter armēta paſcit oriēs: quoꝝ duo genera bactriæ
& arabiæ differūt: ꝙ illi bina hēnt tubera in dorſo: hi ſingula: & in pectore alteꝝ: cui incūbāt.
Dētium ſupiore ordine ut boues carent in utroqꝫ genere. Omēs aūt iumētoꝝ in iis terriſ dorſo
fungūt̄: atqꝫ ēt eqtatu in prœliis. Velocitas inter equos. Sed ſua cuiqꝫ mēſura: ſicuti uiīs: Nec
ultra aſſuetū procedit ſpatium: nec plus inſtituto onere recipit. Odium aduerſus equos gerunt
naturale. Sitim & quatriduo tolerāt. Implētur cum bibēdi occaſio eſt & in præteritū & in futu/
rum: obturbata cōculcatione prius aqua: aliter potu nō gaudēt. Viuūt qnquagenis ānis: quidā
& cētenis. Vtrunque rabiem & ipſi ſētiunt. Caſtrādi genus etiā fœminas quæ bello præparēt̄
inuētum eſt. Fortiores ita fiunt coitu negato. Hoꝝ aliqua ſimilitudo in duo trāſfertur animalia

Nabuna æthiopes uocāt: collo ſimilem equo: pedibus & cruribuſ boui: camelo capite: albis maculis rutilum colorem diſtinguētibus. Vnde appellata camelopardalis. Dictatoris Cæſaris circēſibus ludis primū uiſa romæ. Ex eo ſubīde cernit̃ aſpectu magis ꝗ feritate cōſpicua. Quar̄ ēt ouis feræ nomē inuenit.

De chao & cepho. Ca. xix.

POmpeii magni primū ludi oſtenderūt chaum: quē calliraphiū uocabāt: effigie lupi: pardorū maculis. Iidem ex æthiopia quas uocāt cephos: quaꝝ pedes poſteriores pedib⁹ humanis & cruribus. priores manibus fuere ſimiles: hoc animal poſtea roma nō uidit.

De rhinocerote. Ca. xx.

IIſdem ludis & rhinoceros unius in nare cornu qualis ſæpe uiſus. Alter hic genitus hoſtis elephāto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ. In dimicatiōe aluū maxime petēſ. quā ſcit eſſe molliorem. Lōgitudo ei par. Crura multo breuiora. Color buxeus.

De lyncibus: & ſpingibus: & crocutis: cercopithecis: indicis bubus: leucrocutis: eale: tauris æthiopiæ: manticora: monocerote: catoblepa: baſiliſco. Ca. xxi.

LYncas uulgo frequētes & ſpingas fuſco pilo: mām̄is ī pectorẽ geminis æthiopia generat: multaqꝫ alia mōſtro ſimilia. Pēnatos equos & cornibus armatos: quos pegaſos uocāt. Crocutaſ uelut ex cane lupoqꝫ cōceptos, om̄ia dētibus frāgētes: ꝓtinuſqꝫ deuorata cōficiētes uētre. Cercopithecos nigris capitibus: pilo aſinino: & diſſimiles cæteris uoce. Indicos boues unicornes tricorneſqꝫ. Leucrocutam pernicioſiſſimā ferā aſini fere magnitudine: cruribus ceruinis: collo cauda pectore leonis: capite meliū: biſulca ungula: ore ad nares uſqꝫ reſciſſo: dētiū locis oſſe perpetuo. Hāc feram humanas uoces tradūt imitari. Apud eos & quæ uocatur eale magnitudine equi fluuialis: cauda elephāti: colore nigra uel fulua. Maxillas apri: maiora cubitalibus cornua hēns mobilia: quæ alterna ī pugna ſiſtit: uariatqꝫ infeſta aut obliqua: utcūqꝫ rō mōſtrauit. Sed atrociſſimos habet tauros ſiluestres maiores agreſtibus: uelocitate āte omēs: colore fuluos: oculis ceruleis: pilo ī cōtrariū uerſo: rictu ad aures dehiſcente. Iuxta cornua mobilia. Tergoris duricia ſilicis: omē reſpuēs uulnus. Feras omēs uenāt̃. Ipſi nō aliter ꝗ foueis capti feritate ſemp intereunt. Apud eoſdē naſci Cteſias ſcribit quā manticorā appellat triplici dentiū ordine pectinatim coeūti. Facie & auriculis hoīs: oculis glaucis: colore ſāguineo: corpore leonis: cauda ſcorpionis mō ſpicula infigētem: Vocis ut ſi miſceat̃ fiſtulæ & tubæ cōcētus. Velocitatis magnæ: humani corporis uel præcipue appetētem. In india & boues ſolidis ungulis: unicornes: & ferā nomine axin: hinnuli pelle: pluribus cādidioribuſqꝫ maculis ſacroꝝ Liberi patris. Orſei indi ſimias cādētes toto corpore uenātur. Aſperrimā aūt ferā monocerotē: reliquo corpore equo ſimilē: capite ceruo: pedibus elephāto: cauda apro: mugitu graui: unocornu nigro media frōte cubitorum duum eminēte. Hāc feram uiuam negāt capi. Apud heſperios æthiopas fōs eſt nigris ut pleriqꝫ exiſtimauere nili caput: ut argumēta quæ diximus pſuadent. Iuxta hūc fera appellat̃ catoblepas modica alioqn: cæteriſqꝫ mēbris iners: caput tātum prægraue ægre ferēs: id deiectū ſēper in terram. Alias internecio humani generis omnibus: qui oculos eius uidere: confeſtim expirantibus. Eadem & baſiliſci ſerpētis eſt uis. Cyrenaica hūc generat ꝓuintia xii. nō āplius digytoꝝ magnitudine. Cādida ī capite macula ut quodā diademate inſigni. Sibilo omēs fugat ſerpentes. Nec flexu multiplici: nec ut reliquæ corpus impellit: ſed celſus & erectus ī medio incedens. Necat frutices nō cōtactas mō: ueꝝ & afflatas exurit hærbas: rūpit ſaxa. Talis uis malo ē. Creditū quōdā ex equo occiſo haſta: & p eā ſubeūte ui nō eqtē mō ſed quoqꝫ abſūptū. Huic tali mōſtro (ſæpe. n. enectū cōcupiuere reges uidere) muſtellaꝝ uirus exitio ē: adeo naturæ nihil placuit eſſe ſiñ pari. Interficiūt eos cauernis facile cognitus ſola tabe. Necant illi ſimul odore: moriuntur que: & naturæ pugnam conficiunt.

De lupis. Ca. xxii.

SEd in italia quoqꝫ creditur lupoꝝ uiſus eſt noxius. Vocēqꝫ hoī quē priores cōtēplent̃ adimere ad præſens. Inertes hos paruoſqꝫ africa & ægyptus gignūt: aſperos truceſqꝫ frigidior plaga. Hoīes in lupos uerti: rurſumqꝫ reſtitui ſibi falſū eſſe cōfidenter exiſtimare debemus: aut credere om̄ia quæ fabuloſa tot ſeculis cōperimus. Vnde tamē iſta uulgo infixa ſit fama ī tātum ut in maledictis uerſipelles habeāt: indicabit̃. Euātes inter auctores græciæ nō ſpret⁹ tradit arcadas ſcribere ex gente Antæi cuiuſdā ſorte familia electuꝫ ad ſtagnum quoddā regionis eiuſ duci: ueſtituqꝫ in quercu ſuſpēſo tranare: atqꝫ abire in deſerta: trāſfigurariqꝫ in lupū: & cum cæteris eiuſdem generis cōgregari per ānoſ nouem. Quo in tēpore ſi hoīe ſe abſtinuerit: reuerti ad idem ſtagnum: & cū tranauerit effigiem recipe ad priſtinum habitū addito nouem ānoꝝ ſenio. Addit quoqꝫ Fabius eādem recipe ueſtē. Miꝝ eſt ꝗ ꝓcedat græca credulitas. Nullū tā impudens mendacium eſt ut teſte careat. Itaqꝫ Copas qui olympionica ſcripſit narrat Demenetum Parrhaſium in ſacrificio quod arcades Ioui Lyceo humana etiā cum hoſtia faciebāt: imolati pueri exta deguſtaſſe: & in lupum ſe conuertiſſe. Eundē decimo āno reſtitutū athleticæ reſtitiſſe in pugilatu: uictoremqꝫ uictoria olympia reuerſū. Quin & caudæ huius animalis creditur uulgo in

eſſe amatorium uirus exiguo in uillo: eumqꝫ qui capiat abiicere. Nec idem pollere: niſi uiuēti direptum. Dies qbus coeant toto āno nō amplius xii. Eundē in fame ueſci terra. Inter auguria ad dexteram cōmeantium præciſo itinere ſi pleno id ore fecerit: nullum oīum præſtātius. Sūt ī eo genere qui ceruarii uocātur: qualem e gallia in Pompei magni harena ſpectatum diximus. Huic ꝙuis in fame mādenti ſi reſpexit obliuionem cibi ſurrepere aiunt: digreſſūqꝫ quærere aliud.

## De ſerpentibus. Ca. xxiii.

QVod ad ſerpētes attinet uulgatū ē colores eaꝝ pleraſqꝫ terras habere ī quas occultēt. Innumera eſſe genera: Ceraſtii corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quoꝝ motu reliquo corpore occultato ſollicitent ad ſe aues. Geminū caput āphiſibenæ: hoc eſt & ad caput & ad caudā tanꝙ paꝝ eſſet uno ore fūdi uenenū. Aliis ſquamā eſſe: aliis picturas. Omibus exitiale uirus. Iaculū ex arboꝝ ramis uibrari. Nec pedibus pauēdas tātum ſerpentes: ſed & miſſili uolare tormēto. Colla aſpidum intumeſcere nullo ictus remedio: præterꝙ ſi cōfeſtim ptes cōtactæ āputentur. Vnus huic tam peſtifero aīali ſenſus uel potius affectus eſt. Cōiuga ferme uagātur: nec niſi cum cōpare uita eſt. Itaqꝫ alterutra interēpta incredibilis alteri ultōnis cura. Perſequit̃ interfectorē: unūqꝫ eū in ꝙtolibet populi agmine notitia quadā infeſtat. Perrūpit omēs difficultates. Permeat ſpatia: nec niſi amnibus arcet̃ aut præceleri fuga. Nō eſt fateri reꝝ natura largius mala aut remedia genuerit. Iā primū hebetes oculos huic malo dedit: eoſqꝫ nō in frōte aut ex aduerſo cernere: ſed ī tēporibus. Ita excitatur: ſed ſæpius auditu ꝙ uiſu.

## De ichneumone. Ca. xxiiii.

HAbet deide iterneciuū bellū cū ichneumone. Notū ē aīal hac gloria maxime ī eadē natū ægypto. Mergit ſe limo ſæpius: ſiccatqꝫ ſole. Mox ubi pluribus eodē mō ſe coriis loricauit in dimicationem pergit. In ea caudā attollens ictus irritos auerſus excipit: donec obliquo capite ſpeculatus iuadat in fauces. Nec hoc cōtētus aliud haud mitius debellat animal.

## De crocodilo & hippopotamo. Ca. xxv.

CRocodilum habet nilus quadrupes malū: & terra pariter ac flumine iſeſtum. Vnū hoc animal terreſtre linguæ uſu caret. Vnū ſupiore mobili maxilla imprimit morſū: alias terribile pectinatim ſtipāte ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit pleꝝqꝫ duodeuiginti cubita. Parit oua quāta anſeres: eaqꝫ extra eum locū trāſferens ſemp incubat: prædiuinatiōe quadā ad quē ſūmo auctu eo anno egreſſurus eſt nilus. Nec aliud aīal ex minori origine ī maiorē creſcit magnitudinem. Et unguibus hic armatus eſt cōtra omēs ictus cute inuicta. Dies in terra agit: noctes aqua temporis utrūqꝫ rōe. Hūc ſatuꝝ cibo piſcium: & ſemp eſculēto ore in littore ſōno datū pua auiſ quæ trochilos ibi uocatur exauiū in italia: inuitat ad hiādum pabuli ſui gratia os primū eius adſultim repurgās: mox dētēs & intus fauces quoqꝫ ad hāc ſcabēdi dulcedinē ꝙ maxime hiantes. In qua uoluptate ſōno preſſum cōſpicatus ichneumon p eaſdē fauces ut tælū aliquod imiſſū erodit aluum. Similis crocodilo: ſed minor etiā ichneumone eſt in nilo natus ſcincos: cōtra uenena præcipuum antidotū. Itē ad inflāmandā uiroꝝ uenerem. Veꝝ in crocodilo maior erat peſtis ꝙ ut uno eſſet eius hoſte natura cōtēta. Itaqꝫ & delphini īmeantes nilo quoꝝ dorſo tanꝙ ad hunc uſum cultellata ineſt penna abigētes eos præda: ac uelut in ſuo tantū amne regnātes alioqn impares uiribus ipſi aſtu interimūt. Callent. n. in hoc cuncta aīalia: ſciūtqꝫ nō mō ſua cōmoda: ueꝝ & hoſtium aduerſa. Norūt ſua tæla: nōrūt occaſiones: ptēſqꝫ diſſidētiū ī bellis. In uētre mollis eſt: tenuiſqꝫ cutis crocodilo: ideo ſe ut territi īmergūt delphini: ſubeūteſqꝫ aluū illā ſecāt ſpina. Quin & gens homium eſt huic beluæ aduerſa in ipſo nilo: & in iteriore habitās Tentyria ab inſula in qua habitat appellata. Menſura eoꝝ pua: ſed præſentia animi in hoc tātū uiſu mira. Terribilis hæc cōtra fugaces belua eſt: fugax cōtra inſequētes. Sed aduerſū ire ſoli hi audēt. Quin etiā flumini innatāt. Dorſoqꝫ eqtātium mō impoſiti hiantibus reſupino capite ad morſū addita in os claua dextra ac leua tenētes extrema eius utrinqꝫ ut frenis in terrā agūt captiuos: ac uoce etiā ſola territos cogūt euomere recētia corpora ad ſepulturam. Itaqꝫ ei uni inſulæ crocodili nō adnatant. Olfatuqꝫ eius generis hoīum ut pſylloꝝ ſerpētes fugātur. Hebetes oculos hoc aīal dicitur habere in aqua: extra acerrimi uiſus. Quattuorqꝫ mēſes hyemis inedia ſemp trāſmittere in ſpecu. Quidā hoc unū ꝙdiu uiuat creſcere arbitrāt̃. Viuit āt longo tēpore. Maior altitudine in eodē nilo belua hippopotamus editur. Vngulis binis quales bubus: dorſo eq: & iuba: & hinnitu: roſtro reſimo: cauda torta: & dētibus aproꝝ aduncis: ſed minus noxiis. Tergoris ad ſcuta galeaſqꝫ ipenetrabilis: præterꝙ ſi humore madeat. Depaſcit̃ ſegetes: deſtinatione āte ut ferūt determinatas ī diē & ex agro ferētibus ueſtigiis ne quæ reuertēti inſidiæ cōparentur.

## Qui primus romæ hippopotamum & crocodilos oſtendit: & medicinæ ab animalibus repertæ. Ca. xxvi

PRimus eum & qnqꝫ crocodilos romæ ædilitatis ſuæ ludis. M. Scaurus tēporario euripo oſtendit. Hippopotamus in quadā medēdi parte etiā magiſter exiſtit: aſſidua nāqꝫ ſatietate obeſus exit in littus: recentes arūdinum cæſuras pſpeculatus: atqꝫ ubi acutiſſimū uidet ſti-

pitem ĩprimens corpus uenã quãdam ĩ crure uulnerat: atq; ita profluuio sanguinis morbidum
alias corpus exonerat: & plagam limo rurſus obducit.

Quæ aĩalia quas hærbas oſtẽderũt cerui: lacerti: hirũdines: teſtudines: muſtella: ciconia:
ap: ãguis: draco: pãthera: elephas: urſi: cerui. palũbes: colũbæ: grues: coruus. Ca. xxvii.

Simile quiddam & uolucris in eadẽ ægypto mõſtrauit: quæ uocat̃ ibis: roſtri aduncitate p
eam partẽ ſe perluens qua reddi ciboꝝ onera maxime ſalubre eſt. Nec hæc ſola multis ani
malibus repta ſunt uſui futura & hoĩ. Dictamũ hærbam extrahẽdis ſagittis cerui mõſtra
uere pcuſſi eo tælo paſtuq; eius hærbæ eiecto. Iidẽ percuſſi a phalãgio quod eſt aranei genus:
aut aliquo ſimili cãcros edendo ſibi medẽt̃. Eſt & ad ſerpẽtiũ ictus præcipua: qua ſe lacerti quo
tiens cũ his cõſeruere pugnã uulnerati refouent. Chelidoniã uiſui ſaluberrimã hirũdines mon
ſtrauere uexatis pulloꝝ oculis illa medẽtes. Teſtudo cunilæ quã bubulã uocãt paſtu uires con
tra ſerpentes refouet. Muſtella ruta in muriũ uenatu cũ iis dimicatione cõſerta. Ciconia origa
no. Edera apri in morbis ſibi medentur: & cancros ueſcendo maxime mari eiectos. Anguis hy
berno ſitu mẽbrana corporis obducta fœniculi ſucco impedimẽtum illud exuit: nitiduſq; uer
nat. Exuit aũt a capite primũ: nec celerius ꝙ uno die ac nocte replicans: ut extra fiat mẽbranæ
quod fuerat intuſ. Idem hyberna latebra uiſu obſcurato marathro hærbæ ſeſe affricãs oculos in
ungit ac refouet. Si uero ſquamæ obtorpuere: ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Draco uernã nauſeã ſilue
ſtris lactucæ ſucco reſtrigit. Pantheras per carnes fricatas aconito uenãtur iidẽ barbari. Occu
pet ilico fauces eaꝝ angor. Quare pardalianches id uenenũ appellauere qdã. At fera cõtra hæc
incrementis hoĩs ſibi medetur: & alias tam auida eoꝝ: ut a paſtoribus ex induſtria in aliquo uaſe
ſuſpẽſa altius ꝙ ut queat ſaltu cõtingere: iaculãdo ea petendoq; defigi: & poſtremo expirare di
catur: alioqn uiuacitatis adeo lentæ: ut eiectis interaneis diu pugnet. Elephas cameleõte conco
lori frõde deuorato occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo. Vrſi cũ mandragoræ mala deguſtauere:
formicas lambũt. Ceruus hærba cynare uenenatis pabulis reſiſtit. Palũbes: graculæ: merulæ:
perdices lauri folio ãnuum faſtidium purgãt. Colũbæ: turturs: & gallinacei hærba quæ uocat̃
helxine. Anates: anſeres: cæteræq; aquaticæ hærba ſiderite. Grues & ſimiles iunco paluſtri.
Coruus occiſo cameleonte qui etiã uictori nocet lauro infeſtum uirus extinguit.

¶ Prognoſtica animalium Ca. xxviii.

Mllia præterea utpote ꝙ plurimis aĩalibus eadem natura reꝝ cæli quoq; obſeruatione & uẽ
toꝝ & hymbriũ & tẽpeſtatum præſagia aliiſ alia dederit: quod pſequi imenſũ eſt: æque ſci
licet ꝙ reliquã cũ ſingulis hoĩum ſotietatem. Siquidẽ & picula præmonẽt nõ fibris mõ extiſq;
circa quod magna mortaliũ portio hæret: ſed alia quadã ſignificatione: Ruinis iminentibus mu
ſculi præmigrant. Aranei cũ tælis primi cadũt. Auguria qdem artem periculis fecere. Apud ro
manos ſacerdotũ collegiũ uel maxime ſolẽne eſt. In thracia locis rigẽtibus & uulpes aĩal alioqn
ſolerti auditu: amnes gelatos lacuſq; non niſi ad paſtus ituræ redituræq; tranſeunt. Obſeruatũ
eam aure ad glaciem appoſita cõiectare craſſitudinem gelu.

Ciuitates & gentes a minutis animalibus deletæ. Ca. xxix.

NEc minus clara exitii documẽta ſũt etiã ex cõtẽpnendis aĩalibuſ. M. Varro auctor eſt a cu
niculis ſuffoſſũ in hiſpania oppidũ: a talpiſ ĩ theſſalia: ab ranis ciuitatẽ in gallia pulſã: ab lo
cuſtis ĩ africa. Ex gyaro cycladũ inſula amyclios a muribus fugatos. In italia amyclas a ſerpẽtib⁹
deletaſ. Citra cynamulgos æthiopas late deſerta regio ẽ a ſcorpiõibuſ & ſolipygis gẽte ſublata
& a ſcolopendriſ abactoſ otrerieteſ auctor ẽ Theophraſtuſ. S; ad r̃liqua feraꝝ gñra trãſeam⁹.

¶ De hyena & crocuta & manticora & fibris & lutris. Ca. xxx.

HYenis utranq; eſſe naturã: & alternis ãnis eſſe marem. alternis fœminã fieri. Parere ſine
mare uulgus credit. Ariſtoteles negat. Collũ & iuba cõtinuitate ſpinæ porrigit̃: flectiq;
niſi circũactu totius corporis nequit. Multa præterea mira tradũt̃. Sed maxime ſermonẽ huma
num inter paſtoꝝ ſtabula aſſimulare: nomẽq; alicuius adiſcere: quem euocatũ foras laceret. Itẽ
uomitionem hoĩs imitari ad ſollicitãdos canes: quos inuadat. Ab uno aĩali ſepulchra erui inqſiti
one corpoꝝ. Fœminam raro capi. Oculis mille eſſe uarietates: oculoꝝq; mutationes. Præterea
umbræ eius cõtactu canes obmuteſcere. Et qbuſdã magicis artibus omẽ aĩal quod ter luſtraue
rit in ueſtigio hærere. Huius generis coitu leæna æthiopica parit crocutã: ſimiliter uoces imi
tãtem hoĩum pecoꝝq;. Acies ei ppetua in utraq; parte oris: nullis gingiuis dente cõtinuo: qui
ne cõtrario occurſu hebetet̃: capſaꝝ mõ includitur. Hoĩum ſermones imitari & mãticoram in
æthiopia auctor eſt Iuba. Hyenæ plurimæ gignũtur in africa: quæ & aſinoꝝ ſilueſtriũ multitu
dinem fundit. Mares ĩ eo genere ſingulis fœminaꝝ gregibus imperitãt. Timẽt libidinis æmu
los: & ideo grauidas cuſtodiũt. Morſuq; natos mares caſtrãt. Cõtra grauidæ latebras petũt: &
parere furto cupiũt: gaudẽtq; copia libidinis. Eaſdẽ partes ſibi ipſi põtici amputãt fibri pericu
lo urgente: ob hoc ſe peti gnari. Caſtoreũ id uocãt medici. Alias aĩal horrendi morſus: Arboreſ
iuxta flumĩa ut ferro cædit. Hoĩs pte cõprehẽſa nõ ante ꝙ fracta concrepuerint oſſa morſu re

ſoluit. Cauda piſciũ iis: cætera ſpẽs lutræ. Vtrũq; aquaticũ. Vtriq; mollior pluma pilus.

¶ De ranis & uitulis marinis & ſtellionibus. Ca. xxxi.

RAnæ quoq; rubetæ quaꝝ & in terra & in humore ẽ uita: plurimis refertæ medicamibus deponere ea quotidie ac reſumere a paſtu dicũť: uenena tantũ ſibi reſeruãtes. Similis & uitulo marino uictus in mari ac terra. Simile ſibro & ingeniũ. Euomit fel ſuũ ad multa medicamẽta utile. Itẽ coagulum ad comitiales morbos. Ob ea ſe peti prudẽs. Theophraſtus auctor eſt: angues eo mõ & ſtelliones ſenectutem exuere: eãq; protinus deuorare: præcipientes comitiali morbo remedia. Eoſdem peſtiferos ferũt in græcia: ĩnocuos eſſe in ſicilia.

¶ De ceruis. Ca. xxxii.

CEruis quoq; eſt ſua malignitas quãq̃ placidiſſimo aĩalium: urgẽte ui canũ ultro cõfugiũt ad hoĩem. Et in pariẽdo ſemitas minus cauẽt: humanis ueſtigiis tritas: q̃ quæ ſecretæ ac feris opportunæ. Cõceptus eaꝝ poſt arcturi ſydus. Octonis mẽſibus ferũt partus: & interdum geminos. A cõceptu ſepãnt ſe. At mares relicti rabie libidinis ſæuiunt. Fodiũt ſcrobes. Tũc roſtra eoꝝ nigreſcũt: donec aliqui abluãt hymbres. Fœminæ ãt ante partũ purgãť hærba quadã quæ ſeſelis dicitur: faciliore ita utẽtes utero. A partu duas habẽt hærbas quæ aros & ſeſelis appellatur. Paſtæ redeũt ad fœtum. Illos imbui lactis primo nolũt ſucco quacũq; de cã. Editos ptus exercent curſu: & fugam meditari docent. Ad prærupta ducũt: ſaltũq; demõſtrãt. Iam mares ſoluti deſiderio libidinis auide petũt pabula. Vbi ſe præpingues ſẽſere latebras quærũt: fatentes incõmodũ pondus: & alias ſemp in fuga acqeſcũt: ſtãteſq; reſpiciũt. Cũ ꝓpe uẽtũ eſt: rurſus fugæ præſidia repetentes. Hoc fit inteſtini dolore tã infirmi: ut ictu leui rũpatur intus. Fugiunt aũt latratu canum audito aura ſemp ſecũda: ut ueſtigia cũ ipſis abeãt. Mulcẽť fiſtula paſtorali & cantu. Cũ erexere aures: acerrimi auditus: cũ remiſere: ſurdi. Cæteꝝ aĩal ſimplex: & oĩm reꝝ miraculo ſtupẽs: in tantũ ut equo aut bucula accedẽte ꝓpius hoĩem iuxta uenãtem nõ cernant: aut ſi cernũt: arcũ ipſum ſagittaſq; mirẽtur. Maria tranãt gregati nãteſ porrecto ordine: & capita imponẽtes præcedẽtium clunibus: uicibuſq; ad terga redeũtes. Hoc maxime notatur a cilicia cyprum traiicientibus. Nec uidẽt terras ſed ĩ odore eaꝝ natãt. Cornua mares habẽt: ſoliq; aĩalium omibus ãnis ſtatuto ueris tẽpore amittũt. Ideo ſub ipſa die q̃maxime inuia petũt. Latẽt amiſſis uelut inermes. Sed & ipſi bono ſuo inuidẽtes. Dextrum cornu negãt inueniri: ceu medicamẽto aliquo præditum. Idq; mirabilius fatendũ eſt: cum & in uiuariis mutẽt omibus annis. Defodi ab iis putãt. Accẽſis ãt utriſ[que] idet odore ſerpẽtes fugãť: & comitiales morbi deprehendũtur. Indicia quoq; ætatis in illis gerũt ſingulis ãnis adiicientibus ramos uſq; ad ſexennes. Ab eo tẽpore ſimilia reuiuiſcunt. Nec poteſt ætas diſcerni. Sed dẽtibus ſenecta declarať. Aut enim paucos aut nullos habẽt: nec in cornibus imis ramos: alioqn ante frõtẽ prominere ſolitos tumoribus. Nõ decidunt caſtratis cornua: nec naſcũtur. Erumpũt ãt renaſcẽtibus tuberibus primo aridæ cutis ſilia. Eadem teneris increſcũt ferulis arundineas ĩ pãniculas molli plumata lanugine. Quãdiu carẽt iis noctibus ꝓcedũt ad pabula. Increſcẽtia ſolis uapore durãt: ad arborem ſubinde experiẽtes. Vbi placuerit robur: in aperta ꝓdeũt. Capti iam ſunt edera ĩ cornibus uiridante ex attritu arboꝝ: ut ĩ aliquo ligno teneris dum experiũť innata. Fiunt aliquãdo ex cãdido colore qualem fuiſſe traditur Q. Sertorii ceruã: quã eſſe ſatidicã hiſpaniæ gẽtibꝰ perſuaſerat. Et iis eſt cum ſerpẽte pugna. Inueſtigãt cauernas: nariumq; ſpiritu extrahuntur renitẽtes. Ideo ſingulare abigẽdis ſerpẽtibus odor aduſto cornu ceruino. Cõtra morſus uero præcipuum remedium ex coagulo hinnuli ĩ utero occiſi. Vita ceruis in cõfeſſo lõga: poſt cẽtum ãnos aliqbus captis cum torqbus aureis: quos Alexãder magnus addiderat: adopertis iam cute ĩ magna obeſitate. Febrium morbos nõ ſentit hoc aĩal. Quin & medetur huic timori. Quaſdam nos principes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas: & longo æuo caruiſſe febribus. Quod ita demum exiſtimant ratum ſi uulnere uno interierit.

¶ De tragelapho: & chameleõte: & reliqs colorẽ mutãtibus. Ca. xxxiii.

EſT eadem ſpecie barba tãtum & armoꝝ uillo diſtãs: quẽ tragelaphõ uocãt: nõ alibi q̃ iuxta phaſin amnem naſcens. Ceruos africa propemodum ſola nõ gignit. At chameleõtem & ipſa: quã q̃ frequẽtiorem india. Figura & magnitudo erat lacerti: niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera uẽtri iunguntur ut piſcibus & ſpina ſimili mõ. Eminet roſtrum ut ĩ paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prælõga in tenuitatẽ deſinẽs: & implicans ſe uiperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tardior ut teſtudini. Corpus aſpeꝝ ut crocodilo. Oculi in receſſu cauo: tenui diſcrimine prægrãdes: & corpori cõcolores. Nũq; eos operiri: nec pupillæ motu: ſed totius oculi uerſatione circũaſpicit. Ipſe celſus hiãti ſemp ore. Solus aĩalium nec cibo nec potu ſemper alitur: nec alio q̃ aeris alimẽto. Circa caprificos ferus: innoxius alioqn. Et coloris natura mirabilior. Mutat nãq; eum ſubinde & oculis & cauda & toto corpore. Redditq; ſemp quẽcũq; ꝓxime attingit præter rubrum cãdidumq;. Defuncto pallor eſt. Caro ĩ capite & maxillis & ad cõmiſſuram caudæ admodum exigua. Nec alicubi toto corpore. Sanguis in corde & circa oculos tãtũ.



Historiae naturalis - page 132 sur 530

C P L. viii

Viſcera ſine ſplene. Hybernis menſibus latet ut lacerta.

De tarando & lycaone & thoe. Ca. xxxiiii.

m Vtat colores ſcythaꝝ tarãdus: nec aliud ex iis quæ pilo ueſtiũt: niſi in indis lycaõ: cui iu
bata traditur ceruix. Nã thoes lupoꝝ id genus eſt ꝓcerius lõgitudie: breuitate cruꝝ diſ
ſimile: uelox ſaltu. Venatu uiuẽs. Innocuũ hoi. Habitũ non colorem mutat. Per hyemes hirti:
æſtate nudi. Tarando magnitudo quæ boui eſt. Caput maius ceruino: nec abſimile: Cornua ra/
moſa: ũgula biſida: uillus magnitudie urſoꝝ. Sed cũ libuit ſui coloris eſſe: aſino ſimilis ẽ. Tergo
ri tãta duritia: ut thoraces ex eo faciãt. Colorẽ oim arboꝝ fruticũ floꝝ locoꝝq; rẽdit metuẽs ĩ q
b⁹ latet. Ideoq; raro capiť. Miꝝ eſſet habitũ corpore tã multiplicẽ dari mirabilius & uillo.

De hyſtrice. Ca. xxxv.

h Yſtrices generat india & africa ſpina cõtectas: ac erinaceoꝝ genere: ſed hyſtrici lõgiores
aculei: & cũ intẽdit cutem miſſiles. Ora urgẽtium figit canũ: & paulo lõgius iaculať. Hy
bernis autem ſe menſibus cõdit. Quæ natura multis & ante omia urſis.

De urſis & fœtibus eoꝝ. Ca. xxxvi.

e Oꝝ coitus hyemis initio: nec uulgari quadrupedũ more: ſed ambobus cubantibus cõple/
xiſq;. Deinde ſeceſſus in ſpecus ſepatim: in qbus pariũt triceſimo die: ac plurimũ qnos. Hi
ſunt cãdida iformiſq; caro: paulo muribus maior: ſine oculis: ſine pilo. Vngues tãtum ꝓminẽt.
Hãc lambẽdo paulatim figurãt. Nec qcq; rarius hoies q̃ parientem uidere urſam. Ideo mares
quadragenis diebus latẽt. Fœminæ quaternis mẽſibus. Specus ſi nõ habuere ramoꝝ fruticũq;
cõgerie ædificãt impenetralibus hymbribus molliq; frõde cõſtratos. Primis diebus biſſeptenis
tã graui ſõno premũtur: ut ne uulneribus qdem excitari queãt. Tũc miꝝimodũ uterno pingue/
ſcunt. Illi ſũt adipes medicaminibus apti: cõtraq; defluuiũ capilli tenaces. Ab iis diebus reſidũt:
ac prioꝝ pedum ſuctu uiuũt. Fœtus rigentes apprimẽdo pectori fouẽt: nõ alio incubitu q̃ oua
uolucres. Miꝝ dictu credit Theophraſtus per id tempus coctas quoq; urſoꝝ carnes ſi aſſeruẽť
increſcere. Cibi tũc nulla argumẽta: nec niſi humoris minimũ in aluo inueniri. Sãguinis exiguas
circa corda tantũ guttas: reliquo corpori nihil ineſſe. Procedũt uere: ſed mares præpigues. Cu/
ius rei cauſa nõ prompta eſt. Quippe nec ſõno qdẽ ſaginatis præter quattuordeci dies ut dixi/
mus. Exeũtes hærbã quãdam aron noie laxãdis inteſtinis alioqn cõcretis deuorãt: circaq; ſulcu
los dentium prædomãtes ora. Oculi eoꝝ hebetãť crebro. Qua maxie fauos cã expetũt: ut con
uulneratũ ab apibus os leuet ſanguine grauedinem illã. Inualidiſſimũ urſo caput: quod leoni for
tiſſimũ. Ideo urgẽte ui præcipitaturi ſe ex aliqua rupe manibus eo operto iaciũtur: ac ſæpe ĩ ha/
rena colaphis infictis exanimãť. Cerebro ueneficiũ eſſe hiſpaniæ credũt: occiſoꝝq; in ſpectacu/
lis capita cremãte teſtato quoniã potum in urſinã rabiem agat. Ingrediũť & bipedes. Arborem
auerſi diripiũt. Tauros ex ore cornibuſq; eoꝝ pedibus oibus ſuſpẽſi põdere fatigãt. Nec alteri
aïalium ĩ maleficia ſtultitia ſollertior. Annalibus notatũ ẽ M. Piſone M. Meſſala conſ. ad xiiii.
Kaleñ. octob. Domitiũ Aenobarbũ ædilẽ curulẽ urſos numidicos c. & totidẽ uenatores æthio
pas in cyrco dediſſe. Miror adiectum numidicos fuiſſe: cũ in africa urſos nõ gigni cõſtet.

De muribus ponticis & alpinis & herinaceis. Ca. xxxvii.

c Ondũtur hyeme & põtici mures dũtaxat albi. Quoꝝ palatum ĩ guſtu ſagaciſſimum aucto
res quo nã mõ intellexerint miror. Cõduntur & alpini: quibus magnitudo media eſt. Sed hi
pabulo ante in ſpecus cõuecto: cum qdam narrẽt alternos marem ac fœminã ſupra ſe complexo
faſce hærbæ ſupinos cauda mordicus apprehenſa inuicẽ detrahere ad ſpecum. Ideoq; illo tẽpo/
re detrito eſſe dorſo. Sũt his ptes & in ægypto. Similiter reſidẽt in clunes: & in binis pedibus
gradiuntur: prioribuſq; ut manibus utũť. Præparãt hyemi & herinacei cibos: ac uolutati ſupra
iacẽtia poma affixa ſpinis unum nõ amplius tenẽtes ore portant in cauas arbores. Iidẽ mutatio/
nem aqlonis in auſtrum cõdentes ſe in cubile præſagiunt. Vbi uero ſenſere uenãtem contracto
ore pedibuſq; ac pte omi inferiore qua rarã & ĩnocuam habẽt lanuginẽ cõuoluũť in formã pi/
læ: ne quid cõprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatione uero urinã ex ſe reddũt tabificã
tergori ſuo ſpiniſq; noxiã: ꝓpter hoc ſe capi gnari. Quã ob rẽ exinanita prius urina uenari ars
eſt. Et tum præcipua dos tergoris. Alias corrupta fragilis putribus ſpinis atq; deciduis: etiã ſi
uiuat ſubtractus fuga. Ob id nõ niſi ĩ nouiſſima ſpe maleficio illo pfundiť. Quippe & ipſi odere
inſitum ueneficium ita parcentes ſibi: terminumq; ſupremũ operientes: ut ferme ante captiuitas
occupet. Calidæ poſtea aquæ aſpſu reſoluitur pila: apprehẽſuſq; pede altero e poſterioribus ſu
ſpendio ac fame necatur. Aliter nõ eſt occidere & tergori pcere. Ipſũ aïal nõ uerẽtur pleriq; di/
cere uitæ hoïum ſupuacuum eſſe. Si nõ ſint illi aculei: fruſtra uelleꝝ mollicies in pecude mortali
bus data. Hac cute expoliuntur ueſtes. Magnum fraus & ibi lucrum monopolium inuenit. De
nulla re crebrioribus ſenatuſconſultis nulloq; non pricipe adito querimoniis ꝓuintialibus. Vri/
na e duobus aliis animalibus ratione mira eſt.

De leontophono: lynce: melibus: & ſciuris. Ca. xxxviii.

LEontophonon accepimus uocari paruum: nec alıubi naſcēs ꝙ ubi leo gignitur. Quo gu/
ſtato tanta illa uis eſt ut cæteris quadrupedū imperitans ilico expiret. Ergo corpus eius
aduſtū aſpergunt aliis carnibus polētæ mō īſidiātes feræ: necātq; etiā cinere tam cōtraria ē pe
ſtis. Haud imerito igiť odit leo: uiſūq; frangit: & circa morſum exaīat. Ille cōtra urinam ſpgit
prudēs: hanc quoq; leoni exitialē. Lyncum humor ita redditus ubi gignūtur glaciať: areſcit ue
in gēmas carbunculis ſimiles: & igneo colore fulgentes: lyncurium uocatas: atq; ob id ſucino a
pleriſq; ita generari ꝓdito. Nouere hoc ſciūtq; lynces: & inuidētes urinam terra operiūt: eoq;
celerius ſolidať. Illa alia ſolertia in metu melibus: ſufflata cute diſtentæ ictus boīum & morſus
canum arcēt. Præuidēt tempeſtatē & ſcyuri: obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis: ex
alia parte aperiūt fores decretos. Ipſis uilloſior cauda pro tegumento eſt. Ergo in hyemes aliis
prouiſum pabulum aliis pro cibo ſomnus.

## De uipera cocleis & lacertis: Ca. xxxix.

SErpentium uipa ſola terra dicitur cōdi. Cæteræ arboꝝ aut ſaxoꝝ cauis. Et alias uel annua
fame edurāt algore mō dempto. Omia ſeceſſus tēpore ueneno orba dormiūt. Simili mō & co/
cleæ. Illæ quidē iteꝝ & æſtatibus adherētes maxime ſaxis: ut etiā iniuria reſupinatæ auulſæq;
nō tamē exeāt. In balearibus uero inſulis cauaticæ appellatæ non ꝓrepunt e cauis terræ: neq;
hærba uiuūt: ſed uuæ mō inter ſe coherent. Eſt & aliud genus minus uulgare. Adhærent oper
culo eiuſdē teſtæ ſe opientes: obrutæ terra ſemp. Hæ & circa maritimas tātum alpes quondā
effoſſæ cœpere iam erui & in ueliterno. Omīm tamē laudatiſſimæ in aſtypalea inſula. Lacertæ
inimiciſſimū genus cocleis. Negantur ſemeſtrem uitā excedere. Lacerti arabiæ cubitales. In in
dia uero in niſa mōte xxiiii. in lōgitudine pedum: colore fului aut punicei aut cerulei.

## De canibus. Ca. xl.

EX iis quoq; animalibus quæ nobiſcū degūt multa ſūt cognitu digna. Fideliſſimi ante omīa
homini canes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canē ꝓ domino accepimus: cōfec/
tumq; plagis a corpore nō receſſiſſe: uolucres & feras abigentē. Ab alio in epiro agnitū in con/
uētu pcuſſorem domini laniatuq; & latratu adactum: ut cogereť fateri ſcelus. Garamātum re/
gem canes ducēti ab exilio reduxere prœliātes cōtra reſiſtētes. Propter bella colophonii itēq;
caſtabalēſes cohortes canū habuere. Eæ primæ dimicabāt in acie nunq; detrectāteſ. Hæc erāt
fidiſſima auxilia: nec ſtipēdioꝝ indigna. Canes defēdere cimbros cæſis dominis eoꝝ plauſtris i/
poſitis. Canis Iaſone Lycio interfecto cibū cape noluit inediaq; cōſūptus eſt. Is cui uero nomē
hyrcani reddidit Durides accēſo regis Lyſimachi rogo iniecit ſe flāmæ. Similiterq; Hieroniſ re
gis. Memorat & Pyrrhum Gelonis tyrāni canē Philiſtus. Memorať & Nicomedis bithyniæ
regis uxore eius Cōſynge laceratā ꝓpter laſciuiorem cum marito iocum. Apud noſ Volcatium
nobilem q Ceſelium ius ciuile docuit aſturcone e ſuburbano redeuntē cum adueſpauiſſet canis a
craſſatore defēdit. Itē Celium ſenatorē ægrum placētiæ ab armatis oppreſſum. Nec prius ille
uulneratus eſt ꝙ cane interēpto. Sed ſup omia in noſtro æuo actis populi ro. teſtatum Appio
Iunio & P. Silio cōſ. cū aīaduertereť ex cā Neronis Grāmatici filiiin T. Sabinū & ſeruitia eius:
unius ex iis canem nec a carcere abigi potuiſſe: nec a corpore receſſiſſe: abiecto in gradibus ge/
moniis mœſtos edentē ululatus magna populi ro. corona circūſtāte: ex qua cū qdā ei cibū obie
ciſſet: ad os defuncti tuliſſe. Innatauit idē in tyberim cadauere abiecto ſuſtētare conatus: effuſa
multitudine ad ſpectādam animalis fidem. Soli dominū nouere. Et ignotum quoq; ſi repēte ue
niat intelligunt. Soli nomina ſua: ſoli uocem domeſticā agnoſcūt. Itinera ꝗuis lōga meminere.
Nec ulli præter hominē memoria maior. Impetus eoꝝ & ſæuitia mitigatur ab homine cōſiden
te humi. Plurima alia in his quotidie uita inuenit. Sed in uenatu ſolertia & ſagacitas præcipua ē
Scrutatur ueſtigia atq; pſequitur. Comitantē ad ferā inqſitorem loro retrahens: ꝗuis aquam
tranſiliens ſe occultaſſet: quā ſignificans demōſtratio eſt cauda primū: deinde roſtro. Ergo etiā
ſenecta feſſos cæcoſq; ac debiles ſinu ferūt: uentos & odorē captantes: ꝓdenteſq; roſtro cubi/
lia. E tigribus eos indi uolūt concipi. Et ob id in ſiluis coitus tēpore alligant fœminas. Primo
& ſecundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio demū educant. Hoc idē e lupis galli: quoꝝ
greges ſuum qſq; ductorem e canibus & ducem habent. Illum in uenatu comitātur: illi parēt.
Nāq; inter ſe exercent etiam magiſteria. Certū eſt iuxta nilum amnem currentem lambere: ne
crocodiloꝝ auiditati occaſiōem præbeāt. Indiā petenti Alexādro magno rex albaniæ dono de/
derat īuſitatæ magnitudinis unū: cuius ſpecie delectatus iuſſit urſos mox apros & deīde damas
emitti contēptu īmobili iacente. Eaq; ſegnicie tanti corporis offenſus imperator generoſi ſpiri/
tus eum interimi iuſſit. Nūtiauit hoc fama regi. Itaq; alteꝝ mittens addidit mādata: ne in puis
experiri uellet: ſed in leone elephēto ue. Duos ſibi fuiſſe. Hoc interēpto præterea nullū fore:
Nec diſtulit Alexāder: leonemq; fractū protinus uidit. Poſtea elephātum iuſſit īduci haud alio
magis ſpectaculo lætatus. Horrentibus qppe per totū corpus uillis ingenti primū latratu into/
nuit. Mox in ceruicem aſſultans cōtraq; beluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatione: qua

maxime opus eſſet infeſtãs atq; euitans: donec aſſidua rotatũ uertigine afflixit: ad caſũ eius tel/
lure cõcuſſa. Cãnũ generibus annui partus. Iuxta ad pariẽdũ ãnua ætas. Gerũt in utero ſexage
nis diebus. Gignũt cæcos: & quo largiore alũt lacte: eo tardiorẽ uiſũ accipiũt. Nõ tamẽ unq̃
ultra uiceſimũprimũ diem: nec ante ſeptimũ. Quidã tradũt ſi unus gignatur nono die cernere: ſi
gemini decimo. Idemq; in ſingulos adiici: totidemq; eſſe tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ
fœmina ſit ex primipara genita citius cerni. Optimus in fœtu q̃ nouiſſimus cernere incipit: aut
quem primum fert in cubile fœta. Rabies canum ſyrio ardente homini peſtifera ut diximus: ita
morſis lœtalis aquæ metus. Qua ꝓpter obuiam itur ꝑ xxx. eoſ dies gallinaceo maxĩe fimo mix
to canum cibis: aut ſi præuenerit morbus ueratro.

¶ Ad canis rabidi morſum. Ca. xli.

a AD morſum uero unicum remedium oraculo quodam nuꝑ repertum. Radix ſilueſtris roſæ
quæ cynorhoda appellatur: Columella auctor eſt ſi quadrageſimo die q̃ ſit natus caſtreẽ
morſu cauda: ſũmuſq; eius articulus auferatur: ſequẽti neruo exẽpto: nec caudã creſcere: nec ca
nes rabidos fieri. Canẽ locũtũ ĩ ꝓdigiis quod eqdẽ ãnotaueri accepimus: & ſerpentẽ latraſſe cũ
pulſus ẽ regno Tarqnus.

¶ De natura equoꝝ. Ca. xlii.

EIdem Alexandro & equi magna raritas cõtigit. Bucephalan eum uocarũt: ſiue ab aſpectu
toruo: ſiue ab inſigni taurini capitis armo ĩpreſſi. Sexdecĩ talẽtis ferũt ex Philonico phar/
ſali grege emptũ etiã tũ puero capto eiꝰ decore. Neminẽ hic aliũ q̃ Alexãdrũ regio iſtra
tus ornatu recepit ĩ ſedẽ: alios paſſĩ reiiciẽs. Idem in prœliis memoratæ cuiuſdã ꝓhibeẽ opæ.
Thebaꝝ oppugnatione uulneratus in aliũ trãſire Alexandrũ nõ paſſus: Multa præterea eiuſdẽ
mõi. Propter quæ rex defũcto ei duxit exeqas. Vrbem tumulo circũdedit nõie eius. Nec Cæſa
ris dictatoris quẽq; aliũ recepiſſe dorſo equus tradiẽ. Idẽq; hõis ſimiles pedeſ prioreſ habuiſſe:
Hac effigie locatus ãte Veneris genitricis ædem. Fecit & Diuus Auguſtus equo tumulum. De
quo Germanici Cæſaris carmẽ eſt. Agrigenti cõpluriũ equoꝝ tumuli pyramides habẽt. Equũ
adamatũ a Semiramide uſq; ad coitũ Iuba auctor eſt. Scythæ quidẽ equitatus & equorũ gloria
ſtrepunt. Occiſo deniq; ipſoꝝ regulo ex prouocatione dimicãte hoſtẽ cum uictor ad ſpoliandũ
uteniſſet ab equo eius ictibus morſuq; cõfectum. Aliũ detracto oculoꝝ opimẽto & cognito cum
matre coitu petiſſe prærupta atq; exanimatum. Equã eadẽ ex cã in reatino agro laceratũq; pari
ter aurigam inuenimus. Nãq; & cognationũ intellectus in iis eſt. Itaq; in grege prioris anni ſo
rore libentius etiã q̃ matre equa comitaẽ. Docilitas tanta eſt ut uniuerſus ſybaritani exercitus
equitatus ad ſymphoniæ cãtum ſaltatiõe quadã moueri ſolitus ĩueniaẽ. Iidem præſagiũt pugnã
& amiſſos lugent dominos: lachrymaſq; interdum deſiderio fundũt. Interfecto Nicomede rege
equus eius inedia uitam finiuit. Philarchus refert Centaretriũ e galatis in prœlio occiſo Antio/
cho potitũ equo eius cõſcendiſſe ouãtem. At illũ indignatione accẽſũ domitis frenis ne regi poſ
ſet præcipitem in abrupta iſſe: exanimatũq; una. Philiſtus a Dionyſio relictũ in cœno hærentẽ
ut ſeſe euelliſſet: ſecutũ ueſtigia domini examine apum iubæ ĩhærente. Eoq; oſtento tyrãnidẽ
a Dionyſio occupatam. Ingenia eoꝝ inenarrabilia iaculãtes obſequio experiũẽ. difficileſ conatuſ
corpore ipſo: nixuq; inuitãtium. Iam tæla humi collecta equiti porrigũt. Nã in cyrco ad curruſ
iuncti nõ dubie intellectũ adhortationis & gloriæ fatẽtur. Claudii Cæſaris ſeculariũ ludoꝝ cyr
cenſibus excuſſo in carceribus auriga albati equi palmã occupauere: primatũ optinuere: oppoſi/
ta effundentes omĩa: quæ cõtra æmulos debuiſſent pitiſſimo auriga ĩſiſtente faciẽtes. Cũ pude
ret hoĩum artes ab equis uinci: pacto legittimo curſu ad metã ſtetere. Maius augurũ circa pri/
ſcos plebeiis cyrcẽſibus excuſſo auriga: ita ut ſi ſtaret in capitolium cucurriſſe equos: ſedẽq; ter
luſtraſſe. Maximũ uero eodẽ ꝑueniſſe a ueiis cum palma & corona effuſo Ratumena: q̃ ibi uice
rat. Vnde poſtea nomẽ portæ eſt. Sarmatæ lõginqua itinera acturi inedia pridie præparãt eos
exiguum tantum potum impartiẽtes: atq; ita per cẽtena milia & quinquagita cõtinuo curſu eun
tibus ĩſidẽt. Viuunt ãnis qdẽ quiquagenis. Fœminæ minore ſpatio: Eædẽ quiquẽnio finẽ cre/
ſcẽdi capiunt. Mares ãno addito. Forma equoꝝ quales maxime legi oporteat. Pulcherrime qui
dẽ Virgilio uate abſoluta eſt. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equeſtri cõdito: & fere
inter omẽs cõſtare uideo. Diuerſa ãt cyrco rõ quæriẽ. Itaq; cũ bimi in alio ſubigãẽ ĩpio: nõ ãte
quiquẽnes ibi certamẽ accipiunt. Partũ in eo generẽ undeniſ mẽſibus ferũt: duodecimo gignũt.
Coitus uerno equinoctio bimo utrinq; uulgaris. Sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad
ãnos trigĩtatres. Vtpote cum a cyrco poſt uiceſimum ãnum mittãẽ ad ſobolẽ repandam. Et ad
quadragita duraſſe tradunt: adiutum mõ ĩ attollẽda priore parte corpotis. Sed ad generandum
paucis aĩalium minor fertilitas. Qua de cã per interualla admiſſuræ dãtur: nec tamẽ quideci ini
tus eiuſdẽ ãni ualet tolerare. Equaꝝ libido extĩguitur iuba tõſa. Gignunt ãnis omĩbus ad qua/
drageſimũ. Vixiſſe equum ſeptuagitaquiq; ãnis ꝓditur. In hoc genere grauida ſtãs parit: præ/
terq; cæteras fœtum diligit. Et ſane equis amoris ĩnaſci ueneficium hippomones appellatum in
frõte: carice magnitudine: colore nigro. Quod ſtatim edito partu deuorat fœta: aut partum ad

ubera nõ admittit ſi quis præreptum habeat. Olfatu ĩ rabiẽ id genus agiť. Amiſſa parẽte ĩ grege armẽti reliquæ fœtæ educãt orbum. Terrã attingere ore triduo ꝓximo ꝗ̃ ſit genituſ negat poſſe. Quo quis acrior: in bibẽdo ꝓfũdius nares mergit. Scythæ ꝑ bella fœminis uti malunt: quoniã urinã curſu nõ impedito reddãt. Cõſtat in luſitania circa ulyxipponẽ oppidũ & tagũ amnem equas fauonio flãte obuerſas animalẽ cõcipere ſpiritum: idqꝫ partum fieri. & gigni perniciſſimum ita: ſed triẽnium uitæ nõ excedere. In eadẽ hiſpania galleca gena & aſturia eſt equini generis. Hi ſunt quos tibeldones uocamus. Minoti forma appellatos aſturcones gignũt. Quibuſ nõ uulgaris ĩ curſu gradus: ſed mollis alterno cruꝝ explicatu glomeratio. Vñ eqs ſoluti carpe ĩ curſꝰ tradiť arte. Equo ferẽ q̃ hoĩ morbi præterqꝫ ueſicæ cõuerſio: ſicut oĩbus ĩ gñre ueterino.

## De aſinis. Ca. xliii.

ASinum quadringẽtis nũmis emptum Q. Aſio ſenatori auctor eſt M. Varro: haud ſcio an oĩum precio aĩaliũ uicto: opera ſine dubio geruli mirifica arãdo quoqꝫ. Sed mulaꝝ maximꝰ pro generatione patria etiã ſpectatur in iis arcadibus in achaia. In italia reatinis. Ipſũ animal frigoris maxime impatiẽs: ideo nõ generatur in põto: ne in equinoctio uerno ut cætera pecua admittitur: ſed ſolſtitio. Mares in remiſſione opis deteriores. Partus a. xxx. mẽſe ociſſimus: ſed a trimatu legittimus. Totidẽ quot equæ & eiſdẽ mẽſibus & ſimili mõ. Sed ĩcõtinẽs uterus urinam genitalẽ reddit: ni cogatur in curſũ uerberibus a coitu. Raro geminos parit. Paritura lucẽ fugit: & tenebras quærit: ne cõſpiciatur ab hoĩe. Gignit tota uita: quæ eſt ei ad. xxx. ãnũ. Partus caritas ſũma: ſed aquaꝝ tediũ magis. Per ignes ad fœtus tẽdũt. Eæ item ſi riuus minimus ĩterſit: horrẽt ita ut pedes oĩo caueãt tingere. Nec niſi aſſuetos potãt fõtes: qui ſũt ĩ pecuariis. Atqꝫ ita ut ſicco tramite ad potum eãt. Nec põtes trãſeãt per raritatem plãtaꝝ trãſlucentibus fluuiis. Miꝝqꝫ dictu ſitiũt: & ſi ĩmutẽť aquæ ut bibãt: cogẽdæ exonerãdæ ue ſũt. Nec niſi ſpatioſe incubant alias atteruntur. Varia nãque ſõnio uiſa concipiunt ictu pedum crebro: q̃ niſi per inane emicuerit repulſu durioris mareriæ claudıtatẽ ilico affert. Quæſtus ex iis opima prædia exuperat. Notũ eſt in celtiberia ſingulas quadragenis milibus numoꝝ emi. Ad mulaꝝ maxime partus anriũ referre in his & palpebraꝝ pilos aiũt. Q uãuis. n. unicolor toto reliquo corpore: totidem tamẽ colores quot ibi fuere reddit. Pullos eaꝝ epulari Mœcenas inſtituit: multum eo tẽpore prælatos onagris. Poſt eũ interiit auctoritas ſaporis. Sed aſino moriẽte uiſo celerrime id genus deficit.

## De mulis. Ca. xliiii.

EX aſino & equa mulus gignitur mẽſe xiii. Animal uiribus in labore eximium. Ad tales partus equas neqꝫ quadrimis minores: neqꝫ decẽnibus maiores legũt: arceriqꝫ utꝝqꝫ genꝰ ab altero narrãt: niſi infãtia eius generis quod ineãt lacte hauſto. Quaꝓpter ſubreptis ſtatĩ pullis in tenebris equaꝝ uberi aſinaꝝ ue aculeos admouẽt. Gignitur aũt mula ex equo & aſina: ſed effrenis & tarditatis ĩdomitæ. Lẽta oĩa eſſe uetulis. Cõceptũ ex equo ſecutus aſini coitus abortu perimit. Nõ itẽ ex aſino equi. Fœminas a partu optime vii. die ĩpleri obſeruatum eſt: mares fatigatos melius ĩplere. Quæ nõ priuſ ꝗ̃ dẽtes quos pullinos appellãt iaciat cõceperit: ſterilis intelligitur. Et quæ non primo initu generare cœperit. Equo & aſina genitos mares hinulos ãtiqui uocabãt: cõtraqꝫ mulos: quos aſini & equæ generarent. Obſeruatum e duobus diuerſis generibus nata tertii generiſ fieri: & neutri parentũ eſſe ſimilia. Eaqꝫ ipſa quæ ita nata ſũt nõ gignere in omni animaliũ genere: idcirco mulas nõ parere. Eſt in ãnalibus noſtris peperiſſe ſæpe: ueꝝ ꝓdigii loco habitũ. Theophraſtus uulgo parere in cappadocia tradit. Sed eſſe id aĩal ibi ſui generis. Mulæ calcitratus inhibeť uini crebriore potu. In pluriũ græcoꝝ eſt monumẽtis cũ equa muli coitu natum quẽ uocauerũt hinũ id eſt paruũ mulũ. Generãtur ex equa & onagris manſuefactis mulæ ueloceſ in curſu: duricia eximia pedũ. ueꝝ rugoſo corpore: ĩdomito animo: ſed generoſo. Onagro ex aſina genitus oẽs ãtecellit. Onagri in phrygia & lycaonia præcipui. Pullis eoꝝ ceu præſtãtibus ſapore africa gloriatur: quos laliſiones appellãt. Mulum lxxx. ãnis uixiſſe athenienſium monumentis apparet. Eo gauiſi cum templum in arce facerent: quod derelictuſ ſenecta cadẽtia iumẽta comitatu uiſuqꝫ exhortarẽť decretũ fecere: quo cauereť ne frumẽtarii negociatorẽs ab ĩcerniculis eũ arcerẽt.

## De bubus. Ca. xlv.

BVbus indicis cameloꝝ altitudo traditur: cornua ĩ latitudinẽ quattuor pedũ. In noſtro orbe epiroticis laus magna a Pyrrhi (ut ferũt) iã iñ regis cura. Id cõſecutus ẽ nõ ante quadrimatum ad partus uocãdos. Prægrãdes itaqꝫ fuere: hodieqꝫ reliqæ ſtirpiũ durãt. At nũc aniculæ ad fœcũditatẽ poſcũť. Tolerãtius tamẽ bimæ. Tauri generationẽ quadrimi ĩplent: & ſingulis denæ eodẽ ãno tradũť. Si aũt poſt coitum in dextrã partem abeãt tauri: generatos mares eſſe: ſi in leuã fœminas. Cõceptio uno initu pagitur: quod ſi forte perrauit. xx. poſt die marem fœmina repetit. Pariunt mẽſe x. qcquid ante genitũ inutile eſt. Sũt auctores ipſa cõplente x. menſe duos parere: nunc raro geminos. Coitus a delphini exortu ad pridie nonas ianuarii diebus xxx. aliquibus & autũno: gentibus qdem quæ lacte uiuunt ita fœtus diſpenſãtibus: ut omĩ tempore ãni ſuperſit id alimentum. Tauri nõ ſæpius ꝗ̃ bis die ineunt. Boues aĩalium ſoli & re-

tro ambulãtes paſcũtur. Apud garamãtas quidẽ haud aliter. Vita fœminis.xv.ãnis lõgiſſima. Maribus.xx. Robur in qmatu. Lauatione calidæ aquæ tradũtur pingueſcere: & ſi qs inciſa cute ſpiritum in uiſcera harundine adigat. Nõ degeneres exiſtimari etiã minus laudato aſpectu: plurimum lactis alpinis: qbus minimum corporis plurimum laboris capite nõ ceruice iunctis. Syriacis nõ ſunt palearia: ſed gibber in dorſo. Carici quoqꝫ in parte. Aſiæ fœdi uiſu tubere ſuper armos a ceruicibus eminẽte: laxatis cornibus excellentes in opere narrãtur. Cæteri nigri coloris candidi ue ad laborem dãnantur. Tauris minora ꝙ̃ bubus cornua tenuioraqꝫ. Domitura boum in trimatu: poſtea ſera: ante præmatura: Optime cũ domito iuuẽcus imbuitur. Sociũ enĩ laboris agriqꝫ culturæ habemus. Hoc aĩal tantæ apud priores curæ: ut ſit inter exẽpla dãnatus a populo ro. die dicta: qui cõcubino procaci rure omaſũ edisſe ſe negãti occiderit bouem: actuſqꝫ in exilium tanqꝫ colono ſuo interempto. Tauris in aſpectu generoſitas torua frõte: auribus ſetoſis: cornibus in ꝓcinctu dimicationẽ poſcẽtibus. Sed tota cõminatio prioribus ĩ pedibuſ ſtat: ira gliſcẽte alteros replicãs: ſpargenſqꝫ ĩ altũ harenã: & ſolus aĩaliũ eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus ex imperio dimicãtes: & ideo ſe demõſtratos rotari cornibus cadẽtes excipi: iterũqꝫ reſurgere: mõ iacẽtes ex humo tolli: bigarũqꝫ etiã curru citato uelut aurigas inſiſtere. Theſſalorũ gẽtis inuẽtum eſt equo iuxta quadrupedãte cornu intorta ceruice tauros necare. Primus id ſpectaculum dedit romæ Cæſar dictator. Hinc uictimæ optimæ & lautiſſima deorũ placatio. Huic tãtũ animali oĩum qbus ꝓcerior cauda nõ ſtatim nato cõſumatæ ut cæteris menſuræ creſcit uni donec ad ueſtigia ima perueniat. Quã ob rẽ uictimarũ probatio ĩ uitulo ut articulũ ſuffraginis contingat: breuiore nõ litant. Hoc quoqꝫ notatũ uitulos ad aras humeris hoĩs allatos nõ fere litare: ſicut nec claudicãtem: nec aliena hoſtia deos placari: nec trahente ſe ab aris. Eſt frequẽs ĩ ꝓdigiis priſcorũ bouem locutum. Quo nuntiato ſenatũ ſub diuo haberi ſolitũ.

## De api boue. Ca.xlvi.

BOs in ægypto etiã numinis uice colitur. Apim uocãt. Inſigne ei in dextro latere candicans macula cornibus lunæ creſcere incipiẽtis. Nodus ſub lingua: quẽ cãtarũ appellant. Nõ eſt fas eum certos uitæ excedere ãnoſ: merſũqꝫ in ſacerdotũ fõte enecãt quæſituri luctu aliũ: quẽ ſubſtituãt: donec inueniãt mœrent. Deraſis etiã capitibus: nec tamẽ uſqꝫ diu quærĩt. Inuẽtus deducitur a ſacerdotibus mẽphim. Sũt delubra ei gemina: quæ uocãt thalamos auguria populorũ. Alterũ intraſſe lætũ eſt: in altero dira portendit. Reſpõſa priuatis dat: e manu cõſulẽtium cibum capiẽdo. Germanici Cæſaris manũ auerſatus eſt haud multo poſt extincti. Cætero ſecretius cũ ſe prorupit in cœtus incedit: ſũmoto ſtrepitu lictorũ: grexqꝫ puerorũ comitatur carmẽ honori eius canẽtium: Intelligere uidetur: & adorari uelle. Hi greges repẽte lymphati futura præcinũt. Fœmina bos ſemel ei ãno oſtẽditur ſuis & ipſa inſignibus quãqꝫ aliis: ſemperqꝫ eodem die & inueniri eã extinguiqꝫ tradũt. Memphi eſt locus ĩ nilo: quẽ a figura uocãt phialã: Oĩbus ãnis ibi aureã paterã argẽteãqꝫ mergẽtes diebus quos habẽt natalei apis. Septẽ hi ſũt. Mirũqꝫ neminẽ ꝑ eos a crocodilis attingi. Octauo poſt horã diei.vi. redire beluæ feritatẽ.

## De natura pecudum & pecorũ. Ca.xlvii.

MAgna & pecori gratia uel in placamẽtis deorũ: uel in uſu uellerũ: Vt boues ſũptum hominẽ excolũt: ita corporũ tutela pecori debetur. Generatio bimis utrinqꝫ ad nouenos ãnos: quibuſdã & ad.x. primipares minores fœtus. Coitus omnibus ad arcturi occaſũ id eſt a tertio idus maias ad aquilæ occaſũ id eſt xiii. Kaleñ. auguſti. Gerũt partũ diebus cl. poſtea cõcepti inualidi Cordos uocabãt antiqui poſt id tempus natos. Multi hybernos agnos præferũt uerniſ: quoniã magis interſit ãte ſolſtitiũ ꝙ̃ ãte brumã firmos eſſe: ſolũqꝫ hoc aĩal utiliter bruma naſci. Arieti naturale agnas faſtidire: ſenectã ouium cõſectari: & ipſe ſenecta melior: illis quoqꝫ utilior. Ferocia eius cohibetur cornu iuxta aurẽ terebrato. Dextro teſte præligato fœminas generat: læuo mares. Tonitrus ſolitariis ouibus abortus inferũt. Remediũ eſt cõgregare eaſ ut cœtu iuuẽtur. Aquilonis flatu mares cõcipi dicũt: auſtri fœminas. Atqꝫ in eo genere arietũ maxime ſpectantur ora. Quia cuius coloris ſub lingua habuere uenas: eius & lanitium eſt in fœtu: uariumqꝫ ſi plures fuere: & mutatio aquarũ potuſqꝫ uariat. Ouium ſũma geñra duo tectum & colonicum. Illud mollius: hoc in paſcuo elegãtius. Quippe cum tectum rubis ueſcatur. Operimẽta eis ex arabicis præcipua. Lana ãt laudatiſſima apula: & quæ in italia græci pecoris appellatur: alibi italica. Tertium locum mileſiæ oues obtinẽt. Apulæ breues uillo: nec niſi penulis celebres. Circa tarentum canuſiumqꝫ ſũmã nobilitatẽ habent. In aſia uero eodẽ genere laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur: nec libra centenos numos ad hoc æui exceſſit ulla. Oues non ubiqꝫ tõdentur. Durat quibuſdam in locis mos uellendi. Colorũ plura genera. Quippe cum deſint etiaꝫ nomina eis: quas natiuas appellant aliquot modis.

## De generibus lanarũ & ueſtium. Ca.xlviii.

HIſpania nigri uelleris præcipuas habet: pollẽtia iuxta alpes: canuſia rutili: quas erythras uocant. Item betica ut canuſium. Fuluas tarentum ac pulliginis ſuæ: & ſuccidis omnibus

uſus medicatus. Hyſtriæ liburniæqꝫ pilo ꝓprior ꝗ lanæ pexis aliena ueſtibus: & quã ſola ars
ſcutulato textu commendat. In luſitania ſimilis circa piſcinas prouintiæ narbonẽſis. Similis & in
ægypto ex qua ueſtis detrita uſu tingit̃: rurſuſqꝫ æuo durat. Eſt & hirtæ filo craſſo ĩ tapetis an
tiquiſſima gratia. Iam certe priſcos iis uſos Homerus auctor eſt. Aliter hæc galli tingũt: aliter
parthoꝝ gentes. Lanæ & per ſe coactæ ueſtẽ faciunt: & ſi addatur acetũ etiã ferro reſiſtũt: imo
uero etiã ignibus: Nouiſſimo ſui purgamẽto quippe ahenis coquẽtiũ extractæ indumentis uſu
ueniunt galliaꝝ (ut arbitror) inuẽtum. Certe gallicis hodie noĩbus diſcernũt̃: nec facile dixerim
qua id ætate cœperit. Antiqꝫ enĩ torus e ſtramẽto erat: qualiter nũc etiã ĩ caſtris gauſape: Pa/
tris mei memoria cœpere amphimala noſtra: ſicut uilloſa & etiã uẽtralia. Nã tunica lati claui in
modũ gauſape texi nũc primũ incœpit. Lanaꝝ nigræ nullũ colorem bibunt. De reliquaꝝ ĩfectu
ſuis locis dicemus. In cõchyliis marinis aut hærbaꝝ natura: lanam colo & fuſo Tanaquis quæ ea
dem Caia Cecilia uocata eſt: in tẽplo M. Anci duraſſe ꝓdente ſe auctor eſt M. Varro: factãqꝫ
ab ea togã regiam ungulatã in æde fortunæ: qua Seruius Tullius fuerat uſus. Inde factũ ut nu
bentes uirgines comitaret̃ colus cõpta & fuſus cũ ſtamine. Ea prima texuit rectã tunicam: qua ſi
mul cũ toga pura tyrones induũtur nouæqꝫ nuptæ. Vngulata ueſtis primo lautiſſimis fuit: inde
ſuriculata defluxit. Togas raſaſ phrygianaſqꝫ Diui Auguſti nouiſſimis tẽporibus cœpiſſe ſcribit
Feneſtella. Crebræ papaueratæ ãtiquiorẽ habẽt originẽ. Iã ſub Lucilio poeta in Torquato no
tatæ. Prætextæ apud hetruſcos originẽ inuenere. Trabeis uſos accipio reges. Pictas ueſtes iã
apud Homeꝝ fuiſſe: unde triũphales natæ. Acu facere idæi phryges inuenerũt: ideoqꝫ phrygi/
ones appellati ſũt. Auꝝ intexere in eadẽ aſia inuenit Attalus rex: unde nomẽ attalicis. Colores
diuerſos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit: & nomẽ impoſuit. Plurimis uero liciis
texere quæ polymita appellãt: alexandria inſtituit. Scutulis diuidere gallia. Metellus Scipioni
triclinaria babylonica ſeſtertiũ octigentis milibus ueniſſe iam tũc poſuit in capitalibus crimini/
bus: quæ Neroni pricipi quadrĩgentis milibus ſeſtertiũ nuper ſtetere. Seruii Tullii prætextæ
quibus ſignũ fortunæ ab eo dicatæ cooptum erat durauere ad Seiani exitum. Miꝝqꝫ fuit nec de
fluxiſſe eas: nec teredonũ iniurias ſenſiſſe annis. d. lx. Vidimus iam & bidẽtiũ uellera purpura:
cocco: cõchylio ſexqpedalibꝰ libris ĩfecta: uelut illa ſic naſci cogẽte luxuria. In ipſa oue ſatiſ geñ
roſitatis oſtẽdit̃ breuitate cruꝝ uẽtris ueſtitu: qbus nudus eſſet apicas uocabãt dãnabãtqꝫ. Sy/
riæ cubitales ouiũ caudæ: plurimũqꝫ ĩ ea pte lanicii. Caſtrari agnos niſi qnquemeſtres præma/
tuꝝ exiſtimãt.

¶ De muſimonio. Ca. xlix.

EST & in hiſpania & maxime corſica non maxime abſimile pecori genus muſimoniũ caprino
uillo ꝗ pecoris uelleri ꝓpius. Quoꝝ e genere & ouibus natos priſci umbros uocauerũt.
Infirmiſſimũ pecori caput. Quã ob rẽ auerſũ a ſole paſci cogẽdũ. Quãſtultiſſima aĩaliũ la
nata. Qua timuere igredi unũ cornu rapto ſequũt̃. Vita lõgiſſima ãnis. x. ĩ æthiopia xiii. Ca/
pris eodẽ loco xi. In reliquo orbe plurimũ octo. Vtrũqꝫ genus ĩtra quartũ coitũ ĩplet̃.

¶ De capris & generatione eaꝝ. Ca. l.

CAPræ pariunt & quaternos: ſed raro admodũ. Ferũt quoqꝫ mẽſibus ut oues. Capræ pigue
dine ſterileſcũt. Trimæ minus utiliter generãt & in ſenecta: nec ultra quadriẽniũ. Incipi/
unt. vii. mẽſe & adhuc lactãtes. Mutilum ĩ utroqꝫ ſexu utilius. Primus ĩ die coitus non implet:
ſequens efficacior: ac deinde cõcipiũt nouembri mẽſe: ut martio pariãt turgeſcẽtibus uirgultis.
Aliquãdo aniculæ: ſemp bimæ: in trimatu iutiles pariũt octonis ãnis. Abortus frigori obnoxi
us. Oculos capra ſuffuſos iunci pũcto ſãguine exonerat. Caper rubi. Solertiã eius aĩalis Mutia
nus uiſam ſibi ꝓdidit in põte prætenui duabus obuiis e diuerſo cũ circũactum anguſtiæ nõ cape
rent: nec reciprocationẽ lõgitudo in exilitate. cæca torrẽte rapido minaciter ſubterfluẽte alte/
ram decubuiſſe: atqꝫ ita alteram ꝓculcate ſupergreſſam. Mares ꝗ maxime ſimos lõgis auriculis
infractiſqꝫ armis ꝗuiliſſimos probãt. Fœminaꝝ generoſitas inſigne laciniæ corporibus & cerui
ce binæ depẽdentes. Nõ oĩbus cornua: ſed qbus ſunt: in his & indicia ãnoꝝ per incremẽta no/
doꝝ. Mutilis lactis maior ubertas. Auribus eas ſpirare non naribus: nec unqꝫ febri carere Ar/
chelaus auctor ẽ. Ideoqꝫ fortaſſis ꝙ aĩa his ꝗ ouibus ardẽtior: calidioreſqꝫ cõcubitus. Tradũt
& noctu nõ minus cernere ꝗ interdiu. Et ideo caprinũ iecur ſi ueſcat̃: reſtituit ueſpertinã aciem
his: quos myctilopas uocãt. In cilicia circaqꝫ ſyrias uillo tõſili ueſtiũt̃. Capras in occaſũ decliui
ſole in paſcuis negãt contueri inter ſeſe: ſed auerſas iacere. Reliquis aũt horis inter ſe aduerſas
& cognitioꝝs. Depẽdet oĩum mẽto uillus: quẽ arũcum uocant. Hoc ſi qs apprehẽſam ex grege
unam trahat: cæteræ ſtupẽtes ſpectãt. Id etiã euenire cum quãdam hærbam aliqua ex eis mo
morderit. Morſꝰ eaꝝ arbori exitialis. Oliuã lãbẽdo quoqꝫ ſterilẽ faciũt. Eaqꝫ ex cã Mineruæ ĩ
molat̃.

¶ De ſuibus & natura eaꝝ. Ca. li.

SVilli pecoris admiſſura a fauonio ad æquinoctiũ uernum ætatis. viii. mẽſe. Quibuſdam
in locis etiam a. iiii. uſqꝫ ad viii. annũ. Partus bis in anno. Tẽpus utero. iiii. mẽſium. Nu/
merus fœcunditatis ad uicenos. Sed educare tam multos nequeunt. Diebus. x. circa bru

mam ſtatim dentes naſci Nigidius tradit. Implētur uno coitu: qui & geminatus ꝓpter facilitatē abortiendi remedium ne prima ſubactiōe: neqꝫ ante flacidas aures coitus fiat. Mars nō ultra trimatum generāt. Fœminæ ſenectute feſſæ cubantes coeunt. Comeſſe fœtus hiſ nō eſt ꝓdigiū. Suis fœtus ſacrificio die .v. purus eſt. Pecoris die .vii. Bubus .xxx. Corūcaniꝰ ruminalis hoſtiaſ donec bidētes fierent puras negauit. Suem oculo amiſſo putāt cito extingui: alioqn uita ad .xv. ānos: quibuſdā uicenos: Veꝝ efferātur: & alias obnoxiū genus morbis anginæ maxime & ſtrumæ. Index ſuis inualidæ cruor in radice ſetæ dorſo euulſæ: caput obliquū in inceſſu. Penuriam lactiſ præpigues ſētiūt: & primo fœtu minuſ ſunt numeroſæ. In luto uolutatio generi grata. Intorta cauda. Id etiā notatū facilius iacere in dexteꝝ ꝙ leuū detortā. Pingueſcūt .lx. diebus: ſed magis tridui inedia ante ſaginationem orſa. Animaliū hoc maxime brutū: aīamqꝫ ei ꝓ ſale datā nō illepide exiſtimabaꝛ. Comptū agnita uoce ſuarii furto abactos merſo nauigio inclinatione lateris unius remeaſſe. Quin & duces in urbe foꝝ nūdinariū domoſqꝫ petere diſcūt: & fieri ſapiūt ueſtigia palude cōfūdere: urina fugā leuare. Caſtrāꝛ fœminæ ſic quoqꝫ uti cameli poſt bidui inediam ſuſpēſæ pernis prioribus uulua reciſa celerius. Ita pingueſcūt. Et adhibetur ars iecori fœminaꝝ ſicut anſeꝝ. Inuētum M. Apicii fico carica ſaginatis a ſacietate necatis repēte mulſi potu dato: Neqꝫ alio ex aīali numeroſior materia ganeæ: qnquagīta ꝓpe ſapores cū cæteris ſinguli. Hinc cēſoriaꝝ legū paginæ: interdictaqꝫ cœnis abdomina: glādia: teſticuli: uuluæ: ſincipita uerrina: ut iā Publii minoꝝ poetæ cœna poſtqꝫ ſeruitutē exuerat: nullla memoreꝛ ſiñ abdomīñ: ēt uocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere āt & fieri ueſcicæ. Catonis cēſoris orōes aprinum exprobrāt callū. In tres tamē partes diuiſo apro media ponebāt lūbos aprunos appellata. Solidū aprū romanoꝝ primuſ ī epulis appoſuit P. Seruilius Rulluſ pater eiꝰ Rulli: q Cicerōis ī cōſulatu legē agrariā ꝓmulgauit. Tā ꝓpiqua origo nūc quotidianæ rei ē. Et hoc ānaleſ notarūt hoꝝ ſ. ad emēdatōnē moꝝ: qbꝰ notata qdē eſſet cœna. ſʒ ī pricipio bini terniqꝫ piter mādebāꝛ apri.

¶ De uiuariis beſtiaꝝ. Ca. lii.

Viuaria eoꝝ cæteroꝝqꝫ ſilueſtriū primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus q in tarquinēſi feras paſcere inſtituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus & Q. Hortēſiuſ. Sues feræ ſemel āno gignūt. Maribus ī coitu plurima aſperitas. Tūc inter ſe dimicāt īdurantes attritu arboꝝ coſtas: lutoqꝫ ſe tergorātes. Fœminæ ī partu aſperiores: & fere ſimiliter in oī genere beſtiaꝝ. Apris maribus nō niſi āniculis generatio. In india cubitales dentiū flexus gemini ex roſtro. Totidem a fronte ceu uituli cornua exeunt. Pilus æreo ſimilis agreſtibus: cæteris niger. At in arabia ſuillum genus nō uiuit in ullo genere.

¶ De ſemiferis animalibus. Ca. liii.

Neque facilis mixtura cū fero: qualiter natos antiq hibridas ſues uocabāt ſemiferos: ad homineſ quoqꝫ ut ī Caiū Antoniū Ciceronis in cōſulatu collegā appellatiōe trāſlata nō ī ſuibus tātū: ſed ī oībus quoqꝫ aīaliū cuiuſcūqꝫ generis ullum ē placidum. Eiuſdem inueniꝛ & feꝝ: utpote cū hoīum etiā ſilueſtriū tot genera prædicta ſint. Capræ tamē in plurimas ſimilitudines trāſfigurāꝛ. Sūt capreæ: ſunt rupicapreæ: ſunt ibices pnicitatis mirādæ: quāqꝫ onerato capite uaſtis cornibus gladioꝝ uaginis: hæc ſe librāt ut tormēto aliquo rotati ī petris potiſſimū e mōte aliquo in alium trāſilire cupiētes: atqꝫ recurſu pnici quo libuerit exultāt. Sunt & origes ſoli a quibuſdā dicti cōtrario pilo ueſtiti: & ad caput uerſo. Sunt & damæ: & pigardi: & ſterpſicerotes multaqꝫ alia haud diſſimilia. Sed illa alpes: hæc trāſmarini ſitus mittunt.

¶ De ſimiis. Ca. liiii.

Simiaꝝ quoqꝫ genēra hoīs figuræ ꝓxima caudis īter ſe diſtinguūꝛ. Mira ſolertia uiſco īungūt laq̄os: calceariqꝫ imitatiōe uenātiū tradūꝛ. Mutianus & latrūculis luſiſſe fictiſ cæra: nuceſ uiſu diſtinguere. Cornelius luna caua triſtes eſſe: quibus in eo genere cauda ſit. Noua exultatōnē adoriri. Nāqꝫ defectū ſydeꝝ & cæteræ pauēt quadrupedes. Simiaꝝ generi præcipua erga fœtum affectio. Geſtāt catulos quos māſuefactæ intra domos pepere: oībus demōſtrāt: tractariqꝫ gaudēt. tractatu gratulationē intelligentes. Itaqꝫ magna ex pte cōplectēdo necant. Efferatior cynocephalis natura: ſicut mitiſſima ſatyris. Calitrices toto pene aſpectu differunt. Barba eſt in facie: cauda late diffuſa priori pte. Hoc aīal negaꝛ uiuere ī alio niſi in æthiopiæ quo gignitur cælo.

¶ De leporibus. Ca. lv.

Lepoꝝ plura ſunt genera: in alpibus candidi: quibus hybernis mēſibus pro cibatu niuē credunt eſſe. Certe liqueſcēte ea rutileſcūt annis omibuſ. Et eſt aliquod aīal intolerandi rigoris alūnum lepoꝝ generis. Sunt & quos hiſpania cuniculos appellat fœcunditatis innumeræ: famēqꝫ balearibus īſulis populatis meſſibus afferēs. Fœtus uētre exectos uel uberibꝰ ablatos nō repurgatis interraneis gratiſſimo in cibatu habēt: laurices uocāt. Certū ē balearicos aduerſus prouētum eoꝝ auxilium militare a Diuo Auguſto petiſſe. Magna ꝓpter uenatū eoꝝ uiuerris gratia eſt. Iniiciunt eas in ſpecus: q ſunt multifores in terris: unde & nomen aīali atqꝫ ita eiectoſ ſupne capiūt. Archelauſ auctor ē quot ſint corporis cauernæ ad excremēta lepori totidē

annos eſſe ætatis. Varius certe numerus repitur. Idem utrancꝫ uim ſingulis ineſſe: ac ſine mare æque gignere. Benigna circa hoc natura innocua & eſculēta animalia fœcūda generauit. Lepus omnium prædæ naſcēs ſolus præter daſipodē ſuperfœtat. aliud educās: aliud in utero pilis ueſtitum: aliud implume: aliud inchoatā gerens partem. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tētatum eſt tactu nō peride molli ut in cute: propter breuitatem pili labili.

¶ De damis. Ca. lvi.

DAmæ manſueſcunt raro: cum feræ iure dici nō poſſint. Complura nāque ſūt: nec placida nec fera: ſed mediæ inter utrꝫcꝫ naturæ: ut in uolucribus hirūdines: apes ī campo in mari delphini. Quo ī genere multi & hos incolas domus impoſuere.

¶ De muribus & gliribus. Ca. lvii.

MVres haud ſpernēdum in oſtētis etiā publicis aīal. Arroſis lauini clypeis argēteis marſicū portēdere bellum. Carboni impatori apud cluſium faſciis qbus in calciatu utebatur exitiū. Plura eoꝝ genera in cyrenaica regione: alii lata frōte: alii acuta: alii herinaceoꝝ genere pungētibus pilis. Theophraſtus auctor eſt in gyaro inſula cum incolas fugaſſent: ferꝝ quocꝫ roſiſſe. Cōſtat id quod iacturā qdam & ad chalybas fecere in ferrariis officinis. Aurariis qdē in metallis ob hoc aluos eoꝝ excidi: ſempcꝫ id furtū deprehēdi: tātam eſſe dulcedinē furādi. Veniſſe murem cc. nūmis caſilinum obſidēte Hānibale: eūcꝫ q uēdiderat fame interiſſe: emptorē uixiſſe ānales tradūt. Cum cādidi ꝓuenere: lætum faciūt oſtētum. Nam ſoricum occētu dirimi auſpicia ānales refertos habemus. Sorices & ipſos hyeme cōdi auctor eſt Nigidius: ſicut glires: quos cēſoriæ legis pricipes Q. Scaurus & M. in cōſulatu nō alio mō cœnis ademere q̄ꝫ cōchylia: aut ex alio orbe cōuectas aues. Semiferꝝ & ipſū animal: cui uiuaria ī doliis idē qui apris inſtituit. Qua ī re notatū nō cōgregari niſi populares eiuſdem ſiluæ: & ſi miſceāt alienigenæ: niſi amne uel mōte diſcreti interire dimicando. Genitores ſuos feſſos ſenecta alūt inſigni pietate ſeniū finitur hyberna quiete. Cōditi. n. & hi cubāt: rurſus æſtate iuueneſcūt: ſimili & muſtellis quiete.

¶ Quæ animalia quibus locis non ſint. Ca. lviii.

SIc mirꝝ rerꝝ naturā nō ſolum alias aliis dediſſe terris aīalia: ſed in eodē quocꝫ ſitu quædam aliquibus locis negaſſe. In meſia ſilua italiæ nō niſi in parte reperiuntur hi glires. In lycia dorcades nō trāſeūt mōtes ſyris uicinos. Onagri mōtem qui cappadociā a lycia diuidit. In helleſpōto in alienos fines nō cōmeāt cerui: & circa argnuſā elaphum mōtē nō excedūt auribus ēt in mōte fiſſiſ. In pordoſolene inſula uiciniā muſtellæ nō trāſeūt. In boetia leucadia illatæ ſolum ipſum fugiūt: quæ iuxta ī orchomeno tota ſubruūt arua talpæ: quaꝝ e pellibus cubicularia uidimus ſtragula. Adeo ne religio quidē a portētis ſūmouet delicias. In ithaca lepores illati moriūtur extremis quidē in littoribus. In ebuſo in littoribus cuniculi ſcatēt iuxta hiſpaniā balearesꝗ Cyrenis mutæ fuere ranæ: illatis e cōtinēte uocalibus durat genus eaꝝ. Mutæ ſunt etiā nūc cicadæ in ſeripho inſula. Eædē alio trāſlatæ canūt. Quod accidere & in lacu theſſaliæ ſicēdo tradūt. In italia muribus araneis uenenatus eſt morſus. Eoſdem ulterior apēnina regio nō habet. Iidem ubicūcꝫ ſint orbitam ſi trāſiere moriūtur. In olympo macedoniæ mōte nō ſūt lupi. Nec ī creta inſula. Ibi qdē nō uulpes urſi ue aut oīo ullū maleficū aīal præter phalāgiū. Aranei id genuſ de quo dicemuſ ſuo loco. Mirabiliꝰ ī eadē īſula ceruoſ præter q̄ꝫ ī cidoneataꝝ regionē nō eſſe Itē apros & attagenas: herinaceos. In africa āt nec apros nec ceruos nec capreas nec urſos.

¶ Quæ aduenis noceant. Ca. lix.

IAm quædā animalia innoxia indigenis aduenas interimūt ſicut ſerpētes. Parcūt in myrinthe quos terra naſci ꝓditur. Itē in ſyria angues circa euphrates maxime ripas dormientes ſyros nō attingūt. Aut etiā ſi calcati momordere nō ſētiūt maleficia: alius cuiuſcꝫ gentis infeſti auide & cum cruciatu exanimātes. Quā ob rem & ſyri nō necāt eoſ. Cōtra in aletenio cariæ mōte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites nō lædi: indigenas interimi. Sed reliquoꝝ quoque animalium & præterea terreſtrium dicemus genera.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER VIIII:

De Aquatilium Natura. Ca. i.

ANIMALIVM QVAE TERRESTRIA APPELlauimus hominū quadā cōſortiōe degētia indicata natura ē. Ex reliquis minimas eſſe uolucres cōuenit. Quā ob rē prius æquorum amnium ſtagnoꝝcꝫ dicentur.

¶ Quæ in mari maxima animalia. Ca. ii.

SVnt autē cōpluria in his maiora etiā terreſtribus. Cauſa euidens humoris luxuria: alia ſors alitum. Quibus uita pen-

dentibus. In mari ãt tã late ſupino mollicq; ac fertili accremento accipiente cãs genitales ſublimi
ſempcq; pariẽte natura pleracq; etiã mõſtrifica reperiuntur perplexis & in ſemet aliter atq; aliter
nũc flatu: nũc fluctu cõuolutis ſemibus atq; prĩcipiis. Vt uera fiat uulgi opinio q̃cquid naſcat̃ in
parte naturæ ulla & in mari eſſe: præterq; multa quæ nuſq; a libi rerũ quidẽ nõ ſolum aĩalium ſi
mulacra ineſſe licet intelliger̃ ĩtuẽtibus uuã: gladium ſerras. Cucumim uero & in color̃ & in odo
re ſimilẽ. Quo minus miremur equorũ capita in tam paruis eminẽte cocleis.

## De indici maris beluis. Ca. iii.

PLurima aũt & maxima in indico mari animalia: e quibus balenæ quaternũ iugerũ: priſtes
ducenum cubitorũ. Quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleãt. Anguillæ quocq; in gã/
ge amne tricenos pedes. Sed in mari beluæ circa ſolſtitia maxime uiſũtur. Tũc illic ruunt turbi/
nes: tũc imbres: tũc deiectæ mõtium iugis ꝓcellæ ab imo uertũt maria: pulſataſcq; ex ꝓfũdo be
luas cum fluctibus uoluunt: & alias tanta tynnorũ multitudine: ut magni Alexandri claſſis haud
alio mõ q̃ hoſtium acie obuia cõtrarium agmẽ aduerſa frõte direxerit. Aliter ipſis nõ erat eua/
dere: qui nõ uoce: nõ ſonitu: nõ ictu: ſed fragore terrẽtur: nec niſi ruina turbãt. Cadara appel/
latur rubri maris peniſula. Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus xii. dierũ & noctiũ remigio enaui
gatus Ptolemæo regi: quãdo nullius auræ recipit afflatum. Huius loci q̃ete præcipua ad immo
bilem magnitudinẽ beluæ adoleſcũt. Cedroſi qui arabim amnem accolũt Alexãdri magni claſſi/
um præfecto ꝓdidere in domibus fores maxillis beluarũ facere: oſſibus tecta cõtignare. Ex qui
bus multa quadragenũ cubitorũ lõgitudinis repta. Exeũt & pecori ſimiles beluæ ibi in terrã. pa
ſtæq; radices fruticum remeãt: & quædam equorũ: aſinorũ: taurorũ capitibus: quæ depaſcũtur ſa
ta: Maximum animal in indico mari priſtiſ & balena eſt.

## Quæ in quoq; oceano maxima. Ca. iiii.

IN gallico oceano phyſeter ingẽtis colũnæ mõ ſe attollẽs: altiorq; nauium uelis diluuiem
quadam eructãs. In gaditano oceano arbor in tãtum uaſtis diſpãla ramis: ut ex ea cã fre/
tum nũquam intraſſe credatur. Apparẽt & rotæ appellatæ a ſimilitudine quaternis diſtinctæ ra
diis modiolos earũ oculis duobus utrincq; claudẽtibus.

## De tritonum & nereidum & elephantorũ maritimorũ figuris. Ca. v.

TIberio prĩcipi nũtiauit oliſiponẽſium legatio ob id miſſa uiſum auditumq; ĩ quodã ſpecu cõ
cha canẽtem Tritonem qua noſcitur forma. Et Nereidum falſa opinio nõ eſt ſquamis mõ
hiſpido corpore etiã ĩ quo humanã effigiẽ habẽt. Nãq; hæc in eodem ſpectata littore eſt. Cuiꝰ
moriẽtis etiã gãnitum triſtem accolæ audiuere lõge. Et Diuo Auguſto legatus galliæ cõplureſ
ĩ littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit. Auctores habeo in equeſtri ordine ſplẽdẽtes ui/
ſum ab his ĩ gaditano oceano marinũ hoĩem toto corpore abſoluta ſimilitudine aſcẽdere nauigia
nocturnis tẽporibus: ſtatimq; degrauari quas inſederit ptes: & ſi diutiuſ permaneat etiã mergi.
Tiberio prĩcipe cõtra lugduneſis ꝓuintiæ littus iſularũ trecẽtas amplius beluas reciprocãs de/
ſtruit oceanus miræ uarietatiſ & magnitudinis. Nec pauciores ĩ ſãtonũ littore. Interq; reliquas
elephãtos & arietes candore tãtum cornibus aſſimilatis: Nereidas uero multas. Turanius uero
ꝓdidit expulſam beluam ĩ gaditana littora: cuius ĩter pinnas duas ultimæ caudæ cubita xvi. fu/
iſſent: dẽtes eiuſdem cxx. Maximi dodrãtium mẽſura: minimi ſemipedum. Beluæ cui dicebat̃ ex
poſita fuiſſe Andromada oſſa romæ apportata ex oppido iudææ iope oſtẽdit inter reliqua mira
cula ædilitate ſua M. Scaurus: lõgitudine pedũ xl. altitudine coſtarũ ĩdicos elephãtos excedẽte
Spinæ craſſitudine ſexq̃pedali.

## De balenis & orcis. Ca. vi.

BAlenæ in noſtra maria penetrant. In gaditano oceano nõ añ brumam cõſpici eas tradũt.
Cõdi aũt æſtatis temporibus inquodam ſinu placido & capaci mire gaudẽtes ibi parere.
Hoc ſcire orcas infeſtam his beluam. Et cuius imago nulla repræſẽtatione exprimi poſſit
alia: q̃ carnis ĩmẽſæ dẽtibus truculẽtæ. Irrumpũt ergo ĩ ſecreta ac uitulos earũ & fœtas uel eti
am ĩ ãnum grauidas lacerãt morſu: ĩcurſuq; ceu liburnicarũ roſtris fodiũt. Illæ ad flexum ĩmobi
les: ad repugnãdum ĩertes: & põdere ſuo oneratæ. Tũc q̃dem & utero graues: pariendi ue pœ
nis ĩualidæ ſolum auxilium nouere in altum ꝓfugere: & ſe toto defẽdere oceano. Contra orcæ
occurrere laborãt: ſeſeq; opponere: & cautium ãguſtiis trucidare: in uada urgere: ſaxis illidere.
Spectãt̃ ea prœlia ceu mari ipſo ſibi irato nullis in ſinu uẽtis. Fluctibꝰ uero ad anhelituſ ictuſq;
quãtos nulli turbines uoluãt. Orca & in portu hoſtienſi uiſa eſt oppugnata a Claudio principe.
Venerat tũc ex ædificante eo portũ inuitata naufragiis tergorũ euectorũ e gallia: ſatiãſq; ſe p cõ
plures dies alueum in uado ſulcauerat accumulata fluctibꝰ in tãtũ: ut circũagi nullo mõ poſſet.
Et dum ſaginam pſequitur in littuſ fluctibus ꝓpulſa eminẽte dorſo multũ ſuper aquas carinæ ui
ce inuerſæ. Protẽdi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus: ꝓfectuſq; ipſe cum præto
rianis cohortibus populo ro. ſpectaculũ præbuit: lãceas cõgerẽte milite e nauigiis aſſultãtibuſ:
quorum unum mergi uidimus reflatu beluæ oppletum unda. Ora balenæ habent in frontibus.
Ideoq; ſũma aqua annatãtes in ſublime nimbos efflant.

An ſpirent piſces an dormiant. Ca. vii.

SPirãt aũt cõfeſſiõe oĩum & paucíſſima alia in mari: quæ internoꝝ uiſceꝝ pulmonẽ habẽt.
Quoniam ſine eo nullũ animal putatur ſpirare: nec piſciũ brãchias habentes anhelitũ red
dere: ac ꝑ uices recipere extimãt: quoꝝ hæc opinio eſt. Nec multa alia genera etiam branchiis
carẽtia. In qua ſẽtẽtia fuiſſe Ariſtotelem uideo: & multis perſuaſiſſe doctrinã indaginibus. Nec
me ꝓtinus huic opinioni eoꝝ accedere haud diſſimulo: quoniam & pulmonũ uice aliſ poſſũt alia
ſpirabilia ineſſe uiſcera ita uolente natura: ſicut & ꝓ ſãguine multus alius humor. In aquas q̃dẽ
penetrare hũc uitalem halitum qs miretur: qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras tanto
quoq; ſpiſſiorem naturæ partẽ penetrare argumẽto animaliũ: quæ ſemper defoſſa uiuũt ceu tal
pæ. Accedit apud me certæ efficaciæ ut credam omnia in aqs ſpirare naturæ ſuæ ſorte: primũ
ſæpe ãnotata piſcium æſtiuo colore quædam anhelatio: & alia tranq̃llo uelut oſcitatio. Ipſorũ
quoq; q ſũt in aduerſa opinione de ſõno piſcium confeſſio. Quis. n. ſine reſpiratiõe ſõno locus:
Præterea bullãtiũ aquaꝝ ſufflatio lunæq; effectu cõchaꝝ quoq; corpora augeſcẽtia: ſup omnia
eſt: ꝙ eſſe auditum & odoratũ piſcibus nõ erit dubiũ ex aeris utriuſq; materia. Odorẽ quidẽ nõ
aliud ꝙ infectum aera intelligi poſſe. Quã ob rẽ de his opinetur ut cuiq; libitũ erit. Branchiæ
nõ ſũt balenis nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirãt: quæ ad pulmonẽ ptinẽt. Balenis
a frõte: delphinis a dorſo: & uituli marini quos uocãt phocas ſpirãt & dormiũt ĩ terra. Item te
ſtudines de quib⁹ mox plura.

De delphinis. Ca. viii.

VElociſſimũ oĩum aĩalium nõ ſolum marinoꝝ delphinus: ſed ocior uolucre: acrior tælo. ac
niſi multum ĩfra roſtrũ os illi foret medio pene in uẽtre: nullus piſciũ celeritatẽ eius eua
deret. Sed affert morã ꝓuidentia naturæ: q̃a niſi reſupini atq; cõuerſi nõ corripiunt quæ
cã præcipue uelocitatem eoꝝ oſtẽdit. Nã cum fame cõcitati fugiẽtem ĩ uada ima ꝑſecuti piſcẽ
diutius ſpiritum cõtinuere: ut arcu emiſſi ad reſpirãdum emicãt. Tãta ui exiliũt: ut pleriq; uela
nauium trãſuolẽt uẽto. Agũt uere cõiugia: pariũt catulos. x. mẽſe æſtiuo tẽpore. Interdum &
binos nutriũt uberibus ſicut balena. Atq; etiã geſtãt fœtus in infãtia infirmos. Quinetiã adul
tos diu comitãtur magna erga partũ caritate. Adoleſcũt celeriter. X. annis putantur ad ſũmam
magnitudinẽ ꝑuenire. Viuũt etiã tricenis. Quod cognitum præſciſſa cauda in expimẽtũ. Ab/
dũtur tricenis diebus circa canis ortum: occultanturq; incognito mõ. Quod eo magis miꝝ eſt:
ſi ſpirare in aqua nequeũt. Solẽt in terram erũpere incerta de cauſa. Nec ſtatim tellurẽ tacta mo
riũtur: multoq; ocius fiſtula obturata. Lingua eſt his cõtra naturam aquatiliũ mobilis: breuis:
atq; lata: haud differẽs ſuillæ. Pro uoce gemitus humano ſimilis: dorſum repandum: roſtrum ſi
mum. Qua de cauſa nomẽ Simonis omẽs miro mõ agnoſcũt: malũtq; ita appellari. Delphinus
nõ tãtũ hoĩs amicum aĩal: ueꝝ & muſica arte mulcetur ſymphoniæ cantu: & præcipue hydrauli
ſono. Hominẽ nõ paueſcit ut alienũ. Obuiã nauigiis uenit. Alludit exultãs: certat etiã: & q̃uis
plena præterit uela. Diuo aũt Auguſto principe lucrinũ lacum inuectus paupis cuiuſdam pueꝝ
ex baiano puteolos in ludum litteraꝝ itantẽ: cũ meridiano ĩmorãs appellatũ eum Simonis noĩe
ſæpius fragmẽtis panis quẽ ob id ferebat allexiſſet: miro amore dilexit. Pigeret referre: ni res
Mœcenatis & Flauiani & Flauii Alfii multoꝝq; eſſet litteris mãdata. Quocũq; diei tẽpore ĩcla
matus a puero q̃uis occultus atq; abditus ex ĩmo aduolabat: paſtuſq; e manu præbebat aſcẽſu/
ro dorſum pĩnæ aculeos uelut uagina cõdẽs: receptũq; puteolos ꝑ magnum æquor ĩ ludũ fere/
bat. Simili mõ reuehens pluribus ãnis donec morbo extincto puero ſubinde ad cõſuetũ locum
uẽtitãs triſtis & merẽti ſimilis ipſe quoq; (quod nemo dubitarẽt) deſiderio expirauit. Alius inter
hos ãnos in africo littore hipponis diariti ſimili mõ ex hoĩum manibus ueſcens. ferẽſq; ſe trac/
tãdum: & alludẽs natãtibus: impoſitoſq; portãs unguẽto punctus a Flauiano ꝓconſule africæ:
& ſopitus ut apparuit odoris nouitate fluctuatuſq; ſimiliſ exanimi caruit hoĩum cõuerſatione: ut
iniuria fugatus ꝑ aliquot menſes: mox reuerſus ĩ eodem miraculo fuit. Iniuriæ poteſtatũ inho/
ſpitales ad uiſendum ueniẽtium hipponenſeſ ĩ necem eius cõpulerũt. Ante hæc ſimilia de puero
in ialiſo urbe memorãt. Cuius amore ſpectatus lõgo tempore dũ abeũtem ĩ littus auide ſeq̃tur:
in harenã inuectus expirauit. Pueꝝ Alexãder magnus babylone Neptuni ſacerdotio præfecit:
amorem illũ numinis ꝓpitii fuiſſe interpretatus. In eadem urbe ialiſo Egeſidemus ſcribit & aliũ
pueꝝ Hermiam noĩe ſimiliter maria pereq̃tantem cũ repentinæ procellæ fluctibuſ exanimatus
eſſet, relatum: delphinumq; cãm lœti fatentem nõ reuerſũ in maria: atq; in ſicco expiraſſe. Hoc
idem & naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit. Nec modus exẽploꝝ. Eadẽ ãphilochii & taren
tini de pueris delphiniſq; narrãt. Quæ faciunt ut credatur Arionem quoq; citharedicæ artis in
terficere nautis ĩ mari parãtibus ad intercipiendos eius quæſtus eblãditum: ut prius caneret ci/
thara: cõgregatis cãtu delphinis cũ ſe iecisſet ĩ mare: exceptũ ab uno tenaꝝ ĩ littus ꝑuectũ. Eſt
ꝓuinciæ narbonẽſis & ĩ nemauſẽſi agro ſtagnũ laterna appellatũ: ubi cũ hoĩeſ delphini ſocietate
piſcãt: inumera uis mugilũ ſtatuto tẽpore ãguſtis faucibus ſtagni ĩ marẽ erũpit obſeruata æſtuſ
reciprocatione. Qua de cã prætẽdi nõ queunt retia: quæ molẽ põderis nullo mõ tolerẽt: etiã

ſi nō ſolertia inſidietur tempori. Simili rōe in altum protinus tendunt: quod uicino gurgite effi
cere. locūq; ſolum pādendis retibus habilem effugere feſtināt. Quod ubi animaduertere piſcā/
tes: cōcurrit aūt multitudo tēporis gnara: & magis etiā uoluptatis huius auida: totuſq; populuſ
e littore ꝗto poteſt clamore cōciet Simonem ad ſpectaculi euentū. Celeriter delphini exaudiūt
deſideria aquilonum flatu uocem ꝓſequente: auſtro uero tardiuſ ex aduerſo referente. Sed tunc
quoq; improuiſo in auxilium aduolāt. Propere apparet acies: quæ ꝓtinus diſponit̃ in loco: ubi
cōiecta eſt pugna. Opponunt ſeſe ab alto: trepidoſq; in uada urgent. Tūc piſcatores circūdāt
retia: furciſq; ſubleuāt. At mugilum nihilominus uelocitas trāſilit. At illos excipiunt delphini:
& occidiſſe ad præſens cōtenti cibos in uictoriam differunt. Operæ prœlium feruet: includiq;
retibus ſe fortiſſime urgentes gaudent. Ac ne id ipſū fugā hoſtium ſtimulet: inter nauigia & re
tia natātesue homines ita ſenſim elabūtur: ut exitus nō appareat.. Saltu quod eſt alias blandiſſi
mum his nullus conatur euadere. ni ſumittantur ſibi retia. Egreſſi ꝓtinus ante uallum prœlian/
tur. Ita peracta captura quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæ ꝗ in unius diei præmi
um ut cōſcii ſibi operiunt̃ in poſteꝝ: nec piſcibus tantum: ſed interiectu panis ac uino ſatiantur.
Quæ de eodem genere piſcandi in latio ſinu cōſul Mutianus tradit: hoc differunt: ꝙ ultro neq;
inclamati præſto ſint: pteſq; e manibus accipiant: & ſuum quēq; cubantes cū delphinis ſotiū ha
beant: ꝗuis noctu & ad faces. Ipſis quoq; inter ſe eſt publica ſocietas. Capto a rege cariæ alli/
gatoq; in portu delphino ingens reliquoꝝ cōuenit multitudo mœſtitia quadam quæ poſſet in/
telligi miſerationem petens: donec dimitti rex eum iuſſit. Quin & puoſ ſemp aliqs grandior co/
mitatur ut cuſtos. Cōſpectiq; ſunt iam defunctum portantes: ne laceretur a beluis.

¶ De Torſionibus aquatilibus. Ca. ix.

Delphinoꝝ ſimilitudinem habent qui uocātur torſiones. Diſtāt & triſtitia qdem aſpectus.
Abeſt. n. illa laſciuia maxime: tamen roſtris caniculaꝝ maleficentia aſſimulati.

¶ De teſtudinibus quomodo capiantur. Ca. x.

Teſtudines tantæ magnitudinis indicum mare emittit ut ſingulaꝝ ſupficies habitabiles ca/
ſas integant. Atq; inter inſulas rubri præcipue maris his nauigent cymbis. Capiunt̃ mul
tis qdem modis: ſed maxime euectæ in ſūma pelagi aut meridiano tēpore blandito eminente to
to dorſo p tranquilla fluitantes. Quæ uoluptas libere ſpirandi in tantum fallit oblitas ſui: ut ſo
lis uapore ſiccato cortice nō queant mergi. inuitæq; fluitent opportunæ uenantiū prædæ. Fe/
runt & paſtum egreſſas noctu: auideq; ſaturatas laxari. Atque ut remearint matutino ſumma in
aqua obdormiſcere: id ꝓ diſtertentium ſonitu. Tuncque leuiter capti. Annatare. n. ſingulis ter
nos: a duobus in dorſum uerti: a tertio laqueum inici ſupinæ: atque ita ad terrā a pluribus tra/
hi. In phœnicio mari haud ulla difficultate capiuntur: ultroque ueniunt tempore ſtatuto anni in
amnem eleutheꝝ effuſa multitudine. Dentes nō ſūt teſtudini: ſed roſtri margines acuti ſuperna
parte inferiorem claudente pixidum mō. In mari uiuunt conchyliis tanta oris duritia: ut lapides
comminuant. In terram egreſſæ in hærbis pariunt oua auium ouis ſimilia ad centena numero.
Eaq; defoſſa extra aquas & coopta terra ac pauita pectore & cōplanata incubant noctibus: edu
cant fœtus annuo ſpatio. Quidā oculis ſpectando quoq; oua foueri ab iis putant. Fœmina coi/
tum fugere: donec mas feſtucam aliquam imponat aduerſæ. Troglodytæ corniġeras habēt: ut
in lyra annexis cornibus latis: ſed mobilibus: quoꝝ in natando remigio ſe adiuuant. Celtinum
genus id uocatur eximiæ teſtudinis: ſed raræ. Nāq; quaſi ſcopuli præacuti chelonophagos ter
rent. Troglodytæ autem ad quos adnatant ut ſacras adorant. Sunt & terreſtres: quæ ob id in
operibus cherſinæ uocantur in africæ deſertis: qua parte maxime ſitientibus harenis ſqualent
roſcido (ut credit̃) humore uiuentes. Neq; ibi aliud animal peruenit.

¶ Quis primus teſtudines ſecare inſtituit. Ca. xi.

Teſtudinum putamina ſecare ī laminas: lectoſq; & repoſitoria his ueſtire Carbilius Pollio
inſtituit prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii.

¶ Tegmenta aquatilium. Ca. xii.

Aquatilium tegmēta plura ſunt. Alia corio & pilis tegūt̃ ut uituli: hippopotami. Alia co
rio tantū ut delphini. Cortice ut teſtudines. Silicum duricia ut oſtreæ & conchæ. Cruſtis
ut locuſtæ. Cruſtis & ſpinis ut echini. Squamis ut piſcis. Aſpera cute ut ſquatina: qua lignum
& ebora poliuntur. Molli ut murenæ. Alia nulla ut polypus:

¶ De uitulo marino. Ca. xiii.

Quæ pilo ueſtiūt̃ animal pariūt ut priſtis: balena: uitulus. Hic parit in terra pecudū mor̃.
Secūdo partus reddit initu. Canum modo cohæret: & parit nunꝗ̃ geminis plures. Edu/
cat māmis fœtum. Nō ante xii. diem deducit ī mare: ex eo ſubīde aſſuefaciēs. Interficiunt̃ diffi/
culter niſi capite eliſo. Ipſis ī ſōno mugitus. Vnde nomē uituli accipiunt. Tenēt diſciplinam: uo
ceq; pariter & uiſu populū ſalutant. Cōdito fremitu noīe uocati reſpōdent. Nullū aīal grauiore
ſōno premit̃. Pinnis qbus ī mari utunt̃ humi quoq; uice pedū ſerpūt. Pelles eoꝝ etiā detractas

BIUM

corpori ſenſum æquoꝝ retinere tradũt: ſemperq; æſtu maris recedẽte inhorreſcere. Præterea
dextræ pẽnæ uim ſopotiferam ineſſe ſõnoſq; allicere ſubditam capiti.

De piſcibus pilo carentibus: & quomõ pariant: & quot eoꝝ genera Ca. xiiii.

PIlo carentiũ duo oĩo aĩal pariũt: delphinus ac uipera. Piſciũ ſpẽs ſunt lxxiiii. præter cru/
ſtis intecta quæ ſunt xxx. De ſingulis alias dicemus. Nũc. n. naturæ tractãt inſignium.

De nominibus & naturis multoꝝ piſcium. Ca. xv.

PRæcipua magnitudie tynni. Inuenimus talẽtá xv. pepẽdiſſe. Eiuſdem caudæ latitudinem
duo cubita & palmum. Sunt & in qbuſdã amnibus haud minores. Sylurus in nilo: eſos in
rheno: attilus in pado inertia pingueſcẽs ad mille aliquãdo libras cathenato captus hamo: nec ni/
ſi boum iugis extractus. Atqui hũc mimus appellatus clupea uenã quãdam eius in faucibus mi
ra cupidine appetẽs morſu exanimat. Sylurus graſſatus ubicũq; eſt omẽ animal appetẽs: equos
innatãtes ſæpe demergẽs: præcipue in meno germaniæ amne ꝓpter liſboũ. Et in danubio ma/
ri extrahit porculo marino ſimillimus. Et in boriſthene memoratur præcipua magnitudo nullis
oſſibus ſpinis ue interſitis: carne præduici. In gange indiæ plataniſtas uocant roſtro delphini &
cauda: magnitudine ãt xv. cubitoꝝ. In eodem eſſe Statius Seboſus haud modico miraculo affert
uermes brãchiis binis lx. cubitoꝝ ceruleos: qui nomẽ a facie traxerũt. His tantas eſſe uires: ut
elephãtos ad potum uenientes mordicus cõprehẽſa manu eoꝝ abſtrahãt. Tynni mares ſub uen/
tre nõ habẽt pinnã. Intrãt magno mari põtũ uerno tempore gregatim: nec alibi fœtificãt. Cor
dilla appellat partus qui fœtas redeũtes in mare autũno comitat. Limoſæ uero a luto pelame/
des incipiũt uocari: & cum ãnuum exceſſere tẽpus tynni. Hi mẽbratim cæſi ceruice & abdomiñ
cõmẽdant: atq; edulio recẽti dũtaxat: & tũ quoq; graui ructu: cætera ꝑte plenis pulpamẽtis ſa
le aſſeruãt. Melãdria uocat cæſis quernis aſſulis ſimillima. Viliſſima ex his quæ caudæ ꝓxima
quia pingui carẽt: ꝓbatiſſima ea quæ faucibus. At in alio piſce circa caudam exercitatiſſima. Pe
lamides in alica coctæ ꝑticulatimq; cõlectæ in genera ciboꝝ diſpariunt. Piſcium genus oẽ præ
cipua celeritate adoleſcit: maxime in põto. Cauſa multitudo amniũ dulces inferẽtiũ aquas: amiã
uocãt: cuius incremẽtum ſingulis diebus intelligit. Cum tynnis hæc & pelamides in põtum ad
dulciora pabula intrãt gregatim cum ſuis quæque ducibus: & primi omniũ ſcõbri. Quibus & in
aquis ſulphureus color: extra q̄ cæteris. Hiſpaniæ cætarias hi replẽt tynnis non cõmeãtibus.
Sed in põtum nulla intrat beſtia piſcibus malefica: præter uitulos & paruos delphinos. Tynni
dextera ripa intrãt: exeũt leua. Id accidere exiſtimat quia dextro oculo plus cernũt utroque he
bete natura. Eſt in euripo thracii boſphori: quo ꝓpõtis euxino iungitur in ipſis europã aſiãq;
ſepantis freti anguſtiis ſaxum miri cãdoris a uado ad ſũma plucẽs iuxta calcedonẽ ĩ latere aſiæ.
Huius aſpectu repẽte territi ſemꝑ aduerſus bizãtii ꝓmõtorium ex ea cã appellatum auricornu
præcipiti petũt agmine. Itaque omnis captura bizãtii eſt magna calcedonis penuria M. P. me/
die interfluẽtis euripi. Opperiũt ãt aqlonis flatum: ut ſecundo fluctu exeant ex põto: nec niſi ĩ
trantes põtum bizãtii capiũtur. Bruma nõ uagantur. Vbicũq; deprehẽſi uſq; ad æqnoctium ibi
hybernãt. Iidem ſæpe nauigia uelis eũtia comitãtes mira quadã dulcedine ꝑ aliquot horaꝝ ſpa/
tia & paſſuum milia a gubernaculis nõ ſepantur: ne tridẽte quidẽ ĩ eos ſæpius iacto territi. Qui
dam eos q̄ hoc e tynnis faciãt põpilos uocant. Multi in ꝓpõtide æſtuãt: põtum nõ intrãt. Item
ſoleæ: cum rombi intrẽt. Nec ſæpia eſt cũ loligo repiatur. Saxatilium turdus & merula deſũt:
ſicut cõchylia: cum oſtreæ abundẽt. Omia ãt hybernãt in ægeo. Intrãtium põtũ ſoli nõ reme/
ant trichiæ. Græcis. n. in pleriſq; noĩbus uti par erit: quãdo aliis atq; aliis eoſdem diuerſi appel
lauere tractus. Sed hi ſoli hiſtrum amnẽ ſubeũt ex eo ſubterraneis eius uenis in adriaticũ mare
defluunt. Itaq; & illic deſcẽdẽtes nec unq̃ ſubeũtes e mari uiſũtur. Tynnoꝝ captura ẽ a uergili
arum exortu ad arcturi occaſum. Reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis: niſi tem/
pore aliquo euocati: aut pleniluniis. Pingueſcũt & in tãtum ut dehiſcãt. Vita lõgiſſima his bien
nio. Animal eſt paruũ: ſcorpionis effigie: aranei magnitudine. Hoc ſe & tynno & ei q̄ gladius uo
catur: crebro delphini magnitudinẽ excedẽti ſub pĩna affigit aculeo: tantoq; infeſtat dolore: ut
naues ſepenumero exiliant. Quod & alias faciũt alioꝝ uim timentes mugiles maxime tam præ/
cipue uelocitatis: ut trãſuerſa nauigia interim ſuperiactent.

De auguriis & diuerſitate piſcium: Ca. xvi.

SVnt & piſcibus præſcita in hac parte auguria. Siculo bello ambulante in littore Auguſto
piſcis e mari ad pedes eius exiliit. Quo argumẽto uates reſpõdere Neptũnum patrẽ ad/
optantem eum ſibi Sexto Põpeio repudiato. Tãta erat naualis rei gloria: ſub pedibus Cæſaris
futuros qui maria tempore illo tenerent. Piſcium fœminæ maiores q̃ mares. In quodã genere
oĩo nõ ſunt mares: ſicut ĩ erythinis & chromibus. Omẽs enim ouis grauidæ capiũt. Vagãt gre
gatim fere cuiuſq; generis ſquamoſi. Capiũtur ante ſolis ortum. Tum maxime piſciũ fallitur ui/
ſus. Noctibus quidẽ illuſtribus aquæ q̃ die cernunt. Aiũt & ſi iteretur gurges intereſſe captu/
ræ. Itaque plures ſecundo tractu trahi q̃ primo: guſtu olei maxime. Dein modicis imbribus

gaudent alũturq̃. Quippe & harũdines ꝗ̃uis in palude ꝓgnatæ: nõ tamẽ ſiñ imbre adoleſcũt.
Et alias ubicũq̃ piſces in eadẽ aqua aſſidui ſi nõ affluat exanimãtur. Prægelidã hyemẽ oẽs ſenti
unt: ſed maxime q lapidem habere in capite exiſtimãtur ut lupi: coracini: ſciena: pagri. Cũ aſpe/
ræ hyemes fuere: multi cæci capiũtur. Itaq̃ his mẽſibus iacẽt in ſpelũciſ cõditi: ſicut in terreſtri
um genere rettulimus. Maxime hippurus & coracinus hyeme nõ capi: præterq̃ æſtatis diebus
paucis & iiſdem ſemper. Item murena & orphus: cõger: percæ: & ſaxatiles omnes. Terra qdem
hoc eſt uado maris excauato cõdi ꝑ hyemes torpedinem piſtam ſoleãq̃ tradunt. Quidã rurſus
æſtus impatiẽtia mediis feruoribus ſexagenis diebus latẽt ut glaucus: aſelli: auratæ. Fluuiatiliũ
ſylurus caniculæ exortu ſyderat: & alias fulgore ſopit. Hoc & in mari accidere cyprio putãt: &
alioqn totũ mare ſentit exortũ eius ſyderis. Quod maxime in boſphoro apparet. Algæ enim &
piſces ſuperferuntur: ab imo uerſa omnia.

¶ De mugili & aliis piſcibus: & ꝙ non iidem ubiq̃ placeant. Ca. xvii.

MVgilum natura ridetur: in metu capite abſcõdito totos ſe occultari credẽtium. Iiſdem tamẽ
tanta facilitas: ut ĩ phœnice & narbonẽſi prouĩtia coitus tempore e uiuariis marẽ linea lon
ginqua ꝑ os ad brãchias religata emiſſũ in mare: eadẽq̃ linea retractum fœminæ ſequãt ad lit/
tus: rurſuſq̃ fœminam mares ꝑtus tempore. Apud ãtiquos piſcium nobiliſſimus habitus accipẽ
ſer: unus oĩum ſquamis ad os uerſis cõtra aquam nãdo meat: nullo nunc in honore eſt. Quod q
dem miror: cum ſit rarus inuẽtu. Quidam eum elopẽ uocãt. Poſtea præcipuã auctoritatẽ fuiſ/
ſe lupo & aſellis Cornelius Nepos & Laberius poeta mimoꝝ tradidere. Lupoꝝ laudatiſſimi qui
appellãtur lanati a cãdore mollitiaq̃ carnis. Aſelloꝝ duo genera collyri minoreſ & rhachi: q nõ
niſi ĩ alto capiũtur. Ideoq̃ prælati prioribus: At ĩ lupis ĩ amne capti præferuntur. Nunc ſcaro
datur prĩcipatus: qui ſolus piſcium dicitur ruminare: hærbiſq̃ ueſci: nõ aliis piſcibus: mari car/
pachio maxime freqũẽs. Promõtorium troadis lectum ſpõte nunq̃ trãſit. Inde aduectos Tibe/
rio Claudio prĩcipe Optatus Elipertius præfectus claſſis inter hoſtiẽſem & campaniæ horam
ſparſos diſſeminauit. Quinquẽnio fere cura eſt adhibita: ut capti redderentur mari. Poſtea fre/
quẽtes ĩueniũtur italiæ littore non ante ibi capti. Admouitq̃ ſibi gula ſapores piſcibus ſatis: &
nouum ĩcolam mari dedit: ne qs peregrinas aues romæ parere mireť. Proxima eſt his mẽſa ge
neris dũtaxat muſtellaꝝ: quas miꝝ dictu inter alpes lacuſq̃ retiæ bigrantinus æmulas marinis
generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima eſt & copia mullis: ſicut magnitudo modica: bi/
naſq̃ libras põderis raro admodum exuperãt: nec ĩ uiuariis piſciniſq̃ creſcũt. Septẽtrionalis tã
tum hos & proxima occidentis parte gignit oceanus. Cætera eoꝝ genera plura. Nã & alga ue/
ſcũtur & oſtreis & limo & alioꝝ piſciũ carne: & barba gemina inſigniũtur inferiori labro. Aluta/
rium ex hiſ uiliſſimi generis appellãt. Hũc ſemp comitatur ſargus noĩe alius piſcis & cœnum fo
diẽte eo excitatũ deuorat pabulum: nec littoralibus gratia. Laudatiſſimi cõchylium ſapiũt. No/
mẽ his Feneſtella a colore mulleoꝝ calciamẽtoꝝ datum putat. Pariunt ter ãno. His certe totieſ
fœtura apparet. Mullum expirãtem uerſicolori quadam & numeroſa uarietate ſpectari proceꝝ
gulæ narrãt rubẽtium ſquamaꝝ multiplici mutatione palleſcẽtem: utique ſi uitro ſpectetur in/
cluſus. M. Apitius ad oẽm luxum ĩgenium maiuſ in ſocioꝝ garo (nam ea quoque res cognomen
ĩuenit) necari eos præcellẽs ꝑutauit: atque e iecore eoꝝ alecem excogitare ꝓuocauit. Id. n. ẽ fa
cilius dixiſſe: ꝗ̃ quis uicerit. Aſinius Celer e conſularibus hoc piſce prodigus Claudio prĩcipe
unum mercatus octo milibus nũmum. Nullus æque reputatione aufert trãſuerſum animum ad
cõtemplationem eoꝝ: qui in cõquæſtione luxus cocos emi ſingulos pluris ꝗ̃ equos querebãť.
Adhuc coci triumphorum preciis parantur: & equoꝝ piſces. Nulluſq̃ prope iam mortalis æſti
matur pluris: ꝗ̃ qui peritiſſime cenſum domini mergit.

¶ De mullo: ſalpa: & ſalmone. Ca. xviii.

MVllum lxxx. libraꝝ ĩ mari rubro captũ Licinius Mutianus ꝓdidit. Quãta mercatura cũ lu
xuria ſuburbanis littoribus ĩuẽtum eſt. Et hæc natura ut alii alibi piſces prĩcipatũ optine
ant. Coracinus in ægypto. Zeus idẽ faber appellatur gadibus. Circa ebuſũ ſalpa. Obſenus ali
bi: & qui nuſq̃ ꝑcoqui poſſit: niſi ferula uerberatus. In aqtania ſalmo fluuiatilis marinis oĩbus
præfertur. Piſcium alii brãchias multiplices habẽt. alii ſimplices alii duplices. His aquã accep/
tã ore remittũt. Senectutis indicium ſquamaꝝ duritia: quæ nõ ſũt oĩbus ſimiles. Duo lacus ita
liæ in radicibus alpiũ larius & uerbanus appellãť: in qbus piſces oĩbus ãnis uergiliaꝝ ortu exi/
ſtũt ſquamis cõſpicui crebris atq̃ præacutis clauoꝝ caligariũ effigie: nec ãplius ꝗ̃ circa eũ men
ſẽ uiſũtur.

¶ De exocœto. Ca. xix.

MIratur arcadia ſuum exocœtũ appellatum ab eo quod in ſiccũ ſõni cauſa exeat. Circa clitori
um uocalis hic traditur & ſine brãchiis. Idem aliqbus andonis dictus. Exeũt in terrã & qui
marini mures uocãtur: & polypi: & murenæ. Quin & in indiæ fluminibus certum genus
piſcium: ac deinde reſilit. Nam ſtagna & amnes trãſeũt: pleriſq̃ & euidẽs ratio eſt: ut tuto fœ/
tus edant: quia nõ ſint ibi qui deuorẽt fœtus: fluctuſq̃ minus ſæuiãt. Has intelligi ab his cãs

©BIUM

ſeruatiq; temporum uiceſ magis miretur: ſi quis reputet quoto cuiq; hominum noſci uberrimã eſſe capturam ſole tranſeunte piſcium ſignum.

¶ Digeſtio piſcium in figuras corpoꝝ. Ca. xx.

MArinoꝝ alii ſunt plani ut rũbi ſoleæ ac paſceres: qui a rũbis ſitu tãtũ corpoꝝ differũt. Deſter reſupinatus eſt illis: paſceri leuus. Alii lõgi ut murena: cõger. Ideo pẽnaꝝ quoq; fiunt diſcrimina: quæ pedum uice datæ ſunt piſcibus. Nullis ſuper qnas. Quibuſdã binæ: qbuſdã trinæ: aliqbus nullæ. In fucino tãtum lacu piſcis eſt: qui octonis pẽnis natat. binæ oĩo longis: ut lõbricis & anguillis & congris. Nullæ ut murenis: qb⁹ nec brãchiæ: Hæc oĩa flexuoſo corpoꝝ ĩpulſu ita mari utunẽ: ut ſerpẽtes terræ in ſicco quoq; repũt. Ideo ẽt uiuaciora talia. Et e planis aliqua nõ habẽt pẽnas: ut paſtinacæ. Ipſa. n. latitudie natãt. Et quæ mollia appellãẽ ut polypi qm̃ pedes uicẽ pẽnaꝝ illis præſtãt.

¶ De anguillis. Ca. xxi.

ANguillæ octonis uiuũt ãnis. Durãt & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirãte: auſtro paucioribus At hyemẽ eædẽ in exigua aqua nõ tolerãt: nec in turbida. Ideoq; circa uergilias maxĩe capiũẽ: flumibus tũ ꝓcipue turbidiſ. Paſcũẽ noctib⁹ exaĩes piſciũ ſolæ non fluitãt.

¶ De lacu benacu. Ca. xxii.

LAcus eſt italiæ benacus ĩ ueronẽſi agro minciũ amnẽ trãſmittẽs: ad cuius emerſus annuo tẽpore octobri fere mẽſe autũnali ſydere ut palã eſt hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluũtur ĩ tãtũ mirabili multitudine: ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipſũ fabricatiſ ſinguloꝝ miliũ globi reperiãtur.

¶ De murena. Ca. xxiii.

MVrena quocũq; tẽpore parit: cũ cæteri piſces ſtato pariant. Oua eius citiſſime creſcũt ĩ ſicco littore: elapſas uulgus coitu ſerpẽtiũ impleri putat. Ariſtoteles myrinũ uocat marẽ qui generat. Diſcrimen eſſe ꝙ murena uaria & infirma ſit: myrinus unicolor & robuſtus: denteſq; extra os habeat. In gallia ſeptẽtrionali murenis oĩbus dextera in maxilla ſeptenæ maculæ ad formã ſeptẽtrionis aureo colore fulgent dũtaxat uiuẽtibus: pariterq; cũ anima extinguntur. Inuenit in hoc animali documẽta ſæuitiæ. Vedius Pollio eques Ro. ex amicis Diui Auguſti uiuariis eaꝝ imergens dãnata mancipia: nõ tanq; ad hoc feris terraꝝ nõ ſufficiẽtibus: ſed quia ĩ alio genere totum pariter hoĩem diſtrahi ſpectare nõ poterat. Ferũt aceti guſtu præcipue eas ĩ rabiem agi. Tenuiſſimũ his tergus. Contra ãnguillis craſſius: eoq; uerberari ſolitos tradit Verrius prætextatos. Et ob id mulctam his dicit non inſtitutam.

¶ De planis piſcibus. Ca. xxiiii.

PLanoꝝ piſciũ alteꝝ ẽ genus: quod ꝓ ſpina carthilaginẽ habet: ut rapæ: paſtinacæ: ſquatinæ: torpedo: & quos bouis lamiæ aquilæ ranæ noĩbus græcia appellat. Quo numero ſũt ſquali quoq; ꝗuis nõ plani. Hæc græce in uniuerſũ ſelache appellauit Ariſtoteles primus. Hoc noĩe eis impoſito nos diſtinguere nõ poſſumus: ni carthilaginata appellare libeat. Oĩa aũt carnoſiora ſunt talia: & ſupina ueſcũtur: ut in delphinis diximus. Et cũ cæteri piſces oua pariãt: hoc genus ſolum ut ea quæ cete appellãt animal parit excepta quam ranam uocant.

¶ De echeneide. Ca. xxv.

ESt paruus admodũ piſcis aſſuetuſ petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhærẽte naueſ tardius ire credũtur. Inde noĩe impoſito. Quã ob cãm amatoriis quoq; ueneficiis infamis eſt: & iudicioꝝ ac litium mora. Quæ crimina una laude penſat. Fluxus grauidaꝝ utero ſiſtẽs: partuſq; cõtinẽs ad puerperium. Tamẽ in cibos nõ admittitur. Pedes eũ habere arbitratur Ariſtoteleſ: ita poſita pẽnaꝝ ſimilitudine. Mutianus muricem eſſe latiorẽ purpura: neq; aſpero neq; rotundo ore: neq; ĩ ãgulos ꝓdeũte roſtro: ſed ſimplice cõcha utroq; latere ſeſe colligẽte. Quibuſ inhærentibus plenam uentis ſteriſſe nauem portãtem nũtios a Periandro ut caſtrarentur nobiles pueri: cõchaſq; quæ id præſtiterũt apud gnidioꝝ Venerem coli. Trebius niger pedalẽ eſſe: & craſſitudine qnq; digytoꝝ: naues morari. Præterea hanc eſſe uim eius aſſeruati in ſale: ut aurũ quod deciderit in altiſſimos puteos admotus extrahat.

¶ De uarietate naturæ piſcium. Ca. xxvi.

MVtant piſces coloreꝝ. Candidæ hyeme menæ: & fiũt æſtate nigriores. Mutat & phycis reliquo tẽpore candida: uere uaria. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga: atque in nido parit. Volat hirundo ſane perq; ſimilis uolũcri hirundini.

¶ De miluo piſce & dracone marino. Ca. xxvii.

ITẽ miluus ſubit ĩ ſũma maria piſcis ex argumẽto appellat⁹ lucerna: liguaq; ignea ꝑ os exerta trãqllis noctibus relucet. Attollit cornuta e mari ſexqpedalia fere cornua: quæ ab his nomẽ traxit. Rurſus draco marinus captus atq; ĩmiſſus in harenã cauernã ſibi roſtro mira celeritate excauat.

¶ De piſcibus ſãguine carẽtibus. Ca. xxviii.

PIſcium quidam ſãguine carent. de quibus dicemus. Sũt autem tria genera. In primis quæ mollia appellãtur. Deinde cõtecta cruſtis tenuibus. Poſtremo teſtis cõcluſa duris. Mollia ſunt loligo ſæpia polypus & cætera eius generis. His caput inter pedes & in uentre

Pediculi octoni omibus. Sæpie & loligini pedes duo: Ex his lõgiſſimi & aſperi quibus ad ora ad
mouent cibos: & in fluctibus ſe uelut anchoris ſtabiliunt: cæteri cirri cum quib us uenantur.

¶De loligine & ſæpiis & polypis & naupliis. Ca. xxix.

LOligo etiã uolitat extra aquã ſe efferens: quod & pectũculi faciũt ſagittæ mõ. Sæpiaꝝ ge
neris mares uarii & nigrioreſ: cõſtãtiæqꝫ maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliãtur.
At fœmina icto mare fugit. Ambo aũt ubi ſenſere ſe apprehendi: effuſo atramẽto quod pro ſã
guine his eſt infuſcata aqua abſcõduntur. Polypoꝝ multa genera. Terreni maiores ꝗ pelagici:
& omẽs brãchiis ut pedibus ac manibus utũtur. Cauda uero quæ ẽ biſulca & acuta in coitu. Eſt
polypis fiſtula in dorſo: qua trãſmittũt mare: eamqꝫ mõ in dexteram ptem mõ in ſiniſtrã trãſſe
runt. Natant obliqui in caput: quod prædurꝫ eſt ſuffocatione uiuentibus. Cæteꝝ p brachia ue
lut acceptabulis diſparſis eo hauſto quodãmodo cui adhæreſcũt tenent ſupini: ut auelli nõ que
ant. Vada nõ apprehendũt: & grandibus minor tenacitas. Soli mollium in ſiccũ exeunt dũtaxat
aſpeꝝ. Leuitatem odere. Veſcũtur cõchylioꝝ carne: quoꝝ cõchas cõplexu crinium frãgũt. Itaqꝫ
præiacentibus teſtis cubile eoꝝ deprehenditur. Et cũ alioqn brutũ habeatur animal: ut quod ad
manũ hominis adnatat in re quodãmõ familiari callet. Omnia in domum comportat: dein puta
mina roſa carne egerit: annatãteſqꝫ piſciculos ad ea uenat. Colorem mutat ad ſimilitudinem lo
ci: & maxime in metu. Ipſũ brachia ſua rodere falſa opinio eſt. Id. n. a cõgris euenit ei. Sed rena
ſci ſicut colchotis & lacertis cauda haud falſum: Inter præcipua aũt miracula eſt qui uocatur nau
plios: ab aliis põpilos. Supinus in ſũma æquoꝝ puenit: ita ſe paulatim ſubrigens: ut emiſſa omĩ
per fiſtulam aqua uelut exoneratus ſentina facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquenſ
membranã inter illa miræ tenuitatis extendit: Qua uelificãte in auras cæteris ſubremigãs bra
chiis media cauda ut gubernaculo dirigit. Ita uadit alto liburnicarum gaudens imagine. Si quid
pauoris interueniat hauſta ſe mergens aqua.

¶De onigena locuſtis & cancris cocleis & conchis. Ca. xxx.

POlypoꝝ generis onigena dicta graui capitis odore. Ob hoc maxime murenis eã cõſectã
tibus. Polypi binis menſibus cõdunt. Vltra bimatum nõ uiuũt. Pereũt aũt tabe ſẽp. Fœ
minæ celerius & fere a partu. Nõ ſunt prætereũda & L. Lucullo procõſ. beticæ cõperta de po
lypis quæ Trebius Niger e comitibus eius prodidit. Auidiſſimos eſſe cõchaꝝ. Illas ad tactũ cõ
primi præcidentes brachia eoꝝ: ultroqꝫ eſcam ex prædante capere. Carent cõchæ uiſu omniqꝫ
ſenſu alio ꝗ cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi apertis. Impoſitoqꝫ lapillo extra corpus ne
palpitatu eiiciatur: ita ſecuri graſſantur: extrahũtqꝫ carnes. Illæ ſe cõtrahũt: ſed fruſtra diſcunea
tæ. Tanta ſolertia aĩalium hebetiſſimus quoqꝫ eſt. Præterea negat ullũ eſſe atrocius aĩal ad con
ficiendũ hoĩem in aqua. Luctatur. n. cõplexu: & ſorbet acceptabulis: ac numeroſo ſuctu detra
hit eum. In naufragos urinantiſ ue impetum capit. Sed ſi inuertat: elangueſcit uis. Exporrigunt
enim ſe reſupinati. Mire omnibus marinis expetentibus odorem quoqꝫ eoꝝ. Qua de cã & naſſiſ
illinuntur. Cætera quæ idem retulit mõſtra propiora poſſũt uideri. Carteiæ in cetariis aſſuetuſ
quidam polypus exire e mari in lacus eoꝝ apertos: atqꝫ ibi ſalſamẽta populari. Cõuertit in ſe cu
ſtodum indignationẽ aſſiduitate furti immodici. Sæpes erãt his obiectæ. Sed has trãſcẽdebat
per arborem: nec deprehẽdi potuit niſi canũ ſagacitate. Hi redeũtem circũuaſere noctu cõcitiqꝫ
cuſtodes expauere nouitatem. Primũ omniũ magnitudo inaudita erat. Deinde color muria obli
ti odore diri. Quis ibi polypum expectaſſet: aut ita cognoſceret: Cũ mõſtro dimicare ſibi uide
bantur. Nãqꝫ & afflatu terribili canes agebat: nunc extremis crinibus flagellatos: nunc robuſti
oribus brãchiis clauaꝝ mõ incuſſos: ægreqꝫ multis tridentibus cõfici potuit. Oſtendere Lucul
lo caput eius dolii magnitudine amphoraꝝ xv. capax: atqꝫ (ut ipſius Trebii uerbis utar) brãchi
as quas uix utroqꝫ brachio cõplecti eſſet: clauaꝝ mõ toroſas: lõgas pedum xxx. acceptabulis ſi
ue calliculis urnalibus peluium mõ. Dentes magnitudini reſpõdentes. Reliqæ aſſeruatæ mira
culo pependere põdo ſeptingentoꝝ. Sæpias quoqꝫ & loligines eiuſdem magnitudinis expulſas
in littus illud idem auctor eſt. In noſtro mari loligines quinũ cubitoꝝ capiũtur: ſæpiæ binum:
Neqꝫ his bimatu lõgior uita. Nauigeram ſimilitudinem & aliã in ꝓpõtide uiſam ſibi prodidit
Mutianus cõcham eſſe achãti mõ carinatam inflexa puppe prora roſtrata. In hãc condi naupliũ
animal ſæpiæ ſimile ludendi ſocietate ſola. Duobus hoc fieri generibus. Trãquillo. n. uectorẽ
demiſſis palmulis ferre ut remis. Si uero flatus inuitent: eaſdem in uſu gubernaculi porrigi: pan
diqꝫ cõchaꝝ ſinus aura. Huiuſ uoluptatem eſſe ut ferat: illius ut regat. Simulqꝫ eãdem deſcẽde
re incluſo ſinu: fluctu hauſto: territam uiſu. Id. n. ut cõſtat rumore nauigãtium humana calami
tas in cã eſt. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere: quod caret ſanguine. Latẽt menſi
bus quinis. Similiter cãcri qui eodem tẽpore occultantur: & ambo ueris principio ſenectutẽ an
guium more exuunt renouatione tergoꝝ. Cætera in aquis natant. Locuſtæ reptantium mõ flui
tant. Si nullus ingruat metus: recto meatu cornibus quæ ſunt rotunditate præpilata ad latera
porrectis. Iiſdẽ erectis in pauore obliquæ in latere procedunt. Cornibus inter ſe dimicãt. Vnũ

BIUM

hoc animalium niſi uiuum feruēti aqua incoquatur: fluida carne nō habet callum.

## De cancris. Ca. xxxi.

Viuunt petroſis locis cancri mollibus. Hyeme aprica loca ſectātur. Aeſtate in opaca gurgitum recedūt. Omia eius generis hyeme læduntur: autūno & uere pingueſcūt: & plenilunio magis: qa nocte ſydus tepido fulgore mitificat. Cancroꝝ genera carabi: aſtaci: tacineæ: paguri heracleotici: leones: & alia ignobiliora. Carabi a cæteris cancris cauda diſtāt. In phœnice hippoe uocātur: tantæ uelocitatis ut cōſequi nō ſit. Cācris uita lōga. Pedes octoni omnibus in obliquum flexi. Fœminæ primus pes duplex: mari ſimplex. Præterea bina brachia denticulatiſ forcipibus. Supior pars in primoribus his mouetur inferiore īmobili. Dextrū brachiū omnibus maius. Vniuerſi ubi aliquādo cōgregātur os pōti euincere nō ualēt. Quāobrē egreſſi circūeūt: apparetqꝫ tritum iter. Pinoteras uocatur minimus ex oī genere. Ideo oportunus iniuriæ: Huic ſolertia eſt inaniū oſtreaꝝ teſtis ſe cōdere: & cū accreuerit migrare in capaciores. Cancri in pauore etiam retrorſum pari uelocitate redeunt. Dimicāt inter ſe ut arietes diuerſis cornibus incurſātes. Cōtra ſerpentium ictus medentur. Sole cancri ſignum trāſeunte & ipſoꝝ cū exanimati ſint corpus trāſfigurari in ſcorpiones narrātur in ſicco. Ex eodem genere ſunt echini: quibus ſpinæ ꝓ pedibus. Ingredi eſt his in orbem uolui. Itaqꝫ detritis ſæpe aculeis īueniūtur. Ex his echinometræ appellantur quoꝝ ſpinæ lōgiſſimæ: calices minimi. Nec omibus idē uitreus color. Circa turonem cādidi naſcūtur: ſpina pua. Oua omniū amara: quina numero. Ora in medio corpore in terram uerſa. Tradunt ſæuitia maris præſagire eos: correptiſqꝫ operiri lapillis: mobilitatemqꝫ pōdere ſtabiliētes nolūt uolutatiōe ſpinas atterere. Quod ubi uidere nautici ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenāt.

## De cocleis. Ca. xxxii.

IN eodem genere ſunt cocleæ aquatileſ terreſtreſqꝫ exerenteſ ſe domicilio: binaqꝫ ceu cornua protendentes cōtrahenteſqꝫ: oculis carent: ideoqꝫ corniculis prætentāt iter.

## De pectinibus. Ca. xxxiii.

PEctines in mari ex eodem genere habentur. Reconditi & ipſi in magnis frigoribus ac magnis æſtibus: ungueſque uelut igne lucentes in tenebris etiam uelut in ore mandentium. Firmioris iam teſtæ murices: & concharum genera: in quibus magna ludentis naturæ uarietas: tot colorum differentiæ tot figuræ. planis. & concauis: lōgiſ: lunatis: in orbem circūactis: dimidio orbe cæſis: in dorſū elatis: læuibus: rugatis: denticulatis: ſtriatis: uertice mutricatim ītorto margine in mucronem emiſſo: foriſ effuſo: intus replicato: iam diſtinctione uirgulata: crinita: criſpa: cuniculatim pectinatim imbricatim undata: cācellatim reticulata: in obliquū: in rectum expanſa: prædenſata: porrecta: ſinuata: breui nodo ligatis: toto latere cōnexis: ad plauſum aptiſ: ad buccinam recuruis. Nauigāt ex his neritæ: præbenteſqꝫ cōcauā ſibi partē. & alterā auræ opponētes per ſūma æquoꝝ uelificāt. Saliunt pectines & extra uolitant: ſeqꝫ & ipſi carinant.

## De diuitiis marinis. Ca. xxxiiii.

SEd quid hæc tam parua cōmemoro? cum populatio moꝝ atqꝫ luxuria nō aliunde maior q̄ e cōchaꝝ genere proueniat? Iam quidem ex tota reꝝ natura dānoſiſſimum uentri mare eſt tot modis: tot menſis: tot piſcium ſaporibus: quibus precia capientium periculo fiunt.

## Quō naſcantur: & ubi: & quō inueniuntur margaritæ. Ca. xxxv.

SEd quota hæc portio eſt reputātibus purpuras? cōchylia? margaritas? Paꝝ ſcilicet fuerat ī gulas cōdi maria: niſi manibus: auribus: capite: toto corpore a fœminis iuxta uiriſqꝫ geſtarentur. Quid mari cū ueſtibus? Quid undis fluctibus cum uellere? Nō recte recipit hæc nos reꝝ natura niſi nudos. Eſto: ſi tāta uētri cū eo ſocietaſ. Quid tergori? Paꝝ ſit niſi quid ueſtimur: piculis etiam ueſtiamur: Adeo per totum corpus animæ hoīs periculo quæſita maxime placēt. Principium ergo culmēqꝫ oīm reꝝ precii margaritæ tenēt. Indicus maxime has mittit oceanus. Inter illas beluas tales tantaſqꝫ quas diximus per tot maria ueniētes tā lōgo terraꝝ tractu: e tātis ſolis ardoribus: atqꝫ indicis quoqꝫ inſulis petūtur & admodum paucis. Fertiliſſima eſt taprobane & torois ut diximus in circuitu mūdi. Item perimula promōtorium indiæ. Præcipue autē laudātur circa arabiam in perſico ſinu maris rubri. Origo aūt atqꝫ genitura cōchæ eſt haud multum oſtreaꝝ cōchis differens. Has ubi genitalis anni ſtimulauerit hora pādentes ſeſe quadā obſcitatione impleri roſcido cōceptu tradūt: grauidas poſtea eniti: partumqꝫ cōchaꝝ eſſe margaritas pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit: candorem cōſpici. Si uero turbidus: & fœtū ſordeſcere. Eundem pallere cælo minācte cōceptum. Ex eo quippe cōſtare: cæliqꝫ eis maiorē ſocietatem eſſe q̄ mariſ: inde nubilū trahit colorem: aut ꝓ claritate matutina ſerenū. Si tēpeſtiue ſatientur: grādeſcere & partus. Si fulgeret: cōprimi cōchas: ac pro ieiunii modo minui. Si uero & tonuerit: pauidas ac repente cōpreſſas: quæ uocāt phyſemata efficere ſpeciē: ueꝝ inani īflatā ſine corpore. Hos eſſe cōchaꝝ abortus: Sani qdem partus multiplici cōſtant cute: nō impropie callum ut exiſtimari corporis poſſit. Itaqꝫ & purgātur a peritis. Miror ipſo tantū eas cælo gaudere: ſole rubeſcere: cādoremqꝫ perdere ut corpus humanū. Quare præcipuū cuſtodiūt pelago

altius merſæ: ꝗ ut penetrẽt radii. Flaueſcũt tamẽ & illæ ſenecta: rugiſqꝫ torpeſcũt: nec niſi in
iuuenta cõſtat ille qui quæritur uigor. Craſſeſcũt etiam in ſenecta: conchiſqꝫ adhæreſcũt: nec iis
auelli queũt: niſi lima. Quibus una tantũ ẽ facies & ab ea rotuditas: auerſis planicies: ob id tym
pania noĩantur. Cohærentes uidem⁹ in cõchis hac dote unguẽta circũferẽtib⁹. Cætero ĩ aqua
mollis unio: exemptus protinus dureſcit. Cõcha ipſa cũ manũ uidet cõprimit ſeſe: operitqꝫ opes
gnara ꝓpter illas ſe peti: manũqꝫ ſi præueniat acie ſua abſcidit: nulla iuſtiore pœna: & aliis mu/
nita ſuppliciis. Quippe inter ſcopulos pars maior inuenitur: ſed in alto quoqꝫ comitãtur mari/
nis canibus. Nec tamẽ aures fœminaꝝ arcentur. Quidã tradũt ſicut apibus ita cõchaꝝ examini/
bus ſingulas magnitudine & uetuſtate præcipuas eſſe ueluti duces: miræ ad cauẽdum ſolertiæ.
Has urinãtium cura peti. Illis captis facile cæteras palãtes retibus includi. Multo deinde obru/
tas ſale ĩ uaſis fictilibus eroſa carne omĩ nucleos quoſdã corpoꝝ hoc eſt uniones decidere ĩ ima.
Vſu atteri nõ dubium eſt: coloremqꝫ ĩdiligẽtia mutari. Dos omĩs ĩ cãdore: magnitudine: orbe:
leuore: põdere: haud ꝓmptis rebus in tãtum: ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Vnde nomen
unionũ romanæ ſcilicet ĩpoſuere deliciæ. Nã apud græcos nõ ẽ: nec apud barbaros inuentores
eius aliud ꝗ margaritæ. Et in cãdore ipſo magna differẽtia. Clarior in rubro mari reptus. Indi
cus ſpeculariũ lapidũ ſquamas aſſimilat: alias magnitudine præcellẽs. Sũma laus coloris ẽ exalu
minatos uocari: & ꝓcerioribus ſua gratia eſt. Elencos appellãt faſtigiata lõgitudine: Alabaſtro
rum figura in pleniore orbe deſinẽtes. Hos digytis ſuſpẽdere: & binos ac ternos auribus. Fœ/
minaꝝ gloria eſt. Subeũt luxuriæ eius nomina & tedia exqſita ꝑditione potatu. Siquidẽ cum id
fecere crotalia appellãt: ceu ſono quoqꝫ gaudeãt: & colliſu ipo margaritaꝝ. Affectãtqꝫ iã & pau
peres lictorem fœminæ in publico unionẽ eſſe dictantes. Quin & pedibus: nec crepidaꝝ tantũ
obſtragulis: ſed totis ſocculis addunt. Neqꝫ. n. geſtare iam margaritas: niſi calcẽt: ac ꝑ uniones
etiã ambulent ſatis eſt. In noſtro mari repiri ſolebant. Crebrius circa boſphoꝝ thraciũ: ruffi ac
parui in cõchis: quas myas appellãt. At in carnania quæ uocat̃ pina gignit. Quo apparet non
uno cõchæ generẽ naſci. Nã & Iuba tradit arabici ſ cõcham eſſe ſimilem pectini inſecto: hirſutam
echinoꝝ modo. Ipſum unionem in carne ipſa eſſe grãdini ſimilem. Cõchæ nõ tales ad nos affe/
runt̃. Nec in acarnania ante laudati repiuntur: enormes & feri: coloriſqꝫ marmorei. Meliores
circa actium: ſed & ii parui. Et in mauritaniæ maritimis. Alaxãder Polyhiſtor & Sudines ſene/
ſcere eos putant: coloremqꝫ expirare. Eoꝝ corpus ſolidũ eſſe manifeſtũ eſt: ꝙ nullo lapſu frã
guntur. Nõ aũt ſemp in media carne repiunt̃: ſed aliis atqꝫ aliis locis. Vidimuſqꝫ iã extremis ẽt
marginibus uelut e cõcha exeuntes. Et ĩ qbuſdam quaternos qnoſqꝫ. Põdus ad hoc æui ſemun/
ciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. In britãnia paruos atqꝫ decolores naſci certũ eſt. Quoniã
Diuus Iulius thoracem quẽ Veneri genitrici ĩ templo eius dicauit: ex britãnicis margaritis factũ
uoluerit intelligi. Lolliã Paulinã quæ fuit Caii pricipis matrona nec ſerio quidẽ aut ſolẽni ceri/
moniaꝝ aliquo apparatu: ſed mediocriũ etiã ſpõſalium cœna uidi ſmaragdis margaritiſqꝫ optã:
alterno textu fulgẽtibus toto capite crinibus: ſpiris auribus: collo monilibus digytiſqꝫ. Quæ ſũ
ma quadrigeties ſeſtertium colligebat. Ipſam cõfeſtim paratã nũcupationẽ tabulis ꝓbare. Nec
dona prodigi principis fuerant: ſed auitæ opes ꝓuintiaꝝ ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinarũ
exitus. Hoc fuit quare M. Lollius infamatus regũ muneribus ĩ toto oriente interdicta amicitia
a Caio Cæſare Auguſti filio uenenum biberet: ut neptis eius quadrigeties ſeſtertium opta ſpec
taretur ad lucernas. Cõputet nũc aliqs ex alia parte ꝗtũ Curius aut Fabritius in triumphis tule
rint: & imaginet̃ eoꝝ fercula: & ex altera pte Lolliã unã imperii mulierculã accubãtem: nõ illos
curru detractos ꝗ in hoc uiciſſe malit: Nec hæc ſũma luxuriæ exempla ſũt. Duo fuere maximi
uniones per omẽ æuum. Vtrũqꝫ poſſedit Cleopatra ægypti reginaꝝ nouiſſima per manus orien
tis regũ ſibi traditos. Hæc cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaret̃ epulis: ſuperbo ſimul ac
ꝓcaci fauſtu ut regina meretrix lautitiam eius oẽm apparatũqꝫ detrectãs: quærẽte eo qd aſtrui
magnificẽtiæ poſſit reſpõdit. Vna ſe cœna cẽties ſeſtertium abſũpturam. Cupiebat diſcere An
tonius: ſed fieri poſſe nõ arbitrabat̃. Ergo ſpõſionibus factis poſtero die quo iudiciũ agebat̃: ma
gnificã alias cœnã ne dies periret: ſed quottidianã Antonio appoſuit irridẽti: cõputationẽqꝫ ex
poſtulãti. At illa corallarium id eſſe: cõſumpturãqꝫ ſe ea in cœna taxationẽ confirmãs: ſolamqꝫ
ſe centies ſeſtertiũ cœnaturã. Inferri mẽſam ſecũdam iuſſit. Ex præcepto miniſtri unũ tantũ uas
ante eam poſuere aceti: cuius aſperitas uiſqꝫ in tabem margaritas reſoluit. Gerebatqꝫ auribus tũ
maxime ſingulare illud & uere unicum naturæ opus. Itaqꝫ ſpectãte Antonio qd nã eſſet actura
detractũ alteꝝ merſit: ac liquefactũ abſorbuit. Iniecit alteri manũ L. Plaucus iudex ſpõſiõis e⁹
eum quoqꝫ parãti ſimili mõ abſumere. Victũqꝫ Antoniũ ꝓnũtiauit hoĩe irato. Comitetur fama
unionis eius parem facta illa tantæ quæſtiouis uictrice regina diſſectũ: ut eſſet in utriſqꝫ Vene/
ris auribus romæ in pantheo dimidia eoꝝ cœna. Nõ ferent tamẽ hãc palmã: ſpoliabũturqꝫ eti
am luxuriæ gloria. Prior id fecerat romæ ĩ unionibus magnæ taxatiõis Clodius tragœdi Aeſo
pi filius relictus ab eo ĩ amplis opibus hæres: ne triumphatu ſuo nimis ſupbiat Antonius pene

©BIUM

hiſtrioni compatus. Et quidem nulla ſpōſione ad hoc productus: quo id magis rgiū erat: ſed ut expiretur in gloria palati quid ſaperent margaritæ: atqꝫ ut mire placuere: ne ſolus hoc ſciret ſingulos uniones cōuiuis ad ſorbendū dedit. Romæ i ꝓmiſcuū ac frequētem uſum ueniſſe alexandria i ditionē redacta. Primū aūt cœpiſſe circa ſyllana tēpora minutas & uiles Feneſtella tradit manifeſto errore: cum Elius Stilo iugurthino bello unionū nomē impoſitū maxime grandibus margaritis prodat. Et hoc tamē æternæ ꝓpe poſſeſſionis eſt: ſeqtur hæredē. In mācipatū uenit ut prædiū aliquod. Cōchylia & purpuras oīs ora atterit: qbus eadē mater luxuria paria pene ēt margaritis ꝑcia fecit.

## De natura purpuræ & muricis. Ca. xxxvi.

PVrpuræ uiuūt annis plurimū ſeptenis. Latēt ſicut murices circa canis ortū tricenis diebuſ Cōgregātur uerno tempore: mutuoqꝫ attritu lentorē cuiuſdā cæræ ſaliuāt. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illū tingendis expetitum ueſtibus in mediis habēt faucibus. Liquoris hic eſt minimi in cādida uena. Vnde precioſus ille bibit̃ nigrātis roſæ color̃ ſublucens. Reliquū corpus ſterile. Viuas capere cōtēdunt: quia cū uita ſua ſuccum illum euomūt. Et maioribus qdem purpuris detracta cōcha auferūt: minores cū trapetis frangūt. Ita demū rorē eum excipientes tyrii. Præcipuus hic aſiæ. In enynge africæ: & getulo littore oceani: i laconica europæ. Hic faſces ſecureſqꝫ romanæ uiam faciūt. Idēqꝫ ꝓ maieſtate i puericia eſt. Diſtinguit ab eqte curiam. Diis aduocatur placādis: oēmqꝫ ueſtē illuminat. In triūphali miſcet̃ auro. Quapropter excuſata & purpuræ ſit inſania. Sed unde cōchyliis precia? Quis uirus graue in fuco: color auſterus in glauco & iraſcēti ſimilis mari. Lingua purpuræ lōgitudine digytali: qua paſcit̃ ꝑforādo reliqua cōchylia: tāta duricia aculeo eſt. Aqua dulci enecatur: & ſicubi flumini immergun tur: alioqn captæ diebus qnquagenis uiuūt ſaliua ſua. Cōchæ omēs celerrime creſcūt præcipue purpuræ. Anno magnitudinē implēt. Quod ſi hactenus trāſcurrat expoſitio: fraudatam ſe ꝓtinus luxuria credat. Nos indiligētiæ dānet. Quamobrē ꝓſequemur etiā officinas: ut tanqꝫ in uictu frugū noſcit̃ ratio. Sic omēs q iſtis gaudēt præmio uitæ ſuæ calleāt. Cōchaꝝ ad purpuraſ & cōchylia eadē qdem eſt materia: ſed diſtat tempamēto. Duo ſūt genera. Buccinū minor concha ad ſimilitudinem eius buccini: quo ſonus editur. Vnde & cā nomini rotūditate oris ī margine inciſa. Alteꝝ purpura uocatur calliculatim procurrēte roſtro: & calliculi latere ītrorſus tabulato qua ꝓferat̃ ligua. Præterea clauatū ē ad turbinē uſqꝫ: aculeis in orbē ſeptenis fere: q non ſūt buccino: ſed utriſqꝫ orbes totidem quot habēt ānos. Buccinū nō niſi petris adhæret: circaqꝫ ſcopulos legitur.

## Quot ſunt genera. Ca. xxxvii.

PVrpuræ noīe alio pelagiæ uocantur. Eaꝝ genera plura: pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe putri limo: & algenſe enutritum alga uiliſſimū. Vtriſqꝫ melius tenienſe in tenei maris ora collectum. Hoc quoqꝫ tamē etiānum leuius atqꝫ dilutius. Calculoſæ appellātur a calculo maris mire apto cōchyliis: & lōge optimo purpuris. Dialuſitenſe id eſt uario ſoli genere paſtū. Capiūtur aūt purpuræ paruulis rariſqꝫ cōchis textu ueluti naſſis in alto iactis. Ineſt iis eſca cluſiles mordaceſque cōchaꝝ: quales uidemus bas ſemineces: ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcētes. Appetunt eas purpuræ: porrectiſque linguis infeſtāt. At illæ aculeo extimulatæ claudunt ſeſe: cōprimūtque mordētia: ita pendētes auiditate ſua purpuræ tolluntur.

## Quo capiantur tempore. Ca. xxxviii.

CApi eas poſt canis ortum aut ante uernum tēpus utiliſſimū: quoniā cū fœtificauer̃ fluxos habent ſuccoſ. Sed id tingētum officinæ ignorāt: cum ſūma uertat̃ i eo. Eximitur poſtea uena quā diximus. Cui addi ſalem neceſſariū: ſextarios ferme in libras cētenos. Macerari triduo iuſtum. Quippe maior uis tanto qꝫto recētior. Feruere i plūbo: ſinguliſqꝫ aquæ amphoris centenas atque qnquagenas medicaminis libras æquari: ac modico uapore torreri: & ideo lōgiquæ fornacis cuniculo. Ita deſpumatis ſubinde carnibus quas hæſiſſe uenis neceſſe eſt: decimo ferme die liquatis cortina uellus elutriatum mergit̃ i experimētum. Et donec ſpei ſatiſfiat urit̃ liquor. Rubeus color nigrante deterior. Quinis lana potat horiſ. Rurſuſque mergitur carinata: donec oēm ebibat ſaniem. Buccinum p ſe dānatur: quoniā fucum remittit. Pelagio admodū alligatur: nimiæque eius nigritiæ dat auſteritatem illā nitoremque q quæritur cocci. Ita ꝑmixtis uiribus alteꝝ altero excitatur: aut aſtringitur. Sūma medicaminū ī libras. Velleꝝ buccino ducentæ. Pelagio. cxi. Ita fit amethyſti color eximius ille. At tyrius pelagio primū ſatiatur īmatura uiridiqꝫ cortina: mox ꝑmutat̃ in buccino. Laus ei ſūma i colorem ſāguinis cōcreti nigricāſ aſpectu: idēqꝫ ſuſpectu refulgens. Vnde & Homero purpureus dicit̃ ſanguis.

## Romæ quando uſus purpuræ. Ca. xxxix.

PVrpuræ uſū romæ ſemp fuiſſe uideo. Sed Romulo i trabea. Nā toga prætexta & latior̃ clauo Tullum Hoſtiliū e regibus primū uſum hetruſcis deuictis ſatis cōſtat. Nepos Cornelius q Diui Augusti principatu obiit. Me inqt iuuene uiolacea purpura uigebat: cuiuſ libra denariis centum uenibat: nec multo poſt rubra tarentina. Huic ſucceſſit dibapha tyria: quæ in libras denariis mille nō poterat emi. Hac Lētulus Spinter ædilis currulis primus i prætexta uſuſ

improbabatur. Qua purpura qs nō iam inquit triclinaria facit: Spinter ædilis fuit urbis cōditæ anno. dcc. Cicerone conſ. Dibapha tunc dicebatur: quæ bis tincta eſſet ueluti magnifico impendio. Qualiter nūc omēs pene cōmodiores purpuræ tingūt. In cōchyliata ueſte cætera eadē ſine buccino. præterq̧ ius temperaturæ. Aeque ꝓ indiuiſo humani potus excremēto dimidia & medicamina addūt. Sic gignit laudatus ille pallor ſaturitate fraudata: tātoq̧ dilucidior q̄ꝫto magis uellera eſuriūt.

Spinter — Dibapha

## De precio eaꝝ. Ca. xxxx.

PRecia medicamēto ſūt qdē pro fertilitate littoꝝ uiliora. Nō tamē uſq̧ pelagii libras quinquenos nūmos excedere: & buccini cētenos ſciant: qui iſta mercant imenſo. Sed alia ſūt: nec habēt finē uitia. Iuuatq̧ ludere īpendio: & luſus geminare miſcēdo iteꝝ: & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tīgere: argētū auro cōfūdere ut electra fiāt: addere iis æra: ut corīthia.

## De tīgēdo amethyſtino & cocco byſſino. Ca. xxxxi.

NOn eſt ſatis abſtuliſſe gēmæ nomē amethyſtū. Rurſū abſolutus inebriat tyrio: ut ſit ex utroq̧ nomē improbū tyriamethyſtus: ſimulq̧ luxuria duplex. Et cū cōfecere cōchylia: trāſire melius in tyriū putant. Pœnitētia hoc primū debet inueniſſe artifice mutāte quod dānabat. Inde rō eſt nata. Votū quoq̧ factū e uitio portētoſis ingeniis: & gemina demōſtrata uia luxuriæ: ut color alius operiretur alio. Suauior ita fieri leuiorq̧ dictus. Quin & terrena miſcere: coccoq̧ tinctū tyrio tīgere ut fieret hiſ byſſinū. Coccū galatiæ rubēs gramē: ut dicemus ī terreſtrib⁹ aut circa emeritā luſitaniæ ī maxima laude eſt. Veꝝ ut ſimul pagāt mobilia pigmēta āniculo gramini lāguidus ſuccus. Idē a quadrino euanidus. Ita nec recēti uires neq̧ ſeneſcēti. Abūde tractata eſt rō: qua ſe uiroꝝ iuxta fœminaꝝq̧ forma credit ampliſſimā fieri.

## De pīna & pinnotere: & aquatilium ſenſu. Ca. xxxxii.

COnchaꝝ generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſiſ ſubrecta ſemp: nec unq̧ ſine comite: quē pinnoterem uocāt: alii pinnophylacē id eſt ſuilla parua. Aliubi cācer dapis affectator. Pādit ſe pinna luminibus orbum corpus ītus minutis piſcibus præbēs. Aſſultāt alii ꝓtinus: & ubi licētia audacia creuit: implent eam. Hoc tempus peculatus index morſu leui ſignificat. Illa ore cōpreſſo qcquid incluſit exanimat: partēq̧ ſotio tribuit. Quo magis miror quoſdam exiſtimaſſe aquatilibus nullum ineſſe ſenſū. Nouit torpēdo uim ſuā ipſa nō torpens: merſaq̧ ī limo ſe occultat: piſces q ſecuri natātes obtorpuere corripiēs. Huius iecori teneritas nulla præfert. Nec minor ſolertia ranæ: quæ in mari piſcatrix uocatur: eminētia ſub oculiſ cornicula turbato limo exerit: aſſultātes piſciculos ptrahens: donec tam ꝓpe accedant: ut aſſiliat. Simili modo ſquatina & rhōbus additi pinnas exertas mouēt ſpecie uermiculoꝝ: Itēq̧ quæ uocatur raia. Nā paſtinaca latrocinatur ex occulto trāſeūtes radio: quod tælū eſt ei figens. Argumenta ſolertiæ huius quod tardiſſimi piſcium hi mugilem uelociſſimū oīum habētes in uentre reperiūtur.

## De ſcolopendris uulpibus & glanis. Ca. xliii.

SColopēdræ terreſtribus ſimiles quas cētipedes uocāt hamo deuorato oīa interranea euomūt: donec hamū egerāt: deinde reſorbēt. At uulpes marinæ ſimili ī piculo glutiūt āplius uſq̧ ad īfirma lineæ: quæ facile prærodāt. Glaucus q & glanis uocat auerſus mordet hamos nec deuorat: ſed eſca ſpoliat.

## De ariete piſce. Ca. xliiii.

GRaſſatur aries ut latro. Et nūc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus umbra ſi quē nandi uoluptas īuitet expectat. Nunc elato extra aquam capite piſcantium cymbas ſpeculatur: occultuſque adnatans mergit.

## De his quæ tertiā naturā habēt nō aīaliū neq̧ fruticū: & de urticis & ſpōgiis. Ca. xlv.

EQuidē & iis ſenſum in eſſe arbitror qui nec aīalium neq̧ fruticum ſed tertiā ex utroq̧ naturam habēt: urticis dico & ſpōgiis. Vrticæ noctu uagantur: noctuq̧ mutantur: carnoſæ frōdis. Iis natura ut carne ueſcātur. Vis pruritu mordax: eademq̧ quæ terreſtris urticæ. Cōtrahit ergo ſe q̄ꝫmaxime rigens: ac prænatāte piſciculo frōdem ſuā ſpargit: cōplectēſq̧ deuorat. Alias marcenti ſimilis: & iactari ſe paſſa fluctu algæ uice contractos piſces: attrituq̧ petræ ſcalpentes pruritū īuadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirit. Dū admoueri ſibi manū ſentit: colorem mutat: & cōtrahitur. Tacta uredinē mittit: paulūq̧ ſi fuerit interualli: abſcōdit. Ora ei in radices eſſe tradūtur. Excrementa p ſūma tenui fiſtula reddi. Spōgiaꝝ tria genera accipimus. ſpiſſum: ac prædurꝫ: & aſpeꝝ. Tragos id uocatur. Spiſſū & molliuſ: magis tenue denſūq̧ ex quo penicilli: achilleum. Naſcuntur omēs in petriſ. Aluntur cōchis: piſce: limo. Intellectum ineſſe iis apparet: quia ubi auulſorem ſenſere: cōtractæ multo difficilius abſtrahuntur. Hoc idē fluctu pulſante faciunt. Viuere eſca manifeſto cōchæ minutæ in iis repertæ oſtendūt. Circa toronem ueſci illis auulſas etiā aiunt: & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoq̧ inhæret color: africis præcipue quæ generantur in ſyrtibus: maximæ fiunt mancæ. Sed molliſſimæ circa lyciā. In ꝓfundo āt nec uentoſo molliores. In helleſpōto aſperæ. Et denſæ circa maleā. Putreſcunt ī apricis locis: Ideo optimæ in gurgitibus uiuentibus: idēq̧ madētibus nigricās color. Adhærēt nec pte nec totæ. Interſūt. n. fiſtulæ quædā inanes: quaternæ fere aut qnæ:

per quas paſci exiſtimantur. Sunt & aliæ ſed ſupnæ cõcretæ. Et ſubeſſe mẽbrana quædã radicibus eaꝝ intelligitᷣ. Viuere cõſtat lõgo tempore. Peſſimũ oĩum genus eaꝝ eſt: quæ aplyſiæ uocantur: quia erui nõ poſſunt: in quibus maxime ſunt fiſtulæ: & reliqua denſitas ipiſſa.

¶ De caniculis marinis. Ca. xlvi.

CAniculaꝝ maxima multitudo circa eas urinãtes graui pͥculo infeſtãt. Ipſi ferunt & nubeꝫ quãdam craſſeſſere ſup capita animalium planoꝝ piſcium ſimilem prementem eos: arcentemq́ꝫ a reciprocãdo: & ob id ſtilos præacutos lineis ãnexos habere ſeſe: quia niſi pfoſſæ ita nõ recedant: caliginis & pauoris (ut arbitror) opere. Nubem. n. & nebulã cuius nomine id malum appellant inter animalia illa haud ultra cõperit qſq́ꝫ. Vt cum caniculis atrox dimicatio. Inguina & calces oẽmq́ꝫ cãdorem corpoꝝ appetunt. Salus una in aduerſas eundi ultroq́ꝫ terr̃ndi. Pauet enim hominem æque ac terret. Et fors æqua in gurgite. Vt ad ſũma aquæ uentũ eſt: ibi periculum anceps. Adempta rõe cõtra eundi: dũ conetur emergere. Et ſalus omis in ſotiis. Funem illi religatũ ab humeris eius trahunt: Hũc dimicãs ut ſit pͥculi ſignũ leua quatit. Dextera apprehenſo ſtilo in pugna eſt. Modicus alias tractus. Vt ꝓpe carinam uẽtum eſt: niſi pcæceleri ui repẽte rapiãt: abſumi ſpectãt. Ac ſæpe iã ſubducti e manibꝰ auferũtᷣ: ſi ñ trahẽtiũ ope cõglobato corpore ĩ pilæ modũ ipſi ſe adiuuere. Protẽdũt qdẽ tridenteſ illi. Sed mõſtri ſolertia eſt nauigiũ ſubeundi atq́ꝫ ita e tuto prœliãdi. Oĩs ergo cura ad ſpeculãdũ hoc malum ĩſumitur.

¶ De animantibus quæ ſilicea teſta: & quæ ſine uillo includuntur: & reliquis ſordidis animalibus. Ca. xlvii.

CErtiſſima eſt ſecuritas uidiſſe planos piſces: quia nunq́ꝫ ſunt ubi maleficæ beſtiæ. Qua de cã urinãtes ſacros appellant eos. Silicea teſta incluſis fatendum eſt nullum eſſe ſenſum ut oſtreis. Multis eadem natura quæ frutici ut olothyris: pulmonibus: ſtellis. Adeoq́ꝫ nihil nõ gignitur in mari ut cauponaꝝ etiã æſtiua animalia pnici moleſta ſaltu: aut quæ capillus maxime celat exiſtant: & circũglobata eſcæ ſæpe extrahuntur. Quæ cã ſõnium piſcium in mari noctibus ĩfeſtare exiſtimatur. Quibuſdã uero ipſis innaſcuntur: quo ĩ numero chalcis accipitur.

¶ De uenenatis marinis. Ca. xlviii.

NEc uenena ceſſãt dira ut in lepore: q in indico mari etiã tactu peſtilens uomitum diſſolutionẽq́ꝫ ſtomachi protinus creat. In noſtro offa informis: color tantum lepori ſimilis. In indis & magnitudine & pilo duriore. Tãtum uiuus ibi capitur. Aeque peſtifeꝝ aĩal araneus ſpinæ indorſo aculeo noxius. Sed nullum uſq́ꝫ execrabilius q̃ꝫ radius ſuper caudam eminens trigoniſ: quam noſtri paſtinacam appellant. Quin conchylii magnitudine arbores infixus radici necat. Arma ut tælum perforat & ferri & ueneni malo.

¶ De morbis piſcium. Ca. xlix.

MOrbos uniuerſa genera piſciũ & cætera aĩalia etiã fera nõ accipimus ſẽtire. Veꝝ ægrotare ſingulos manifeſtum facit aliquoꝝ macies: cum ĩ eodẽ genere præpingues alii capiãtur.

De generatione eoꝝ mira. Ca. l.

QVo nã mõ generent deſiderium & admiratio hoĩum differri nõ patitur. Piſces attritu uentrium coeunt: tanta celeritate ut uiſum fallant: Delphini & reliqua cete ſimili mõ & paulo diutius. Fœmina piſcis coitus tempore marẽ ſequitur: uentrẽ eius roſtro pulſãs: Sub partu mares fœminã ſimiliter oua ueſcentes eoꝝ. Nec ſatis eſt generationi per ſe coitus: niſi editis ouis ĩter ſe uerſãdo mares & fœminæ uitale aſperſerint uirus. Non omĩbus id contingit ouis in tanta multitudine: alioqn replerentur maria & ſtagna: cũ ſinguli uteri ĩnumerabilia cõcipiant.

¶ Item de generatione & qui piſces oua pariant. Ca. li.

PIſcium oua in mari creſcũt: quædã ſũma celeritate ut murenaꝝ. Quædam paulo tardius: Plani piſciũ quibus cauda nõ obeſt aculeiq́ꝫ ut teſtudines & raiæ in coitu ſupueniũt. Polypi crine uno fœminæ naribus adnexo. Sæpiæ & loligines linguis cõponẽtes inter ſe brachia: & in cõtrariũ nantes: & pariunt ore. Sed polypi in terrã uerſo capite coeũt. Reliqua molliũ tergis ut canes. Item locuſtæ & ſquillæ. Cancri ore. Ranæ ſupueniunt: prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehẽdente: poſterioribus clunes. Pariũt minimas carnes nigras: quas gyrinos uocant: oculis tamẽ & cauda ĩſignes: mox pedes figurãtur: cauda findente ſe in poſterioreſ. Miꝝq́ꝫ ſemeſtri uita reſoluũtur in limũ nullo cernẽte: & rurſus uernis aquis renaſcũtur quæ fuere natæ perinde occulta rõe cum oĩbus annis id eueniat. Et mytuli & pectines ſpõte naturæ in harenoſis proueniũt. Quæ durioris teſtæ ſunt: ut murices purpuræ ſaliuario lẽtore. Sicut aceſcẽte humore culices: atq́ꝫ ſpuma maris incaleſcente cũ admiſſus eſt hymber: Quæ uero ſiliceo tegmine operiuntur ut oſtrea putreſcẽte limo: aut ſpuma circa nauigia diutius ſtãte: defixoſq́ꝫ palos: & lignum maxime. Nup cõpertũ in oſtreariis: humorẽ iis fœtificũ lactis mõ effluere: Anguillæ atterunt ſe ſcopulis ea ſtrigmenta uiueſcũt. Nec alia eſt eaꝝ ꝓcreatio. Piſcium diuerſa genera nõ coeunt præter ſquatinã & ranam: ex quibus naſcitur priori pte ranæ ſimilis: & nomẽ ex utroq́ꝫ cõpoſitum apud græcos trahit. Quædã tempore anni gignũtur & in humore & in terra. Vere

pectines limaces hirũdines eodem tẽpore euaneſcũt. Piſcium ãt lupus & trichias bis ãno parit: & ſaxatiles omnes. Mulli ter: & chalcis: cyprius: exien. Scorpiones bis ac ſargi uere & autũno. Ex planis ſquatina ſola autũno occaſu uergiliaꝝ. Plurimi piſciũ tribus mẽſibus aprili maio. Salpæ autũno: ſpari: torpedo: ſquali circa æquinoctium. Molles uere. Sæpia oĩbus mẽſibus. Oua eius glutino atramẽti ad ſpeciẽ uuæ cohærentia maſculus ꝓſequitur afflatu: alias ſterileſcunt. Polypi hyeme coeunt. Pariũt uere oua tortili uibrata pãpino: tanta fœcũditate ut multitudine ouoꝝ occiſi nõ recipiant cranos capitis: quæ prægnãtes tulere. Ea excludũt qnquageſimo die. e quibus multa ꝓpter numeꝝ intercidũt. Locuſtæ & reliqua tenuioris cruſtæ ponunt oua ſupra oua: atq; ita incubãt. Polypis fœmina mõ in ouis ſedet: mõ cauernã brachioꝝ implexu claudit. Sæpia in terreno parit inter harũdines: aut ſicubi enata alga. Excludit qntodecimo die. Loligines in alto cõſerta oua edũt ut ſæpiæ. Purpuræ murices eius deniq; generis uere pariũt. Echini oua pleniluniis habẽt hyeme. Et cocleæ hyberno tẽpore naſcũtur. Torpedo octogenos fœtus habẽs inuenitur: eaq; quæ intra ſe parit oua præmollia in aliũ locũ uteri trãſferẽs: atq; ibi excludens. Simili mõ oĩa quæ cartbilaginea appellauimus: ita fit ut ſola piſciũ & aĩal pariãt: & oua cõcipiãt. Sylurus mas ſolus oĩum edita cuſtodit oua: ſæpe & qnquagenis diebus ne abſũmantur ab aliis. Cæteræ fœminæ in triduo excludũt: ſi mas attigit. Acus ſiue belonæ unus piſcium dehiſcẽte ꝓpter multitudinẽ utero pit. A ptu calleſcit uulnus: quod & ĩ cæcis ſerpẽtib⁹ tradunt. Mus marinus ĩ terras ſcrobe effoſſa pit oua: & rurſus obruit terra. Triceſimo die refoſſa aperit: fœtuſq; ĩ aquã ducit.

De uuluis piſcium. Ca. lii.

Erythini & chanæ uuluas habere traduntur. Qui trochos appellatur a græcis ipſe ſe inire. Aquatilium omnium fœtus inter initia uiſu carent.

De longiſſima uita piſcium. Ca. liii.

Aeui piſcium memorãdũ nuper exẽplum accepimus. Pauliſippũ uilla ẽ cãpaniæ haud ꝓcul neapoli. In ea in Cæſaris piſcinis a Pollione Vedio cõiectũ piſcẽ ſexageſimũ poſt ãnũ expiraſſe ſcribit Anneus Seneca. Duob⁹ aliis æqualibus eius ex eodẽ genere ẽt tũc uiuẽtib⁹. Quæ mẽtio piſcinaꝝ admonet ut paulo plura dicam⁹ hac de re: priuſq; digrediamur ab aquatilibus.

De uiuariis oſtreaꝝ: & quis ea primus inuenerit. Ca. liiii.

Oſtreaꝝ uiuaria primus oĩum Sergius Orata ĩuenit in baiano ætate L. Craſſi oratoris ante marſicũ bellũ: nec gulæ cauſa: ſed auaritiæ: magna uectigalia tali ex ingenio ſuo ꝑcipiẽs. Vt qui primus pẽſiles inuenit balineas ita mãgonizatas uillas ſubinde uẽdẽdo. Is primus optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit: quãdo eadem aquatilia genera alubi atq; alubi meliora. Sicut lupi piſces in tyberi amne inter duos põtes: rhõbus rauennæ: murenæ in ſicilia: elops rhodi: & alia genera ſimiliter: ne culinaꝝ cẽſura pagatur. Nõdũ britãnica ſeruiebãt littora: cum Orata lucrina nobilitabat. poſtea uiſũ tanti in extrema italia petere brũduſium oſtreaſ ac uelitis. Sed ĩter duos ſapores nuper excogitatum tamẽ lõgæ aduectiõis a brũduſio cõpaſcere ĩ lucrino. Eadem ætate prior Licinius Murena reliquoꝝ piſciũ uiuaria inuenit. Cuius deinde exẽplũ nobilitas ſecuta eſt. Philippus: Hortẽſius Lucullus exciſo etiã mõte iuxta neapolim maiore ĩpẽdio ꝙ uillã ædificauerat euripũ: & maria admiſit. Qua de cã magnus Põpeius Xerſem togatũ eũ appellabat. Quadringenta ipſius piſcinæ. A defũcto illo uenire piſces.

Quis primus murenaꝝ uiuaria fecerit. Ca. lv.

Murenaꝝ uiuariũ priuatim excogitauit C. Hirrus ante alios qui cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex milia numero murenaꝝ mutua appendit. Nã permutare qdem precio noluit: alia ue merce. Huius uillã ĩter ꝙ modicũ xl. milibus piſcinæ uendiderũt. Inuaſit deĩde ſingulorꝝ piſciũ amor. Apud baulos in parte baiana piſcinã habuit Hortẽſiuſ orator. Murenã adeo dilexit: ut exanimatam fleſſe credatur. In eadem uilla Antonia Druſi murenæ quam diligebat ĩ aures addidit. Cuius propter famã nõnulli baulos uidere concupiuerunt.

De cocleaꝝ uiuariis & quis primus inſtituit. Ca. lvi.

Cocleaꝝ uiuaria inſtituit Fuluius Hirpinus in tarquinẽſi paulo ante ciuile bellũ: quod cum Põpeio magno actum eſt: diſtinctis quidẽ generibus eaꝝ: ſepatim ut eſſent: albæ quæ in reatino agro naſcũtur. Sepatim illyricæ: quibus magnitudo præcipua: Africanæ qbus fœcũditas. Solitanæ quibus nobilitas. Quin & ſaginã eaꝝ cõmentatus eſt ſapa & farre: aliiſq; generibus. Vt cocleæ quoq; altiles ganeam implerent. Cuius artis gloria in eam magnitudinẽ ꝑducta ſit ut octoginta quadrãtes caperent ſingulaꝝ calices auctor eſt M. Varro.

De piſcibus terrenis Ca. lvii.

Piſciũ genera etiãnũ a Theophraſto mira ꝓdũt circa babylonis rigua decedentibus fluuiis in cauernas aquas hebetes remanere. Quoſdã inde exire ad pabula pẽnulis gradientes crebro caudæ motu. contraq; uenãtis refugere in ſuas cauernas: & in iis obuerſos ſtare. Capita eoꝝ eſſe ranæ marinæ ſimilia: reliquas ptes gobioꝝ. Branchias ut cæteris piſcibus. Circa heracleam & toronẽ & lycũ amnẽ eſſe multifaria. In põto unũ genus eſſe: quod extremas fluminum

aquas ſectet͂: cauernaſq; ſibi faciat in terra: atq; in iis uiuat etiã reciprocis amnibꝰ ſiccato littor͂. Effodi ergo: motu demũ corpoꝝ uiuere eos approbant. Circa heracleã eãdẽ eodẽq; lyco amne decedente ouis relictis in limo generari piſces: q̃ ad pabula petenda palpitent exiguis brãchiis. Quod fieri nõ ĩdigo humoris: ꝓpter quos & ãguillas diutiꝰ uiuere exẽptas aq̃s. Oua ãt ĩ ſicco maturari ut teſtudinũ. Eadẽ ĩ põti regiõe apprehẽdi ĩ glacie piſciũ quoſdã maxĩe gobiones non niſi patinaꝝ calore uitalẽ motũ fatẽtes. In iis q̃dẽ tametſi mirabilis: eſt aliqua rõ. Idẽ tradit ĩ paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus. In iis locis ubi nullæ reſtagnẽt aquæ. Miraturq; & ipſe gigni ſine coitu. Humoris q̃dẽ uim aliquã ineſſe quã puteis arbitrat͂: cũ nõnulli repiant͂ piſces. Quicq̃d eſt hoc certe minus admirabilẽ talpaꝝ facit uitã ſubterranei aĩalis: niſi forte uermium terrenoꝝ & iis piſcibus natura eſt.

De muribus nili. Ca. lviii.

VEꝝ omĩbus iis fidem nili inundatio affert omnia excedentem miracula. Quippe deturgẽte eo muſculi reperiuntur inchoato opere. Genitalis aquæ terræq; iam parte corporis uiuentes: nouiſſima effigie etiamnum terrena.

De anthia piſce: & quomodo capiatur. Ca. lix.

NEc de anthia piſce ſileri cõuenit. Itaq; pleroſq; aduerto credidiſſe apud chelidonias ĩſulas quas diximus aſiæ ſcopulos ĩ mari ante ꝓmõtoriũ ſitas. Ibi freq̃ues hic piſcis & celeriter capitur uno genere: paruo nauigio & cõcolori ueſte: eadẽq; ora ꝑ aliquot dies cõtinuos piſcator enauigat certo ſpatio: eſcãq; ꝓiicit. Quicquid ex eo mutet͂: ſuſpecta fraus prædæ eſt. Cauẽſq; quod timuit: cum id ſæpe factũ eſt: unus aliquãdo cõſuetudine inuitatus anthias eſcam appetit. Notat͂ hic intẽtione diligẽti: ut auctor ſpei: cõciliatorq; capturæ. Neq;.n. eſt difficile cum per aliquot dies ſolus accedere audeat: tandẽ & aliquos inuenit paulatim comitatior. Poſtremo greges adducit ĩnumeros: iã uetuſtiſſimis q̃buſq; aſſuetis piſcatorẽ agnoſcere: & cibũ e manu cape. Tũ ille paulũ ultra digytos ĩ eſca iaculatus hamũ ſingulos inuolat uerius q̃ꝫ capit: ab ũbra nauis breui conatu abſẽs. Ita ne cæteri ſẽtiãt alio ĩtus excipiẽte centonibus raptũ: ne palpitatio ulla aut ſonus cæteros abigat. Cõciliatorẽ noſſe ad hoc ꝓdeſt: ne capiat͂. Parcit piſcator fugituro in reliquũ gregẽ. Ferũt diſcordẽ ſotiũ duci ſotio ĩſidiatũ pucbre noto cœpiſſe maleficia uoluntate. Agnitũ ĩ macello a ſotio cuius iniuria erat: & dati dãni formula ex edicto cõdẽnatũ. Addit Mutianus æſtimata lite decẽ libris. Idẽ ãthiæ cũ unũ hamo teneri uiderit: ſpinis quas ĩ dorſo ſerratas hẽnt lineã ſecare tradũt͂: eo q̃ tenet͂ extẽdẽte: ut præcidi poſſit. At ĩter ſargos ipſe q̃ tenet͂ ad ſcopulos lineã terit.

De ſtellis marinis. Ca. lx.

PRæter hæc claros ſapiẽtia auctoꝛ͂s uideo mirari ſtellã ĩ mari. Ea figura ẽ ꝑua admodũ caro ĩtus: extra duriore callo. Huic tã igneũ feruorẽ eſſe tradũt: ut oĩa in mari cõtacta adurat. Oẽꝫ cibũ ſtatĩ ꝑagat. Quibus ſit hoc cognitũ expimẽtis haud facile dixerim. Multo mirabilius dixerim id cuius experiendi quottidie occaſio eſt.

De dactylis: eoꝝq; miraculis. Ca. lxi.

COnchaꝝ e genere ſunt dactyli ab humanoꝝ unguium ſimilitudine appellati. Iis natura ĩ tenebris remoto lumine alio fulgore clarere: & quãto magis humorem habeãt. Lucere ĩ ore mandentium. Lucere in manibus: atq; etiam in ſolo: atq; ueſte decidẽtibus guttis. ut proculdubio pateat ſucci illam naturam eſſe: quam miremur etiam in corpore.

De inimicitiis & amicitiis inter ſe aquatilium. Ca. lxii.

SVnt & inimicitiaꝝ atq; cõcordiæ miracula. Mugil & lupus mutuo odio flagrãt. Cõger & murena caudas inter ſe peærodẽtes. Polypũ in tãtum locuſta pauet: ut ſi iuſta uiderit omnino moriatur. Locuſtã conger. Rurſus polypũ cõgri lacerãt. Nigidius auctor eſt prærodere caudam mugili lupũ: eoſdẽq; ſtatis mẽſibus cõcordes eſſe. Oẽs aũt uiuere quibus caudæ ſic amputẽtur. At e contrario amicitiæ exempla ſunt: præter illos de quoꝝ diximus ſotietate. Balenæ muſculus quãdoq; prægraui ſuperciliorꝝ põdere obrutis eius oculis infeſtãtia magnitudinẽ uada prænatãs demõſtrat: oculoꝝq; uice fungitur. Hinc uolucrum naturæ dicentur.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER X.

## De Natura Auium. Ca. i.

SEQVITVR NATVRA AVIVM: QVARVM grandiſſimi & pene beſtiaꝝ generis ſtrutiocameli. Africi uel æthiopici altitudinẽ eq̃tis inſidentis equo excedũt: celeritate uincunt. Ad hoc demũ datis pẽnis ut currentẽ adiuuent. cætero non ſunt uolucres: nec a terra tollũtur. Vngulæ iis ceruinis ſimiles: quibus dimicãt: biſulcæ cõprehẽdendis la-

pidibus utiles: quos in fuga cōtra ſequētes ingerūt pedibus. Concoquēdi ſine delectu deuorata mira natura. Sed nō minus ſtoliditas: in tāta reliqui corporis altitudine cū colla frutice occultauerint latere ſeſe exiſtimantium. Præmia ex iis oua propter amplitudinem pro quibuſdam habita uaſis: conoſque bellicos & galeas adornantes pennæ.

## De phœnice. Ca. ii.

AEthiopes atqꝫ indi diſcolores maximæ & inenarrabiles ferūt aues. Et ante omēs nobilem arabiæ phœnicē. Haud ſcio an fabuloſe unū in toto orbe: nec uiſum magnope. Aqlæ narratur magnitudine: auri fulgore circa colla: cætera purpureus: cæruleam roſeis caudam pēnis diſtiguentibus. Criſtis faciem: caputqꝫ plumeo apice honeſtate. Primus atqꝫ diligentiſſimus togatoꝝ de eo ꝓdidit Manilius ſenator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo. Auctor eſt neminem extitiſſe q̄ uiderit ueſcentem. Sacrum ī arabia ſoli eſſe. Viuere ānis ſexcētis ſexagita. Seneſcētem caſia thuriſqꝫ ſurculis conſtruere nidum: replere odoribus: & ſuper emori. Ex oſſibus deinde ac medullis naſci primo ceu uermiculum: inde fieri pullū. Principioqꝫ iuſta funeri priori reddere: & totum deferre nidū ꝓpe pancaiam in ſolis urbem: & in ara ibi deponere. Cū huius alitis uita magni cōuerſionē āni fieri ꝓdit idem Manilius. Iteꝝqꝫ ſignificationes tēpeſtatum & ſyderꝫ eodem reuerti. Hoc āt circa meridiem incipe. Quo die ſignū arietis ſol intrauerit. Et fuiſſe eius cōuerſionis annum prodente ſe P. Licinio M. Cornelio conſ. ducēteſimū qntūdecimū. Cornelius Valerianus phœnicē deuolauiſſe in ægyptum tradit Q. Plautio Sex. Papinio conſ. Allatūqꝫ eſſe ī urbē Claudii pricipis cēſura āno urbis. dccc. & ī comitio ꝓpoſitū. Quod actis teſtatū eſt: Sed quæ falſa eſſe nemo dubitarit.

## De aquilis. Ca. iii.

EX iis quas nouimus aquilæ maximus honos: maxima & uis. Sex eaꝝ genera. Melenatos a græcis dicta: eademqꝫ ualeria minima magnitudine: uiribus præcipua: colore nigricās. Sola aquilaꝝ fœtus ſuos alit. Cæteræ (ut dicemus) fugāt. Sola ſine clāgore ſine murmuratione. Cōuerſatur āt in mōtibus. Secundi generis pigardus in oppidis & in cāpis albicante cauda. Tertii morphos: quam Homerus & parcnon uocat: aliq & plācum & anatariā: ſecūda magnitudine & ui: huicqꝫ uita circa lacus. Phœmonoe Apollinis dicta filia dentes ei eſſe ꝓdidit: mutæ alias carenti lingua. Eādemqꝫ aqlaꝝ nigerrimā ꝓminētiore cauda. Cōſenſit & Boetius. Ingeniū eſt ei teſtudines raptas frāgere e ſublimi iaciēdo. Quæ ſors interemit poetā Aeſchylum: prædictā ſatis (ut ferunt) eius diei ruinam ſecura cæli fide cauentem. Item quarti generiſ eſt ꝑcepterus: eadem moratur per lacus: uulturina ſpecie: alis minimis: reliquas magnitudine antecellēs: ſed imbellis & degener: utpote quā uerberet coruus. Eadem ieiunæ ſemper auiditatis: & querulæ murmurationis. Sola aqlaꝝ exanima fert corpora. Cæteræ cū occidere cōſidunt. Hæc facit ut qntum genus gneſion uocet̄: uelut ueꝝ ſolumqꝫ incorruptæ originiſ: media magnitudine: colore ſubrutilo: raꝝ cōſpectu. Supereſt halietus clariſſima oculoꝝ acie: librās ex alto ſeſe: uiſoqꝫ in mari piſce præceps in mări ruens: & diſcuſſis pectore aquis rapiēs. Illa quā tertiā diximus circa ſtagna aquaticas aues appetit: mergentes ſe ſubin de: donec ſopitas laſſataſqꝫ rapiat. Spectanda dimicatio aue ad perfugia littoꝝ tendente: maxime ſi cōdenſa harundo ſit. Aquila in deiectu abigente alio: & cum appetit in lacus cadēte: umbrāqꝫ ſuā nanti ſub aqua a littore oſtendente. Rurſus aue in diuerſa & ubi minime ſe credat ſpectari emergēte. Hæc cā ē gregati auibus natādi: qa plures ſimul nō infeſtant̄: reſperſu pēnaꝝ hoſtem occæcātes. Sæpe & aqlæ ipſæ nō tolerātes pōdus apprehenſū una merguntur. Halietus tātum implumes etiānum pullos ſuos percutiens ſubinde cogit auerſus intueri ſolis radios: & ſi cōniuentem flentēqꝫ aīaduertit: præcipitat e nido uelut adulterinū & degenerem. Illum cuius acieſ firma cōtraſteterit: educat. Halieti ſuum genus nō habent: ſed ex diuerſo aqlaꝝ coitu naſcunt̄. Idqdem quod ex iis natum eſt in oſſifragis genus habet: e quibus uultures ꝓgenerant̄ minores. Et ex iis magni qui omnino nō generant: Quidā adiiciunt genus aquilæ: quam barbatam uocant: thuſci uero oſſifragam: tribus primis & quinto aquilaꝝ generi medificatur. Nido lapis ætites quē aliqui dixere gagiten: ad multa remedia utilis: nihil igne deꝑdens. Eſt āt lapis iſte prægnās: intus cum quatias alio uelut in utero ſonāte. Sed uis illa medica nō niſi in nido direptis. Nidificant in petris & arboribus. Pariunt oua terna. Excludunt pullos binos: uiſi ſunt & tres aliquādo. Alteꝝ expellunt tedio nutriendi. Quippe eo tempore ipſis cibum negauit natura ꝓſpiciens: ne omniū feraꝝ fœtus raperentur. Vngues quoqꝫ eaꝝ inuertuntur diebus iis. Albeſcūt inedia pēnæ: ut merito ꝑtus ſuos oderint. Sed eiectos ab iis cognatū genus oſſifragi excipiunt: & educāt cū ſuis. Veꝝ adultos quoqꝫ perſequit̄ parens: & lōge fugat æmulos ſcilicet rapinæ. Et alioqn unum par aqlaꝝ magno ad populādum tractu ut ſatietur indiget. Determināt ergo ſpatia: nec in ꝓximo prædāt̄. Rapta non ꝓtinus ferunt: ſed primo deponūt: exptæqꝫ pōdus tūc demum abeūt. Oppetūt non ſenio nec ægritudine: ſed fame: in tātum ſupiore accreſcēte roſtro. ut aduncitas aperiri nō queat. A meridiano āt tempore opantur: & uolāt. Prioribus horis diei donec impleātur hoīum conuētu fora ignauæ ſedent. Aquilaꝝ pēnæ mixtas reliquaꝝ auium pēnas deuorāt. Negāt unqꝫ ſolam hanc

alitem fulmine exaiatam. Ideo armigeram Ioui cõſuetudo iudicauit.

¶ Quãdo legionum ſigna eſſe cœperint: Ca. iiii.

r ROmanis eam legionibus C. Marius in ſecũdo cõſulatu ſuo ꝓprie dicauit. Erat & antea prima cũ quattuor aliis lupis: minotauris: equis: apris: quæ ſingulos ordines ãteibãt. Paucis ante ãnis ſola in acie portari cœperat: reliqua in caſtris relinquebãt. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatũ nõ fere apud legiones unq; hybernatũ eſſe ĩ caſtris ubi aqlaꝝ nõ ſit iugũ. Primo & ſecũdo generi nõ minoꝝ tantũ quadrupedũ rapina: ſed etiã cum ceruis prœlia. Multũ puluerem uolutatu collectio inſidens cornibus excutit in oculos: pẽnis ora uerberãs. donec præcipitet in rupes. Nec unus hoſtis illi ſatis aſt. Acrior eſt cũ dracone pugna: multoq; magis ãceps etiã ſi in aere. Oua hic cõſectaſ aquilæ auiditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicunq; uiſum. Ille multiplici nexu alas ligat: ita ſe implicans ut ſimul decidat.

¶ Miꝝ de aquila. Ca. v.

EST pcelebris apud ſeſton urbem aquilæ gloria. Educatã a uirgine retuliſſe gratiã aues primo mox deinde uenatus aggerentẽ. Defũcta poſtremo in rogum accenſum eius inieciſſe ſe ſe: & ſimul conflagraſſe. Quam ob cauſam incolæ quod uocant heroum in eo loco fecere appellatum Iouis & uirginis: quoniam illi deo ales aſcribitur.

¶ De uulturibus. Ca. vi.

u VVltuꝝ præualent nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiã fuere qui putarent illos ex aduerſo orbe aduolare falſo. Nidificãt. n. in excelliſſimis rupibus. Fœtus quidẽ ſæpe cernũtur ferbini. Vmbritius aruſpicũ in noſtro æuo pitiſſimus pere tradit oua. xiii. Vno ex iis reliqua oua nidũq; luſtrare: mox abiicere. Triduo ãt aũ aut biduo uolare eos ubi cadauera futura ſunt.

¶ De ſanquale. Ca. vii.

SAnqualem auem atq; ĩmuſulum augures romani magnæ quæſtioni habẽt. Immuſulum aliqui uulturis pullũ arbitranſ eſſe: & ſanqualẽ oſſifragam. Maſſurius ſanqualem oſſifragã dicit eſſe. Immuſulũ aũt pullũ aquilæ priuſq; albicet cauda. Quidã poſt Mutiũ augurẽ uiſos non eſſe romæ cõfirmauere. Ego (quod ueriſimilius eſt) in deſidia reꝝ oĩum nõ arbitror agnitos.

¶ De accipitribus. Ca. viii.

a ACcipitrũ genera xvi. inuenimus. Ex iis circon claudũ altero pede proſperrimi augurii nuptialibus negociis & pecuariæ rei. Triorchẽ a numero teſtium: cui principatum in auguriis Phœmonoe dedit. Buteonem hunc appellant romani. Familia etiã ex eo cognoĩata cum ꝓſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet. Eſaloa græci uocant: qui ſolus oĩ tẽpore apparet. Cæteri hyeme abeunt. Diſtinctio geneꝝ ex auiditate. Alii nõ niſi ex terra rapiunt auem. Alii non niſi circa arbores uolitantem. Alii ſedentem ſublimi. Aliqui uolantem ĩ apto. Itaq; & colũbæ nouere ex iis picula: uiſoq; cõſidunt: uel ſubuolant: cõtra naturã eius auxiliantes ſibi: in ĩſula africæ cerno in oceano. Accipitres totius maſſiliæ humi fœtificant: nec alibi naſcunſ illis aſſueti gẽtibus. In thraciæ parte ſuper amphipolim hoĩes atq; accipitres ſocietate quadam aucupanſ. Hi ex ſiluis & harundinetis excitant aues. Illi ſuperuolantes deprimunt. Rurſus captas aucupes diuidũt cũ iis. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cum tẽpus ſit capturæ: clangore ac uolatus genere inuitare ad occaſionem. Simile quidam lupi apud mæotin paludem faciunt. Nã niſi partem a piſcantibus ſuam accepere: expanſa eoꝝ retia lacerant. Accipitres auium nõ edũt corda. Nocturnus accipiter cymindus uocaſ: rarus etiam in ſiluis: interdiu minus cernẽs. Bellum interneciuum gerit cum aquila: cohærẽteſq; ſæpe prehenduntur.

¶ De cocyce quæ a ſuo genere interimitur. Ca. ix

COcyx ex accipitre uidetur fieri: tẽpore anni figuram mutans: quoniam tunc nõ apparẽt reliqui: niſi perq; paucis diebus. Ipſeq; modico tẽpore æſtatis uiſus nõ cerniſ poſtea. Eſt ãt neq; aduncis unguibus ſolus accipitrũ: nec capite ſimilis illis: neq; alio q; colore: ac rictu colũbi potius. Quin abſũmuntur ab accipitre: ſi quãdo una apparuere. Sola oĩum auis a ſuo genere interẽpta. Mutat aũt & uocem. Procedit uere. Occultaſ caniculæ ortu: ſempq; parit in alienis nidis maxime palũbium maiori ex parte ſingula oua: quod nulla alia auis: raro bina. Cã ſubiiciendi pullos putaſ: q; ſciat ſe inuiſam cũctis auibus. Nã minuta quoq; infeſtãt. Ita nõ fore tutam generi ſuo ſtirpem opinaſ ni fefellerit. Quare nullũ facit nidũ: alioqn trepidum aĩal. Educat ergo ſubditum adulterato fœta nixu. Ille auidus ex natura præripit cibos reliqs pullis. Itaq; pingueſcit: & nitidus in ſe nutricem cõuertit. Illa gaudet eius ſpecie: miraſq; ſeſe ipſam: q; talem pepererit. Suos cõpatione eius dãnat ut alienos: abſũmiq; etiam ſe inſpectante patitur: donec corripit ipſam quoq; iam uolandi potens: Nulla tũ auium ſuauitate carnis cõparatur illi.

¶ De miluis. Ca. x.

m MIlui ex eodem accipitrũ genere magnitudine differũt. Notatũ in iis rapaciſſimam & famelicam ſẽper alitem nihil eſculenti rapere unq; ex funeꝝ ferculis: nec olympiæ ex ara. Ac ne ferentiũ quidẽ manibus: niſi lugubri municipioꝝ ĩmolãtium oſtento. Iidẽ uideſ artẽ gubernãdi

m i

docuiſſe cauda flexibus in cælo mõſtrãte natura quod opus eſſet in ꝓfũdo. Milui & ipſi hyber/
nis mẽſibus latent: nõ tamẽ ãte hirũdines abeũtes. Tradũt ãt & ſolſtitiis affici podagra.

¶ Digeſtio auium per genera. Ca. xi.

VOlucrum prima diſtinctio pedibus maxime conſtat. Aut. n. aduncos ungues habent: aut
digytos: aut palmipedũ ĩ genere ſunt: uti anſeres: & aquaticæ fere aues. Aduncos ungues
habentia carne tãtum ueſcuntur ex parte magna.

¶ De inauſpicatis auibus cornice: coruis: bubone. Ca. xii.

COrnices & alio pabulo. Vtq; duritiã nucis roſtro repugnantem uolãtes in altũ in ſaxa te/
gulas ue iaciũt iterũ ac ſæpius: donec quaſſatam pfringere queãt. Ipſa ales eſt inauſpicatæ
garrulitatis: a qbuſdã tamen laudata. Ab arcturi ſydere ad hirũdinũ aduentum notat̃ eam ĩ Mi
neruæ lucis templiſq; raro: alicubi oĩo nõ aſpici: ſicut athenis. Præterea ſola hæc etiã uolãtes
pullos aliquãdiu paſcit. Inauſpicatiſſima fœtus tẽpore: hoc eſt poſt ſolſtitium. Cæteræ oẽs ex
eodem genere pellũt nidis pullos: ac uolare cogũt: ſicut & corui: qui & ipſi nõ carne tãtum alun
tur. ſed robuſtos quoq; fœtus ſuos fugãt lõgius. Itaq; paruis in uicis nõ plus bina cõiugia ſũt.
Circa cranonem quidẽ theſſaliæ ſingula ppetuo. Genitores ſoboli loco cedũt. Diuerſa in hac &
ſupradicta alite quædam. Corui ante ſolſtitiũ generãt. Itẽ ægreſcũt ſexagenis diebus: ſiti maxi
me anteq̃ fici coquãtur autũno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariũt cũ plu/
rimũ quinos. Ore eos parere aut coire uulgus arbitrat̃. Ideoq; grauidas ſi ederint coruinũ ouũ
per os partũ reddere: atq; in totũ difficulter parere: ſi tecto ĩferant̃. Ariſtoteles negat. Non
hercule magis q̃ in ægypto ibim. Sed illã exoſculationẽ quæ ſæpe cernitur: qualẽ in columbis
eſſe. Corui in auſpiciis ſoli uidẽt̃ intellectũ habere ſignificationum ſuaꝝ. Nã cũ mediæ hoſpites
occiſi ſunt: omẽs e pelopõneſo & attica regione uolauerũt. Peſſima eoꝝ ſignificatio cũ gluttiunt
uocem uelut ſtrãgulati. Vncos ungues & nocturnæ aues habẽt: ut noctuæ: bubo: ululæ. Oim
hoꝝ hebetes interdiu oculi. Bubo funebris & maxime abominatus publicis præcipue auſpiciis.
Deſerta incolit: nec tantũ deſolata ſed dira etiam & inacceſſa. Noctis monſtrũ: nec cantu aliquo
uocali: ſed gemitu. Itaq; in urbibus aut oĩo in luce uiſus diꝝ oſtentũ eſt. Priuatoꝝ domibus ĩ
ſidentẽ plurimũ ſcio nõ fuiſſe feralem. Volat nunq̃ quo libet: ſed trãſuerſus aufertur. Capitolii
cellã ipſã ĩtrauit Sex. Papellio Iſtro L. Pediano cõſ. ꝓpter quod nonis martiis urbs luſtrata eſt
eo anno.

¶ De incendiaria aue. Ca. xiii.

INauſpicata ẽ & incẽdiaria auiſ: ꝓpter quã ſæpenumero luſtratã urbẽ ĩ ãnalibus ĩuenimus
ſicut L. Craſſo C. Mario cõſ. Quo anno & bubone uiſo luſtrata ẽ. Quæ ſit auis ea nec re/
perit̃ nec traditur. Quidã ita ĩterp̃tãt̃ incẽdiariã eſſe quæcũq; apparuerit carbonẽ ferens
ex aris uel altaribus. Alii ſpinturnicem eã uocant. Sed hæc ipſa quæ eſſet ĩter aues: qui ſe ſcire
diceret nõ inueni.

¶ De cliuina. Ca. xiiii.

CLiuinã quoq; auẽ ab antiquis noĩatam aĩaduerto ignorari. Quidam clamatoriam dicũt. La
beo ꝓhibitoriam. Et apud Nigidiũ ſubis appellatur auis: quæ aquilaꝝ oua frangat.

¶ De auibus incognitis. Ca. xv.

SVnt præterea complura genera depicta in hetruſca diſciplina ſæculis nõ uiſa: quæ nũc de/
feciſſe miꝝ eſt. cum abundet etiam quæ gula humana populatur.

¶ De auibus nocturnis. Ca. xvi.

EXternoꝝ de auguriis peritiſſime ſcripſiſſe illapſas noĩe putatur. Is tradit noctuam bubonẽ
picũ arbores cauantem: trogonẽ cornicem a cauda de ouo exire: quoniam pondere capitũ
peruerſa oua poſteriorẽ partem corpoꝝ fouendam matri applicent.

¶ De noctuis. Ca. xvii.

NOctuaꝝ cõtra aues ſolers dimicatio. Maiore circũdatæ multitudine reſupinæ pedibus re/
pugnẽt: collectæq; ĩ arcũ roſtro & unguibus totæ tegũtur. Auxiliatur accipiter collegio
quodã naturæ: bellũq; ꝑtitur. Noctuas ſexagenis diebus hyemis cubare & nouẽ uoces habet̃
tradit Nigidius.

¶ De pico martio. Ca. xviii.

SVnt & paruæ aues uncoꝝ unguium: ut picus martius: cognoĩe inſignes & in auſpiciis ma/
gnæ. Quo in genere arboꝝ cauatores ſcandẽtes in ſubrectũ felium mõ. Illi uero & ſupini
pcuſſi corticis ſono pabulũ ſubeſſe intelligũt. Pullos in cauis educant auiũ ſoli. Adactus ca
uernis eoꝝ a paſtore cuneus admota quadam hærba ab iis elabi creditur uulgo. Trebius auctor
eſt clauum uel cuneum adactum q̃ta ui libeat in arbores: in quibus nidum habeat ſtatim exilire
cũ crepitu arboris: cũ inſederit clauo aut cuneo. Ipſi principales latio ſunt in auguriis a rege qui
nomẽ huic aui dedit. Vnum eoꝝ præſcitum tranſire nõ queo. In capite prætoris urbani L. Tu/
beronis in foro iura pro tribunali reddentis ſedit ita placide ut manu apprehẽderetur. Reſpõde
re uates: exitium impio portẽdi ſi dimitteretur. At ſi exanimaretur: prætori. Et ille auẽ proti/
nus cõcerpſit. Nec multo poſt impleuit ꝓdigium. Veſcuntur & glande in hoc genere: pomiſq;
multæ: ſed quæ carne tantum nõ uiuunt. Excepto miluo: quod ipſum in auguriis diꝝ eſt.

BIUM

De uncos ungues habẽtibus & digytos. Ca. xix.

VNcos ungues habẽtes oio nõ congregãtur: & ſibi quoqꝫ prædãtur. Sũt aũt omẽs fere al/
tiuolæ præter nocturnas & magis maiores. Omibus qbus alæ grãdes corpus exiguũ. Ambu/
lant difficulter. In petris raro cõſiſtũt curuatura unguium ꝓhibente. Nũc de ſecũdo ordine dica
mus: qui in duas diuiditur ſpecies: oſcines & alites. Illaꝝ generi cantus oris: his magnitudo dif
ferentiam dedit. Itaqꝫ præcedent ordine omnes reliquas.

De pauonibus: & quis eos primus comederit. Ca. xx.

IN his pauonũ genus cum formã tum intellectũ eius & gloriã geminãtes. Laudatus expã/
dit colores aduerſo maxime ſole: quia ſic fulgẽtius radiat. Simul umbræ quoſdã repculſus
cæteris qui in opaco clarius micãt. Cõcaua quærit cauda: Oẽſqꝫ in aceruũ cõtrahit pẽnaꝝ quos
ſpectari gaudet oculos. Idẽ cauda annuis uicibus amiſſa cũ foliis arboꝝ donec renaſcat̃ iteꝝ cum
flore: pudibũdus ac mœrens quærit latebrã. Viuit annis xxv. Colores incipit fũdere in trima/
tu. Ab auctoribus nõ glorioſũ tantũ aĩal traditur: ſed & maliuolũ: ſicut anſeꝝ uerecũdum. Quo
niam has quoqꝫ qdam addiderũt notas in his: haud ꝓbatas mihi. Pauonẽ cibi gratia romæ pri/
mus occidit orator Hortẽſius adiiciali cœna ſacerdotii. Saginar̃ primus iſtituit circa nouiſſimũ
piraticũ bellũ M. Aufidius Lurco: exqꝫ eo quæſtu redditus is ſeſtertiũ ſexagena milia habuit.

De gallis & quomodo caſtrentur: & de gallinaceo locutõ. Ca. xxi.

PRoxime gloriã ſentiunt & hi noſtri uigiles nocturni: quos excitãdis in opera mortalibus NOTA
rũpendoqꝫ ſõno natura genuit. Norũt ſydera: & ternas diſtingũt horas interdiu cantu. Cũ
ſole eunt cubitũ. Quartaqꝫ caſtrẽſi uigilia ad curas laborẽqꝫ reuocãt. Nec ſolis ortum incautis
patiuntur obrepe. Diẽqꝫ uenĩẽtem nũtiant cãtu. Ipſum uero cãtum plauſu lateꝝ. Imperitãt ſuo
generi: & regnum in quacũqꝫ ſunt domo exercent. Dimicatione parit̃ hoc quoqꝫ ĩter ipſos: ue/
lut ideo tæla agnatã cruribus ſuis intelligentes. Nec finis ſæpe cõmoriẽtibus. Quod ſi palma
cõtingit: ſtatim in uictoria canunt: ſeqꝫ ipſi pricipes teſtãtur. Victus occultat̃ ſilẽs: ægreqꝫ ſer/
uitium patitur. Et plebs tamẽ æque ſuperba graditur: ardua ceruice: criſtis celſa. Cæliũqꝫ ſolũ
uolucrum aſpicit crebro. In ſublime quoqꝫ caudã falcatam erigens. Itaqꝫ terrori ſunt etiã leoni/
bus generoſiſſimis feraꝝ. Iam ex his quidã ad bella tantum & prœlia aſſidua naſcuntur: quibus
etiã patrias nobilitarũt rhodum ac tanagram. Secũdus eſt honos habitus melicis & chalcidicis:
ut plane dignæ aliti tantũ honoris præbeat romana purpura. Hoꝝ ſunt tripudia ſolliſtima. Hi
magiſtratus noſtros quottidie regunt: domoſqꝫ ipſi ſuas claudunt: aut reſerant. Hi faſces roma
nos ĩpellunt aut retinẽt. Iubẽt acies aut prohibent. Victoriaꝝ oim toto orbe partaꝝ auſpices.
Hi maxime terraꝝ imperio impitãt. Ex iis etiã fibræ ſunt: quæ haud aliter ꝙ optimæ uictimæ
diis gratæ. Habent oſtenta ex ſe & præpoſteri eoꝝ ueſptiniqꝫ cantus. Nãqꝫ totis noctibus ca/
nẽdo boetiis nobilem illam aduerſus lacedemonios præſagiuere uictoriã. Ita cõiecta interpre/
tatione: quoniã uicta ales illa nõ caneret. Deſinũt canere caſtrati. Quod duobus fit modis: lum
bis aduſtis candẽte ferro: aut imis cruribus. Mox ulcere oblito figulina creta. Facilius ita pigue
ſcũt. Pergami oĩbus ãnis ſpectaculũ galloꝝ publice edit̃ ceu gladiatoꝝ. Inuenit̃ ĩ ãnalibus ĩ ari/
minẽſi agro M. Lepido Q. Catulo cõſ. ĩ uilla Galerii locutũ gallinaceũ ſemel quod egdẽ ſciã.

De ãſerib⁹ & qs primus iecur ãſerinũ comederit: & de adipe ãſerino comageno. Ca. xxii.

ESt & anſeri uigil cura capitolio teſtata defẽſo: per id tempus canũ ſilentio proditis rebus.
Quã ob rem cibaria anſeꝝ cẽſores ĩprimis locãt. Quin & fama amoris. Argis dilecta for
ma pueri noie oleni: & Glauces Ptolemæo regi cithara canẽtis quã eodẽ tpe & aries amaſ
ſe ꝓdit̃. Põt & ſapiẽtiæ uideri ĩtellectuſ iis eſſe: ita comeſ ꝑpetuo adhæſiſſe Lacydi philoſopho
dicit̃: nuſqꝫ ab eo nõ ĩ publico: non in balneis: nõ noctu: nõ ĩterdiu digreſſũ. Noſtri ſapiẽtioꝛs
q eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnã amplitudinẽ creſcit: exẽptũ quoqꝫ lacte mul
ſo auget̃. Nec ſine cã in quæſtione eſt Quis primus tantũ bonũ inuenerit: Scipio an Metellus
uir cõſularis: an M. Seſſius eadẽ ætate eques Ro. Sed (quod cõſtat) Meſſalinus Cotta Meſſalæ
oratoris filius palmas pedum ex iis torrere: atqꝫ patinis cũ gallinaceoꝝ criſtis cõdire repperit.
Tribuet̃. n. a me culinis cuiuſqꝫ palma cũ fide. Miꝝ in hac alite: ex hurinis romã pedibus uener̃.
Feſſi ꝓferuntur ad primos. Ita cæteri ſtipatione naturali ꝓpellũt eos. Cãdidoꝝ alteꝝ uectigal
ĩ pluma. Vellũt̃ quibuſdã locis bis ãno. Rurſus plumigeri ueſtiũt̃: molliorqꝫ quæ corpori ꝙ ꝓ
xima. Et e germania laudatiſſima. Cãdidi ibi: ueꝝ minores. ganzæ uocãtur. Preciũ plumæ eoꝝ
in libras denarii qni. Et inde crimina pleꝝqꝫ auxiliaꝝ præfectis a uigili ſtatione ad hæc aucupia
dimiſſis cohortibus totis. Eoqꝫ deliciæ ꝓceſſere: ut ſine hoc inſtrumẽto durare iam ne uiroꝝ q
dem ceruices poſſint. Aliud repperit ſyriæ pars quæ comagene uocat̃. Adipe eoꝝ in uaſe æreo
cum cĩnamo niue multa obrutũ: ac rigore gelido maceratũ ad uſum præclari medicaminiſ: quod
ab gente dicit̃ comagenum. Anſeꝝ generis ſunt penolopes: & qbus lautiores epulas non nouit
britãnia chenalopeces fere anſere minores. Decet & erythrotaonas ſuus nitor: abſolutaqꝫ nigri
tia: in ſupciliis cocci rubor. Alteꝝ eoꝝ genus uultuꝝ magnitudinem excedit: quoꝝ & colorem

reddit. Nec ulla auis excepto ſtrutiocamelo maius corpore iplēs pōdus in tātū aucta ut ī terra
quoqꝫ īmobilis prehēdaꝭ. Gignūt eos alpes: & ſeptētrionalis regio. In auiariis ſaporē perdūt.
Moriunꝭ cōtumacia ſpiritu reuocato. Proximæ eis ſūt quas hiſpania aues tardas appellat. Græ
ci otidas: dānatas in cibis. Emiſſa enī oſſibus medulla odoris tediū extēplo ſequitur.

De gruibus ciconiis oloribus & pegrinis auibus & coturnicibus de glotte. Ca. xxiii.

INducias habet gens pygmeorꝫ abſceſſu gruum (ut diximus) cū iis dimicātiū. Immenſus eſt
tractus quo ueniunt ſi qs reputet a mari eoo. Quādo ꝓficiſcunꝭ cōſentiunt. Volāt ad ꝓ/
ſpiciendū altæ. Ducem quē ſequātur eligunt. In extremo agmine p uices q acclamēt diſpoſitos
habent: & q gregem uoce cōtineāt. Excubias habēt nocturnis tēporibus lapillum pede ſuſtinē
tes: qui laſſatis ſōno decidens indiligētiā ſōno coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alā cō
dito alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto ꝓuidet collo: ac prædicit. Eæ eædē manſuefactæ
laſciuiunt: gyroſqꝫ quoſdā indecoro curſu uel ſingulæ pagunt. Certum eſt pōtum trāſuolaturas
primū oīum anguſtias petere inter duo ꝓmōtoria criumetopum & carāben. Mox ſaburra ſtabi
liri. Cū medium trāſierint: abiici lapillos e pedibus. Cū attigerint cōtinētem: & e gutture hare
nam. Cornelius Nepos q Diui Auguſti pricipatu obiit: cum ſcriberet turdos pauloāte cœptos
ſaginari: addidit ciconias magis placere q̄ꝫ grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur: il
lam nemo uelit tetigiſſe. Ciconiæ quo nā e loco ueniāt: aut quo ſe referāt incōptum adhuc eſt.
E lōginquo uenire nō dubium eodē quo grues mō. Illas hyemis: has æſtatis aduenaꝭ. Abituræ
cōgregātur in loco certo: comitatæqꝫ ſic: ut nulla ſui generis relinquatur: niſi captiua & ſerua.
ceu lege prædicta die recedunt. Nemo uidit agmē diſcedētium: cum diſceſſurꝫ appareat: nec ue
nire: ſed ueniſſe cernimus. Vtrūqꝫ nocturnis fit temporibus: & q̄ꝫuis ultra citra ue ꝓuolēt: nūqꝫ
tamē aduenisse uſqꝫ: niſi noctu exiſtimātur. Pithonis comen uocāt ī aſia patētibus cāpis: ubi cō
gregatæ inter ſe cōmurmurāt. Eam deniqꝫ quæ nouiſſimo aduēnit lacerāt: atqꝫ ita abeūt. Nota
tum poſt idus auguſtas nō temere uiſas ibi. Sunt q ciconiis nō ineſſe linguas cōfirmēt. Honos
iis ſerpentium exitio tantus: ut in theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eadē legibus pœna: quæ in
homicida. Simili anſeres quoqꝫ & olores rōe cōmeant. Sed horꝫ uolatuſ cernitur: liburnicarꝫ mo
re roſtrato īpetu feruntur: facilius ita ſidētes aera: q̄ꝫ ſi recta frōte impellerēt a tergo ſēſim di/
latāte ſe cuneo porrigitur agmē: largeqꝫ īpellēti præbetur auræ. Colla īponūt præcedētibus.
Feſſos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eoſdem repetunt. Genitricum ſenectam inuicē
educant. Olorꝫ morte narratur flebilis cantus falſis (ut arbitror) aliquot expimentis. Idē mutua
carne ueſcuntur inter ſe. Verꝫ hæc cōmeātium p maria terraſqꝫ pegrinatio nō patitur deferri mi
nores quoqꝫ qbus eſt natura ſimilis. Vtrūqꝫ enī ſupradictas magnitudo & uires corporꝫ inuitare
uideri poſſunt. Coturnices etiā ſemp anteueniunt q̄ꝫ grues. Parua auis: & cum ad nos uenit ter
reſtris potius q̄ꝫ ſublimis. Aduolant & eæ ſimili mō nō ſine piculo nauigantium: cum appropin
quauere terris. Quippe uelis ſæpe īcidunt: & hoc ſemp noctu: merguntqꝫ nauigia. Intereſt iis
p hoſpitia certa. Auſtro nō uolant humido ſcilicet & grauiore uento. Aura tamē uehi uolunt:
ꝓpter pōdus corporꝫ: uireſqꝫ paruas. Hinc uolantium illa conqueſtio labore expreſſa. Aqlone
ergo maxime uolant ortygometra duce. Primā earꝫ terræ appropiquantē accipiter rapit. Et ſē
per hic remeantes comitatum ſollicitant. Abeuntqꝫ una p ſua ſigna glottis & ottus & cenchra/
mus: Glottis plōgam exerit linguam unde ei nomē. Hanc in initio blandita pegrinatione auide
ꝓuectam pœnitētia in uolatu cum labore ſcilicet ſubit. Reuerti incomitatam piget: & ſeq: nec
unqꝫ plus uno die pagit. In ꝓximo hoſpitio deſerit. Verꝫ inuenitur alia antecedēte anno rlicta.
Simili mō ī ſingulos dies: Cēchramus pſeuerātior feſtinat ēt peruenire ad expetitas ſibi terras.
Itaqꝫ noctibus is eas excitat: admonetqꝫ itineriſ. Otus bubone minor ē: noctuis maior: auribus
plumeis eminētibus: uñ & nomē illi. Quidā latine aſionem uocant. Imitatrix alias auis ac paraſi
ta: & quodā generꝭ ſaltatrix. Capitur haud difficulter ut noctuæ: intēta ī aliquo circūeunte alio.
Quod ſi uētus agmē aduerſo flatu cœperit inhibere: pōduſculis lapidum apprehēſis: aut guttu
re harena repleto ſtabilitæ uolant. Coturnicibus ueneni ſemen gratiſſimus cibus. Quā ob cau/
ſam eas damnauere menſis. Simulqꝫ comitialem ꝓpter morbum deſpui ſuetū: quē ſolæ aīalium
ſentiunt præter hominem

De hirūdinibus: merulis: turdis: & ſturnis: turturibus & palūbis. Ca. xxiiii.

ABeunt & hirūdines hybernis mēſibus ſola carne ueſcens auis: ex iis quæ aduncos ungues
nō habēt: ſed in uicina abeūt: africos ſecutæ mōtium receſſus. Inuentæqꝫ iā ſunt ibi nudæ
atqꝫ deplumes. Thebarꝫ tecta ſubire negāꝭ: quoniā urbs illa ſæpius capta ſit. Nec biziæ ī thra/
cia ꝓpter ſcelera Terei. Cecina uolaterranus equeſtris ordinis quadrigarꝫ dominus cōprehēſas
in urbem ſecū afferens uictoriæ nūtias amicis mittebat: in eūdem nidū remeātes illito uictoriæ
colore. Tradit & Fabius pictor in annalibus ſuis: cum obſideretur præſidiū romanū a liguſtinis
hirūdinē a pullis ad ſe cū epiſtola allatā: ut lino ad pedem eius alligato nodis ſignificaret quoto
die aduenīēte auxilo eruptio fieri deberet. Abeūt & merulæ turdiqꝫ & ſturni ſimili mō ī uicina.

Sed ii plumã nõ amittũt: nec occultanẽ niſi ſpe cibi: quo hybernũ pabulum petãt. Itaqꝫ in germania hyeme maxime turdi cernũẽ. Vere turtur occultaẽ: pẽnaſqꝫ amittit. Abeunt & palubes quo nam & in iis incertum. Sturnoꝝ generi ꝓpriũ caternatĩ uolare: & quodã pilæ orbe circũagi oĩbꝰ ĩ mediũ agmẽt ẽdẽtibꝰ. Volucrũ ſoli hirũdini flexuoſi uolatus: uelox celeritas: qbuſ ex cauſiſ neqꝫ rapinæ cæteraꝝ alitũ obnoxia eſt. Eadẽ demum ſola auiũ nõ niſi in uolatu paſcitur.

Quæ auiũ perennes: quæ ſemeſtres: quæ trimeſtres. Ca. xxv.

Tempoꝝ magna differẽtia auibus. Perẽnes ut colũbæ. Semeſtres ut hirũdineſ. Trimeſtreſ ut turdi: & turtures: & quæ cum fœtum eduxere abeũt: ut galguli: upupæ.

De auibus mira. Ca. xxvi.

AVctores ſunt oĩbus ãnis aduolare ilium ex æthiopia aues: & cõfligere ad Mẽnonis ſepulchrum: quas ob id mẽnonidas uocãt. Hoc idem qnto quoqꝫ ãno facere eas in æthiopia circa regiã Mẽnonis exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili mõ pugnant meleagrides in boetiæ africæ: hoc eſt gallinaꝝ genus gibberꝝ. uariis ſperſum plumis: quæ nouiſſimæ ſunt pegrinarum auium ĩ menſas receptæ ꝓpter ingratum uirus. Verꝝ meleagri tumulus nobiles eas fecit.

De auibus ſeleucidibus. Ca. xxvii.

SEleucides aues uocãtur: quaꝝ aduẽtum ab Ioue precibus ĩpetrant caſini mõtis incolæ fruges eoꝝ locuſtis uaſtãtibus. Nec uñ ueniãt: quo ue abeãt cõptũ: nũqꝫ conſpectis niſi cum præſidio eaꝝ idigeẽ.

De ibi. Ca. xxviii.

INuocant & ægyptii ibes ſuas cõtra ſerpentium aduentum. Et cyrenaici Achorẽ deum muſcaꝝ multitudine peſtilentiã afferente: quæ protinus intereũt ꝙ litatum eſt illi deo.

Quæ aues ĩ qbus locis nõ ſũt: & quæ mutãt colorẽ & uocẽ & luſiniis. Ca. xxix.

SEd in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latere tradunẽ. Quaꝝ genus in creta ĩſula nõ eſt: & etiã ſi qua inuecta ſit emoritur. Nã hæc quoqꝫ mira naturæ differentia. Alia aliis locis negat: tanqꝫ genera frugum fruticum ue: ſic & animalium nõ naſci: trãſlatitioſqꝫ inuecta mori. Miꝝ qdem eſt illud unius generis aliti aduerſum. Quæ nã ẽ iis naturæ inuidia: aut q terraꝝ dicati auibus termini: Rhodus aquilã nõ habet. Trãſpadana italia iuxta alpes lariũ lacum appellat amœnum arbuſto agrum: ad quẽ ciconiæ nõ trãſmeãt. Sicuti nec octauũ circa lapidẽ ab eo. Immẽſa alioqn finitimo inſubrũ tractu examina graccoloꝝ monedulaꝝ: cui ſoli aui furacitas auri argentiqꝫ præcipue mira eſt. Picus martius ĩ tarentino agro negaẽ eſſe. Nup & adhuc tamen rara ab apẽnino ad urbem uerſus cerni cœpere picaꝝ genera: quæ lõga inſignes cauda uariæ appellanẽ. Propriũ iis caluеſcere oĩbus ãnis cum ſeriẽ rapa. Perdices nõ trãſuolãt boetiæ fines in attica. Nec ulla auis in põto inſula ĩ qua ſepultus eſt Achilles infeſtat ſacratã ei ædem. In fidennate agro iuxta urbem ciconiæ nec nidum faciũt. At in agrũ uolaterranũ palumbium uis e mari quot ãnis aduolat. Romæ ĩ ædem Herculis ĩ foro boario nec muſcæ nec canes intrant. Multa præterea ſimilia: quæ prudẽs ſubinde omitto in ſingulis generibus faſtidio parcẽs. Quippe cũ Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in aſia etiã colũbas: & pauones: & ceruos: & in cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oſcines: fere mutãt colorem uocẽqꝫ tẽpore anni: ac repẽte fiũt aliæ. Quod in grãdiore alitum genere grues tãtum. Eæ enĩ ſenectute nigreſcũt. Merula ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate: hyeme balbutit: circa ſolſtitiũ muta. Roſtrũ quoqꝫ ãniculis in ebur trãſfiguraẽ dũtaxat maribus. Turdis color æſtate circa collũ uarius: hyeme cõcolor. Luſiniis diebus ac noctibus cõtinuis qndeci garruluſ ſine intermiſſu cãtus: denſãte ſe frõdium germine nõ ĩ nouiſſimũ digna miratu aue. Primũ tãta uox tam puo in corpuſculo: tã ptinax ſpiritus. Deinde in una pfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus: & nũc cõtinuo ſpiritu trahiẽ in longũ: nũc uariatur inflexo: nũc diſtinguiẽ cõciſo: copulaẽ intorto: ꝓmittiẽ: reuocaẽ: infuſcaẽ ex ĩopinato. Interdũ & ſecũ ipſa murmurat: plenus: grauis: acutus: creber: extẽtus: ubi uiſũ ẽ uibrãs: ſũmuſ: medius: imus. Breuiterqꝫ oĩa tã puulis in faucibus: quæ tot exqſitis tibiaꝝ tormẽtis ars hoĩum excogitauit. Vt nõ ſit dubiũ hãc ſuauitatem præmõſtratam efficaci auſpicio: cũ in ore Sterſicori cecinit infãtis. At ne qs dubitet artes eſſe plures: ſingulis ſunt cãtus: & nõ idem oĩbus: ſed ſuus cuiqꝫ. Certant inter ſe: palãqꝫ animoſa cõtentio eſt. Victa morte finit ſæpe uitã ſpiritu prius deficiente ꝙ cãtu. Meditanẽ aliæ iuniores: uerſuſqꝫ quos imitẽẽ accipiũt. Audit diſcipula ĩtentiõe magna: & reddit: uicibuſqꝫ reticẽt. Intelligiẽ emẽdatæ correctio: & ĩ docẽte quædã ĩprehẽſio. Ergo ſeruoꝝ illis pcia ſõt: & qdẽ ampliora ꝙ qbus olim armigeri parabantur. Candidam ſcio ĩ cõditam: alioquin quod eſt ꝓpe inuſitatũ ueniſſe: quæ Agrippinæ Claudii prĩcipis cõiugi dono daretur. Viſũ iam ſæpe iuſſas canere cœpiſſe: & cũ ſymphonia alternaſſe. Sicut hoĩeſ reptos qui ſonum eaꝝ audita in tranſuerſas labias frõde arũdinea quaſi foramine inſpirãtis linguæ: ut parua aliqua appoſita mora indiſcreta redderent ſimilitudine. Sed eæ tãtæ tãqꝫ artificeſ argutiæ a xv. diebus paulatim deſinũt: nec ut fatigatas poſſis dicere aut ſatiatas. Mox æſtu aucto in totũ alia uox fit: nec modulata aut uaria. Mutatur & color. Poſtremo hyeme ipſa nõ cerniẽ. Linguis eaꝝ tenuitas illa prima nõ eſt: quæ cæteris auibus. Pariũt uere primo: cũ plurimũ ſena oua. Alia rõ

m 3

ficedulis. Nam formam ſimul colorẽq; mutant. Hoc nomẽ nõ niſi autũno habẽt: poſtea melã-coryphi uocantur. Sic & erythacus hyeme: idẽ phœnicurus æſtate. Mutat & upupa. ut tradit Aeſchilus poeta. Obſcena alias paſtu auis. Criſta uiſenda plicatili: cõtrahens eam ſubrigenſq; ꝑ lõgitudinẽ capitis: Oenanthe q̃dem ẽt ſtatos latebræ dies habet: exoriente ſyrio occultata: ab occaſu eiuſdẽ ꝓdit. Quod miremur ipſis diebus utrũq;. Chlorion quoq; q totus ẽ luteus: hyeme nõ uiſus circa ſolſtitia ꝓcedit.

De merulis. Ca. xxx.

MErulæ circa cyllenem arcadiæ nec uſq; aliubi cãdidæ naſcuntur. Ibis circa peluſium tantum nigra eſt cæteris omnibus locis candida.

Tempus auium genituræ. Ca. xxxi.

OScines præter exceptas nõ temere fœtus faciunt ante æquinoctiũ uernum: aut poſt autũnale. Ante ſolſtitium autem dubios: poſt ſolſtitium uitales.

De halcyonib⁹: & de dieb⁹ eaꝝ nauigabilib⁹: & gauie: & rliquo aquaticaꝝ gñre. Ca. xxxii.

EOq; maxime ſunt inſignes halcyones. Dies eaꝝ partus qui maria quoq; nauigant nouere. Ipſa auis paulo amplior paſſere: colore cyaneo ex ꝑte maiore tantũ purpureis & cãdidis ad mixtis pẽnis: collo gracili ac ꝓcero. Alteꝝ genus eaꝝ magnitudine diſtinguitur & cantu. Minores in arũdinetis canũt. Halcyonem uidere rariſſimum eſt: nec niſi uergiliaꝝ occaſu: & circa ſolſtitia brumam ue naue alienando circũuolata ſtatim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma: qui dies halcyonides uocantur: placido mari per eos & nauigabili ſiculo maxime. In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus. Siculum utiq; tractabile. Faciunt aũt ſeptem ante brumam diebus nidos: & totidẽ ſequentibus pariunt. Nidi eaꝝ admirationẽ habent: pilæ figura paulũ eminenti: ore perq; anguſto: grandium ſpõgiaꝝ ſimilitudine. Ferro intercidi nõ queũt. Frangũturq; ictu ualido: ut ſpuma arida maris. Nec unde cõfingantur inuenitur. Putant ex ſpinis aculeatis. Piſcibus enĩ uiuũt. Subeunt & in amnes. Pariũt oua quina. Gauiæ in petris nidificãt. Mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna. Sed gauiæ æſtate: mergi incipiente uere.

De diuerſitate nidificantium auium argathyliſ cinnamulgis & perdicibus. Ca. xxxiii.

HAlcyonum nidi figurã reliquaꝝ quoq; ſolertiæ nos admonet. Neq; alia parte ingenia auiũ magis admiranda. Hirundines luto cõſtruunt: ſtramento roborãt. Si quando inopia eſt luti: madefactum multa aq̃a pẽnis puluerem ſpargunt. Ipſum uero nidum mollibus plumis floccíſq; cõſternunt tepefaciendis ouis ſimul: ne durus ſit infantibus pullis. In fœtu ſumma eq̃tate alternant cibum. Notabili mundicia egerunt excrementa pulloꝝ. Adultioreſq; circũagi docẽt: & foras ſaturitatem emittere. Alteꝝ genus hirundinum eſt ruſticaꝝ & agreſtium: quæ raro in domibus diuerſos figura. ſed eadẽ materia cõfigũt nidos totos ſupinos faucib⁹ porrectis ĩ ãguſtũ utero capaci. Miꝝ qua ꝑitia occultãdiſ habileſ pulliſ: & ſubſternẽdis molleſ. In ægypti heracleotico oſtio molem cõtinuatione nidoꝝ euagãti nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii fere unius ſpatio: quod humano opere perfici nõ poſſet. In eadem ægypto iuxta oppidum coptõ inſula eſt ſacra Iſidi: quam ne laceret amnis idem muniũt opere ĩcipiẽtibus uernis diebus palea & ſtramento roſtro firmãtes cõtinuatis per triduũ noctibus tanto labore: ut multas in ope emori cõſtet. Eaq; militia illis cum ãno redit ſemper. Tertium eſt eaꝝ genus quæ ripas excauãt atq; ita in terram fœtificãt. Haꝝ pulli ad cinerem ambuſti mortifero fauciũ malo multiſq; aliis morbis humani corporis medenẽ. Nõ faciũt hæ nidos. Migrãtq; multis diebus ãte ſi futuꝝ ẽ ut auctuſ amnis attigat: In genere uiteripaꝝ eſt: ut nidus ex muſco arido ita abſoluta perficiaẽ pila: ut iueniri nõ poſſit aditus. Argathylis appellaẽ: eadem figura ex lino intexens. Picoꝝ aliq̃s ſuſpẽditur in ſurculo primis in ramis cyathi mõ: ut nulla quadrupes poſſit accedere. Galgulos quidem ipſos depẽdentes pedibus ſõnum capere cõfirmãt: quia tutiores ita ſe ſperãt. Iam publicũ quidem oĩum eſt: tabulata ramoꝝ ſuſtinẽdo nido ꝓuide eligere: cameraq; ab hymbri aut frõde ꝓtegere dẽſa. In arabia cinamulgus auis appellaẽ. Cinnami ſurculis nidificat. Plũbatis igitur eos ſagittis decutiũt indigenæ mercis gratia. In ſcythis auis magnitudine otidis binos parit in leporina pelle ſemper in cacuminibus ramoꝝ ſuſpẽſa. Picæ cũ diligẽtius uiſum ab homine nidũ ſẽſere: oua trãſgerũt alio. Hoc in his auibus: quaꝝ digyti nõ ſint accomodati cõplectẽdis trãſferendiſq; ouis miro traditur modo. Nãq; ſurculo ſup bina oua impoſito ac ferruminato alui glutino ſubdita ceruice medio æque utrinq; libra deportãt alio. Nec uero iis minor ſolertia: quæ cunabula in terra faciũt corporis grauitate ꝓhibitæ ſublime petere. Merops uocatur genitores ſuos recõditos paſcẽs pallido intus colorẽ pẽnaꝝ: ſuperne cyaneo: priori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine. Perdices ſpina & frutice ſic muniũt receptaculum: ut cõtra feraſ abũde uallẽtur. Ouis ſtragulum molle puluere cõtumulãt: nec ĩ quo loco pepere incubant. Ne ue cui frequentior cõuerſatio ſit ſuſpecta: trãſferũt alio. Ille quidem & maritos ſuos fallũt: quoniam intemperãtia libidinis frãgũt eaꝝ oua: ne cubãdo detineãtur. Tũc ĩter ſe dimicãt mares deſiderio fœminaꝝ. Victũ aiũt uenerem pati. Id quidem & coturniceſ. Troguſ ĩquit & gallinaceos aliquãdo. Perdices uero a domitis feros & nouos haud uictos iniri promiſcue. Capiũtur quoq;

Historiae naturalis - page 161 sur 530

pugnacitate eiuſdem libidinis cōtra aucupis indicem exeūte ī prœlium duce totius gregis. Capto eo procedit alter: ac ſubinde ſinguli. Rurſus circa cōceptum fœminæ capiūť cōtra aucupem fœmina exeūte: ut rixādo abigat eum. Nec in aīali alio par opus libidinis. Si cōtra mares ſteterint fœminæ: aura ab iis flāte prægnātes fiūt. Hiātes aūt exerta lingua per id tēpus æſtuant: cōcipiūtq; ſupuolātium afflatu: ſæpe uoce tātum audita maſculi. Adeoq; uincit libido etiam fœtus caritatem: ut illa furtim & in occulto incumbās cum ſit fœmina aucupe accedēte ac marē recanat: reuocetq;: & ultro præbeat ſe libidini. Rabie qdem tāta ferūť: ut in capite aucupātiū ſæpe cæcæ metu ſedeāt. Si ad nidum is cœperit accedere ꝓcurrit ad pedes eius fœta prægrauem aut delūbem ſeſe ſimulās: ſubitoq; ī procurſu aut breui aliquo uolatu cadit fracta aut ala: aut pedibus. Aut ꝓcurrit iteꝝ iāiam prehēſuꝝ effugiēs ſpe fruſtrās: donec in diuerſū abducat a nidis. Eadē iam pauore libera ac materna uocante cura in ſulco reſupina gleba ſe terra pedibus apprehenſa operit. Perdicum uita ad xvi. annos durare exiſtimatur.

### De columbis. Ca. xxxiiii.

ABiis columbaꝝ geſta ſpectatur maxime ſimili rōe: Mores iidē: ſed pudicitia illis prima: & neutri nota adulteria. Cōiugii fidem nō uiolāt: comunemq; ſeruant domū. Niſi celebs aut uidua domū nō relinqt. Et īperioſos mares ſubīde etiā iniquos ferūt. Quippe ſuſpicio eſt adulterii: ꝗuis natura nō ſit. Tūc plenū q̄rela guttur: ſæuiq; roſtro ictus: mox ī ſatiſfatione exoſculatio: & circa ueneriſ ꝓceſ crebris pedū orbibus adulatio. Amor utriq; ſobolis æqualis. Sæpe & ex hac cā caſtigatio pigrius intrāte fœmina ad pullos. Parturienti ſolatia & miniſteria ex mare. Pullis primo ſalſiorē terrā collectā gutture in ora inſpuūt: præparantes tēpeſtiuitatē cibo. Propriū generis eius & turturꝝ cū bibāt colla nō reſupinare: large bibere iumētoꝝ modo.

### De palumbibus & differentia columbaꝝ. Ca. xxxv.

UIuere palumbes ad triceſimum annum: reliquos ad xl. Ariſtoteles auctor eſt. Vno tamen incōmodo unguiū: eodē & argumēto ſenectæ: q citra ꝑnicē recidūť. Cantus oībus ſimilis atq; idē: terno cōficiť uerſu: præterq; ī clauſulæ gemitu. Hyeme mutis: uere uocalib⁹. Nigidius putat cū ora īcubāt ſub tecto noīata: palūbē relinq̄re nidos. Pariūt āt poſt ſolſtitia. Colūbæ & turtures octonis ānis uiuūt.

### De paſſeribus. Ca. xxxvi.

COntra paſſeri minimū uitæ: cui ſalacitas par. Mares negāť anno diutius durare. Argumēto qa nulla ueris initio appareat nigritudo in roſtro: quæ ab æſtate incipit. Fœminis lōgiuſculū ſpatiū. Veꝝ colūbis ineſt qdā gloriæ intellectus. Noſſe credas ſuos colores: uarietatēq; diſpoſitā: quæ etiā ex uolatu credūtur plaudere in cælo: uarieq; ſulcare. Qua in oſtētatione ut uictæ præbēť accipitri īplicatis ſtrepitu pēnis: q nō niſi ipſis alaꝝ humeris elidiť. Alioqn ſolito uolatu multū ueloctiorē ſpeculať occultus frōde latro: & gaudētē in ipſa gloria rapit.

### De tinungulo. Ca. xxxvii.

OB id cum iis habenda eſt auis quæ tinungulus uocatur. Defendit enī illas terretq; accipitres naturali potentia in tantum ut uiſum uocemq; eius fugiant. Hac de cā præcipuus columbis amor eoꝝ. Feruntq; ſi in quattuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis nō mutare ſedem colūbas. Quod auro inſectis alaꝝ articulis quæſiuere aliq: nō aliter innoxiis uulnerib⁹: multiuaga alioquin aue. Eſt enī ars illis inter ſe blandiri: & corrūpere alias: furtoq; comitatioꝛs reuerti. Quin & internūtiæ in rebus magnis fuere: & epiſtolas adnexas eaꝝ pedibus obſidione mutinēſi in caſtra cōſulum ꝑtulere D. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obſidio: atq; ēt retia amne prætenta ꝓfuere Antonio per cælum eunte nuntio? Et haꝝ amore inſaniunt multi: ac ſuper tecta exedificant turres iis: nobilitatemq; ſingulaꝝ & origines narrant uetere iam exēplo. Laxius eques romanus ante bellum ciuile pōpeianū denariis quadringentiſ ſingula paria uēdicauit: ut M. Varro tradit. Quin & patriam nobilitauere. In cāpania grādiſſimæ ꝓuenire exiſtimatæ. Haꝝ uolatus in reputationem cæteraꝝ quoq; uolucꝝ nos impellit.

### De uolatu & inceſſu auium. Ca. xxxviii.

OMnibus animalibus reliquis certus & uniuſmōi & in ſuo cuiq; genere inceſſus eſt. Aues ſolæ uario meatu ferūtur & in terra & in aere. Ambulant aliquæ ut cornices. Saliunt aliquæ ut paſſeres: merulæ. Currunt ut perdices ruſticulæ. Ante ſe pedes iaciunt: ut ciconiæ & grueſ. Expādunt alas: pādenteſq; raro interuallo quatiunt. Aliæ crebrius: ſed & primas dūtaxat pennas. Aliæ & tota latera pandunt. Quædā uero maiore ex parte cōpreſſis uolant. Percuſſoq; ſemel aliquæ & gemino ictu aere feruntur: uelut incluſum eum premētes. Iaculātur ſeſe in ſublime: in rectū: in ꝓnum. Impingui putes aliquas. Aut rurſus ab alto cadere has: illas ſalire. Anates ſolæ quæq; ſunt eiuſdē generis ī ſublime ꝓtinus ſeſe tollunt: atq; e ueſtigio cælum petunt: & hoc etiā ex aqua. Itaq; in foueas qbus feras uenamur delapſæ ſolæ euadunt. Vultur & feræ grauiores niſi ex ꝓcurſu aut altiore tumulo īmiſſæ nō euolant. Cauda teguntur aliæ. Circūſpectant aliæ: flectūtq; colla. Nōnullæ ueſcuntur ea quæ rapuere pedibus. Sine uoce nō uolāt multæ. Aut e cōtrario ſemp in uolatu ſilent. Subreptæ: pronæ: obliquæ in latera: in ora. Quædā



Historiae naturalis - page 162 sur 530

& reſupinæ ferūť: ut ſi pariter cernāť: plura genera nō in eadē natura meare uideantur.

## De apodibus. Ca. xxxix.

PLurimū uolāt quæ apodes uocātur: qa careāt uſu pedū. Ab aliis cypſeli appellātur hirundinū ſpecie. Nidificāt in ſcopulis. Hæ ſūt quæ toto mari cernūtur. Nec unq; tā lōgo naues tāq; cōtinuo curſu recedūt a terra: ut nō circūuolitēt eas apodes. Cætera genera reſidūt & ſiſtūt. His qes niſi i nido nulla. Aut pendēt aut iacent: & īgenia æque uaria ad paſtū maxime.

## De caprimulgis & plateis. Ca. xl.

CAprimulgi appellātur grādiores merulæ aſpectu: fures nocturni. Interdiu eni uiſu carēt. Intrant paſtoꝝ ſtabula: capraꝝq; uberibus aduolant ſuctū ꝓpter lactis. Qua iniuria uber emoritur: capriſq; cæcitas quas ita mulſere oboritur. Platea noīatur aduolans ad eas: quæ ſe in mari mergūt: & capita illaꝝ morſu corripiēs: donec capturā extorqueat. Eadē cū deuoratis ſe i pleuit cōchis: calore uētris coctas euomit: atq; ita ex iis eſculenta legit teſtas excreās.

## De ingeniis auium. Ca. xli.

VIllaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo: excutiūtq; ſeſe: & circūactæ purificāt: aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

## De carduele & pſytaco & auibus quæ loquuntur. Ca. xlii.

MInimæ auiū cardueles imperata faciunt: nec uoce tanqū: ſed pedibus & ore ꝓ manibus: Eſt quæ boū mugitus imitetur ī arelatēſi agro taurus appellata: alioqn parua. Eſt quæ equoꝝ quoq; hinnitus āthus noīe: hærbæ pabulo aduentu coꝝ pulſa imitatur ad hūc modū ulciſcens. Sup omia humanas uoces reddūt pſytaci: & qdē ſermocinātes. India auē hanc mittit. Sitacē uocant: uiridem toto corpore torque tantū miniato ī ceruice diſtinctā Imperatoīs ſalutat: & quæ accipit uerba ꝓnūtiat. In uino præcipue laſciua. Capiti eius duricia eadē quæ roſtro. Hæc cum loqui diſcit ferreo uerberatur radio. Nō ſentit aliter ictus. Cū deuolat roſtro ſe excipit. Illi innititur: leuiorē ꝗ ſe ita pedū infirmitati facit. Minor nobilitas: quia nō ex lōginquo uenit: ſed expreſſior loquacitas certo generi picaꝝ eſt. Adamāt uerba quæ loquūtur. Nec diſcūt tātum: ſed diligūt: meditātesq; intra ſemet cura atq; cogitatione intētionem nō occultāt. Cōſtat emori uictas difficultate uerbi: ac niſi ſubinde eadē audiāt: memoria falli: quærētesq; mirīmodum hylarari: ſi iterim audierint id uerbū. Nec uulgaris iis forma: q̄uis nō ſpectāda. Satis illis decoris ī ſpecie ſermonis humani eſt. Veꝝ adiſcere alias negāt poſſe: ꝗ quæ ex genere eaꝝ ſūt: quæ glāde ueſcūtur. Et inter eas facilius qbus quini ſūt digyti ī pedibus. Ac ne eas quidem ipſas primis duobus uitæ annis. Latior iis eſt lingua omibus in ſuo cuiq; genere: quæ ſermonē imitātur humanū: q̄q̄ id pene in omibuſ cōtingit. Agrippina coniunx Claudii Cæſariſ turdū habuit (quod nunq; ante) imitantē ſermones hoīum cum hæc ꝓderem: Habebāt & Cæſares iuuenes itē ſturnum: luſcinias greco atq; latino ſermone dociles. Præterea meditātes in diē: & aſſidue noua loquētes lōgiore etiā cōtextu. Docentur ſecreto: & ubi nulla alia uox miſceatur: aſſidente qui crebro dicat ea: quæ condita uelit adiſci aliquo blandiente.

## De coruoꝝ intelligentia. Ca. xliii.

REddatur & coruis ſua gratia indignatione quoq; populi Ro. atteſtata: nō ſolū cōſcia. Tiberio principe ex fœtu ſupra caſtoꝝ ædem genitus pullus in oppoſitā ſutrinam deuolauit: ēt religione cōmendatus officinæ domino. Is mature ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in roſtra: in foꝝ uerſus Tiberium: deinde Germanicum & Druſum Cæſares noīatim: mox tranſeūtem populum Ro. ſalutabat. Poſtea ad tabernam remeās plurium annoꝝ aſſiduo officio meritus. Hunc ſiue æmulatione incitatus manceps ꝓximæ ſutrinæ: ſiue iracūdia ſubita: ut uoluit uideri: excremētis eiuſ poſita calceis macula exanimauit: tanta plebei cōſternatione: ut primo pulſus ex ea regione: mox & interēptus ſit: funuſq; īnumeris aliti celebratum exequis. Cōſtratum lectum ſuper æthiopum duoꝝ humeros præcedēte tibicine: & coronis oīum geneꝝ ad rogum uſq;: qui cōſtructus dextra uiæ appiæ ad ſecūdum lapidē in campo rediculi appellato fuit. Adeo ſatis iuſta cā populo Ro. uiſa eſt exequiaꝝ ingeniū auis: aut ſupplicii de ciue romano in ea urbe qua multoꝝ pricipum nemo deduxerat funus. Scipionis uero Aemiliani poſt carthaginem numantiamq; deletas ab eo nemo uindicauerat mortē. Hoc geſtum M. Seruilio C. Ceſtio cōſ. ad v. Kaleñ. april. Nūc quoq; erat in urbe roma hæc ꝓdiēte me equitis Ro. cornix e betica primum colore mira admodum nigro: deinde plura cōtexta uerba exprimēs: & alia atq; alia crebro addiſcēs. Necnō & recens fama Crateri monocerotis cognoīe in troezena regione aſiæ coruoꝝ opa uenantis: eo ꝗ deuehebat in ſiluis eos cōſidentes humeris. Atq coruiculos illi ueſtigabant agebantq;: eo ꝓducta cōſuetudine: ut exeūtē ſic comitarēť & feri. Tradēdū putauere memoriæ quidā uiſū per ſitum lapides cōgerentē in ſitulā monumēti: in qua pluuia aqua durabat: ſed quæ attingi nō poſſet. Ita deſcēdere pauētem expreſſiſſe tali cōgerie: quæ poturo ſufficeret.

## De diomedeis auibus. Ca. xliiii.

NEc diomedeas præteribo aues. Iuba cataractas uocat. Et eis eſſe denteſ oculoſq; igneo co

lore: cætero cādidas tradens. Duos sēp iis duces. Alterꝝ ducere agmē: alterꝝ cogere: ſcrobes
excauare roſtro: inde crate conſternere: & operire terra quæ ante fuerit egeſta. In iis fœtificat.
Fores binas oīum ſcrobibus. Orientē ſpectare qbus exeant in paſcua: occaſū qbus redeant. Al-
uum exoneraturas ſubuolare ſemp: & cōtrario flatu. Hæ in ſolo loco totius orbis uiſūt. In inſu
la quā diximus nobilē Diomedis tumulo atqꝫ delubro cōtra apuliæ oram fulicaꝝ ſimiles. Adue
nas barbaros clangore infeſtant. Græcis tātum adulāt miro diſcrimine: uelut generi Diomedis
hoc tribuentes. Aedemqꝫ eius quottidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atqꝫ puri-
ficant. Vnde origo fabulæ Diomedis ſotios in eaꝝ effigies mutatos.

¶ Quæ animalia nihil diſcant. Ca. xlv.

NOn omittēdū ē cū de igeniis diſſerimus: e uolucrib⁹ hirūdines eſſe īdociles: & e terreſtrib⁹
mures: cū elephāti iuſſa faciāt. Leonꝭ iugū ſubeāt In mari uituli totqꝫ piſciū gn̄ra miteſcāt.

¶ De potu auium. Ca. xlvi.

BIbunt aues ſuctu cæteræ. Sed ex iis quibus lōga ſūt colla ītermittētes capite ī ſupinato ue
luti infundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idem ex proprio genere omnem cibum
aqua ſubinde tingens. Deinde pede ad roſtrum ueluti manu afferens. Laudatiſſimi in comagene.
Roſtra iis & prælonga crura rubent.

¶ De hematopodi & onocrotali: & de peregrinis auibus. Ca. xlvii.

HAec qdem & hematopodi multo minori: qꝗꝗ eadē cruꝝ altitudine. Naſcit in ægypto. In
ſiſtit ternis digytis. Præcipue ei pabulū muſcæ. Vita in italia paucis diebus. Grauiorꝭ oēs
frūge ueſcūtur: altiuolæ carne tātum. Inter aquaticas mergi ſoliti ſūt deuorare quæ ceteræ red
dunt. Oloꝝ ſimilitudinē onocrotali habent. nec diſtare exiſtimarent omīo: niſi faucibus ipſis in
eſſet alterius uteri genus. Huc oīa inexplebile aīal congerit: mira ut ſit capacitas. Mox pfecta
rapina ſenſim inde in os reddita inferam in aluū ruminātis mō defert. Gallia hos ſeptētrionalis
ꝓxima oceano mittit. In hercinio germaniæ ſaltu inuſitata genera alitū accepimus: quaꝝ plumæ
igniū mō colluceāt noctibus. In cæteris nihil præter nobilitatē lōgīqtate factā memoradū oc-
currit.

¶ De multaꝝ auiū noībus & natura. Ca. xlviii.

PHalerides in ſeleucia parthoꝝ & in aſia aquaticaꝝ laudatiſſimæ. Rurſus phaſianæ ī colchis
geminas ex pluma aures ſubmittūt: ſubrigūtqꝫ. Numidicæ ī parte africæ numidia: omēſqꝫ
iam ī italia. Phœnicopteri linguā præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit nepotū oīum altiſſi-
mus gurges. Atagem maxime ionius celebrat: uocalis alias: captus uero obmuteſcēs: quōdam
exiſtimatus inter raras aues. Iam & in gallia hiſpaniaqꝫ capitur: & alpes etiā ubi & phalacrocora
ces aues balearium inſulaꝝ peculiares. Sicut alpiū phyrrhocoras luteo roſtro niger & præcipuo
ſapore Lagopus: pedes leporino uillo ei nomē hoc dedere. Cætero cādidæ colūbaꝝ magnitudi
ne. Nō extra terram in qua naſcit eam ueſci facile: quādo nec uiuā manſueſcit: & corpus occiſæ
ſtatī marceſcit. Et alia noīe eodē a coturnicibus magnitudīe tātū differēs crocco tīctu cibis gra
tiſſima. Viſā ī alpibus ab ſe peculiarē ægypti ibī. M. Enagius Caluinus præfectus eaꝝ ꝓdidit.

¶ De nouis auibus & fabuloſis. Ca. xlix.

VEnere in italiā bebriacenſibus bellis ciuilibus trāſpadum externæ & nouæ aues ita enī ad
huc uocātur turdoꝝ ſpecie: paulū infra colūbas magnitudine: ſapore gratæ. Baleares inſu-
læ nobiliorem etiā ſupradicto porphyrionē mittūt. Ibi & buteo accipitrū generis in honore mē
ſaꝝ eſt. Item uipiones: ſic enim uocant minorē gruē. Pegaſos eqno capite uolucres: & griphas
auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor. Illos in ſcythia: hos in æthiopia. Eqdē & tragopanadē
quā plures affirmāt maiorē aquila: cornua in temporibus curuata habētē ferruginei coloris: tā-
tum capite phœniceo. Nec ſirenes impetrauerint fidem: licet affirmet Dino Clitarchi celebrati
auctoris pater in india eſſe: mulceriqꝫ eaꝝ cantu: quos grauatos ſōno lacerāt. Qui credit iſta &
Melāpodi profecto aures lambēdo dediſſe intellectū auium ſermonis dracones nō abnuet. Vel
Quæ Democritus tradit nominādo aues quaꝝ cōfuſo ſanguine ſerpēs gignatur: quē qſquis ede
rit intellecturus ſit alitum colloqa. Quæqꝫ de una aue galerita priuatim cōmemorat: etiā ſine iis
īmenſa uitæ ambage circa auguria. Noīant ab Homero ſcopes auium genus. Neqꝫ haꝝ ſatyri-
cos motus cum inſident pleriſqꝫ memoratos facile conceperim mente. Neque ipſæ iam aues na
ſcuntur. Quamobrem de confeſſis diſſeruiſſe præſtiterit.

¶ Quis gallinas farcire īſtituerit: de auiariis & qs ea primus īſtituerit. Ca. l.

GAllinas ſaginare deliaci cœpere. Vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpor unctas
deuorandi. Hoc primū antiquis cœnaꝝ interdictis exceptū inuenio iam lege C. Fannii cō-
ſulis xi. annis ante tertiū punicū bellū: ne qd uolucꝝ ꝓponeret: præter unā gallinam: quæ non
eſſet altilis. Quod deinde caput trāſlatum p omēs leges ambulauit. Inuētumqꝫ diuerticulū eſt
in fraude eaꝝ gallinaceos quoqꝫ paſcēdi lacte addito cibis. Multo ita gratiores approbant. Fœ
minæ quidē nō omēs ad ſaginā eligūtur: nec niſi in ceruice pingui cute. Poſtea culinaꝝ artes ut
clunes ſpectētur: ut diuidātur in tergora: ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupent. Dedere

& parthi cocis ſuos mores. Nec tamē in hoc māgonio quicq; totū placet: hic clune: alibi pecto
re tātū laudatis. Auiaria primus īſtituit incluſis oīm generꝝ auibus M. Lælius Strabo brunduſii
equeſtris ordinis. Ex eo cœpimus carcere aīalia cohercere quibus natura cælum aſſignauerat.

De Aeſopi patina. Ca. li.

MAxime tn̄ īſignis ē ī hac memoria Clodii Aeſopi tragici hiſtrionis patina ſexcētis ſeſtertiis
taxata ī qua poſuit aues cātu aliquo aut humano ſermōe uocales nūmis ſex ſigulas coēptas
nulla alia īductus ſuauitate niſi ut ī iis imitationē hoīs māderet: ne quæſtus qdē ſuos reueritus
illos opimos & uoce meritos: dignus prorſus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Non ſit
tamen (ut uerum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: niſi quod minus eſt: ſūmas rerū
naturæ opes q̄ hominum linguas cœnaſſe.

De generatione auium: & præter aues quæ quadrupedes oua pariant. Ca. lii.

GEneratio auiū ſimplex uidetur eſſe: cū & ipſa ſua habeat miracula: quoniā & quadrupedes
oua gignunt: chamæleōtes: lacertæ: & quæ diximus inter ſerpentes. Pēnatorꝝ aūt infœ
cunda ſunt quæ aduncos habent ungues generi. Nulla ex iis ſupra quaterna edit oua. Tribuit
hoc auium generi natura: ut fœcūdiores eſſent fugaces earꝝ q̄ fortes. Plurima pariūt ſtrutioca
meli: gallinæ: perdices: ſali. Coitus auibus duobus modis. Fœmina humi conſidente ut in galli
nis: aut ſtante ut in gruibus. Ouorꝝ alia ſunt cādida ut colūbis perdicibus. Alia pallida ut aquati
cis. Alia pūctis diſtincta ut meleagridū. Alia rubri coloris ut phaſianis: cēchridis. Intus aūt oē
ouū uolucrū bicolor. Aquaticis lutei plus q̄ albi. Idq; ipſū magis liuidū q̄ cæteris. Piſciū unus
color: in quo nil cādidi. Auiū oua ex calore fragilia. Serpētium ex frigore lēta. Piſciū ex liquorē
mollia. Aquatiliū rotūda. Reliqua fere faſtigio cacuminata. Exeūt a rotūdiſſima ſui pte: dū pa
riunt molli putamine: ſed ꝓtinus dureſcēte: quibuſcūq; emergūt portionibus. Quæ oblonga
ſint oua gratioris ſaporis putat Oratius Flaccus. Fœminā edūt quæ rotūdiora gignuntur reli
qua marem. Vmbilicus ouis a cacumine ineſt ceu gutta eminens in putamine.

De tempore & generatione incubatus auium & coitu. Ca. liii.

QVædam omī tempore coeūt ut gallinæ: & pariūt: præterq̄ duobus mēſibus hyemis bru
malibus. Ex iis iuuencæ plura q̄ ueteres: ſed minora. Et in eodem fœtu prima & nouiſſi
ma. Eſt aūt tāta fœcūditas ut aliquæ & ſexagena pariant: aliquæ quottidie: aliquæ bis die: ali
quæ in tātū ut effœtæ moriātur. Hadrianiſ lauſ maxima. Colūbæ decies āno pariunt: quædam
& undecies. In ægypto etiam brumali mēſe. Hirūdines & merulæ & palūbi & turtures bis an
no pariūt. Cæteræ aues fere ſemel. Turdi in cacuminibus arborꝝ luto nidificātes pene cōtextim
in ſeceſſu generant. A coitu x. diebus oua matureſcūt in utero. Vexatæ autē gallinæ & colūbæ
pēna euulſa alia ue ſimili iniuria diutius. Oībus ouiſ medio uitelli pua ieſt uelut ſanguinea gutta
quod eſſe cor auium exiſtimāt. Primū in omni corpore id gigni opinātes. In ouo certa eſt gutta
ea ſalit: palpitatq;. Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in luteo eſt. Omni
bus intus caput maius toto corpore. Oculi cōpreſſi capite maiores. Increſcente pullo candor in
mediū uertitur. Luteum circūfundiē uiceſimo die: ſi moueaē ouū. Iam uiuētis intra putamē uox
auditur. Ab eodē tempore plumeſcit ita poſitus: ut caput ſupra dextrum pedē habeat: dexterā
uero alam ſupra cadāt. Vitellus paulatim deficit. Aues omēs īpedes naſcuntur cōtraq; reliqua
animalia. Quædā gallinæ omnia gemina oua pariunt: & geminos interdum excludūt: ut Cor.
Celſus auctor eſt: alterꝝ maiorē: alioqn negāt omnino geminos excludi. Plus uicenagna incubē
da ſubiici uetant. Parere a bruma incipiunt. Optima fœtura ante uernum æquinoctiū. Poſt ſol
ſtitium nata non implent magnitudinem iuſtam: tantoq; minus q̄to ſeriuſ peruenere.

De uitiis & remediis incubantium. Ca. liiii.

OVa incubari infra x. dies edita utiliſſimum. Vetera aūt recētiora infœcūda. Subiici impari
numero debēt. Quarto die poſtq̄ cœpere incubari ſi contra lumē cacumine ouorꝝ appre
henſo una manu purus & uniuſmōi perluceat color: ſterilia exiſtimāē eſſe: proq; eis alia ſubſtitu
enda. Et in aqua eſt expimētum: inane fluitat. Itaq; ſidētia hoc eſt plena ſubiici uolūt. Cōcuti ue
ro experimēto uetāt: quoniā nō gignāt cōfuſis uitalibus uenis. Incubationi daē initium poſt no
uam lunam: quia prius inchoata nō ꝓueniāt. Celerius excludūtur calidis diebuſ. Ideo æſtate un
deuiceſimo educunt fœtum: hyeme uiceſimoqnto. Si in cubatu tonuerit oua pereūt: & accipitriſ
audita uoce uitiantur. Remedium cōtra tonitrum: clauus ferreus ſub ſtramine ouorꝝ poſitus aut
terra ex aratro. Quædā aūt & citra incubitum ſpōte natura gignit: ut in ægypti ſigmētis ē ſcrip
tū. De quodam uinipotore reperitur ſyracuſis tam diu potare ſolitum: donec ab eo cooperta in
terra fœtum ederet oua. Quin & ab homine perficiuntur.

De auguriis ouorꝝ. Ca. lv.

LIuia Auguſta prima ſua iuuenta Tiberio Cæſare ex Nerone grauida cum parere uirilē ſe
xum admodū cuperet: hoc uſa eſt puellari augurio. Ouū in ſinu fouēdū atq; cū deponēdū
haberet nutrici per ſinum tradendo ne interimereē tepor. Nec falſo Auguſta augurata ꝓditur

imperatoris inde fœta. Sed inuētum ut oua in calido loco impoſita paleis igne modico fouerēť: hoīe uerſāte pariter nocte ac die: & ſtatuto die illīc erūpere fœtus: Tradiť quædā ars gallinarii cuiuſdā dicētis qd ex quoque eſſet. Narrāť & mortua gallina mariti eaꝝ uiſi ſuccedētes inuicē: & reliqua fœtæ more facientes: abſtinēteſqꝫ ſe a cātu. Sup oīa eſt anatū ouis ſubditis atqꝫ excluſis admiratio prima nō plane agnoſcētis fœtum. Mox incertos cōcubitus ſollicitæ cōuocationis Poſtremo lamenta circa piſcinæ ſtagna mergētibus ſe pullis natura duce.

¶ Quæ gallinæ optimæ: Ca. lvi.

GAllinaꝝ generoſitas ſpectatur criſta erecta: interdū & gemina: pēnis nigris: ore rubicūdo: digytis imparibus: aliquādo & ſup quattuor digytos trāſuerſo uno. Ad rem diuinā luteo roſtro pedibuſqꝫ puræ nō uidenť. Adoptanea ſacra nigræ. Eſt & pumilionū genus nō ſterile in iis: quod nō in alio genere alitum: ſed qbus certa fœcūditas rara & incubatio ouis noxia.

¶ De morbis eaꝝ & remediis. Ca. lvii.

INimiciſſima aūt oīum generi pituita: maximeqꝫ inter meſſis & uindemiæ tēpus. Medicina in fame: & cubatus in fumo: ſi utiqꝫ ex lauro aut hærba ſauina fiat: pēna per trāſuerſas īſerta nares: & per omnes dies mota. Cibus allium cum farre aut aqua pfuſus in qua lauerit noctua auis cum ſemine uitis albæ coctus & quædam alia.

¶ De conceptu & numero fœtus auium. Ca. lviii.

COlumbæ proprio ritu oſculantur ante coitum. Pariūt fere bina oua: ita natura moderante ut aliis crebrior ſit fœtus: aliis numeroſior. Palūbes & turtures plurimū terna: nec pluſ ꝗ̄ bis fere pariunt: atqꝫ ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et ꝗ̄uis tria pepererint: nūꝗ̄ plus duobꝰ educant. Tertium quod irritum eſt urinum uocāt. Palūbes incubat fœmina poſt meridiana ī matutinum: cætero mas. Colūbæ marem ſemp & fœminā pariūt priorē marem: poſtridie fœminam. Incubāt in eo genere ambo: interdiu mas: noctu fœmina. Excludūt uiceſimo die. Pariunt a coitu v. Aeſtate quidem interdū binis mēſibus terna edunt paria. Nāqꝫ octauodecimo die excludunt: ſtatimqꝫ cōcipiūt. Quare inter pullos ſæpe oua inueniunť: & alii ꝓuolāt: alii erūpūt. Ipſi deinde pulli ꝗnquemeſtres fœtificant: Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt: pariuntqꝫ oua irrita: ex quibus nihil gignitur: quæ hypenemia græci uocant.

¶ De pauone & anſeribus. Ca. lix.

PAuo a trimatu parit. Primo anno unum aut alteꝝ ouum: ſequēti quaterna ꝗna ue: cæteriſ duodena nō amplius intermittens binos dies ternoſ ue parit: & ter anno ſi gallinis ſubiiciātur incubanda. Mares ea frangunt deſiderio incubātium. Quaꝓpter noctu & ī latebris pariūt: aut in excelſo cubātes: & niſi molli ſtrato excepta frangunť. Mares ſinguli ꝗnis ſufficiunt cōiugibus. Cū ſingulæ aut binæ fuere: corrūpitur ſalacitate fœcūditas. Partus excludiť diebus ternouenis: aut tardius triceſimo. Anſeres in aqua coeunt: pariunt uere: aut ſi bruma coiuere poſt ſolſtitium: quadragīta prope. Bis āno ſi priorē fœtum gallinæ excludant: alias plurima oua xvi. pauciſſima ſeptē. Si qs ſurripiat pariūt. donec rumpātur. Aliena nō excludūt. Incubanda ſubiici utiliſſimū nouem aut undecim. Incubāt fœminæ tātum tricenis diebus. Si uero tepidiores ſint: uiceſimoꝗnto. Pullis eoꝝ urtica cōtactu mortifera. Nec minuſ auiditas: nūc ſatietate nimia: nūc ſuamet ui: quādo apprehēſa radice morſu: ſæpe conantes auellere ante colla ſua abrumpūt. Cōtra urticam remedium ſtramēto ab incubatu ſubdita radix eaꝝ.

¶ De ardeolis: & quomodo ſeruentur optime oua. Ca. lx.

ARdeolaꝝ tria genera: leucon: aſterias: pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidē cū uociferatu ſāguinē ēt ex oculis perfundunt. Nec minus ægre pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus īcubat: & fere maiores alites: Minoꝛs uicenis: ut miluus & accipiter. Sīgulos uere parit: nūꝗ̄ plus ternos: is ꝗ egolios uocať quaternoſ. Coruuſ aliꝗ̄do & quinos. Incubāt totidem diebus. Cornicem incubātem mas paſcit. Pica nouenos. Melācoriphus ſupra uigīti parit ſemp numero impari inæqualia. Nec alias in pluribus tanta fœcūditas: maior tamē paruis. Hirūdini cæci primo pulli: & fere omibus quibus numeroſior partus. Irrita oua quæ hypenemia diximus: quæqꝫ aut mutua fœminæ inter ſe libidinis imaginatione cōcipiūt: aut puluere. Nec columbæ tantum: ſed & gallinæ: perdices: pauones: anſeres: chenalopeces. Sunt aūt ſterilia & minora ac minus iucundi ſaporis: & magis humida. Quidā & uento putāt ea generari. Qua de cā ēt zephyria appellātur. Hæc aūt uere tantum. Vrina fiunt incubatione derelicta: quæ alii cynoſura dixere. Oua aceto macerata in tantum emolliunť ut per ānulos trāſeāt. Seruari ea in lomento: aut hyeme in paleis: æſtate in furfuribus utiliſſimum. Sale exinaniri creduntur.

¶ Quæ uolucrum ſola animal pariat: & lacte nutriat. Ca. lxi.

VOlucrum animal parit ueſpertilio tantū: cui membrana ceu pēnæ. Eadem ſola uolucrū lacte nutrit ubera admouens: geminos uolitat amplexa infantes: ſecūqꝫ deportat. Eidem coxendix una traditur: & in cibatu culices gratiſſimi.

¶ De conceptu uiperæ & partu: & quæ terreſtrium oua pariant. Ca. lxii.

RVrſus in terreſtribus oua pariunt ſerpẽtes: de qbus nõdum dictũ ſit. Coeũt cõplexu adeo circũuolutæ ſibi: ut una exiſtimari biceps poſſit. Viperæ mas caput inſerit in os: quod illa abrodit uoluptatis dulcedine: Terreſtriũ eadem ſola intra ſe parit oua uniuſ coloris & mollia ut piſces. Tertia die intra uteꝝ catulos excludit: deinde ſingulos diebus ſingulis parit uiginti fere numero. Itaqꝫ cæteri tarditatis impatientes prærũpunt latera occiſa parente. Cæteræ ſerpentes cõtecta oua in terra incubãt: & foetũ ſequẽte excludũt anno. Crocodili uicibus incubãt mas & fœmina. Sed reliquoꝝ quoqꝫ terreſtrium reddetur generatio.

De generatione terreſtrium. Ca. lxiii.

BIpedũ ſolus homo animal gignit. Homini tantũ primi coitus pœnitẽtia augurũ ſcilicet uitæ a pœnitẽda origine. Cæteris aĩalibus ſtati ꝑ tempora ãni cõcubitus. Homini (ut dictũ eſt) omĩbus horis dieꝝ noctiumqꝫ. Cæteris ſatietas ĩ coitu. Homini ꝓpe nulla. Meſſalina Claudii Cæſaris cõiunx hanc regalẽ exiſtimãs palmã elegit in id certamen nobiliſſimã e ꝓſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis: eãqꝫ die ac nocte ſupauit q̃nto ac uiceſimo cõcubitu. In hoĩum genere maribus diuerticula Veneris excogitata omĩa ſcelere naturæ: foeminis uero abortus. Quantũ in hac ꝑte multo nocentiores q̃ feræ ſumus. Viros auidiores ueneris hyeme: foeminas æſtate Heſiodus prodidit. Coitus auerſus elephãtis: camelis: tigribus: lyncibuſ: rhinoceroti: leoni: daſipodi: cuniculis: quibus auerſa genitalia. Cameli etiã ſolitudines aut ſecreta certa petũt: neqꝫ interuenire datur ſine pernicie. Coitus tota die eſt tãtum iis ex omĩbus: quibus ſolida ungula. In quadrupedum genere mares olfatus antecedit. Auertũtur & canes: phocæ: lupi: in medioqꝫ coitu: inuitiqꝫ etiã cohærent. Supradictoꝝ pleꝛqꝫ foeminæ priores ſupueniũt: reliq̃s mares. Vrſi aũt ut dictũ eſt humanitus ſtrati. Herinaci ſtãtes ambo inter ſe cõplexi. Feles mare ſtãte foemina ſubiacente: Vulpes in latere proiectæ: marẽqꝫ foemina ãplexa. Tauroꝝ ceruoꝛqꝫ foeminæ uim nõ tolerant: ea de cã ingrediũtur in cõceptu. Cerui uiciſſim ad alias trãſeũt: & ad priores redeunt. Lacertæ ut ea quæ ſine pedibus ſunt circũplexu uenerem nouere. Omĩa aĩalia quo maiore corpore: eo minus fœcũda ſunt. Singulos gignũt elephãti: cameli: equi. Achantis duodenos auis minima. Ociſſime pariũt quæ plurimos gignũt. Quo maius eſt aĩal: tãto diutius formatur in utero. Diutius geſtant̃ q̃bus lõgiora ſũt uitæ ſpatia. Neqꝫ creſcentiũ tẽpeſtiua ad generãdũ ætas. Quæ ſolidas habẽt ũgulas ſingulos: quæ biſulcas & geminos pariunt. Quoꝝ in digytoſ pedum fiſſura diuiſa eſt: eo numeroſiora in foetu. Sed ſupiora omĩa perfectos edũt partus: hæc incohatos. In quo ſunt genere leænæ: urſæ: & uulpes. Informia ẽt magis q̃ ſupradicta urſæ pariunt: raꝛqꝫ eſt uidere parientes. Poſtea lambendo calefaciũt foetus omĩa ea: & figurãt: pariũt plurimũ quaternos. Cæcos ãt gignũt canes: lupi: pãtheræ: thoeſ. Canũ plura ſũt genera. Laconicæ octauo mẽſe utrinqꝫ generant. Ferunt lxx. diebus: & plurimum tribus mẽſibus. Cæteræ canes & ſemeſtres coitum patiũtur. Implẽtur oẽs uno coitu. Quæ ante iuſtum tẽpus cõcepere: diutius cæcos habẽt catulos: nec omẽs totidem diebus. Exiſtimat̃ in urina attollere crus fere ſemeſtres: id eſt ſignum cõſumati uirium roboris: foeminæ hoc idem ſidẽtes. Partus duodeni quibus numeroſiſſimi: cætero q̃ni: ſeni aliquãdo ſinguli: quod ꝓdigioſũ putant. Sicut omẽs mares: aut omẽs fœminas gigni. Primos quoqꝫ mares pariunt: in cæteris alternant: ſi ineãt opportuno & recto mẽſe. Ineunt̃ a partu ſexto menſe. Octonos laconicæ pariũt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Viuunt laconici ãnis denis: fœmina duodenis. Cætera genera q̃ndecim ãnos: aliquãdo uiginti. Nec tota ſua ætate generant: fere a duodecimo deſinẽtes. Felium & ichneumonũ reliqua ut canum. Viuũt ãnis ſenis. Daſipodes omĩ mẽſe pariunt: & ſuperfœtant ſicut lepores. A partu ſtatim implẽtur. Cõcipiũt q̃uis ubera ſiccãte foetu: pariunt non cæcos. Elephãti ut diximus pariunt ſingulos magnitudine uituli trimeſtris. Cameli duodecim mẽſibus ferũt a trimatu: pariũt uere. Iteꝛqꝫ poſt ãnum implẽtur a partu. Equas ãt poſt tertiuꝫ diem aut poſt unũ ab enixu utiliter admitti putãt: cogũtqꝫ inuitas. Mulier ſeptima die cõcipe facillime creditur. Equaꝝ iubas tõderi præcipiunt: ut aſinoꝝ ĩ coitu patiãtur humilitatẽ: comãtes enim gloria ſupbire. A coitu ſolæ aĩalium currũt: ex aduerſo aq̃lonum auſtroꝝ ue ꝓut marẽ aut fœminam cõcepere. Colorem ilico mutãt rubriore pilo: uel q̃cunqꝫ ſit pleniore. Hoc argumẽto deſinunt admittere etiã uolẽtes. Nec impedit partus quaſdã ab opere. Falluntqꝫ grauidæ. Viciſſe olympia prægnãtem equam Hecratidis theſſali inuenimus. Equos & canes & ſues initium matutinum appetere: foeminas ãt poſt meridiem blãdiri diligentiores rradunt. Equas domitas lx. diebus equire: anteq̃ gregales. Sues tãtum coitu ſpumam ore fundere. Verrẽ ſubantis audita uoce niſi admittat̃ cibum nõ capere uſqꝫ ĩ maciem. Foeminas tãtã efferari: ut hoĩem lacerẽt: candida maxime ueſte indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturæ aſperſo. Auiditas coitus putatur ex cibis fieri. Sicut uiro eruca: pecori cepa. Quæ ex feris mitigẽt̃ nõ cõcipere: ut anſeres: apros uero tarde: & ceruos: nec niſi ab infãtia educatos. Miꝝ eſt quadrupedum prægnantes uenerem arcent: præter equam & ſuem. Sed ſuperfoetant & daſipus & lepus tantum.

De uaria generatione auium. Ca. lxiiii.

QVæcūq; aīal pariūt in capite gignunt circūacto fœtu ſub enixum: alia in utero porrecta. Quadrupedes geſtātur extēſis ad lōgitudinē cruribus: & ad aluum ſuā applicatis. Homo in ſemet cōglobatus iter duo genua naribus ſitis. Molas de qbus ante diximus gigni putāt: ubi mulier nō ex mare: ueꝝ ex ſemetipſa tātū cōcepit. Ideo nec aīari: qa nō ſit ex duobus. Altricē q; habere per ſe uitam illā: quæ ſatis arboribusq; contingat ex omnibus quæ perfecto. Fœtus uel tantos & innumeroſos edunt. Item plures contra naturam ſolidipedum aut biſulcoꝝ.

De murium fœtu. Ca. lxv.

SVpra cūcta eſt muriū fœtus haud ſine cōtatione dicēdus: q̄q; auctore Ariſtotele & Alexandri magni militibus generatio eoꝝ lambēdo cōſtare nō coitu dicat̄. Ex una genitoſ cxx. tradiderūt. Apud perſas uero prægnātes ueneris patientis & utero parientis reptas. Et ſalis guſtatu fieri prægnātes opinātur. Ita deſinit miꝝ eſſe: unde uis tāta meſſes populet̄ muriū agreſtium. In quibus illud quoq; adhuc latet quo nā mō illa multitudo repēte occidat. Nam nec exanimeſ reperiūtur: neq; extat qui murem hyeme in agro effoderit. Plurimi itaq; ad troadem peruenīunt. Et iam inde fugauerūt accolas. Prouētus eoꝝ ſiccitatibus tradunt. Et iam obituris uermiculum in capite gigni. Aegyptus muribus durus pilus: ſicut herinaceis. Idem bipedes ābulāt: ceu alpini. Cū diuerſi quoq; generis coiere aīalia: ita demū generant: ſi tempus naſcēdi par habent. Quadrupedū oua gignētiū lacertā ore pere ut credit̄ uulgo Ariſtoteles negat. Neq; icubāt eæ dē oblitæ quo ſint in loco enixæ: quoniā huic aīali nulla memoria. Itaq; catuli p ſe erūpūt.

De ſpina hominis anguem naſci. Ca. lxvi.

ANguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis: Pleraq; enim occulta & cæca origine ꝓueniunt: etiam in quadrupedum genere.

De ſalamandra. Ca. lxvii.

SIcut ſalamandra animal lacerti figura ſtellatum nunquam niſi magnis hymbribus proueniēns: & ſerenitate deficiēs. Huic tātus rigor: ut ignem tactum extinguat non alio modo q̄ glacies. Eiuſdem ſanie quæ lactea ore uomitur: quacūq; parte corporis humani cōtacta toti defluunt pili. Idq; quod contactum eſt colorem in uitiliginem mutat.

De iis quæ naſcuntur ex non genitis: & quæ nata nihil gignunt. Ca. lxviii.

QVædam uero gignunt̄ ex nō genitis & ſine ulla ſimili origine ut ſupradicta: & quæcunq; æſtas aut uer ſtatūq; tēpus āni generāt. Ex iis quædā nihil gignūt ut ſalamādræ. Neq; ē in iis genus maſculinū fœmineū ue: ſicut neq; ī anguillis: omībuſq; quæ nec aīal nec ouū ex ſeſe generāt. Neutꝝ eſt & oſtreis genus: & cæteris adherentibus uado uel ſaxo. Quæ aūt p ſe generantur ſicuti infra mares ac fœminas deſcripta ſunt: ita generāt qdem ea aliquid coitu: ſed imperfectum & diſſimile: & ex quo nihil amplius gignatur: ut uermiculos muſcæ. Id magis declarant naturæ eoꝝ quæ inſecta dicuntur. Arduæ explanationi omīa: & priuatim dicato ope narrāda. Quapꝓpter ut ingenium prædictoꝝ ita & reliqua ſubtexet deſertatio.

De ſenſibus animalium. Ca. lxix.

EX ſenſibus ante cætera hoī tactus: deinde guſtus. Reliqs ſupatur a multis. Aquilæ clarius cernunt. Vultures ſagacius odorātur. Liquidius audiūt talpæ obrutæ terra: tam denſo atq; ſurdo naturæ elemēto. Præterea uoce omium in ſublime tēdente ſermonem exaudiūt: & ſi de iis loquare intelligere etiam dicunt̄: & ꝓfugere. Auditus cui hoīum primo negatus eſt: huic & ſermonis uſus ablatus. Nec ſunt naturaliter ſurdi: ut non idem ſint & muti. In marinis oſtreis auditum eſſe nō eſt ueriſimile: ſed ad ſonū mergere ſe ſolent. Ideo & ſilentiū in mari piſcātibus.

Auditum & olfatum eſſe piſcibus. Ca. lxx.

PIſces quidem auditus nec mēbra habēt nec foramina: audire tamē eos palā eſt: ut patet cū plauſu cōgregari feros ad cibū cōſuetudine ī quibuſdā uiuariis ſpectet̄. Et ī piſcinis Cæſaris genera piſciū ad nomē uenire: quoſdā ſingulos. Itaq; ꝓdunt̄ etiā clariſſime audire mugil: lupꝰ: ſalpa: chromis: & ideo ī uado uiuere. Olfatū iis eſſe manifeſtū patet. Quippe nō omēs eadē eſca capiunt̄: & priuſq; appetāt odorant̄. Quoſdā & ſpelūcis latentes ſalſamēto illitis faucibus ſcopuli piſcator expellit: uelut ſui cadaueris agnitionē fugiētes. Cōueniūtq; ex alto etiā ad quoſdā odores: ut ſæpiam uſtam: & polypum: quæ ob id coguntur in naſſaſ. Sētinæ quidē nauiū odorē fugiunt ꝓcul: maxime tamē piſcium ſāguinē. Nō pōt petris auelli polypus. Idē cunicula admota ab odore ꝓtinus reſilit. Purpuræ quoq; fœtidis capiuntur. Nā de reliquo aīalium genere qs dubitet? Cornus ceruini odore ſerpentes fugantur: ſed maxime ſtyracis: origani: aut chalcis aut ſulphuris formicæ necantur. Culices acida petunt: ad dulcia nō aduolant.

Tactum cōmunem eſſe omnibus. Ca. lxxi.

TActus ſenſus omībus eſt: etiā quibus nullus alius. Nā & oſtreis & terreſtribus uermibus. Quo exiſtimaueri oibus ſenſū guſtus eſſe. Cur enim alios alia ſapores appetūt? In quo uel præcipua naturæ architectiq; uis. Alia dētibus prædāt̄: alia unguibus: alia roſtri adūcitate capiunt. Alia latitudine ruunt. Alia acumine excauant. Alia ſugunt. Alia lambunt: ſorbent: man/

dunt: uorant..Nec minor uarietas in pedum ministerio.ut rapiant: distrabant: teneant: premant: pendeant: tellurem ſcabere non ceſſent.

¶ Quæ uenenis uiuant & quæ terra. Ca.lxxii.

VEnenis capreæ & coturnices(ut diximus)pingueſcũt placidiſſima aĩalia: at ſerpentes ouis. Spectãda qdem draconũ arte. Aut enĩ ſolida hauriũt: ſi iam fauces capiunt: quæ deĩde in ſemet cõuoluti frãgunt intus: atq; ita putamina excutiũt: aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc ætas orbe apprehẽſa ſpira: ita ſẽſim uehementerq; præſtringunt: ut amputata pte ceu ferro: reliquam quæ ãplexu tenetur ſorbeant. Simili mõ auibus deuoratis ſolidis cõtentione plurima & cætera oſſa reuomũt. Scorpiones terra uiuũt. Serpẽtes cũ occaſio eſt uinũ præcipue appetũt: cũ alioqn exiguo ĩdigeãt potu. Eædẽ minimo & pene nullo cibo cũ adſeruanť incluſæ: ſicuti aranei quoq; alioqn ſuctu uiuentes. Ideo nullũ interit fame aut ſiti uenenatum. Nã neq; caloris uim habent: neq; ſãguinis neq; ſudoris: quæ auiditatem naturalem ſale augent. In quo genere omnia magis exitialia: ſi ſuũ genus edere anteꝗ noceãt. Cõdit ĩ theſauros maxillaꝝ cibũ ſpõgionum & satyroꝝ genus. Mox ĩde ſẽſim ad mãdẽdũ manibus exprimit. Et quod formicis ĩ ãnũ ſolẽne ẽ his in dies uel horas.

¶ De cibo & potu quoꝝdam. Ca.lxxiii.

VNum aĩal digytos habentium hærba alitur lepus: ſed & fruge. Solidipedes & biſulci ſues omĩ cibatu & radicibus. Solidipedũ uolutatio propria. Serratoꝝ dẽtium carniuora ſũt oĩa. Vrſi & fruge frõde uindemia pomis uiuunt & apibus cancris etiã & formicis. Lupi ut diximus & terra ĩ fame. Pecus potu pingueſcit: ideo ſal illis aptiſſimus: itẽ ueterina: ꝗꝗ & fruge & hærba ſed ut bibere: ſecedũt. Ruminant præter iam dicta ſilueſtriũ ceruĩ cũ a nobis alunť. Oĩa ãt iacẽtia potius ꝗ ſtãtia: & hyeme magis ꝗ æſtate ſeptenis fere mẽſibus. Põtici quoq; mures ſimili modo remandũt. In potu qbus ſerrati dentes: lambũt. Et mures hi uulgares: ꝗuis ex alio genere ſint. Quibus cõtinui dẽtes ſorbẽt: ut equi boues. Neutꝝ urſi: ſed aquã quoq; morſu uorãt. In africa maior pars feraꝝ æſtate nõ bibũt inopia hymbrium. Quã ob cãm capti mures libyci ſi biberint moriũtur: Orygem perpetuo ſitientẽ africa generat ex natura loci potu carẽtem cũ mirabili mõ ad remedia ſitientium. Nãq; getuli latrones eo durant auxilio reptis in corpore eoꝝ ſaluberrimi liquoris hauſtu ueſicis. Inſidũt in eadẽ africa pardi cõdẽſa arbore: occultatiq; eius ramiſ in prætereũtia deſiliũt: atq; e uolucꝝ cæde graſſatur. Feles qdem quo ſilẽtio ꝗ lenibus ueſtigiis obrepũt auibus: ꝗ occulto ſpeculatu ĩ muſculos exiliunt: Excrementa ſua effoſſa obruũt terra: intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

¶ Quæ inter ſe diſſideant: & quæ inter ſe conueniant. Ca.lxxiiii.

ERgo & alios ſenſus quoſdã eſſe ꝗ ſupradictos haud difficulter apparet. Sũt enĩ quædã his bella amicitiæq;. Vnde & affectus præter illa quæ de qbuſq; eoꝝ ſuis diximus locis. Diſſident olores & aqlæ. Coruus & cloreus noctu inuicem oua exqrentes. Simili mõ coruus & miluuſ illo præcipiẽte huic cibos. Cornices & noctua. Aquilæ & trochilus(ſi credimus)quoniã rex appellatur auium. Noctuæ & cæteræ minores aues. Rurſus cum terreſtribus muſtella & cornix. Turtur & pyralis. Ichneumones & ueſpæ. Phalãgia & aranei. Aquaticæ anates & gauiæ. Harpæ & triorches accipiter. Sorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiãtes. Egithus auis minima cum aſino. Spinetis enĩ ſe ſcabẽdi cauſa atterẽtes nidos eius diſſipat: quod illa adeo pauet: ut uoce omĩo rudẽtis audita oua eiiciat: pulli ipſi metu cadãt. Igiť aduolãs ulcera eiuſ roſtro excauat. Vulpes & milui. Angues & muſtellæ & ſues. Eſalon uocať parua auis oua corui frangens: cuius pulli infeſtãť a uulpibus. Iuuicẽ hæc catulos eius ipſãq; uellit. Quod ubi uiderint corui: cõtra auxilianť: uelut aduerſus cõmunem hoſtem. Et achãtis in ſpinis uiuit: Idcirco aſinos & ipſa odit flores ſpinæ deuorãtes. Egithũ uero in tantũ: ut ſãguinem eoꝝ credãt non coire: multiſq; ob id ueneficiis infamẽt. Diſſidẽt thoes & leones: & minima æque ac maxima. Formicoſã arborem ſorices cauent. Librat araneus ſe filo in caput ſerpẽtis porrectæ ſub umbra arboris ſuæ: tãtaq; ui morſu cerebrũ apprehẽdit: ut ſtridens ſubinde: ac uertigine rotata ne filũ qdem deſuper pẽdentis rũpere adeo nõ fugere queat: nec finis ante mortem eſt. Rurſus amici pauones & columbæ: Turtures & pſitaci: Merulæ & turdi: Cornix & ardeolæ. Cõtra uulpiũ genus cõibus inimicitiis Harpæ & miluus cõtra triorchin. Quin & affectus indicia ſũt etiã in ſerpẽtibus ĩmitiſſimo aĩalium genere. Dicta ſunt quæ arcadia narrat de domino a dracone ſeruato: & agnito uoce hoĩs. De aſpide miraculũ a Philarcho traditur. Is enĩ auctor eſt. Cũ ad mẽſam cuiuſdã ueniẽs in ægypto aleretur aſſidue enixam catulos: quoꝝ ab uno filiũ hoſpitiſ interẽptum. Illam reuerſã ad cõſuetudinẽ cibi intellexiſſe culpã: & necẽ intuliſſe catulo: nec poſtea in tectum id reuerſam.

¶ De ſono animalium. Ca.lxxv.

SOmni quæſtio nõ obſcuram cõiectationẽ habet. In terreſtribus omĩa quæ cor habẽt dormire manifeſtũ ẽ. Aquatiliũ quoq; exiguũ quidã etiã q de cæteris dubitãt: dormire tamẽ exiſtimãt: nõ oculoꝝ argumento: quia nõ habẽt genas: uerꝝ ipſa quiete cernũtur placida ceu ſoporata: neq; alia ꝗ caudis mouẽtia: & ad tumulũ aliquẽ expauẽtia. De thynnis cõfidẽtius affir/

matur. Iuxta ripas enĩ aut petras dormiunt. Plani aũt piſcium in uado: ut manu ſæpe tollantur.
Nã & delphini balenæq; ſtertẽtes etiã audiũtur. Inſecta quoq; dormire ſilentio apparet: quia
nec luminibus quidẽ admotis excitent̃. Homo genitus premitur ſõno per aliquot mẽſes. Dein/
de lõgior idies uigilia. Sõniat ſtatim infans. Nã & pauore expgiſcitur: & ſuctũ imitatur. Quidã
uero nunq̃: qbus mortiferꝝ fuiſſe ſignũ cõtra cõſuetudinẽ ſõnioꝝ inuenimus exempla. Magnus
hic inuitat locus: & diuerſis refertus documẽtis: utꝝ ne ſint aliqua præſcita animi q́eſcẽtis. Qua
fiant rõe: an fortuita res ſit ut pleraq;? Et ſi exemplis agatur: ꝓfecto paria fiant. A uino & a ci/
bis proxima atq; in redormitione uana eſſe uiſa ꝓpe cõuenit. Eſt aũt ſõnus nihil aliud q̃ animi ĩ
medium ſeſe receſſus. Præter hoiem ſõniare equos. canes: boues: pecora: capras palam ẽ. Ob
hoc credit̃ & ĩ oibuſ quæ aial pariũt. De iis quæ oua gignũt ĩcertũ ẽ. Sed dormire ea certũ. Ve
rũ & ad inſecta tranſeamus. Hæc nanq; reſtant ĩmenſe ſubtilitatis animalia.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER .XI.

### PROHEMIVM

De inſectis animalibus: ut ſunt apes: formicæ: & huiuſmodi.

RESTANT IMMENSAE SVBTILITATIS ANIMA
lia. Q̃nõ aliq ea neq; ſpirat̃ & ſine ſãguine eſſe ẽt ꝓdiderũt

De inſectoꝝ genere. Ca. i.

MVlta hæc & multigena terreſtriũ; uolucꝝq; uita. Alia
pẽnata ut apeſ. Alia utroq; mõ ut formicæ. Aliqua &
pẽnis & pedibus carentia. Et iure omia inſecta appellata ab
inciſuris: quæ nũc ceruicũ loco: nũc pectoꝝ atq; alui præcin
cta ſepant mẽbra tenui mõ fiſtula cohærẽtia. Aliquibus ue
ro nõ tota inciſura eas ambiente rugaſ: ſed in aluo aut ſupne
tantum imbricatis flexilium uertebris nuſquam alibi ſpecta/
tiore naturæ reꝝ artificio.

De ſubtilitate naturæ. Ca. ii.

IN magnis ſiquidem corporibus aut certe maioribus facilis officina ſequaci materia fuit. In
his uero tam paruis atq; tam nullis quæ rõ q̃tauis tam inextricabilis perfectio. Vbi tot ſẽ
ſus collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in ea prætẽdit? Vbi guſtatũ ap
plicauit? ubi odoratum inſeruit? ubi uero truculentam illã & portione maximã uocem ingenera
uit? Qua ſubtilitate pẽnas adnexuit? Prælõgauit pedũ crura? Diſpoſuit ieiunam cauã uti aluũ?
Auidam ſanguinis & potiſſimũ humani ſitim accẽdit? Tælum uero ꝑfodiendo tergori quo ſpi/
culauit ingenio? Atq; ut in cãpaci cũ cerni nõ poſſit exilitas: ita reciproca generauit arte: ut fodi
endo acuminatum pariter ſorbẽdoq; fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad ꝑforanda robora cũ ſo/
no teſte dentes affixit? potiſſimũq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantoꝝ miramur
humeros: tauroꝝq; colla: & truces in ſublime iactus: tigrium apinas: leonum iubas: cũ reꝝ na
tura nuſq̃ magis q̃ in minimis tota ſint. Quapꝑter quæſo ne noſtra legentes (quoniam ex iis
ſpernũt̃ multa) ẽt relata faſtidio dãnẽt: cũ ĩ cõtẽplatiõe naturæ nihil poſſit uideri ſupuacuum.

Vtrum ſpirent: an habeant ſanguinem. Ca. iii.

INſecta multi negarunt ſpirare id rõe perſuadẽtes: quoniam uiſceri ĩteriori nexus ſpirabi/
lis nõ ineſſet. Itaq; uiuere ut fruges arboreſq;. Sed plurimũ intereſſe ſpiret aliqd an uiuat.
Eadem de cauſa nec ſãguinem iis eſſe: qui ſit nullis carẽtibus corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea
quibus pulmo deſit. Vnde numeroſa quæſtionum ſeries exoritur. Idẽ enĩ & uocẽ eſſe iis negãt
in tanto murmure apum: cicadaꝝ ſono & aliis quæ ſuis æſtimabũtur locis. Nam mihi cõtuẽti ſẽ
per ſuaſit reꝝ natura nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magis nõ poſſint trahere
animam talia & uiuer̃: q̃ ſpirare ſine uiſceribus. Quod etiam in marinis docuimus: q̃uis arcẽte
ſpiritum denſitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua & animatu carere in ipſo ſpiritu
uiuẽtia. Habere ſenſum uictus generationis atq; operis & de futuro etiã curam. Et q̃uiſ nõ ſint
mẽbra: quæ uelut carinas ſenſus inuehant: eſſe tamẽ iis auditũ: olfatum: guſtatum: eximia præ
terea naturæ dona: ſolertia: animum: artẽ: quis facile crediderit? Sanguinẽ nõ eſſe iis fateor: ſi/
cut ne terreſtribus quidem cunctis inter ſe ſimilem quidem: ut ſæpiæ in mari ſanguinis uirs atra
mentum optineat: purpuraꝝ generi ĩfector ille ſuccus. ſic inſectis quiſquis eſt uitalis humor hic
erit ſãguinis loco. Sed exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Nobis ꝓpoſitũ ẽ naturas reꝝ manifeſtas ĩdicar̃:
nõ cãs iudicare dubias.

De corpore eoꝝ. Ca. iiii.

INſecta ut intelligi poſſit nõ uidentur neruos habere: nec oſſa: nec ſpinaſ: nec carthilaginẽ:
nec pinguia: nec carnes: nec cruſtam quidem fragilem: ut quædã marina: nec iure dicetur
cutis: ſed mediæ cuiuſdam inter omia hæc naturæ corpus arenti ſimile neruo mollius: in reliq̃ſ

partibus ſiccius uerius q̄ durius. Et hoc ſolum iis eſt: nec præterea aliud: Nihil intus niſi admodum paucis iteſtinū implicatum. Itaq; diuulſis præcipue uiuacitaſ: & partiū ſingulaꝝ palpitatio. Quia quæcūq; eſt rō uitalis: illa nō certis ineſt mēbris: ſed toto in corpore: minime tamē capite. Solūq; nō mouetur niſi cū pectore auulſum. In nullo genere plures ſunt pedes. Et quibus ex iis plurimi: diutius uiuunt diuulſa: ut in ſcolopendris uidemus. Habent autem oculos: præterq; ſenſus tactum & guſtatum: aliqua & odoratum: pauca & auditum.

De apibus. Ca. v.

SEd inter oīa pricipatus apibus & iure præcipua admiratio. Solis ex eo genere hoīum cā genitis. Mella cōtrahūt ſuccūq; dulciſſimū atq; ſubtiliſſimū ac ſaluberrimū. Fauos cōfingūt & cæras. Illæ ad uſus uitæ laborē tolerāt. Opera cōficiūt. Rēpublicā habēt: cōſilia priuati: ac duceſ gregati: & quod maxime miꝝ ſit mores habēt. Præterea cū ſint neq; māſueti generis neq; feri: tñ tāta ē natura reꝝ: ut ꝓpe ex ūbra minimi aīalis incōpabile effecerit qddā. Quos efficaciæ induſtriæq; tantæ cōpemus neruos: quas uires: quos rōe mediuſſidius uiros: Hoc certe præſtātioribus quo nihil nouere niſi commune. Non ſit de anima quæſtio. Cōſtet & de ſāguine: quātulum tamen eſſe in tātulis poteſt. Aeſtimemus poſtea ingenium.

Qui ordo naturæ in eis. Ca. vi.

HYeme cōdūtur. Vnde enim ad pruinas niueſq; & aqlonum flatus perferendos uires: Sane & inſecta omnia: ſed minus diu. Quæ parietibus noſtriſ occultata naturæ tepefiunt. Circa apes aut tempoꝝ locoꝝ ue rō mutata eſt: aut errauerūt priores. Conduntur a uergiliaꝝ occaſu: ſed latent ultra exortum. Adeo nō ad ueris initium ut dixere: nec ut quiſq; in italia de alueis exiſtimat. Ante fabas florentes nō exeunt ad opera & labores: nulluſq;(cū per cælū licuit)ocio perit dies. Primū itaq; fauos cōſtruunt: cæram fingūt: hoc eſt domos cellaſq; faciūt. Deinde ſobolem: poſtea mella: cæram ex floribus. Melliginē a lachrymis arboꝝ quæ glutinū pariūt ſalicis: ulmi: arūdinis ſucco: gūmi reſina. Iis primum alueum ipſum intus totum ut quodam tectorio illinunt: & aliis amarioribus ſuccis contra aliaꝝ beſtiolaꝝ auiditates. Id ſe facturas cōſciæ quod cōcupiſci poſſit. Iis deinde fores quoq; latiores circūſtruunt.

De uocabulis operis: Ca. vii.

PRima fundamēta operis metyn uocāt periti: ſecūda piſſocæron: tertia propolin. Inter coria cæraſq; magni ad medicamina uſus. Metys cruſta ē prima ſaporis amari. Piſſocæros ſuper eam uenit picātiū modo ceu dilutior cæræ initium populoꝝq; mitiore gūmi. Propolis craſſioris iam materiæ additis floribus nūdum tamē cæra: ſed fauoꝝ ſtabilimētum qua omēſ frigoriſ aut iniuriæ additus obſtruuntur: odore etiā nūc graui: ut qua pleriq; ꝓ galbano utantur. Præter hæc cōuehetur rhithace: quā alii ſandaracā: alii cærinthū uocāt. Hic erit apum dū operātur cibus: qui ſæpe inuenit̃ in fauoꝝ inanitatibus ſepoſitus: & ipſe amari ſaporis: ſed plenus humoriſ cibus. Gignitur aūt rore uerno: & arboꝝ ſucco gūmi mō: africi minor: auſtri flatu nigrior: aqlonibus melior & rubēs. Plurimū i græcis nucibus Menecrateſ florē ait eſſe futuræ meſſis īdiciū: ſed nemo præter eū.

Ex qbus floribus opa fiāt. Ca. viii.

CAeras ex omniū arboꝝ ſatoꝝq; floribus cōfingūt: excepta rumice & chenopode. Hærbaꝝ hæc genera. Falſo excipitur ſpartū. Quippe cū hiſpania multa in ſpartariis mella hærbā eā ſapiunt. Falſo & oleas excipi arbitror. Quippe oliuæ prouētu plurima examina gigni certū ē. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus qdem nō mō corporibuſ inſidunt. Opantur intra lx. paſſus. Et ſubinde cōſūptis in ꝓximo floribus ſpeculatores ad pabula ulteriora mittūt. Noctu deprehenſæ in expeditione excubant ſupinæ: ut alas a rore protegant.

De amatoribus earum. Ca. ix.

NE qs miretur amore eaꝝ captos Ariſtomachū ſolēſē duodeſexaginta ānis nihil aliud egiſſe Hyliſcū uero thaſiū in deſertis apes colētē Agriū cognoiatū: q̄ ābo ſcripſere de iis.

Ratio operis. Ca. x.

RAtio operis interdiu ſtatio ad portas more caſtroꝝ. Noctu qs in matutinū donec una excitet omēs gemino aut triplici bōbo: ut buccino aliquo. Tūc uniuerſæ ꝓuolāt: ſi dies mitis futurus eſt. Prædiuināt enim uētos hymbreſq;: & tūc ſe cōtinēt tectis. Itaq; tēperie cæli(hanc enim inter præſcita habent)cum agmē ad opera ꝓceſſit: aliæ flores aggerūt pedibus: aliæ aquā ore: guttaſq; lanugine totius corporis. Quaꝝ adoleſcētiores ad opera exeūt: & ſupradicta cōuehunt. Seniores intus operāt̃. Quæ flor̄s cōportāt prioribuſ pedibus femora onerāt: ꝓpter id natura ſcabra: pedes priore roſtro: totæq; onuſtæ remeāt ſarcina pādatæ. Excipiūt eas ternæ: quaternæ exonerāt. Sūt .n. ītuſ quoq; officia diuiſa. Aliæ ſtrūūt. Aliæ poliūt. Aliæ ſuggerūt. Aliæ cibū cōpant ex eo quod allatū eſt. Neq; enī ſepatim ueſcūtur: ne inæqualitas opiſ aut cibi fiat & temporis. Struunt rurſus ea orſa cōcameratione alui: textūq; uel uſq; ad ſūma tecta deducunt: limitibus binis circa ſingulos actus: ut aliis intrent: aliis exeāt. Faui ſupiore parte affixi: & paululū etiā lateribus ſimul hærent: & pēdent una. Alueum nō cōtingūt: nūc obliqui: nunc ro

tundi qualiter poſcit alueus: aliquãdo & duoꝝ generꝝ: cũ duo examina concordibus populis diſſimiles habuere ritus. Ruentes cæra fulciũt pilaꝝ inſtar interius a ſolo fornicatis: ut ſit aditus ad ſarciẽdum. Primi fere tres uerſus inanes ſtruũtur: ne ꝓmptũ ſit quod inuitet furãtem. Nouiſſimi maxime implent̃ melle: ideoq; auerſo alueo faui eximũtur. Gerulæ ſecũdos flatus captant. Si cooriatur ꝓcella: apprehẽſis peduſculo lapillis ſe librãt. Quidã in humeros eũ iponi tradũt. Iuxta uero terram uolant in aduerſo flatu uepribus hebetato. Mira obſeruatio opis. Ceſſãtium inertiam notant: caſtigant: mox & puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur oĩa e medio. nullæq; inter opera ſpurciciæ iacent. Quin & excremẽta opantium intus ne lõgius recedãt unũ cõgeſta in locũ turbidis diebus & opis ocio egerũt. Cũ aduesſpaſcit in alueo ſtrepũt minus ac minus: donec una circũuolet eodem quo excitauit bõbo: ceu quietẽ cape imperãs. Et hoc caſtroꝝ more. Tũc repente omẽs cõticeſcũt. Domos primũ plebeis exædificãt: deinde regibus.

### De fucis. Ca. xi.

SI ſperatur largior prouẽtus: adiiciũtur cõtubernia & fucis. Hæ cellaꝝ minimæ: ſed ipſi maiores apibus. Sunt ãt fuci ſine aculeo uelut impfectæ apes: nouiſſimeq; a feſſis & iã emeritis incohatæ: ſerotinus fœtus & quaſi ſeruitia ueraꝝ apum. Quãobrem imperãt iis: primoſq; ĩ opa expellũt: tardãtes ſine clæmẽtia puniũt. Neq; in opere tãtum: ſed in fœtu adiuuãt eas multum ad calorem cõferẽte turba. Certe quo maior eoꝝ fuerit multitudo: eo maior fiet examinum ꝓuentus. Cũ mella cœperint matureſcere: abigũt eos. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidãt. Nec id genus niſi uere cõſpicitur. Fucus ademptis alis ĩ alueũ reiectus ipe cæteris adimit. Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruunt amplas: magnificas: ſepatas: tuberculo eminentes. Quod ſi exprimatur non gignuntur ſobolſ. Sexangulæ omnes cellæ: a ſingulorum eæ pedum opere. Nihil horum ſtatuto tempore: ſed rapiunt diebus ſerenis munia. Et melle uno altero ue ad ſummum die cellas replent.

### Quæ natura mellis. Ca. xii.

UEnit hoc ex aere: & maxime ſydeꝝ exortu: præcipueq; in ipſo ſyrio explẽdẽte fit: nec oĩo prius uergiliaꝝ exortu ſub lucanis temporibus. Itaq; cum prima aurora folia arboꝝ melle roſcida inueniũtur. At ſi qui matutino ſub diuo fuere: unctas liquore ueſtes: capilluq; cõcretum ſentiunt. Siue ille ẽ cæli ſudor: ſiue quædã ſydeꝝ ſaliua: ſiue purgãtis ſe aeris ſuccus: ſiue aquæ eſt & puros ac liquidus & ſuæ naturæ: qualis defluit primo. Nũc uero e tanta cadens altitudine multũq; dum uenit ſordeſcens: & obuio terræ halitu infectus. Præterea a fronde ac pabulis potus: & in uterculos congeſtus apum. Ore enim uomunt. Ad hæc ſucco floꝝ corruptus & alueis maceratus: totieſq; mutatus. Magnã tamẽ cæleſtis naturæ uoluptatem affert.

### Quæ optima mella. Ca. xiii.

UBi optimus ſẽp: ubi optimoꝝ doliolis floꝝ cõditur. Atticæ regioniſ hic & ſiculæ hymeto & hybla ab locis: mox calline iſula. Eſt ãt initio mel ut aqua dilutũ: & primis dieb⁹ feruet ut muſta: ſeq; purgat: Viceſimo die craſſeſcit. Mox obducit̃ tenui mẽbrana: qua feruoris ipſius ſpuma cõcreſcit. Sorbetur optimũ & minime frõde infeſtum e quercus tiliæ arũdinũ foliis.

### Quæ genera mellis in ſingulis. Ca. xiiii.

SUmma quidem bonitatis natiõe cõſtat (ut ſupradiximus) pluribus modis. Aliubi enim faui cæra ſpectabiles gignũtur: ut in pelignis: ſicilia. Aliubi mellis copia: ut in creta: cypro africa. Aliubi magnitudine: ut in ſeptẽtrionalibus: uiſo iã in germania octo pedum longitudinis fauo: in caua pte nigro. In quocũq; tamẽ tractu terna ſunt mellis genera. Vernum ex floribus cõſtructo fauo: quod ideo uocatur anthinum. Hoc quidam attingi uetant: ut largo alimẽto ualida exeat ſoboles. Alii ex nullo minus apibus relinquunt: quoniaꝫ magna ſequat̃ ubertas magnoꝝ ſydeꝝ exortu. Præterea ſolſtitio cum thymis & una florere incipiunt præcipua cellaꝝ materia. Eſt ãt ĩ eximẽdis fauis neceſſaria diſpẽſatio: quoniã inopia cibi deſperãt: moriũtq; aut effugiũt. Cõtra copia ignauiã affert. Maciẽ melle nõ rhithace paſcunt. Qui ãt ſunt diligẽtiores ex hac uindemia duodecimã ptem apibus relinquunt. Dieſ ſtatutus incohãdi ut quadã lege naturæ: ſi ſcire aut obſeruare hoĩes uelint: triceſimus ab educto examine: fereq; maio mẽſe includit̃ hæc uindemia. Alteꝝ genus eſt mellis æſtiui: quod ideo uocat̃ horeum a tẽpeſtiuitate præcipua ipo ſyrio explẽdeſcente poſt ſolſtitium diebus. xxx. fere. Immẽſa circa hoc ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt: niſi fraus hoĩum cuncta pernicie corrumperet. Nãq; ab exortu ſyderis cuiuſcunq; ſed nobilium maxime aut cæleſtis arcus ſi nõ ſequantur hymbres: ſed ros tepeſcat ſolis radiis. Medicamẽta nõ mella gignuntur oculis ulceribus. interniſq; uiſceribus dona cæleſtia. Quod ſi ſeruetur hoc ſyrio exoriẽte caſuq; cõgruat in eundẽ diẽ: ut ſæpe Veneris aut Iouis Mercurii ue exortus nõ alia ſuauitatis: uſuſq; mortalium malis a morte uocãdis q̃ diuini nectaris fiat.

### Quomodo probentur mella. Ca. xv.

MEl plenilunio uberius capitur: ſerena die pĩguius. In oĩ melle quod p ſe fluxit ut muſtum oleumq;: appellaturq; tacitum: maxime laudabile eſt. Aeſtiuum oẽ rutilum: ut diebus con

n i

fectum ſiccioribus. Aptiſſimū in æſtimatione e thymo coloris aurei: ſaporis gratiſſimi: cū ſit palam doliolis pingue: marino e rore ſpiſſum. Quod cõcreſcit ãt hoc minime laudatur. Thymoſū nõ coit: & tactu prætenuia fila mittit. Quod primū grauitatis argemētum eſt: abrūpi ſtatum & reſilire guttas: uilitatis indicium habet. Sequēs ꝓbatio ut ſit odoratū & ex dulce reglutinoſum perlucidū. Aeſtiua mellatione decimā ꝑtem thaſio Dionyſio apibus relinqui placet: ſi pleni fuerint aluei. Si minus: pro rata portione: aut ſi inanes: omnino nõ attingi. Huic uindemiæ attici ſignum dedere initium caprificialem diem uulcano ſacrum.

## De tertio genere mellis: & quomodo apes probentur. Ca. xvi.

TErtium genus mellis minime ꝓbatū ſilueſtre: quod ericeum uocãt. Cõuebitur poſt primoſ autūni hymbres cū erica ſola floret ĩ ſiluis. Ob id harenoſo ſimile. Gignit id maxime arcturi exortu a pridie idus ſeptēbris. Quidam æſtiuā mellationem ad arcturi exortū ꝓferūt: quoniam ad æquinoctium autūni ab eo ſuperſūt dies xiiii. & ab æquinoctio ad uergiliaꝝ occaſū diebus xlviii. Plurimi ſyderitē: athenīēſes tetradicē appellant: euboea ſiſaꝝ: putãtqꝫ apibus eſſe gratiſſimam fortaſſiſ qa tunc nulla alia ſit copia. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ & uergiliaꝝ occaſu idibus nouēbris fere includitur. Relinqui ex ea duas ꝑtes apibus rõ perſuadet: & ſemp eas ꝑtes fauoꝝ quæ habeãt rhithacem. A bruma ad arcturi exortū diebus lx. ſõno alūtur ſine ullo cibo. Ad arcturi exortū ab æqnoctio uerno tepidiore tractu iam uigilant. Sed etiā tūc alueo ſe cõtinent: ſeruatoſqꝫ in id tempus cibos repetūt. In italia uero hoc idem a uergiliaꝝ exortu faciūt: & in eum dormiūt. Alueos qdam in eximēdo melle expendūt: ita dirimētes qꝫtū relinquāt. Aequitas etiā in eis obſtringitur: ferūtqꝫ ſocietate frauda alueos mori. In primis præcipit ut lauti puriqꝫ eximãt mella. Furem & mulieꝝ mēſes odere. Cū eximūt mella apes abigi fumo utiliſſimū: ne iraſcãtur: aut ipſæ auidæ uorent. Fumo crebriore etiā ignauia eaꝝ excitat ad opera. Nā ubi incubauere fauos liuidos faciūt. Rurſus nimio fumo inficiūtur: quaꝝ iniuriā celerrime ſētiūt mella: uel minimo cõtactu roris aceſcētia. Et ob id inter genera ſeruat quod acarnon uocãt. Album mel nõ fit quod bithymū eſt: ſed oculis & ulceribus aptiſſimū. Fœtus quo nā mõ ꝓgenerarēt: magna inter eruditos & ſubtilis quæſtio fuit. Apum enī coitus uiſus eſt nuūqꝫ. Plures exiſtimauere oportere cõfici floribuſ cõpoſitiſ apte atqꝫ utiliter. Aliq coitu unius: qui rex in quoqꝫ appellatur examine. Hūc eſſe ſolū marem: præcipua magnitudine: ne fatiſcat. Ideo fœtum ſine eo nõ edi: apeſqꝫ reliquas tanqꝫ marem fœminas comitari: nõ tāqꝫ ducem. Quā ꝓbabilē alias ſentētiam fucoꝝ euentus coarguit. Quæ enī rõ ut idem coitus alios perfectos impfectos generet alios: Proprior uero prior exiſtimatio fieret: ni rurſus alia difficultas occurreret. Quippe naſcūtur aliquādo in extremis fauis apes grādiores quæ cæteras fugant. Oeſtruſ uocatur hoc malū: quo nā mõ naſcens: ſi ipſæ ſe fingunt: Quod certū eſt gallinaꝝ mõ incubant. Id quod excluſū eſt primum uermiculus uidetur cādidus: iacens trāſuerſus: adhærenſqꝫ ita: ut paſcere uideat. Rex ſtatim mellei coloris ut electo flore ex omĩ copia factus: neqꝫ uermiculus: ſed ſtatim pēniger. Cætera turba cū formā capere cœpit nymphæ uocãtur ut fuci: ſirenes: atqꝫ cephenes. Si qs alterutris capita demat: priuſqꝫ pēnas habeãt: ꝓ gratiſſimo ſūt pabulo matribus. Tēpore ꝓcedente inſtillãt cibos: atqꝫ incubant tum maxime murmurātes caloris ut putãt faciendi gratia neceſſarii excludendis pullis: donec ruptis mēbranis quæ ſingulos cingūt: ouoꝝ mõ uniuerſū agmē emergat. Spectatum hoc romæ cõſularis cuiuſdā ſuburbano alueis cornu laternæ trāſlucido factis. Fœtus intra xlv. diē peragit. Fit in fauis qbuſdam qui uocat clerus amaræ duricia cæræ: cū fœtum inde nõ eduxere morbo aut ignauia: aut infœcūditate naturali. Hic eſt abortus apum. Protinus ãt educti operãtur quadā diſciplina cum matribus. Regemqꝫ iuuenē æqualis turba comitatur. Reges plures incohãtur nec deſunt. Poſtea ex iis ſoboles cum adulta eſſe cœpit concordi ſuffragio deterrimos necãt: ne diſtrahãt agmina. Duo ãt genera eoꝝ: melior niger uariuſqꝫ. Oībus forma ſemp egregia: & duplo qꝫ cæteris maior. Pēnæ breuiores: crura recta: ĩgreſſus celſior. In frõte macula quodā diademate cādicans. Multū etiā nitore a uulgo differunt.

## Quæ regiminis ratio. Ca. xvii.

QVærat nunc aliqs unus ne Hercules fuerit: & quod Liberi patris ſepulchrū: & reliqua uetuſtatis ſitu obruta: Ecce ĩ re parua uilliſqꝫ noſtris ãnexa: cuius aſſidua copia eſt nõ cõſtat inter auctores. Rex nullum ne ſolus habeat aculeū maieſtate tantū armatus: an dederit eum quidem natura: ſed uſum eſſe tantum negauerit. Illud cõſtat imperatorem aculeo nõ uti. Mira plebeii circa eum obedientia: cum ꝓcedit una eſt. Totum examē circa eum cõglobat: cingit: ꝓtegit: cerni nõ patit. Reliquo tēpore cū populus in labore eſt: ipſe opa intus circuit ſimilis exortanti: ſolus ĩmunis. Circa eum ſatellites qdam lictoreſqꝫ aſſidua cuſtodientes auctoritate. Procedit foras nõ niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ãte aliquot diebus murmure intuſ ſtrepente apparatus indicio diem tēpeſtiuum eligētium. Si quis alā ei detruncet: nõ fugiet examē. Cum ꝓceſſere ſe quæqꝫ ꝓximā illi cupit eſſe: & in officio cõſpici gaudet. Feſſum humeris ſubleuãt. Validius fatigatum ex toto portãt. Si qua laſſata deficit: aut forte aberrauit: odore ꝓſeqt.

Vbicūqꝫ ille conſedit: ibi cūctaꝝ caſtra ſunt. Tunc oſtenta faciūt priuata ac publica uua depēdēte in domibus templis ue ſæpe expiata magnis euētibus. Sedere in ore infantis Platoniſ: tūc etiam ſuauitatem illaꝫ prædulcis eloquii portēdentes. Sedere in caſtris ducis Druſi imꝑatoris cum ꝓſperrime pugnatum apud arbalonem eſt: haud quaqꝫ perpetua aruſpicū cōiectura: qui diꝝ id oſtentum exiſtimāt. Sēper duce prehēſo totum teneꝰ agmen. Amiſſo dilabitur: migrātqꝫ ad alios. Eſſe utiqꝫ ſine rege nō poſſunt. Inuitæ āt interimūt eos cum plures fuere: potius ꝗꝫ naſcentium domos dirimūt. Si ꝓuentus deſperatꝰ: tūc & fucos abigūt. Quāqꝫ de iis uideo dubitari: ꝓpriumqꝫ iis genus eſſe aliquos exiſtimare. Sicut furibus grādiſſimis inter illas: ſed nigris: lataqꝫ aluo. Ita appellatis quia furtim deuorent mella. Certum eſt ab apibus fucos interfici. Vtiqꝫ regem nō habent. Sed quomō ſine aculeo naſcātur in quæſtione eſt. Humido uere melior fœtuſ: ſicco mel copioſius. Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus: īpetū in ꝓximas faciūt rapinæ ꝓpoſito. At illæ cōtra dirigunt aciem: & ſi cuſtos adſit: alterutra pars quē ſuis fauere ſentit nō appetit eum. Et aliis quoqꝫ ſæpe dimicāt cauſis: eaſqꝫ acies cōtrarias duo imperatores inſtruūt. Maxima rixa & in cōuehēdis floribus exorta: & ſuos quibuſqꝫ euocantibus. Quæ dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota diſcutitur. Recōciliantꝰ uero lacte uel aqua mulſa.

¶ De genere apum: & quæ inimica apibus. Ca. xviii.

a APes ſūt & ruſticæ ſilueſtreſqꝫ: horridæ aſpectu: multo iracūdioreſ: ſed opere ac labore præſtātes. Vrbanaꝝ duo geñra. Optimæ breues: uariæqꝫ: & ī rotūditatē cōpactiles. Deteriores lōgæ: & qbus ſimilitudo ueſpaꝝ: etiānū deterrimæ ex iis piloſæ. In pōto ſūt quædā albæ: quæ bis ī mēſe mella faciūt. Circa thermodoōtē āt fluuiū duo genera. Aliaꝝ quæ ī arboribus mellificāt. Aliꝝ quæ ſub terra: triplici cæraꝝ ordine uberrimi ꝓuētus. Aculeū apibus natura dedit uētri cōſertū: ad unū ictū hoc īfixo. Quidā eas ſtatī emori putāt. Aliq nō niſi in tantū adacto: ut inteſtinum ſæpe aſſequatur. Sed fucos poſtea eſſe: nec mella facere uelut caſtratis uiribus. Paritérqꝫ & nocere & ꝓdeſſe: dein deſinere. Eſt in exēplis equos ab iis occiſos. Odere fœdos odores: procul fugiunt: ſed & infectos. Itaqꝫ unguenta redolētes infeſtant. Ipſæ plurimoꝝ aīalium iniuriis obnoxiæ. Impugnāt eas naturæ eiuſdē degeneres ueſpæ atqꝫ crabrones: & e culicum genere q uocātꝰ muliones. Populātur hirundines & quædā aliæ aues. Inſidiantꝰ aquatibus ranæ: quæ maxima eaꝝ eſt opatio: tum cum ſobolē faciunt. Nec eæ tantum quæ ſtagna riuoſqꝫ obſidēt: ueꝝ & rubetæ ueniunt ultro: arrepēteſqꝫ floribus optas ſufflāt: ab hoc ſpatio ꝓuolāt: cōfeſtimqꝫ abripiantꝰ. Nec ſentire ictus apum ranæ traduntꝰ. Inimicæ & oues: dificile ſe e lanis eaꝝ explicātibus. Cācroꝝ etiā odore ſi quis iuxta coquat exanimantur. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eoꝝ triſtitia torpens. Et cum āte fores in teporē ſolis ꝓmotis aliæ cibos miniſtrant. Cum defunctas ꝓgerunt. Funerātiumqꝫ more comitātur exequias. Rege hac peſte cōſumpto mœret plebs ignauo dolore. Nō cibos cōuehunt. Nō ꝓcedunt. Triſti tātum murmure glomerātur circa corpus eius. Subtrahitꝰ itaqꝫ deducta multitudine: alias ſpectantes exanimē luctum nō minuunt. Tunc quoqꝫ ni ſubueniatꝰ: fame moriuntꝰ. Hylaritate igitur & nitore ſanitaſ æſtimatur.

¶ De morbis apum. Ca. xix.

SVnt & opis morbi cum fauos nō explent: cleron uocāt. Iidē blapſigoniā ſi fœtum nō peragant. Inimica & echo eſt reſultanti ſono: qui pauidas alterno pulſat ictu: Imimica & nebula. Aranei quoqꝫ uel maxime hoſtiles cum præualuere ut intexāt: enecant alueos. Papilio etiā ignauus & inhonoratus luminibus accēſis aduolās peſtifer: nec uno mō. Nā & ipſe cæras depaſcitur: & relinquit excremēta quibus teredines gignuntꝰ. Filis etiā araneus quacunqꝫ inceſſerit alaꝝ maxime lanugines obtexit. Naſcuntꝰ & in ipſo ligno teredines quæ cæras præcipue appetunt. Infeſtat & auiditas paſtus nimia floꝝ ſatietate uerno maxime tēpore aluo cita. Oleo qdem nō apes tantum: ſed oīa inſecta exanimantꝰ: præcipue ſi capite uncto in ſole ponātur. Aliqñ & ipſæ cōtrahunt mortis ſibi cāſ: cōſenſere eximi mella auide uorantes. Cætero præparcæ: & quæ alioqn prodigas atqꝫ edaces nō ſecus ac pigras & ignauas perturbēt. Nocēt & ſua mella ipſis: illitæqꝫ ab aduerſa parte moriuntur: tot hoſtibus: tot caſibus: & quota portione eoꝝ cōmemorata: tā munificū aīal expoſituꝫ ē. Remedia dicemus ſuis locis. Nunc eni ſermo de natura ē.

¶ De continendis apibus: & quomodo reparentur. Ca. xx.

GAudēt plauſu atqꝫ tinnitu æris: eoque cōuocantur. Quo manifeſtum eſt auditus quoque ī eſſe ſenſum. Effecto opere educto fœtu functæ munere omī: exercitationem tamē ſolēnē habent. Spatiatæque in aperto: & in altum datæ gyriſ uolatu editis tum demum ad cibum redeunt. Vita eis lōgiſſima: ut proſpere inimica ac fortuita cedant: ſeptenis annis uniuerſa. Alueos nunqꝫ ultra x. annos duraſſe proditur. Sunt qui mortuas ſi intra tectum hyeme ſeruētur: deīde ſole uerno torreantur: ac ficulneo cinere toto die foueantur: putēt reuiuiſcerꝰ. In totū uero amiſſas repari uētribus bubulis recētibus cum fimo obrutis. Virgilius iuuēcoꝝ corpore exaīato: ſicut equoꝝ ueſpas atqꝫ crabrones: ſicut aſinoꝝ ſcarabeos mutante natura ex aliis quædam ī alia. Sed hoꝝ oīum coitus cernuntur. Et tamē in fœtu eadē prope natura quæ apibus.



Historiae naturalis - page 174 sur 530

## De ueſpis & crabronibus. Ca. xxi.

u UEſpæ in ſublimi e luto nidos faciũt & in iis cæras. Crabroneſ cauernis ac ſub terra. Et hoꝝ oĩum ſexangulæ cellæ: cætera aũt cortice. Araneis fœtus & ipſe inæqualis ut barbarus: alius euolat: alius in infantia eſt: alius in uermiculo. Et autũno nõ uerno oĩa ea. Plenilunio maxime creſcunt. Veſpæ quæ ichneumones uocãtur (ſunt aũt minores ꝗ aliæ) unũ genus ex araneis perimũt phalangiũ appellatum: & in nidos ſuos ferunt: deinde illinũt. Et ex iis incubãdo ſuũ genus procreãt. Præterea omẽs carne ueſcũtur cõtra ꝗ apes: quæ nullũ corpus attingũt. Sed ueſpæ muſcas grãdiores uenãtur: & amputato iis capite reliquũ corpus auferũt. Crabronũ ſilueſtres in arboꝝ cauernis degũt. Hyeme ut cætera inſecta cõduntur. Vita bimatũ nõ trãſit. Ictus eoꝝ haud temere ſine febri nõ eſt: Auctores ſunt ternouenis pũctis interfici hoĩem. Alioꝝ qui mitiores uidẽtur duo genera: Opifices minores corpore: qui moriũtur hyeme. Matres quæ biennio durãt ii & clemẽtes. Nidos uere faciũt fere quadrifores: in qbus opifices generẽt. Iis educatis alios deinde nidos maiores figũt: in quibus matres futuras ꝓducãt. Iam tunc opifices funguntur munere: & paſcũt eas. Latior matꝝ ſpecies: dubiumqꝫ an habeãt aculeos qa nõ egrediuntur. Et his ſunt ſui fuci. Quidã opinãtur omibus his ad hyemẽ decidere aculeos. Nec crabronũ aũt nec ueſpaꝝ generi reges aut examina. Sed ſubinde renouatur multitudo ſobole.

## De bõbicibus: & bõbyli: & necydalo: & qs primus bõbicinã ueſtẽ inuenerit. Ca. xxii.

q QVartum inter hæc genus eſt bõbicum in aſſyria proueniẽs magis ꝗ ſupradicta. Nidos luto fingunt ſalis ſpecie applicatos lapidi: tanta duritia: ut ſpiculis pforari uix poſſint. In iis & cæras largiuſ ꝗ apes faciunt: deinde maiorẽ uermiculũ. Et alia hoꝝ origo. Ea grãdiore uermiculo gemina ꝓtendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſũt. Fit deĩde quod uocatur bõbylis: ex ea necydalus. Ex hoc in ſex mẽſibus bõbices. Telas araneoꝝ mõ texũt ad ueſtem luxũqꝫ fœminaꝝ: quæ bõbicina appellatur. Prima eas retorqueri: rurſuſqꝫ texere inuenit in eo mulier Pamphile Platis filia nõ fraudãda gloria excogitatæ rationis: ut denudet fœminã ueſtis bõbicina.

## De bombice coa. Ca. xxiii.

e ET in co iſula naſci tradũtur cupreſſi: terebinthi: fraxini. Quercus florẽ hymbribus decuſſũ tereæ halitu animãte. Fieri aũt primo papiliones paruos nudoſqꝫ. Mox frigoꝝ impatiẽtia uillis inhorreſcere: & aduerſus hyemẽ tunicas ſibi inſtaurare denſas: pedũ aſperitate radẽte folioꝝ lanuginẽ in uellera. Hãc ab his quoqꝫ cogi ſubigiqꝫ unguiũ carminatione. Mox trahi ĩter ramos tenuari ceu pectine. Poſtea apprehẽſam corpori in uolui nido uolubili. Tũc ab hoĩe tolli: fictilibuſqꝫ uaſis tepore & furfuꝝ eſca nutriri. Atqꝫ ita ſubnaſci ſui generis plumas: quibus ueſtitos ad alia pẽſa dimitti. Quæ uero capta ſit lanificia humore lenteſcere: mox in fila tenuari iunceo fuſo. Nec puduit has ueſtes ẽt uiros leuitate uſurpare ꝓpter onera æſtiua ĩ tãtũ a lorica gerenda diſceſſere mores: ut oneri ſint ẽt ueſtes. Aſſyria tñ bõbice adhuc fœminis cedimus.

## De araneis: & generatione eoꝝ. Ca. xxiiii.

a ARaneoꝝ his nõ abſurde iungatur natura: digna uel præcipue admiratione. Plura aũt hoꝝ ſunt genera: nec dictu neceſſaria ĩ tanta notitia. Phalãgia ex iiſ appellãtur: quoꝝ noxii morſus: corpus exiguum: uarium: acuminatũ: ad ſaltũ ingredientiũ. Altera eoꝝ ſpecies nigri prioribus cruribus lõgiſſimis. Omibus internodia terna in cruribus lupoꝝ mõ. Minimi nõ texũt. Maiores in terra cauernaꝝ exigua ueſtibula præpãdũt Tertium eoꝝdẽ genus erudita opatione conſpicuũ. Orditur telas: tantiqꝫ operis materiæ uterus eius ſufficit: ſiue ita corrupta aluí natura ſtatuto tẽpore (ut Democrito placet) ſiue eſt intus quædã lanigera fertilitas: tam moderato ũgue: tam tereti filo: & tam æquali deducit ſtamina ipſo ſe põdere uſus. Texere a medio incipit circinato orbe ſubtegmina adnectẽs maculaſqꝫ paribus ſemper interuallis: ſed ſubĩde creſcẽtibus ex anguſto dilatans Indiſſolubili nodo implicat. Quãta arte celant pedicas ſcutulato rete ad captẽdaſ muſcas circa graſſantes: ꝗ nõ ad hoc uidetur pertinere crebra tapexitas telæ: & quadam politura artis: ipſa per ſe tenax rõ textrinæ: ꝗ laxus afflatus ad nõ reſpuẽda quæ ueniant: ſinus derelicto laxo prætẽti ſũma parte: ut arbitrari liceat illa quæ difficile cernũť: atqꝫ ut in plagis lineæ offenſæ præcipitãtur in ſinum. Specus ipſæ qua cõcameratæ architectura: & cõtra frigora ꝗto uilloſior: ꝗ remotus a medio aliudqꝫ agenti ſimilis: incluſus uero ſic ut ſit nec ne intus aliqs cerni nõ poſſit. Age firmitas ꝗta irrũpentibus uentis: qua pulueꝝ mole degrauante. Latitudo telæ ſæpe inter duas arbores cũ exercet artem & diſcit texere. Lõgitudo fili a culmine: ac rurſus a terra per illud ipſum uelut reciprocatio: ſubitqꝫ pariter ac fila deducit. Cũ uero captura incidit ꝗ uigilans & paratus ad curſum. Licet extrema hæreat plaga ſemp in mediũ currit: ex quo ſic maxĩe totum cõcutiẽdo implicet. Sciſſa protinus reficit ad politurã ſartiens. Nãqꝫ & lacertaꝝ catulos uenãtur. Hos primũ tela inuoluẽtes: & tũc demũ labra utraqꝫ morſu apprehẽdẽtes ãphitheatrali ſpectaculo cũ cõtigit. Sũt & ex eo auguria. Quippe ĩcremẽto amniũ futuro telas ſuas altiuſ tollũt. Iidẽ ſeřno nõ texũt nubilo texũt. Ideoqꝫ multæ araneæ hymbriũ ſigna ſũt. Fœminã putãt eſſe quæ texat: marẽ q uenatur. Ita paria fieri merita. Cõiugio aranei cõueniunt crunibus.

Pariunt uermiculos ouis ſimiles. Nā nec differri hoꝝ genitura pōt: quoniā inſectoꝝ uix ulla alia narratio ē. Pariūt āt oua ī telas expāſa: qa ſaliūt: atq; ita emittūt. Phalāgiuſ tātū ī ipſo ſpecu icubat magno numero. Qui ut emerſerit matrē cōſumit: ſæpe & patrē. Adiuuat. n. icubare. Pariūt āt tricenos. Cæteræ pauciores. Et icubāt triduo. Cōſumūt aranei quater ſeptenis diebus.

## De ſcorpionibus. Ca. xxv.

Similiter his & ſcorpiones terreſtres uermiculos ouoꝝ ſpecie pariūt: ſimiliterq; pereunt. Peſtis importuna ueneni ſerpētium: niſi ꝗ grauiore ſupplicio lēta per triduum morte conficiunt: Virginibus lœtali ſemp ictu: & fœminis fere in totum. Viris aūt in matutino exeuntes cauernis priuſq; aliquo fortuito ictu ieiunū egerant uenenum. Sēper cauda in ictu eſt: nulloq; momēto meditari ceſſat: ne quādo deſit occaſioni. Ferit obliquo ictu & īflexu. Venenū ab iis cādidum fundi Apollodorus auctor eſt in nouē genera deſcriptis per colores maxime ſuperuacuos: quoniā nō ē ſcire quos minime exitiales prædixerit. Geminos qbuſdā aculeos eſſe: mareſq; ſæuiſſimoſ. Nā coitum iis tribuit. Intelligi āt gracilitate & lōgitudine. Venenū omībus medio die cū incanduere ſoliſ ardoribuſ. Itēq; cū ſitiunt inexplebiles potu. Cōſtat & ſeptena caudæ internodia ſæuiora eſſe. Pluribus enī ſena ſunt. Hoc malū africæ uolucre etiā auſtri faciunt: pādentibus brachia ut remigia ſubleuātes. Apollodorus idem plane qbuſdā ineſſe pennas tradit. Sæpe pſylli q reliquaꝝ uenena terraꝝ inuehentes quæſtus ſui cā peregrinis malis impleuerē italiā. Hos quoq; importare conati ſunt. Sed uiuere intra ſiculi cæli regionē nō potuere. Viſūtur tamē aliquando in italia: ſed inocui: multiſq; aliis in locis: ut circa faꝝ in ægypto. In ſcythia interimūt etiā ſues: alioqn uiuaciores cōtra uenena talia. Nigras quidē celerius ſi in aquā ſe īmerſerint. Hoī icto putatur eſſe remedio ipſoꝝ cinis potus in uino: aut oleo merſus. Magnā aduerſitatē cū ſtellionibuſ putant eſſe: inocuos dūtaxat iis: qui & ipſi carent ſanguine lacertaꝝ figura. Atq; ſcorpiones ī totum nulli nocere: quibus nō ſit ſanguis. Quidā & ab ipſis fœtū deuorari arbitrātur. Vnū mō relinqui ſolertiſſimū: & qui ſe ipſius matris clunibus imponēdo tutus & a cauda & a morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquoꝝ ultorem: qui poſtremo genitores cōficiat ſupne. pariūtur āt undeni.

## De ſtellionibus. Ca. xxvi.

Chameleonū ſtelliones quodāmō naturam habēt: rore tantū uiuentes: præterq; araneis. Similis cicadis uita: quaꝝ duo genera. Minores quæ primæ ꝓueniunt: quæ ue ſūt mutæ: & nouiſſime pereūt. Sunt aūt multæ. Sequēs eſt uolatura. Quæ canunt uocārē achetæ: & quæ minores ex iis ſunt tettigometræ. Sed illæ magis canoræ. Mares cantant ī utroq; generē. Fœminæ ſilent. Gētes ueſcūtur iis ad orīētem: ēt parti opibus abūdantibus. Ante coitum mares præferūt: a coitu fœminas: ouis eaꝝ corruptis quæ ſūt candida. Coitus ſupinis. Aſperitas præacuta in dorſo: qua excauant fœturæ locum in terra. Fit primo uermiculus. Dein ex eo quæ uocatur tettigometra: cuius cortice rupto circa ſolſtitia euolēt: noctu ſemp. Primū nigræ atq; duræ. Vnum hoc ex iis quæ uiuunt & ſine ore eſt. Pro eo qdam aculeatum linguis ſimile. Et hoc ī pectore: quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum. Hoc canunt achetæ ut diximus. De cætero in uentre nihil eſt. Excitatæ cum ſubuolant humorē reddunt: quod ſolum argumētum eſt rore eaſdem alī. Iiſdem ſolis nullum ad excremēta corporis foramē. Oculis tā hebetes: ut ſi qs digytum cōtrahēs ac remittēs iiſ appropinquet: tranſeant uelut folia. Quidam duo alia gen̄ra faciunt eaꝝ. Surculariā quæ ſit grādior: frumētariā quā alii auenariā uocant. Appārt. n. ſimul cū frumētis areſcētibus.

## De cicadis. Ca. xxvii.

Cicadæ nō naſcuntur in raritate arboꝝ. Idcirco nō ſunt cyrenis circa oppidum: nec ī campis nec in frigidis aut umbroſis nemoribus. Eſt quædam & iis locoꝝ differentia. In mileſia regione paucis ſunt locis. Sed in cephalenia amnis quidam penuriam eaꝝ & copiam dirimit. At in regio agro ſilent omnes. Vltra flumen in locris canunt. Pennarum illis natura quæ apibus: ſed pro corpore amplior.

## De pennis inſectoꝝ: & ſcarabeis: & reliquis ſcarabeoꝝ generis. Ca. xxviii.

Inſectoꝝ quædam binas gerūt pēnas ut muſcæ: quædam quaternas ut apes. Mēbranis ut cicadæ uolant. Quaternas habēt quæ aculeis in aluo armanē. Nullū cui tælū in ore: pluribus ꝗ binis aduolat pēnis. Illis enī ultionis cā datum: & his auiditatis. Nullis eoꝝ pēnæ reuiuiſcunt auulſæ. Nullū cui aculeus in aluo bipēne eſt. Quibuſdā pēnaꝝ tutelæ cruſta ſuperuenit ut ſcarabeis. Quoꝝ tenuior fragiliorq; pēna: iis negatus aculeus. Sed in quodā genere eoꝝ grādi cornua prælōga biſulcis dētata forcipibus in cacumine (cū libuit) ad morſū coeūtibus. Infātū remediis etiam ex ceruice ſuſpēdunē. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rurſus eoꝝ genus qui e fimo ingentis pilas auerſi pedibus uolutant: paruoſq; in iis cōtra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Volitant alii magno cum murmure aut mugitu. Alii focos & prata crebriſ foraminibus excauant nocturno ſtridore uocales. Lucēt igniū mō noctu lateꝝ & clunium colore lampyrides: nūc pēnaꝝ hiatu refulgentes: nunc uero cōpreſſu obumbratæ nō ante matura pabula aut poſt defecta cōſpicuæ. Ecōtrario tenebraꝝ alūnæ blattæ uitam lucēq; fugiunt in bal/



Historiae naturalis - page 176 sur 530

neis maxime humido uapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutuli atq; prægrãdes ſcarabei tellurẽ aridam: fauoſq; paruæ & fiſtuloſæ mõ ſpõgiæ medicato melle fingunt. In thraciæ ꝑtibus iuxta olympũ locus eſt paruus: in quo unũ hoc animal exanimatur: ob hoc cãtharolethrus appellatus. Pẽnæ inſectis omĩbus ſine ſciſſura: nulli cauda niſi ſcorpioni. Hic eoꝝ ſolus & brachia habet: & in cauda ſpiculum. Reliquoꝝ quibuſdã aculeus ĩ ore ut aſilo: ſiue tabanum dici placet. Itẽ culicibus & quibuſdã muſcis. Omibus ãt his in ore & pro lingua ſunt hi aculei. quibuſdã hebetes: neq; ad pũctum: ſed ad ſuctũ: ut muſcaꝝ generi: in quo lingua euidens fiſtula eſt. Nec ſũt talibus dẽtes. Aliis cornicula ãte oculos prætẽdũtur ignauia ut papilionibus: Quædã ĩſecta carẽt pẽnis: ut ſcolopẽdræ. Inſectoꝝ pedes qbus ſũt ĩ obliquũ mouẽt. Quoꝝdã extremi lõgiores foris curuãt ut locuſtis.

De locuſtis. Ca. xxix.

Hae pariũt in terra dimiſſo ſpinæ caule oua cõdenſa autũni tempore. Ea durant hyeme ſub terra. Subſequẽti anno exitu ueris emittũt paruas nigrãtes & ſine cruribus: pẽniſq; reptãtes. Itaq; uernis aquis intereũt oua: ſicco uere maior ꝓuentus. Alii duplicẽ eaꝝ fœtũ: geminũq; exitum tradũt. Vergiliaꝝ exortu parere: deĩde ad canis ortũ obire: & alias renaſci. Quidam arcturi occaſu renaſci. Mori matres cũ peperint certũ eſt uermiculo ſtatim circa fauces innaſcente qui eas ſtrãgulat. Eodem tẽpore mares obeũt. Tã friuola rõe moriẽtes ſerpẽtẽ (cũ libuit) necãt ſingulæ faucibus eius apprehẽſis mordicus. Nõ naſcũtur niſi in planis & rimoſis locis. In india ternũ pedum longitudinis eſſe tradũtur: cruribus & femoribus ſerraꝝ uſũ præbẽtes cũ inaruerint. Eſt & alius eaꝝ obitus. Gregatim ſublatæ uento in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc caſuq; euenit nõ ut priſci exiſtimauere: madefactis nocturno humore alis. Iidẽ quippe noctibus nõ uolare eas ꝓpter frigora tradiderũt. Ignari etiã lõginqua maria ab iis tranſiri continuata plurium dieꝝ ꝑfectione. Quod maxime miremur famẽ quoq; quã ꝓpter externa pabula præterq; ſciunt imminere. Ac deaꝝ iræ peſtis ea intelligiẽ. Nãq; & grãdiores cernũtur & tanto uolant pẽnaꝝ ſtridore: ut aliæ alites credãtur: ſolẽq; obumbrent: ſollicite ſuſpectãtibus populis: ne ſuas operiãt terras. Sufficiũt quippe uires: & tanq; paꝝ ſit maria trãſire: imenſos permeant tractus: diraq; meſſibus cõtegunt nube: multa cõtactu adurentes. Omia uero morſu erodẽtes: & fores quoq; tectoꝝ. Italiã ex africa magna cohorte infeſtãt: ſæpe populo ad ſybillina coacto remedia cõfugere inopiæ metu. In cyrenaica ĩgiõe lex eſt ter anno debellãdi eaſ. Primo oua obterendo: deinde: fœtum: poſtremo adultas. Deſertoris pœna in eũ qui ceſſauerit. Et in lẽno ĩſula certa mẽſura præfinita eſt: quam ſinguli enecataꝝ ad magiſtratus referãt. Gracchulos quoq; ob id colunt aduerſo uolatu occurrẽtes eaꝝ exitio. Necari & in ſyria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus uagatur id malũ. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox eaꝝ ꝓficiſci ab occipitio uidetur. Eo loco in cõmiſſura ſcapulaꝝ habere quaſi dentes exiſtimãtur: eoſq; ĩter ſe terẽdo ſtridorem edere: circa duo æquinoctia maxime: ſicut cicadæ circa ſolſtitium. Coitus locuſtaꝝ q & inſectoꝝ oĩum quæ coeunt: marem portãte fœmina: in eum fœminaꝝ ultimo caudæ reflexo tardoq; digreſſu. Minores aũt in omi hoc genere fœminis mares.

De formicis noſtratibus. Ca. xxx.

PLurima inſectoꝝ uermiculum gignũt. Nã & formicæ ſimilem ouis. Vere & hæ ut apes cõmunicãtes laborem. Sed apes utiles faciunt ciboſ. Hæ cõdunt. At ſi qs cõpet onera corporibus eaꝝ: fateaẽ nullis portione uires eſſe maiores. Gerũt ea morſu. Maiora auerſæ poſtremis pedibus moliũẽ humeris obnixæ. Et iis reipu. rõ: memoria: cura. Semina arroſa cõdunt: ne rurſus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta hymbre ꝓferũt: atq; ſiccant. Operãtur & noctu plena luna. Eædem interlunio ceſſant. Iam in opere q labor: quæ ſedulitas: Et quoniam ex diuerſo cõuehunt altera alterius ignara: ut ſigna inuicem recognoſcãt: certi dies ad recognitionem mutuã nundinis dantur. Quæ tũc eaꝝ concurſatio: q̃ diligens: Cum obuiis quædam collocutio atq; percõtatio. Silices itineꝝ eaꝝ attritos uidemus: & in opere ſemitam factam: ne qs dubitet qualibet in re quid poſſit q̃tulacũq; ſedulitas. Sepeliuntur inter ſe uiuentium ſolæ. præter hominem. Non ſunt in ſicilia pennatæ.

De indicis. Ca. xxxi.

i INdicæ formicæ cornua erythris ĩ æde Herculis fixa miraculo fuere. Auꝝ ex cauernis egerunt terræ in regione ſeptẽtrionalium indoꝝ: qui dardæ uocanẽ. Ipſis color feliũ. Magnitudo ægypti lupoꝝ. Erutum hoc ab iis tempore hyberno indi furãtur æſtiuo feruore: conditis propter uaporem in cuniculis formicis: quæ tamẽ odore ſollicitatæ prouolãt crebroq; lacerãt. q̃uis præuelocibus camelis fugientes. Tãta pernicitas feritaſq; eſt cum amore auri.

De diuerſitate inſectoꝝ. Ca. xxxii.

m MVlta aũt inſecta & aliter naſcũtur. Atq; aſilus ĩ primis. Inſidet ex rore hic raphani ſilio primo uere: & ſpiſſatus ſole in magnitudinẽ milii cogiẽ. Inde oritur uermiculus paruus: & triduo eruca: mox urica: quæ adiectis diebus creſcit immobilis duro cortice ad tactum mouẽ araneι. Hæc eruca quam chryſalidem appellant: rupto deinde cortice uolat papilio.

### De animalibus in ligno & ex ligno naſcentibus. Ca.xxxiii.

SIc quædam ex hymbre generãtur in terra: quædã & in ligno. Nec eñi & coſſi tantũ in eo
ſed etiã tabani ex eo naſcũtur: & alia ubicũq; humor eſt nimius. Sic intra hoĩem tineæ tri/
cenum pedũ: aliquãdo & pluriũ lõgitudine: iam in carne exanimi uiuẽtiũ quoq; hoĩum capillo.
Qua fœditate & Sylla dictator & Alcman ex clariſſimis græciæ poetis obiere. Hoc quidem &
aues infeſtat. Phaſianas uero interimit: niſi pulueræ̃tes ſeſe. Pilos habẽtium aſinũ tãtum imunẽ
hoc malo credũt: & oues. Gignũtur ãt ex ueſtis genere: præcipue lanicio interẽptaꝝ a lupis oui
um. Aquas quoq; quaſdã quibus lauamur fertiliores eius generis inuenio apud auctores. Quip
pe cum & cæræ hoc gignãt: quod aĩalium minimũ exiſtimatur. Alia rurſus generãt̃ ſordibus ari
di ſoli: poſterioꝝ cruꝝ laſciuia petauri & auris. Alia puluere humido in cauernis uolucria.

### ¶ De animali cui cibi exitus non eſt. ¶ Ca.xxxiiii.

ESt animal eiuſdem temporis infixo ſemper ſãguini capite uiuẽs: atq; ita intumeſcẽs: unum
aĩalium cui cibi nõ ſit exitus: cum nimia dehiſcit ſatietate alimẽto ipſo moriens. Nunq; in
iumẽtis gignitur: in bubus frequẽs: in canibus aliquãdo: in qbus oĩa. In ouibus & ĩ capris hoc
ſolũ. Aeque ẽ mira ſãguinis & hirudinũ generi ĩ paluſtri aqua ſitis. Nãq; & hæ toto capite con
dũt̃. Eſt & uolucre canibus peculiarẽ ſuũ malũ: aureſ maxĩe lãcinãs quæ defẽdi morſu nõ queũt.

### ¶ De tineis & culicibus & diuerſitate eaꝝ. Ca.xxxv.

IDem puluis in lanis & ueſte tineas creat: præcipue ſi araneus una includat̃. Sitit eñi & oẽm
humorẽ abſorbẽs ariditatẽ ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Eſt eaꝝ genus tunicas ſuas
trahẽtium quo cocleæ mõ. Sed hoꝝ pedes cernũtur. Spoliatæ expirãt. Si accreuere faciũt chry
ſalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cãtharides uermiculi ficoꝝ & pyri: & peuces: & cy/
nachãtæ: & roſæ. Venenũ hoc remedia ſecũ habet. Alæ medẽt̃: qbus dẽptis lœtale ẽ. Rurſus
alia genera culicũ aceſcẽs natura gignit. Quippe cũ ĩ niue cãdidi repiãt̃: & uetuſtiorẽs uermiculi
in media qdẽ altitudine rutili. Nã & ipa nix uetuſtate rubeſcit. Hirti pilis: grãdiorẽs torpẽteſq;.

### ¶ De pyrali ſiue pyrauſta. Ca.xxxvi.

GIgnit aliqua & cõtrariũ natura elemẽtum. Siqdẽ in cypri ærariis fornacibus ex medio igni
maioris muſcæ magnitudinis uolat pẽnatum quadrupedes appellat̃ pyralis a qbuſdam py/
rauſta. Quãdiu eſt in igne uiuit. Cũ euaſit lõgiore paulo uolatu tũc morit̃. Hypanis fluuius in
ponto circa ſolſtitium defert acinoꝝ effigie tenues mẽbranas: quibus erũpit uolucris quadrupes
ſupradictæ mõ: nec ultra diem uiuit: unde hemerobiõ uocatur. Reliqs talium ab initio ad finẽ
ſeptenarii ſunt numeri. Culici et uermiculo terſepteni. Corpus pariẽtibus quater ſepteni. Muta
tiones & in alias figuras trãſitus trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex iis pẽnata autũno fere
moriunt̃. Tabani qdẽ etiã cæcitate. Muſcis humore exaĩatis ſi cinere cõdãtur redit uita.

### ¶ Hyſtoria naturæ animalium per ſingula membra. Ca.xxxvii.

ITaq; nunc p ſingulas partes corporis præter iam dictas mẽbratim tractetur hyſtoria. Ca/
put habẽt cuncta quæ ſanguinem. In capite paucis aĩalium niſi uolucribus apices: diuerſi q/
dem generis. Phœnici plumaꝝ ſerie medio eo exeunte alio. Pauonibus crinitis arbuſculiſ. Stym
phalidæ cirro. Phaſianæ corniculis: Præterea parco: atq; ab illo galerita appellata quõdam. Po
ſtea gallico uocabulo etiã legioni nomẽ dederat alauda. Diximus & cui plicatilem criſtã dediſſet
natura p medium caput a roſtro reſidẽtẽ. Et fulicaꝝ generi dedit cirros. Pico martio & gruibus
arieæ. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis corpore cõſerratum: nec carnẽ id eſſe: nec cartila/
ginem. nec callum iure dixerimus: ueꝝ peculiare. Draconum enim criſtas qui uiderit non repit̃:
Cornua multis quidem & aquatilium & marinoꝝ & ſerpẽtium uariis data ſunt mõis. Sed quæ iu
re cornua intelligantur quadrupedi tãtum generi. Acteonem enim & Cippum etiam in latina
hyſtoria fabuloſos reor. Nec alibi maior laſciuia naturæ luſit animalium armiſ. Sparſit hæc in ra
mis: ut ceruoꝝ. Aliis ſimplicia tribuit ut in eodẽ genere ſublonibus ex argumẽto dictis. Alioꝝ
finxit in palmas: digytoſq; emiſit ex iis: ũde platycerotas uocãt. Dedit ramoſa capreis: ſed pua:
nec fecit decidua. Cõuoluta in anfractum arietum generi: ceu ceſtus daret: Infeſta tauris. In hoc
quidẽ genere & fœminis tribuit. In multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adunca. Da
mis in aduerſum. Erecta ãt rugaꝝq; ãbitu contorta & in leue faſtigium exacuta ut lyras decerẽt
ſtrepſicerotí: quẽ addacem africa appellat. Mobilia eadẽ: ut aures: phrygiæ armentis. Troglo
dytaꝝ in terrã directa: qua de cã obliqua ceruice paſcunt̃. Aliis ſingula: & hæc medio capite aut
naribus ut diximus. Iãq; aliis ad incurſum robuſta: aliis ad ictum pluribus mõis: ſupina: conuer/
ſa: cõuexa: omnia in mucronem migrãtia. In quodam genere ꝓ manibus ad ſcabẽdum corpus.
Cochleis ad prætentandum iter. In corpore cornua hæc ſicut ceraſtis aliquando & ſingula. Co/
chleis ſemper bina: & ut prætendãt̃: ac reſiliant. Vroꝝ cornibus barbari ſeptẽtrionales potãt:
urnaſq; binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa his pila cuſpidant. Apud nos in lamina
ſecta tranſlucent: atq; etiã lumen incluſum latius fundunt: multaſq; alias ad delicias conferunt̃:
nunc tincta: nunc ſublita: nunc quæ ceroſtrata picturæ genere dicunt̃. Omnibus aũt caua: & in

mucrone demū cōcreta ſunt. Ceruis tantū ſolida: & omibus annis decidua. Boū attritis ungulis
cornua ungendo aruina medentur agricolæ. Adeo ſequax natura eſt: ut in ipſis uiuētiū corpori/
bus feruēti cæra flectātur: atq; inciſa naſcētium in diuerſas ptes torqueāt: ut ſingulis capitibus
quaterna fiant. Tenuiora fœminis pleræq; ſūt ut in pecore. Multis ouiū nulla: nec ceruaꝝ: nec q
bus multifidi pedes: nec ſolidipedum ulli: excepto aſino īdico: qui uno ai matus eſt cornu. Biſul
cis bina tribuit. Nulli qui ſuperne primores habēt dentes. Qui putāt eos ī cornua abſumi facile
coarguūt ceruaꝝ natura: quæ neq; dentes habēt: ut neq; nares: nec tamē cornua. Cæteroꝝ oſ
ſibus adhærent. Ceruoꝝ tātum cutibus enaſcūtur. Capita piſcibus portōne corpoꝝ maxima for
taſſis ut mergātur. Oſtreaꝝ generi nulla: nec ſpōgiis: nec aliis fere: quibus ſolus ex ſēſibus tac/
tus eſt. Quibuſdā indiſcretū caput eſt ut cancris. In capite cunctoꝝ aialium hoī plurimus pilus
iam qdem ꝓmiſcue maribus ac fœminis. Apud intōſas utiq; gētes atq; etiā noī a ex eo capilla/
tis alpium incolis galliæ comatæ: ut tamē ſit aliqua in hoc terraꝝ differētia. Quippe miconii ca
rentes eo gignūtur: ſicut in cauno lienoſi. Et quædā aialium naturaliter caluent: ſicut ſtrutioca/
meli & corui aquatici: quibus apud græcos nomē eſt inde. Defluuiū eoꝝ ī muliere raꝝ. In ſpado
nibus nō uiſum. Nec in ullo ante ueneris uſum. Nec infra cerebrum: aut īfra uerticē: aut circa tē
pora: atq; aures. Caluitiū uni tantū aialium hoī: præter ꝙ īnatum. Canicies hoī tantū & equis:
ſed hoī ſemper a priori parte capitis tū deinde ab auerſa. Vertices bini hoī tantū. Aliqbus capi/
tis oſſa plana: tenuia: ſine medullis: ſerratis pectinatim ſtructa cōpagibus. Perfracta nō queunt
ſolidari. Sed exempta modice nō ſunt lœtalia ī uicem eoꝝ ſuccedēte corporea cicatrice. Infirmiſ
ſima eſſe urſis: duriſſima pſitacis ſuo diximus loco. Cerebrū omnia habēt animalia: quæ ſangui/
nem. Aeque & in mari quæ mollia appellauimus: ꝙuis careant ſanguine: ut polypi. Sed homo
portione maximū & humidiſſimū: omniūq; uiſceꝝ frigidiſſimū: duabus ſupra ſubterq; mēbranis
uelatū: quaꝝ alterutrā rumpi mortiferꝝ eſt. Cætero uiri ꝙ fœminæ maius. Hominibus hoc ſiñ
ſāguine: ſine uenis: & reliquis ſine pingui. Aliud eſſe ꝙ medullā eruditi docēt: quoniā coquēdo
dureſcat. Omniū cerebro medio inſūt oſſicula pua. Vni hominū in infātia palpitat: nec roborat
ante primū ſermonis exordiū. Hoc eſt uiſceꝝ excelſiſſimū: ꝓximūq; cælo capitis: ſine carne: ſine
cruore: ſine ſordibus. Hic habet ſenſuum arcem. Huc uenaꝝ omnis a corde uis tendit. Hic deſi/
nit. Hic culmen altiſſimū. Hic mētis eſt regimē. Omniū autē animaliū in priora ꝓnū: qa & ſen/
ſus ante nos tendunt. Ab eo ꝓficiſcitur ſōnus. Hic capitis nutatio. Quæ cerebrū nō habēt nō
dormiūt. Ceruis in capite ineſſe uermiculi ſub linguæ inanitate & circa articulū qua caput iungit
humero numero. xx. ꝓdunt. Aures homini tantū immobiles. Ab iis Flaccoꝝ cognomina. Nec
in alia parte fœminis maius impēdiū margaritis depēdentibus. In oriēte qdē & uiris auꝝ geſtar
eo loci decus exiſtimatur. Animaliū aliis maiores: aliis minores. Ceruis tantum ſciſſæ: aut uelut
diuiſæ. Soricibus piloſæ. Sed aliquæ omnibus animal dūtaxat generātibus: excepto uitulo ma/
rino atq; delphino: & quæ cartilaginea appellauimuſ & uiperis. Hæ cauernas tātū habēt auriū
loco: præter cartilaginea & delphinū: quē tamē audire manifeſtū eſt. Nā & cātu mulcent: & ca
piuntur attoniti ſono: Quo nā mō audiant: miꝝ. Iidem nec olfatus ueſtigia habent: cū olfaciant
ſagaciſſime. Pēnatoꝝ animaliū buboni tantū et oto plumæ uelut aures. Cæteris cauernæ ad au
ditum. Simili mō ſquamigeris atq; ſerpentibus. In equis & omniū iumentoꝝ genere indicia ani/
mi præferunt. Feſſis marcidæ. Nutātes pauidis. Subrectæ furētibus. Reſolutæ ægris. Facies
homini tātum: cæteris os aut roſtra. Frōs & aliis. Sed homini tātum triſtitiæ: hylaritatis: clæ/
mentiæ: ſeueritatis index in aſſenſu eius. Supcilia homini & pariter & alterne mobilia & in iis pſ
animi. Negamus an annuimus: hæc maxime indicant. Faſtus ſuperbia alibi cōceptaculum: ſed
hic ſedē habet. In corde naſcit: hic ſubit: hic pendet. Nihil altiuſ ſimul abruptiuſq; inuenit in cor
pore ubi ſolitaria eſſet. Subiacent oculi pars corporis precioſiſſima: & qui lucis uſu uitam diſtin/
gnāt a morte. Nō omnibus animaliū hi. Oſtreis nulli. Quibuſdā conchaꝝ dubii. Pectines enim
ſi quis digytos aduerſū hiantes eos moueat: cōtrahūtur ut uidentes. Et olentes fugiunt admo/
ta ferramenta. Quadrupedū talpis uiſus nō eſt. Oculoꝝ effigies ineſt: ſi quis prætentā detrahat
mēbranam. Et inter aues ardeolaꝝ genera: quos leucos uocant altero oculo carere tradūt. Op/
timi augurii cū ad auſtrum uolant ſeptētrionem ue. Solui enim picula & metus narrāt. Nigidiuſ
nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. Cochleis oculoꝝ uicem cornicula bina prætentatu adimplent.
Nec lūbricis ulli ſunt: uermiū ue generi. Oculi homini tantū diuerſo colore: cæteriſ in ſuo cuiq;
generi ſimiles. Et equorū qbuſdā glauci: ſed in homine numeroſiſſimæ diuerſitatis atq; differen
tiæ: grādiores: modici: parui: prominentes: quos hebetiores putant: Cōditi quos clariſſime cer
nere: ſicut in colore caprinos. Præterea alii cōtuentur lōginqua. Alii niſi prope admota non cer
nūt. Multorū uiſus fulgore ſolis cōſtat nubilo die nō cernentiū: nec poſt occaſum. Alii interdiu
hebetiores: noctu præter cæteros cernūt. De geminis pupillis aut qbus noxii uiſus eſſent ſatis
diximus. Orcis in tenebris clariores ferūt. Tyberio Cæſari ipſi aliā ꝙ genitorū mortalium fu/
iſſe naturā: ut expgefactus noctu pauliſper haud alio mō ꝙ luce clara cōtueretur omnia: paula

tim tenebris ſeſe obducentibus. Diuo Auguſto equoꝝ mō glauci fuere: ſupraꝗ hoīem albicātis
magnitudinis. Quā ob cām diligentius ſpectari eos iracūde ferebat. Claudio Cæſari ab angulis
cādore carnoſo: ſāguineiſꝗ uenis ſubinde ſuffuſi. Caio pricipi rigentes. Neroni niſi cū cōniueret
ad ꝓpe admota hebetes. Viginti gladiatoꝝ paria in Caii pricipis ludo fuere: ī iis duo omio qui
cōtra cōminationē aliquā nō cōniuerent: & ob id inuicti. Tātæ hoc difficultatis eſt homini. Ple
riſꝗ uero naturale ut nutare nō ceſſēt: quos pauidiores accepimus. Oculos unicolores nulli cū
cādore omnibus mediuſculo differētes. Neꝗ ulla ex ꝑte maiora indicia animi cunctis aīalibus:
ſed maxime hoī: id eſt moderationis: clæmentiæ: miſericordiæ: odii: amoris: triſtitiæ lætitiæ.
Cōtuitu quoꝗ multiformes: truces: torui: flagrātes: graues: trāſuerſi: limi: ſūmiſſi: blādi. Pro/
fecto in oculis animus inhabitat. Ardēt: incendūtur: humectāt: cohibent. Hinc illæ miſericor/
diæ lachrymæ. Hos cū oſculamur animū ipſum uidemur attingere. Hinc fletus & rigātes ora ri
ui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcūdus & paratus? Aut ubi reliquo tēpore? Animo aūt
uidemus. Animo cernimus. Oculi ceu uaſa quædā uiſibilem eiuſ ꝑtem accipiūt: atꝗ trāſmittūt.
Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uiſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernūt ani/
mo caligāte. Quin & patētibus dormiūt lepores: multiꝗ hoīum quos corybātian græci dicūt.
Tenuibus multiſꝗ mēbranis eos natura cōpoſuit: calloſis cōtra frigora caloreſꝗ in extremo tu
nicis: quas ſubinde purificāt lachrymationū ſaliuis: lubricos ꝓpter icurſantia & mobiles. Media
coꝝ cornea feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiæ nō ſinūt uagari in certā aciem: & uelut canali di/
rigunt: obiterꝗ incidentia facile declināt. Aliis nigra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci coloris or
bibus circundatis: ut habili mixtura accipiat̃ circūiecto cādore lux: & tēpato repcuſſu nō obſtre
pat: adeoꝗ iis abſoluta uis ſpeculi: ut tam ꝑua illa pupilla totā imaginē reddat hoīſ. Ea cauſa ē:
ut pleræꝗ alitum e manibus hoīum oculos potiſſimum appetāt: ꝙ effigiem ſuā in iis cernentes
uelut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tātum quædā ad incremēta lunæ morbos ſen
tiunt. Sed homo ſolus emiſſo humore cæcitate liberat̃. Poſt uiceſimum annum multis reſtitu/
tus eſt uiſus. Quibuſdam ſtatim naſcētibus negatus nullo oculoꝝ uitio. Multis repēte ablatus
ſimili mō nulla præcedēte iniuria. Venā ab iis pertingere ad cerebrū peritiſſimi auctores tradūt.
Ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redūdatione eius eruitur oculus: moriētibus il/
los operire: rurſuſꝗ in rogo patefacere qritium magno ritu ſacꝝ eſt. Ita mor̃ cōdito ut neꝗ ab
hoīe ſupremum eos ſpectari fas eſt: & cælo nō oſtendi nefas. Vni aīalium hoī deprauat̃. Vnde
cognomina Strabonū & Petoꝝ. Ab iiſdem q̄ altero lumine orbi naſcerentur coclites uocātur.
Quis ꝑui utrinꝗ ocelli lucini iniuriæ cognomē habuere. Nocturnoꝝ aīalium ueluti feliū in te
addatur ſeſaminum oleum. Durat & quadriẽnio. Excitatur cinnamomo. Telinũ fit ex oleo recẽ
ti: cypro: calamo: melliloto: fœnogræco: melle: mello: oraro: amaraco. Hoc erat celeberrimũ
Menãdri poetæ comici ætate. Poſtea multo ſucceſſit ꝓpter gloriã appellatum megaliũ ex oleo
balanino: balſamo: calamo: iunco: xylobalſamo: caſia: reſina. Huius ꝓprietas ut uẽtiletur in co/
quẽdo donec deſinat olere. Rurſus refrigeratum odorem ſuum capit. Singuli quoqꝫ ſucci nobi/
lia unguẽta faciunt. In primis molobathrũ: poſtea iris illyrica: & cyzicena amaracus. Hærbarii
in utraqꝫ pauca iis & alia aliis miſcent. Qui plurima alterutri mel: ſalis florem: omphacium ãgni
foliam: panacẽ. Externa omĩa. Et ꝓdigioſa cinnamomo precia. Adiicitur cinnamomo balaninũ
oleum: xylobalſamũ: calamus: iũcus: balſami ſemina: myrrha: mel odoratũ. Vnguẽtoꝝ hoc craſ
ſiſſimũ. Precia ei a denariis xxxv. ad cccx. Nardinũ ſiue foliatũ cõſtat omphatio: balanino: iun/
co: coſto: nardo: amomo: myrrha: balſamo. In hoc genere conueniet meminiſſe hærbaꝝ: quæ
nardum indicũ imitẽtur ſpecies nouẽ a nobis eſſe dictas: tãta materia adulterãdi eſt. Oĩa ãt acu
tiora fiũt coſto: amomo quæ maxĩe nareſ feriũt: Craſſiora myrrha ſuauioraqꝫ. Medicinæ ãt ulte
riora croco: Acerrima p ſe amomo. Hoc & capitiſ doloreſ facit. Quidã ſatis habẽt aſpgere quæ
ſũt p̃cioſiſſima: cæteris decoctis: ĩpẽdio parcẽtes: ſed nõ eadẽ eſt uis: niſi una decoctis. Myrrha
& p ſe ũguẽtũ facit ſiñ oleo: ſtacte dũtaxat: alioqn nimiã amaritudinẽ affert. Cyprino uiride fit:
ſuſino unguinoſum: mẽdeſio nigrũ: rhodino cãdidũ: myrrha pallidũ. Hæc ſũt antiquæ inuẽtio/
nis gñra: & poſtea officinaꝝ furta. Nũc dicet̃ cumulus iſte delitiaꝝ & ſũma auctoritas rei.

Quod unguentum regale uocetur: & quæ diapaſmata: & qualiter ſeruentur. Ca. ii.

ERgo regale unguẽtum appellatũ: quod parthoꝝ regibus ita tẽperatur. Cõſtat myrobala/
no: coſto: amomo: cinnamomo: comaco: cardamomo: nardi ſpica: maro: myrrha: caſia: ſty
race: ladano: opobalſamo: calamo: iuncoqꝫ ſyrio: oenãthe: malobathro: ſericato: cypro: aſpala/
thro: panace: croco cyprio: amaraco: collato melle: uino Nihilqꝫ eiuſ rei cã ĩ italia uictrice oĩm.
In europa uero tota præter irin illyricã & nardũ gallicũ gignitur. Nã uinum & roſa & myrti fo/
lia oleũqꝫ cõmunia fere oĩum terraꝝ intelligũtur. Siccis odoribus cõſtãt quæ diapaſmata uocan
tur. Nã feces unguẽti magmata appellãt. Inter oẽs potẽtiſſimus odor qſqs nouiſſime additur.
Vnguẽta optime ſeruãt̃ ĩ alabaſtris. Odor̃s ĩ oleo. Quod diuturnitati eoꝝ tãto utilius ẽ: q̃to
piguius: ut ex amygdalis. Et ipſa ũguẽta uetuſtate meliora. Sol inimicus iis. Quã ob rẽ ĩ ũbra
coquũt̃ plũbeis uaſis. Expimẽtũ eoꝝ inuerſa manu capit̃: ne carnoſæ ptis calore uitietur.

Quanta in unguentis luxuria: & quando primum romanis in uſu. Ca. iii.

HAec eſt materia luxus e cũctis maxime ſuperuacui. Margaritæ enĩ gẽmæqꝫ ad hæredẽ ta
men trãſeunt. Veſtes ꝓlõgant tempus. Vnguẽta illico expirãt: ac ſuis moriũtur horis. Sũ
ma cõmẽdatio eoꝝ: ut trãſeuntẽ fœminã odor inuitet etiã aliud agentẽ. Excedũtqꝫ quadrage
nos denarios libræ. Tãtum emitur uoluptas aliena. Etenim odorem q gerit ipſe nõ ſentit. Sed
& hæc aliqua differẽtia ſignãda ſunt. In M. Ciceronis monumẽtis inuenitur unguenta gratiora
eſſe quæ terram: q̃ quæ crocum ſapiant: quãdo etiã corruptiſſimo in genere. Magis tamen iu/
uat quædã ipſius uitii ſeueritas. Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat: id ipſum approbãteſ.
Liniqꝫ iam nõ ſolum: ſed & perfũdi unguẽtis gaudẽt. Vidimus etiã ueſtigia pedum tingi. Quod
M. Othonem mõſtraſſe Neroni principi ferebãt. Quæſo ut qualiter ſentiretur iuuari ab ea pte

corporis: Nec nō aliquem ex priuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes balneaꝝ unguēto: Atq;
Caium principē ſolitum lauari. Ac ne pricipale uideatur hoc bonum & poſtea quendā ex ſeruis
Neronis. Maxime tamē miꝝ eſt hāc gratiā penetraſſe & in caſtra. Aqlæ certe ac ſigna pulueru
lenta illa & cuſtodiis horrida iungunť feſtis diebus. Vtināq; dicere poſſemus qs primus īſtitu
iſſet iſta. Nimiꝝ hac mercede orbē terraꝝ corruptæ deuicere aqlæ. Iſta patrocinia quæ quæri/
mus uitiis: ut ꝑ hoc ius ſūmāť ſub caſſide unguēta. Q ño id primū ad romanos penetrauerit: nō
facile dixerim. Certum eſt Antiocho rege aliaq; deuictis urbis anno quingenteſimo ſexageſimo
quinto P. Licinium Craſſum Iulium Cæſarem cenſores edixiſſe: ne quis uenderet unguenta exo
tica: ſic enī appellauere. At hercule iā qdā etiam in potu addūt: tantiq; amaritudo eſt: ut odore
ꝓdigio fruātur ex utraq; parte corporis. L. Plotiū L. Plotii bis cōſulis cēſoris ue fratrē ꝓſcrip
tum a triumuiris in ſalernitana latebra unguēti odore ꝓditum cōſtat. Q uo dedecore tota abſo/
luta ꝓſcriptio eſt Q uis enim non merito iudicet periſſe tales: Ceteꝝ terraꝝ omnium ægyptus
accomodatiſſima unguentis. Ab ea campania eſt proxima copia roſæ.

¶ De palmis: & natura earum: & generibus. Ca. iiii.

i I Vdæa inclita eſt uel magis palmis: quaꝝ natura nunc dicetur. Sunt qdē in europa uulgoq;
italia: ſed ſteriles. Ferunt in maritimis hiſpaniæ fructum: ueꝝ īmitem: dulcē in africa: ſed
ſtatim euaneſcētem. Cōtra in oriente ex iis uina. Gētiūq; aliqbus panis. Plurimis uero etiā qua
drupedū cibus. Quā ob rē iure dicētur externæ. Nulla eſt in italia ſpōte genita: nec in alia pte
terraꝝ: niſi in calida. Frugifera uero nuſq; niſi in feruida. Gignitur leui ſabuloſaq; terra: maiore
in parte & nitroſa. Gaudet & riguis: totoq; āno bibere cū amet: āno ſitienti. A fimo quidā etiā
lædi putāt. Et aſſyrioꝝ pars aliqua ſi nō riuis miſceať. Genera eaꝝ plurima. Et prima fruticē nō
excedentia. Sterilem hāc. Alibi & ipſā fertilē: breuēq; ramis obire umbra folioꝝ. Tectorii ui/
cem hæc parietibus pleriſq; in locis præſtat cōtra aſpergines. Sūt e ꝓcerioribus ſiluæ arboꝝ ex
ipſa folioꝝ aculeo fruticāte circa totas pectinatim: quas ſilueſtres intelligi neceſſe eſt. Incerta ta/
men libidine etiā mitioribus ſe miſcēt. Reliquæ teretes atq; ꝓceres denſis gradatiſq; corticum
pollicibus: ut orbibus faciles ſe ad ſcādendū orientis populis præbent. Vtilē ſibi arboriſq; indu
uiis circulū mira pnicitate tum homine ſubeūte. Coma omis in cacumine: & pomū eſt: nō īter fo
lia ut in cæteris: ſed ſuos inter ramos palmitibus racemoſū. Vtraq; natura uuæ atq; pomi. Folia
cultrato mucrone lateribus in ſeſe bifidatis bellas primū demōſtrauere gēmas. Nūc ad funes uti
liumq; nexus & capitum leuia umbracula fundūtur. Arboribus īmo potius oibus quæ terra gi/
gnit: hærbiſq; etiā utriq; ſexum eſſe diligētiſſimi naturæ tradūt. Quod in plenū ſatis ſit dixiſſe
hoc in loco. Nullis tamē arboribus manifeſtius. Mas in palmite floret. Fœmina citra florē ger
minat tātū ſpinæ mō. Vtriſq; āt prima naſcitur pomi caro: poſtea lignū intus: hoc eſt ſemē eius
Argumētum q; paruæ ſine hoc repiuntur in eodē palmite. Eſt āt oblōgū nō ut oliuis orbicula/
tum. Præterea cæſū a dorſo puluinato: & ī aluo media fiſſura pleriſq; umbilicatum: unde primū
ſpargitur radix. Seritur aūt ꝓnum & bina iuxta cōpoſita ſemina: ſuperq; totidē: quoniā infirma
ſingulis planta eſt. Q uaternæ coaleſcūt. Multis cādidiſq; lignū hoc a carnibus diſcindiť tunicis
aliis corpori adhærentibus: laxeq; diſtans: tantum a cacuminibus filo adhæreť. Caro matureſcit
āno. Quibuſdā tamē in locis ut cypro: quāq; ad maturitatē nō perueniat: grato ſapoꝝ dulcis ē:
& folium ibi latius: fructuſq; reliquis rotundior. Nec ut deuoretur corpus: ueꝝ ut expuať ſucco
mō expreſſo. Et in arabia languidæ dulces tradūtur eſſe palmæ. Q uāq; Iuba apud ſcenitas ara
bas præfert omibus ſaporibus: quā uocāt dabulan. Cætero nō ſine maribus gignere fœminas
ſpōte edito nemore cōfirmāt. Circaq; ſingulos plures nutare in eū ꝓnas blādioribus comis. Il/
lum erectis hiſpidum afflatu uiſuq; ipſo & puluere etiā reliquas maritare. Huius arbore exciſa ui
duas poſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt Veneris intellectus uti coitus etiā excogitatus ſit ab
homine: ex maribus flore ac lanugine: interim uero tantū puluere inſpſo fœminis. Serūtur aūt
palmæ & trūco duoꝝ cubitoꝝ lōgitudīe a cerebro ipſo arboris uiridi fiſſuris diuiſo atq; defoſſo.
Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus: & ramoꝝ tenerrimis. In aſſyria ipſa quoq; arbor ſtrata in ſo
lo humido tota radicatur: ſed in frutices nō in arborem. Ergo plātaria inſtituūt: āniculaſq; trāſ/
ferūt: & iteꝝ bimas. Gaudēt enī mutatione ſedis: uerna alibi: in aſſyria aūt circa canis ortū. Nec
ferro attingūt ibi nouellas: ſed religāt comas: ut in altitudinē exeāt. Robuſtas deputāt: craſſitu
dinis gratia ſemipedales ramoꝝ relinquētes trūcos. Qui deciſi alibi necāt matrem. Diximus fal
ſum ab iis ſolum diligi. Ergo ubi nō eſt tale: ſalem aſpgūt: nō radicibus: ſed lōgius paulo. Quæ/
dam in ſyria & ægypto in binos diuidūt ſe trūcos: in creta & ternos: quædā & ī qnos. Ferūt ſta/
tim in trimatu. In cypro uero ſyria ægypto quadrimæ aliæ: aliæq; quinqueties: aliæ altitudine
hoīs nullo intus pomi ligno q̄diu ſūt nouellæ: ob id ſpadonū accepto noīe. Genera eaꝝ multa.
Sterilibus ad materias operaq; lautiora utitur aſſyria: & tota pſis. Sūt & cæduæ palmaꝝ quoq;
ſiluæ: germinātes rurſus ab radice ſucciſæ. Dulcis medulla eaꝝ in cacumine quod cerebrum ap/
pellant: exemptaq; uiuunt: quod non aliæ. Vocantur aūt chamerepes: folio latiore ac molli: ad

uitilia utiliſſimo. Copioſæ in creta. Sed magis in ſicilia. E palmis prunæ uiuaces: ignisq; lentus.
Frutiferaꝝ aliis breuius lignũ in pomo: aliis lõgius. His mollius: illis durius. Quibuſdã oſſeum
limatumq; dente cõtra faſcinãtes religione politũ. Aliud pluribus ueſtitũ paucioribus ue tuni/
cis. Aliud craſſioribus tenuioribuſ ue. Ita fiunt undeq̃nquaginta genera: ſi qs oĩum pſequi uelit
noĩa etiã barbara: uinoꝝq; ex iis differentias. Clariſſimæ oĩum quas regias appellauere ab hono
ribus: quoniã regibus tantũ perſidis ſeruarentur babylone natæ uno in horto bagoo. Ita enĩ uo
cant ſpadones qui apud eos etiã regnauere. Hortus ille nunq; niſi dominãtis in aula fuit. At in
meridiano orbe præcipuã obtinẽt nobilitatem ſyagri: Proximãq; margarides. Eæ breues cãdi
dæ: rotũdæ: acinis ꝙ balanis ſimiliores. Quare & nomẽ a margaritis accepere. Vna eaꝝ arbor
in chora eſſe traditur: una & ſyagroꝝ. Miꝝq; de ea accepimus cũ phœnice aue: quæ putaĩ ex hu
ius palmæ argumẽto nomẽ accepiſſe: iteꝝ mori: ac renaſci ex ſeipſa. Quod erat prius: pomis re
fertam. Ipſum pomũ grãde: duꝝ: horridũ: & a cæteris generibus diſtãs: ſapore ferino: quẽ fer/
me in apris nouimus: euidẽtiſſimeq; cã eſt noĩs. Quarta auctoritas ſcãdalidũ a ſimilitudine ap/
pellataꝝ. Iam in æthiopiæ fine q̃nq; eaꝝ nec plurimas arbores tradũt: nõ raritate magis ꝙ ſua/
uitate mirabiles. Ab iis caryotæ maxime celebrãĩ & cibo qdẽ: ſed & ſucco uberrimæ. Ex qbus
præcipua uina oriẽti iniqua capiti: unĩ pomo nomẽ. Sed ut copia ibi atq; fertilitaſ: ita nobilitas in
iudæã: nec ĩ tota: ſed hierecũte maxĩe. Quãq; laudatæ & rachelaidæ & ĩ phaſelidæ: atq; libya
dæ gẽtis eiuſdẽ cõuallibus. Doſ his præcipua. Succo pigui lactẽtibus: quodãq; uini ſaporĩ ĩ mel
le prædulci. Sicciores in hoc genere Nicolai: ſed ãplitudinis præcipuæ quaterni cubitoꝝ lõgitu
dinẽ efficiunt. Minus ſpatioſæ: ſed ſapore caryotaꝝ ſorores: & ob hoc adelphidel dictæ: ꝓximã
ſuauitatem habẽt: nõ tamẽ eandem. Tertium ex iis genus patet: & nimio liquore abũdat. Rum
pitq; ſe pomi ipſius etiã in ſuã matrem ebrietas calcatis ſimile. Suũ genus ſed e ſicciore turba ia/
cens dactylis prælõga gracilitate curuatis in terram. Nã quos ex iis deoꝝ honori dicamus: idæ
os appellauit iudæa gens cõtumelia numinum inſignis. In totũ arentes thebaides atq; arabicæ:
macro corpore exiles: & aſſiduo uapore torrentes. Cruſtã uerius ꝙ cutem obducũt. In ipſa qui
dem æthiopia friatur hæc: tãta eſt ſiccitas: & farinæ mõ ſpiſſatur in panẽ. Gignitur ãt in frutice
ramis cubitalibus: folio latiore: pomo rotũdo: ſed maiore ꝙ mali ãplitudine. Cæcas uocãt. Tri
ennio matureſcũt. Semperq; frutici pomũ eſt ſubnaſcẽte alio. Thebaidis fructus extẽplo in ca/
dos cõditur: cũ ſui ardoris animã: ni ita fiat: celeriter expiret: marceſcitq; non retoſtus furnis.
Ex reliquo genere plebeæ uidentur. Syri hoc & Iuba tragemata uocãt. Nã in alia parte phœni
cis ciliciæq; populari etiã noĩe a nobis appellãtur balani. Eoꝝ quoq; plura genera. Differunt fi/
gura rotũditatis aut ꝓceritatis. Differũt & colore: nigriores ac rubẽtes. Nec pauciores fico tra
duntur colores. Maxime tamẽ placẽt candidi. Diſtant & magnitudine ꝓut multi cubitũ effecerĩ.
Quidam ſũt nõ ampliores faba. Seruãtur ii demum: qui naſcũtur in ſallis atq; ſabuloſis ut in iu/
dæa: & cyrenaica africa. Nõ item in ægypto: cypro: ſyria: ſeleucia: aſſyria. Quã ob rẽ ſues & re
liqua aĩalia ex iis ſaginantur. Vitiati aut uetuſti eius pomi ſignũ eſt: decidiſſe cãdidam uerrucã:
quæ racemo adhæſerit. Alexãdri milites palmis uiridibus ſtrangulati ſũt. In gedroſis id factũ ẽ
pomi gñre. Alibi copia euenit. Eſt enĩ tãta muſteis ſuauitas: ut finis mãdẽdi nõ niſi piculo fiat.

¶ De ſyriæ arboribus. Ca. v.

SYria præter hanc peculiares habet arbores. In nucũ genere piſtacia nota. Prodeſſe aduer/
ſus ſerpentiũ tradũtur morſus & potu & cibo. In ficoꝝ aũt caricas & minores eius generis:
quæ cottana uocant. Item pruna in damaſco mõte nata & myxa: utranq; iam familiarem italiæ.
Ex myxis in ægypto & uina fiunt. Iunipi ſimilitudinẽ habent phœnices & cædrũ minorẽ. Duo
eius genera: lyria & phœnicia. Differũt folio. Nã quæ duꝝ: acutum: ſpinoſũ habet oxycædros
uocatur: ramoſa & nodis infeſta. Altera odore præſtat. Fructũ ferunt myrti magnitudine: dul/
cem ſapore. Et maioris cædri duo genera. Quæ floret fructũ nõ fert. Frutifera nõ floret. Et in
ea antecedẽtem fructũ occupat nouus. Semen eius cupreſſo ſimile. Quidam cædralatẽ uocant.
Ex hac reſina laudatiſſima. Materiæ uero ipſi æternitas. Itaq; & ſimulacra deoꝝ ex ea factitaue/
runt. Cædrinus eſt romæ in delubro Apollo Soſianus e ſeleucia aduectus. Cædro ſimilis ĩ arca
dia eſt arbor: quæ in phrygia frutex uocatur.

¶ De terebintho. Ca. vi.

SYria & terebinthũ habet. Ex iis maſcula eſt ſine fructu. Fœminaꝝ duo genera. Alteri fruc
tus rubet lentis magnitudine: alteri pallidus. Cũ uite matureſcit: nõ grãdior faba: odore iu
cũdior: tactu reſinoſus circa idam troadis. Sed in macedonia breuis arbor hæc atq; fruticoſa. In
damaſco ſyriæ magna. Materies ei admodũ lenta: ac fidelis ad uetuſtatẽ: eximii ac nigri ſplẽdo/
ris: flos racemoſus oliuæ mõ: ſed rubẽs: folia dẽſa. Fert & folliculos emittẽtes quædam aĩalia
ceu culices: lentoremq; reſinoſum: qui & cortice erũpit. Etiã rhus ſyriæ maſcula fert: ſterili fœ/
mina: folio ulmi paulo lõgiore: & piloſo: folioꝝ inter ſe ſemp cõtrariis pediculis: gracili breuiq;
ramo: pelles cãdidæ cõficiũĩ. Iis ſemẽ lẽti ſimile cũ uua rubeſcit: quod uocaĩ rhus medicamẽtis

neceſſarium.

De ficu ægyptia & cypria. Ca.vii.

ET in ægypto multa arboꝝ genera: quæ nō alibi. Ante oīa ficus ob id ægyptia cognoīata. Arbor moro ſimilis: folio: magnitudine: aſpectu. Pomū fert nō ramis: ſed caudice ipſo. Idqꝫ ipſū ficus eſt prædulcis: ſine granis interioribus: perqꝫ fœcundo prouētu: ſcalpendo tantū ferreis unguibus: aliter nō matureſcit. Sed cū factū eſt quarto die demetitur: alio ſubnaſcēte: ſepteno ita numeroſa ptu: per ſingulas æſtates multo lacte abūdāte. Subnaſcit etiā ſi nō ſcalpatur fœtus quater æſtate: prioremqꝫ expellit īmaturꝝ. Materies ꝓprii generis īter utiliſſimas. Cæſa ſtatim ſtagnis mergitur. Hoc eſt eius ſiccari. Et primo ſidet: poſtea fluitare īcipit: certoqꝫ eam fugit alienus humor: qui aliū oēm rigat. Cū īnatare cœperit tēpeſtiue habet ſignū. Huic ſimilis quadātenus quæ uocatur cypria ficus in creta. Nā & illa in caudice ipſo fert pomum & ramis: cū in craſſitudinē adoleuere. Sed hæc germina emittit ſine ullis foliis radici ſimilia. Caudex arboris populo ſimilis: foliū ulmo. Fructus quaternos fūdit: totiēs & germinat. Sed groſſus ei⁹ nō matureſcit: niſi inciſura emiſſo lacte. Suauitas & interior fici. Magnitudo ſorbi ſimilis.

¶ De ceraunia ſiliqua. Ca.viii.

SIliqua quam iones cerauniā uocant: trunco & ipſa fertilis: ſed pomo ſiliquæ. Ob id quidam ægyptiā ficū dixere errore manifeſto. Nō eni in ægypto naſcitur: ſed ī ſyria ioniaqꝫ: & circa gnidum: atqꝫ in rhodo: ſemp comātibus foliis: flore cādido: cū uehemētia odoris. Plātigera imis partibuſ & iō ſupficie flaueſcēs ſuccū auferēte ſobole. Pomo ātecedētis āni circa canis ortus detracto ſtatim alteꝝ parit. Poſtea florē per arctuꝝ hyeme fœtus enutriente.

¶ De perſico ægypti & ſpina ægyptia. Ca.ix.

AEgyptus & perſicā arborem ſui generis habet ſimilem pyro folia retinētem. Fertilitas aſſidua eius ſubnaſcente craſtino fructu. Maturitas eteſiaꝝ afflatu. Pomū lōgius pyro: incluſū amygdalæ putamine & corio: colore hærbido. Sed ubi nux illi: huic pomū: differens breuitate ac mollicie. Et ꝙuis blādiatur prædulcis ſuauitas: nō īnocuū. Materies bonitate: firmitudīe: nigricia quoqꝫ nihil differens a loto. Simulacra ex ea factitauere non eadē gratia ꝙ fideli materie: ut ex arbore quā balanū appellauimus: magna ex parte cōtorta. Naualis itaqꝫ tantū eſt. At e diuerſo cinus in magno honore palmæ ſimilis: quādo & eius foliis utūtur ad textilia. Differt ꝙ in brachia ramoꝝ ſpargiť. Pomo magnitudo quæ manum impleat: color fuluus: cōmēdabilis ſucco ex auſtero & dulci. Lignū intus grādis firmæqꝫ duritiæ: ex quo uelares detornāt anulos: In eo nucleus dulcis dum recens eſt. Siccatus dureſcit ad infinitum: ut mādi nō poſſit niſi pluribus diebus maceratus. Materies criſpioris elegātiæ: & ob id perſis gratiſſima. Necminus ſyria ſpina celebratur in eadē gēte dūtaxat nigra: quoniā incorrupta etiā in aqs durat: ob id utiliſſima nauium coſtis. Cādida facile putreſcit. Aculeus ſpinaꝝ & in foliis. Semē in ſiliqs: quo coria ꝑficiunť gallæ uice. Flos & coronis iucūdus: & medicamentis utilis. Manat & gūmi ex ea. Sed præcipua utilitas ꝙ cæſa āno tertio reſurgit. Circa thebas hæc: ubi & quercus & perſica oliua .ccc. a nilo ſtadiis: ſiluestri tractu & ſuis fontibus riguo.

¶ De pruno & arboribus circa mēphin. Ca.x.

IBi prunus ægyptia nō diſſimilis ſpinæ ꝓximæ dictæ. Pomo meſpili: matureſcēs bruma: nec folia dimittēs. Lignū in pomo grāde: ſed corpus ipſū natura copiaqꝫ meſſiū inſtar incolis. Purgatum enim tūdunt: ſeruantqꝫ eius offas. Silueſtris fuit & circa mēphin regio tam uaſtis arboribus: ut terni nequirēt uel circumplecti: unius peculiari miraculo: nec pomū ꝓpter uſū uel aliquem: ſed euentum. Facies enim ſpinæ folia habet ceu pennas: quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus: ac poſtea renaſcuntur.

¶ De gūmi generibus & papyro. Ca.xi.

GVmmi optimū eſſe ex ægyptia ſpina cōuenit: uermiculatum: colore glauco: puꝝ: ſine corticee: dētibus adhærēs. Precium eius in libras xiii. Deterius ex amygdalis amaris & ceraſo. Peſſimū ex prunis. Fluit & ex uitibus: infātium ulceribus aptiſſimū. Et aliqñ in olea dētiū dolori. Vlmo etiā in corico mōte ciliciæ. Ac iunipo ad nihil utile. Ex ulmi uero gūmi & culices ibi naſcūtur. Fit & ex ſarcocolla: ita uocatur arbor: gūmi utiliſſimū pictoribus ac medicis: ſimile pollini thuris: & ideo cādidum ꝙ ruffū melius. Preciū eius quod ſupra. Nōdū paluſtria attingimuſ: nec frutices amnium. Prius tamē ꝙ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicetur. Cū chartæ uſu maxime humanitatis uitæ cōſtet & memoria. Et hāc Alexandri magni uictoria reptam auctor eſt M. Varro. cōdita ī ægypto alexādria. Antea nō fuiſſe chartaꝝ uſum. Palmaꝝ foliis primo ſcriptitatum. Deinde quarūdā arboꝝ libris. Poſtea publica monumēta plūbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis cōfici cœpta: aut cæris. Pugillariū enim uſū fuiſſe ante troiana tempora inuenimus apud Homeꝝ. Illo uero prodēte ne terra qdem ipſa tota fuiſſe: quæ nūc ægyptus intelligitur: cū in ſebēniſtico ſaltem eius nois charta naſcať. Poſtea adaggeratā nilo. Siquidem a pharo inſula quæ nunc alexādriæ pōte iungitur noctis dieiqꝫ uelifico nauigii curſu terrā fuiſſe prodidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis ſupprimente

Historiae naturalis - page 202 sur 530

chartas Ptolemæo idem Varro mẽbranas pergami tradidit reptas. Poſtea ꝓmiſcue patuit uſus rei qua cõſtat ĩmortalitas hoĩum. Papyꝝ ergo naſcitur in paluſtribus ægypti: aut qeſcẽtibus nili aquis: ubi euagatæ ſtagnãt dũo cubita nõ excedẽte altitudine gurgitum. Brachiali radicis obliquæ craſſitudine: triãgulis lateribus: decẽ nõ amplius cubitoꝝ lõgitudine: in gracilitatem faſtigiatum thyrſi mõ cacumen includẽs. Semine nullo aut uſu eius alio ꝙ̃ floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ ꝓ ligno utũtur: nec ignis tantũ gratia: ſed ad alia quoqꝫ utẽſilia uaſoꝝ. Ex ipſoꝝ qdem papyro nauigia texũt. Et e libro uela: tegeteſqꝫ: necnõ & ueſtem: atqꝫ ſtragula: ac funes. Mãdunt quoqꝫ crudũ decoctũqꝫ: ſuccũ tantũ deuorãtes. Naſcitur & in ſyria circa quẽ odoratus ille calamus lacum. Neqꝫ ad alios uſus illis: ꝙ̃ in funibus. Rex Antigonuſ in naualibus uſus ẽ rebus: nõdum ſparto cõmunicato. Nuper & in euphrate naſcens circa babylonẽ papyꝝ intellectum eſt eundẽ uſũ habere quẽ chartæ. Et tamen adhuc malũt parthi ueſtibus litteras intexere. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues ſed ꝙ̃latiſſimas filluras.

De generibus chartarum: & quomodo chartæ fiant: & de chartarum probatione: & uitiis & glutino earum. Ca. xii.

PRincipatus medio atqꝫ inde ſciſſuræ ordine. Hieratica appellabatur ãtiqtus: religioſis tantum uoluminibus dicata: quæ ab adulatione Auguſti nomẽ accepit. Sicut ſecũda Liuiæ a cõiuge eius. Ita deſcẽdit hieratica in tertium nomẽ. Proximũ amphiteatricæ datũ fuerat: a confecturæ loco. Excepit hãc romæ Fãnii ſagax officina: tenuatãqꝫ curioſa interpollatione principalem fecit e plebea: & nomẽ ei dedit. Quæ nõ eſſet ita recurata: in ſuo mãſit ãphiteathrica. Poſt hanc ſaitica ab oppido: ubi maxima fertilitas ex uilioribus ramentis. Propiorqꝫ etiãnum cortici. Teneotica a uicino loco: põdere iam hæc nõ bonitate uenalis. Nã emporetica ĩutilis ſcribẽdo: in uolucris carthaꝝ ſegeſtriumqꝫ in mercibus uſum præbet: & ideo a mercatoribus cognoiata. Poſt hanc papyꝝ eſt extremũqꝫ eius ſcirpo ſimile: ac ne ad funes quidẽ niſi in humore utile. Texunturqꝫ omẽs tabulæ madẽtes nili aqua. Turbidus liquor uim glutini præbet: cũ primo ſupina tabula. Sceda adlinit lõgitudine papyri quæ potuit eſſe ſegminibus utriqꝫ ãputatis. Trãſuerſa poſtea crates pagitur. Premũtur deinde prelis: & ſiccãtur ſole: atqꝫ inter ſe blagulæ iungũt. A proximaꝝ ſemper bonitate diminutione ad deterrimas. Nunqꝫ plures ſcapo ꝙ̃ uicenæ. Magna in latitudine eaꝝ differẽtia. Xiii. digytoꝝ optimis. Duo detrahũtur hieratice. Fãniana denoſ habet. Et uno minus amphitheatrica. Pauciores ſaitica: nec malleo ſufficit. Nã emporeticæ breuitas ſex digitos nõ excedit. Præterea ſpectãtur in chartis tenuitas: dẽſitas: candor: leuor. Primatum mutauit Claudius Cæſar. Nimiæ qppe Auguſtæ tenuitas tolerãdis nõ ſufficiebat calamis. Ad hoc tramittẽſ litteraſ lituræ metũ afferebat aduerſis: & alias idecoro uiſu ꝑ trãſlucida. Igitur & ſecundo corio ſtamina facta ſunt e primo ſubtegmine. Auxit & latitudinẽ. Pedalis erat mẽſura: & cubitalis macrocolis. Sed rõ deprehẽdit uitiũ unius ſcedæ reuulſione plures infeſtãre paginas. Ob hoc prælata omibus Claudia. Auguſtæ in epiſtolis auctoritas relicta. Liuiana ſuã tenuit: cui nihil e prima erat: ſed omĩa e ſecũda. Scabricia leuigatur dente cõchæ: ſed caducæ litteræ fiunt. Minus ſorbet. Politur & charta magis ut ſplẽdeat. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus: primoqꝫ malleo deprehẽditur: aut etiã odore cũ fuerit idiligẽtior. Deprehẽdit & lẽtigo oculis: ſed mediis inſerta glutinamẽtis ceu tenia fũgio papyri bibulo ibi uix littera fũdente ſe tãtum ineſt fraudis. Alius igitur iteꝝ texẽdis labor. Glutinũ uulgare e pollinis flore tẽperat feruente aqua minimo aceti aſperſu. Nã fabrili a gũmi cõmiſſuræ fragiles ſũt. Diligẽtior cura molli panis frumẽtatii colata aqua feruẽte minimũ hũc modũ intergerit. Atqꝫ etiã nili leuitas ſuparatur. Omẽ aũt glutinũ nec uetuſtius eſſe uno die debet: nec recẽtius. Poſtea malleo tenuatur: & iteꝝ glutino percurritur. iterũqꝫ cõſtricta erugatur: atqꝫ extẽditur malleo. Ita ſũt lõginqua monumẽta Tiberii Caiiqꝫ Gracchoꝝ manuſ: quæ apud Põponiũ Secũdũ uatẽ ciuẽqꝫ clariſſimũ uidi ãnos fere poſt cc. Iam uero Ciceronis ac Diui Auguſti Virgiliiqꝫ ſæpenumero uidemus.

De libris Numæ. Ca. xiii.

INgentia quidẽ exempla cõtra Varronis ſentẽtiã de chartis reperiũtur. Nãqꝫ Caſſius Hemina uetuſtiſſimus auctor ãnalium quarto eoꝝ libro prodidit Cn. Terẽtiũ Scribã agrũ ſuũ in ianiculo repaſtinãtem offendiſſe arcam: in qua Numa qui romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadẽ libros eius reptos P. Cornelio L. filio Cethego M. Bebio Q. filio Pãphilo conſ. Ad quos a regno Numæ colligũtur ãni. d. xxxv. & hos fuiſſe e charta. Maiore etiãnũ miraculo: ꝙ tot ĩfoſſi durauerũt ãnis. Quapꝑter in re tanta ipſius Heminæ uerba ponã. Mirabãtur alii quõ illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat. Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca uinctum candelis quãquam uerſum. In eo lapide inſuper libros impoſitum fuiſſe: propterea arbitrarier eum non cõputruiſſe. Et libros cædratos propterea arbitrarier eum tineas nõ tetigiſſe. Nulla in iis libris ſcripta erant: niſi philoſophiæ pythagoricæ: Eoſqꝫ combuſtos a Q. Petilio prætore: quia phiæ ſcripta eſſent. Hoc idem tradit C. Piſo cẽſorius primo cõmentarioꝝ libro. Sed libros ſeptem iuris põtificii: totidẽ pythagoricos fuiſſe. Tuditanus uero tertiodecimo

Numæ decretoꝝ libro.xii.fuiſſe.Ipſe Varro humanaꝝ antiquitatum vi.Antias ſecũdos libros
fuiſſe.Ex iis duodecim põtificales latinos:totidem græcos præcepta phiæ cõtinẽtes.Idẽ terti/
os ponit:quo cõburi eos placuerit.Inter omẽs uero cõuenit Sibyllã ad Tarquĩ Sup̃bum tris li
bros attuliſſe.Ex q̃bus igni duo cremati ab ipſa.Tertio cũ capitolio ſyllanis temporibus.Præ/
terea Mutianus ter cõſul ꝓdidit nuper ſe legiſſe cũ præſideret lyciæ:Sarpedonis a troia ſcriptã
in quodam tẽplo epiſtolæ chartam.Quo eo magis miror:ſi etiãnum Homero ꝓdẽte ægyptus
nõ erat.At cur ſi iã hic erat uſus:in plũbeis linteiſqꝫ uoluminibus ſcriptitatũ cõſtet:Cur & Ho/
merus in ipſa illa lycia Bellorophonti codicillos datos non epiſtolas prodidit.Sterilitatem ſen/
tit hoc quoqꝫ.Factumqꝫ iam Tiberio principe inopia chartæ:ut e ſenatu darentur arbitri diſpen
ſãdi alias ĩ tumultu uita erat..

De arboribus æthiopiæ. Ca.xiiii.

AEthiopia ægypto cõtermina inſignes arbores nõ ſere habet:præter liniferas:quaꝝ natu/
ra in deſcriptione ĩdoꝝ atqꝫ arabiæ dicta eſt.Proprior tamen huic natura lanæ:maiorqꝫ fol
liculuſ granati mõ mali.Simileſqꝫ & ĩter ſe arbores ipſæ.præter hãc palmæ quales rettulimus.
Inſulaꝝ arbores ambitu æthiopiæ & nemora odorata in mentione eaꝝ dicta ſunt.

De atlantis arboribus & citreis:& quæ ĩ his laudẽt:& quæ uitupenť. Ca.xv.

ATlas mõs peculiari proditur ſilua:de qua diximus.Cõfines ei mauri:quibus plurima arbor
citri & mẽſaꝝ inſania:quas fœminæ uiris cõtra margaritas regerũt.Extãt hodie M.Cice/
ronis in illa paupertate & quod magis miꝝ eſt illo æuo emptæ libris xi.Cũ his memorantur &
Galli Aſinii quæ libris xi.uenũdatæ ſunt:Et duæ a Iuba rege uẽdẽte.Quaꝝ alteri preciũ fuit
libris xv.alteri paulominus.Interiit nuper incẽdio quã Cethegus decedẽs libris xliii.permuta/
uerat latifũdi taxatione ſi q̃s prædia tanti mercari malit.Magnitudo ampliſſima adhuc fuit uni/
us cõmiſſæ ex orbibus dimidiatis duobus a rege mauritaniæ Ptolemæo quattuor pedũ & ſemi/
pedis per medium ambitum:craſſitudine quadrãtali.Maiuſqꝫ miraculũ ĩ ea eſt artis latẽte iũctu
ra:ꝗ potuiſſet eſſe natura.Solidæ a Nomio Tiberii Cæſaris liberto cognomẽ trahẽtis tribus
ſicilicis infra quattuor pedes:totidẽqꝫ infra ſemipedẽ craſſitudinis.Qua in re nõ omittẽdũ uide/
tur:Tiberio principi mẽſam quattuor pedes ſextãte & ſicilico excedentem.Tota uero craſſitudi
ne ſeſcũciali operimẽto cõchylii & lamnæ per mediũ ueſtitã fuiſſe:cum tã optima Nomio liber
to eius eſſet.Cuius materia erat tuber hoc eſt radicis uitium.Maximeqꝫ in eo laudatũ quod ſub
terra totum fuerit & rarius:ꝗ quæ ſuperne:quæqꝫ gignũtur etiã in ramis.proprieqꝫ quod tan/
ti emitur arboꝝ uitiũ eſt:quaꝝ amplitudo ac radices æſtimari poſſũt ex orbibus.Sũt aũt cupreſ
ſo fœminæ etiãnum ſilueſtri ſimiles folio:odore:caudice.Anchorarius mõs uocatur citerioris
mauritaniæ:qui laudatiſſimã dedit citrũ iam exhauſtus.Mẽſis præcipua dos in uena criſpis:uel
in uertice puis.Illud oblongo euenit diſcurſu:ideoqꝫ tigrinæ appellãtur.Hoc intorto:& ideo ta
les pantherinæ uocãtur.Sũt & undatim criſpæ maiore gratia ſi pauonũ caudæ oculos imitenť.
Magna uero poſt has gratia extra prædictas criſpi dẽſa ueluti grani cõgerie:quas ob id a ſimili
tudine apiatas uocant.Sũma uero oium in colore.Hic maxime nulli placet ſuis refulgẽs uenis.
Poſt hæc amplitudo etiam totius caudicis.Iuuãt plura quoqꝫ in una mẽſa uitia.Lignũ ita uocať
Materia ſurda & indigeſta ſimplicitas:aut platani folioꝝ mõ digeſta.Illigneæ uenæ etiam ſimili
tudo:uel coloris:& q̃buſdam maxime obnoxias fecere æſtus uẽtiqꝫ rimæ aut capillamẽta rimas
imitata.Poſtea murena nigro trãſcurrens limite:uariiſqꝫ corticũ pũctis apprehẽſus papauerum
mõ:& in totum atro ꝓpios color:maculæ ue diſcolores.Virides terra cõdunt barbari:& cæra
illinunt.Artifices uero frumẽti aceruis imponũt ſeptenis diebus:totidẽ intermiſſis.Miꝝqꝫ pon
deri quãtũ ita detrahãt.Naufragia docuere.Nuper quoqꝫ hãc materiã ſiccatam mari duricie &
maturitate incorrupta ſpiſſari:nõ ullo mõ uehemẽtius.Nutriũtur optimæ:ſplendeſcũtqꝫ: ma/
nuqꝫ ſiccæ fricãtur ab alienis maxime:ne ab accolis lædãtur:ut ĩ iis genitæ.Inter pauca nitido
ris uitæ inſtrumẽta hæc arbor eſt.Quaꝓpter reſiſtendũ ei paulũ uidetur.

De arbore trogete. Ca.xvi.

NOta etiã Homero fuit:Trogete uocatur:ab aliis thia.Hãc igitur inter odores uri tradit ĩ
deliciis Circes:quã deam uolebat intelligi magno errore eoꝝ qui odoramẽta in eo uocabu/
lo accipiunt.Cũ præſertim eodem uerſu citrũ laricẽqꝫ una tradat.In quo manifeſtũ eſt de arbo/
ribus tantũ locutũ.Theophraſtus q primus a magni Alexãdri ætate ſcribit quæ circa urbis ro/
mæ quadringẽteſimũ quadrageſimũ geſta ſunt ãnum magnũ iam huic arbori honorem tribuit
memoratas ex ea referens tẽploꝝ ueteꝝ cõtignationes:quãdam ĩmortalitatẽ materiæ ĩ tectis
cõtra uitia omia incorruptæ.Radice nihil criſpius.Nec aliũde precioſiora opera.Præcipuã aũt
eſſe eam arborem circa Hãmonis delubrũ.Naſci & in inferiore cyrenaicæ parte.De mẽſis tamẽ
tacuit.Et alias nullius ante ciceronianam uetuſtior memoria eſt.Ex quo nouitiæ apparẽt.Alia
eſt arbor eodem nomine malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine:aliis experi/
tum:domos etiam decorans:nec dicenda uerboſius.

De arbore loto. Ca.xvii.

EAdem africa qua uergit ad nos inſignē arborem loton gignit: quā uocāt celtin. Et ipſā italiæ familiarem: ſed terra mutatam. Præcipua eſt circa ſyrtes atq; naſamonas. Magnitudo quæ pyro: quāq; Nepos Cornelius breuem tradat. Inciſuræ in folio crebriores: alioquin ilicis uiderētur. Differētiæ plurs: eæq; maxime fructibus fiūt. Magnitudo huic fabæ: color croci: ſed ante maturitatem alius atq; alius: ſicut in uuis. Naſcitur dēſus in ramis myrti mō: nō ut ī italia ceraſi. Tā dulcis ibi cibus: ut nomē etiā gēti terræq; dederit nimis hoſpitali aduenaꝝ obliuione patriæ. Ferūt uētris nō ſentire morbū qui eum mādāt. Melior ſine interiore nucleo: q in altero genere oſſeus uidetur. Vinum quoq; exprimitur huic ſimile mulſo: quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccaſq; cōtuſas cū ſiliqua ad cibos doliis cōdi. Quin & exercitus paſtos eo accepimus ultro citroq; cōmeantes per africā: Ligno colos niger. Ad tibiaꝝ cātus expetitur. E radice cultellis capulos breueſq; alios uſus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Eſt aūt eodē noīe & hærba & in ægypto caulis in paluſtrium genere. Recētibus enī aquis nili riguis: ꝓuenit ſimilis fabæ caule foliiſq; dēſa cōgerie ſtipatis breuioribus tātum gracilioribuſq;: cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris: oīq; alio mō. Intus grana ceu milium. Incolæ capita ī aceruiſ putrefaciūt: mox ſepant lauādo: & ſiccata tundūt: eoq; pane utūꝰ. Miꝝ eſt quod præter hæc traditur. Sole occidente papauera ea comprimi & integi foliis. Ad ortum autem apiri donec matureſcant: floſq; qui eſt candidus decidat.

De ſcapo ipſo: & radice loti. Ca. xviii.

HOc amplius ī ea parte tradūt: & ſcapū ipſum & florem ueſpera mergi uſq; ī medias noctes. Totūq; abire in lacū: ut ne dimiſſa qdem manu poſſit inueniri. Verti deīde: paulatimq; ſubrigi: & ad exortum ſoliſ emergere extra aquā: ac florem patefacere: atq; etiānū exurgere: ut plane ab aqua abſit alte. Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine optam nigro cortice: qualis & caſtaneas tegit. Interius cādidum corpus: gratum cibis ſed crudum. Gratius decoctum ſiue aqua ſiue pruna. Nec aliunde magis q̄ purgamētis eius ſues craſſeſcūt.

De paliuro: & punico malo: & de flore punici mali. Ca. xix

CYrenaica regio loton ſuæ poſtponit paliuro. Fruticoſior hæc fructuq; magis rubēs: cuius nucleus nō ſimul māditur. Iucūdus per ſe: atq; ſuauior eſt uino. Quin & uina ſucco ſuo cōmēdans. Interior africa ad garamāthas uſq; & deſerta palmaꝝ magnitudine & ſuauitate cōſtat. Nobilis maxime circa delubrū Hāmonis. Sed circa carthaginē punicū malū cognomē ſibi uēdicat. Aliqui granatū appellāt. Diuiſit & in genera: apyrinon uocādo cui lignoſus nucleus abeſt. Sed cādidior ei natura: & blādiores ſunt acini: minuſq; amari: diſtincti mēbranis. Alia ſtructura eoꝝ quædā ut in fauis cōmunis nucleos habētium. Quinq; ſpēs: dulcia: acria: mixta: acida: uinoſa. Samia & ægyptia diſtinguntur. Erythrocomis & leucocomis. Corticis maior uſus ex acerbis ad perficienda coria. Flos baluſtiū uocaꝰ: & medicinis idoneus & tīgēdis ueſtibuſ: quaꝝ color inde nomē accepit.

De aſiæ & græciæ fructibus: Ca. xx.

IN aſia & græcia naſcūꝰ frutices: Epicactis quē alii embolinen uocāt: puis foliis: quæ pota cōtra uenena ꝓſūt: ſicut herices cōtra ſerpētes. Et ī quo naſciꝰ granū gnidiū: quod aliq linū uocāt.

De timelea ſiue chamelea: & tragacāthe: & de trago: ſiue ſcorpione: & myrice: & brya: & galla. Ca. xxi.

FRuticem uero timeleā: alii chameleā: alii pyroſachē: alii neſtorem: alii coenoron. Eſt ſimilis oleaſtro: foliis anguſtioribus: gūmoſis ſi mordeātur. myrti magnitudine: ſemine: colore: & ſpecie farris: ad medicine tantū uſum. Tragō fruticē ſola creta inſula gignit terebintho ſimilem & ſemine. Quod cōtra ſagittaꝝ ictus efficaciſſimū tradūt. Eadem & tragacāthē ſpinæ albæ radice: multū prælatam apud medos aut ī caucaſo naſcenti. Preciū eius in libras xiii. Tragon & aſia fert: ſiue ſcorpionē: ueprem ſine foliis: ramis rubētibus: ad medicinæ uſū. Myricen & italia: quā alii tamaricen uocāt. Achaiā aūt bryan ſiueſtrem: inſignē in ea quod ſatiua tātum ferat gallæ ſimilem fructum. In ſyria & in ægypto copioſa hæc eſt: cuius infœlicia ligna appellamuſ: quæ tamē infœliciora ſunt græciæ. Gignit enim arborem oſtrin: quā & oſtreā uocāt: ſolitariā circa ſaxa aquoſa: ſimilem fraxino cortice & ramis & folio: pilis paulo tamē lōgioribus craſſioribuſq;: ac rugoſis inciſuriſ quæ per totam diſcurrūt. Semine ordeo ſimili: & colore & materia dura atq; firma: qua ī domum illata difficiles partus fieri prodūt. : morteſq; miſeras.

De enonymo: & adrachna congrygia & tapſia. Ca. xxii.

NEc auſpicatior in leſbo inſula arbor quæ uocatur enonymos: nō abſimilis punicæ arbori interq; eam & lauꝝ folii magnitudine: figura uero & mollicia punicæ: flore cādidior eſt: ſtatim peſtem denūtians. Fert ſiliquas ſeſami ſimiles: intus granū quadrāgula figura: ſpiſſū: lœtale aīalibus: necnō & in folio eadem uis. Succurrit aliquādo præceps alui exinanitio. Alexander Cornelius arborem eonem appellauit: ex qua facta eſſet argo ſimilem robori uiſcū ferenti: quæ nec aqua nec igni poſſet corrūpi: ſicuti nec uiſcum: nulli alii cognitā quod eqdē ſciā. Adrachnen omēs fere græci portulacæ noīe interpretantur: cum illa ſit hærba & andrachne uocetur unius

litteræ diuerſitate. Cæteꝝ adrachne eſt ſilueſtris arbor: neq; in planis naſcens: ſimilis unedoni folio tantum minore: & nunq; decidēte. Cortice nec ſcabro quidē: ſed q circūgelatus uideri poſſit: tam triſtis aſpectu eſt. Similis & cogrygia eſt folio: magnitudine minor. Proprietatē habet fructuum amittēdi lanuginē pappū uocāt: quod nulli alii arbori euenit. Similis & aparache biſera æque ꝗ adrachne. Priorē fructum incipientem pubeſcere una peragit: alteꝝ ī initio hyemis. Qualeſ eos nō traditur. Et ferulam inter externas dixiſſe cōueniet arborūq; generi adſcripſiſſe: quoniā quaꝝdā naturæ ſicut diſtinguimus: lignū omē corticis loco habēt: hoc eſt forinſecus ligni autē loco fungoſam intus medullam ut ſambuci. Quædā uero inanitatem ut arūdines. Ferula calidis naſcitur locis: atq; trāſmaria geniculatis nodata ſcapis. Duo eius gñra. Narthea græci uocant aſſurgentem in altitudine. Nartheciam uero ſemper humilem a genibus exeuntia folia maxima ut quæq; terræ ꝓxima: Cætero natura eadem quæ anetho: & fructui ſimilis. Nulli fruticū leuitas maior: ob id geſtata facilius baculoꝝ uſū ſenectuti præbet. Semē ferulæ thapſiā quidam uocauere decepti eo: quoniā ferula ſine dubio eſt thapſia: ſed ſui generis foliis fœniculi: inani caule: nec excedēte baculi lōgitudinē. Semē quale ferulæ: radix cādida. Inciſa lac emanat: & cōtuſa ſucco abdicat omīa uenenata. Quippe etiā fodiētibus nocet: ſi minīa aſpirat aura: intumeſcūt corpora: faciēq; inuadūt ignes ſacri: ob id cæroto prius illinūt. Quibuſdā tamē morbis auxiliari dicūt medici ꝑmixtā aliis. Item in alopetiis ſugillatiſq; ac liuētibuſ. Ceu uera remedia deſit. ut ſcelera cōtractent. Sed iſta prætexuerūt noxio inſtrumēto: tātumq; impudētiæ eſt: ut uenenum artis eſſe perſuadeant. Thapſias in africa uehementiſſima. Quidam caulem incidunt ꝑ meſſes: & in ipſa excauant radice: quo ſuccus confluat: areſactumq; tollunt alii folium. Radicem tondunt in pila: & ſuccum in ſole coactum diuidūt ī paſtillos. Nero Cæſar claritatē ei dedit: initio īpii: nocturnis craſſatiōibus cōuerberatā faciē illinēs ſibi cū thure cæraq;: & ſeqnti die cōtra famā cutē ſincerā circūferēs. Ignē ferulis optime ſeruari certū ē: eaſq; ī ægypto præceller̄.

## De cappari ſiue cinoſbato aut opheoſtaphyle: & de ſaripha. Ca. xxiii.

i Bi & cappari firmioris ligni frutex: ſeminiſq; & cibi uulgati. Caule quoq; una pleꝝq; decerpto. Cauēda eius genera peregrina. Siqdem arabicū peſtilens. Africū gingiuis inimicū. Marmaricum uuluis: & oium inflationibus: Apulū uomitus facit. Stomachū & aluū mouet. Quidā eum cynoſbaton uocāt: alii opheoſtaphylen: fruticoſi eſt generis. Et ſaripha circa nilū naſcēs duoꝝ cubitoꝝ altitudinē: pollicari craſſitudine. Coma papyri: ſimiliq; manditur modo. Radice ferrariis officinis præcipua carbonis uſu propter duriciam.

## De ſpina babylonis regia & de cytiſo. Ca. xxiiii.

NOn omittēdum eſt & quod babylone ſeritur in ſpinis: quoniā nō aliubi uiuit. Eſtq; ſicut uiſcum in arboribus. Sed illud in ſpina tantum: quæ regia uocatur. Miꝝ ꝙ eadem die germinat quod iniectū eſt. Inicitur aūt ipſo canis ortu: & celerrime arborem occupat. Cōdiunt eo uina: & ideo ſeritur. Spina illa naſcitur & athenis in lōgis muris. Frutex eſt & cytiſus ab Antinomacho atheniēſi miris laudibus prædicatus pabulo oium. Aridus uero etiā ſuū. Spōdetq; iugero eius ānuos perpluris uel mediocri ſolo redditus. Vtilitas hærboſa: ergo & eo lætior ſatietas ꝙ perq; modico pingueſcūt & quadrupedia: ita ut iumēta hordeū ſpernant. Non ex alio pabulo lectis maior copia aut melior. Super omīa pecoꝝ medicina a morbis omī uſu præſtāte. Quin & nutricibus in defectu lactis aridū atq; in aqua decoctū potui cū uino dari iubet: & firmiores celſioreſq; infantes fore. Viridem etiā gallinis: aut ſi aruerit madefactū. Apes quoq; nunq; de flore cytiſi pabulū cōtingentes ꝓmunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impēdii eſt Seritur cū hordeo: aut uere ſemine ut porrū: uel caule autūno āte brumā. Si ſemine madidū. Et ſi deſint hymbres: ſatum ſpargitur. Plātæ cubitales perferūt ſcrobe dedali. Seritur poſt ægnoctia tenero frutice. Perficitur triēnio. Demetitur uerno ægnoctio cū florere deſinit: uel pueri uł anus uiliſſima opera. Canus aſpectu breuiterq; ſi quis exprimere uelit ſimilitudinem anguſtioris trifolii frutex. Datur aīalibus poſt biduuꝫ ſemper. Hyeme uero quod inaruit: madidū. Satiant equos denæ libræ: & portione minora animalia. obiterq; inter ordines hoc aīalium cāpeſtrium fertile eſt. Inuētus hic frutex in cytiſo inſula inde trāſlatus eſt in omēs cycladas: mox in urbes græcas magno caſei ꝓuētu. Propter quod maxīe miror raꝝ eſſe ī italia. Nō æſtiuū nō frigoꝝ ñ grādinū aut niuis īiuriā expaueſcit. Adiicit Higinus ne hoſtiū qdē ꝓpter nullā gratiā ligni.

## De fruticibus & arboribus noſtri maris: atque rubri: & indici. Ca. xxv.

n Aſcūtur & in mari frutices arboreſq; minores in noſtro. Rubrū enim & totus oriētis oceanus refertus eſt ſiluis. Nō habet lingua alia nomē: quod græci uocāt phycos: quoniā alga hærbaꝝ magis uocabulū intelligitur. Hic aūt eſt frutex. Folia lata colore uiridi gignit: quod quidā graſon uocant: alii zoſtera. Alteꝝ genus eiuſdem: capillaceo folio ſimile fœniculo: ī ſaxis naſcitur. Superius inuadit haud procul littore. Verno utrūq;: & interit autūno. Circa cretam inſulam nato in petris purpuras quoq; inficiunt. Laudatiſſimo a parte aquilonis: aut ſpōgiis. Tertium eſt gramini ſimile: radice geniculata & caule: qualiter calami. Aliud genus fruticum bryon



Historiae naturalis - page 206 sur 530

©BIUM

uocaẽ folio lactucæ rugoſiore tãtũ. Iã hoc naſcẽs. In alto uero abies & quercus cubitali altitu/
diñ. Ramis eoꝝ adhærẽt cõchæ. Quercu ẽt tingi lanas tradũt. Glãdẽ etiã quaſdã ferre ĩ alto.
naufragiis hæc deprehenſa urinãtibuſqꝫ. Et aliæ tradũtur prægrãdes circa ſycionem. Vilis enĩ
paſſim naſcitur. Sed phycos ſine foliis: rubro cortice. Fit & palma fruticũ generis extra Hercu/
lis colũnas porri frõde. Naſcitur frutex & alius lauro & thymo ſimilis: qui ambo eiecti in pumi
cem trãſfigurantur. At in orientem miꝝ eſt ſtatim a copto per ſolitudineſ nihil gigni præter ſpi
nam: quæ ſitiens uocatur: & hãc raram admodũ. In mari uero rubro ſiluas uiuere: maxime lauꝝ
& oliuam ferentem baccas: & cũ pluat fungos: qui ſole tacti mutantur in pumicem. Fruticũ ipſo
rũ magnitudo ternoꝝ eſt cubitoꝝ caniculis referta: uix ut reſpicere e naui tutũ ſit: remos pleꝝqꝫ
ipſos inuadentium. Qui nauigãuere in indos Alexandri milites frõdem marinaꝝ arboꝝ tradide
re in aqua uiridem fuiſſe: exemptã ſole ꝓtinus in ſalem areſcentẽ. Iuncos quoqꝫ lapideoſ perqꝫſi
miles ueris per littora: & in alto quaſdam arbuſculas colore bubuli cornus ramoſas: & in cacumi
nibus rubẽtes: cũ tractarentur uitri mõ fragiles. In igne aũt ut ferrum exardeſcẽtes: reſtinctis
colore ſuo redeunte. Eodem in tractu inſulaꝝ ſiluas opit æſtus: quãqꝫ altiores ſint platanis po
puliſqꝫ altiſſimis: folia laurea: flos uiolæ & odore & colore. Baccæ ut oleis: & ipſæ odoris iucũ/
di autũno naſcẽtes: foliis nunqꝫ deciduis. Haꝝ minores totas integit mare. Maximaꝝ cacumina
extant: ad quæ naues religãtur: & cũ deceſſerit æſtus ad radices. Alias quoqꝫ arbores ĩ alto ab
eiſdem accepimus eodem in mari uiſas: ſemper folia retinẽtes. Fructũ eaꝝ lupino ſimilem. Iuba
tradit circa troglodytaꝝ inſulas fruticem in alto uocari iſidos plomachaſ corallio ſimilem ſine fo
liis præciſũ mutato colore in nigrũ dureſcere. Cũ cadat: frangi. Itẽ alium qui uocetur charitho/
blepharon efficacem in amatoriis. Spatalia eo facere & monilia fœminas. Sẽtire eũ ſe capi: dura/
riqꝫ cornus mõ: & hebetare aciẽ ferri. Quod ſi fefellerint inſidiæ in lapidem trãſfigurari.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER: XIIII. IN QVO FRVCTIFERAE ARBORES TRADVNTVR.

### PROHEMIVM.

XTERNAE ARBORES INDOCILES QVAE NA
ſci alibi q̃ ubi cœpere: & quæ in alienas nõ cõmeãt terras hac/
tenus fere ſunt. Licetqꝫ iam de cõmunibus loqui: quaꝝ oĩum pe
culiaris parens uideri poteſt italia. Noſcẽtes tantũ meminerint
naturas eaꝝ a nobis interim dici: nõ culturas. Quãq̃ & colendi
maxima in natura portio eſt. Illud ſatis mirari nõ queo interiſſe
quaꝝdã memoriã: atqꝫ etiã nominũ quæ auctores ꝓdidere no
titiã. Quis enim nõ cõmunicato orbe terraꝝ maieſtate romani
ĩperii profeciſſe uitam putet cõmercio reꝝ: Ac ſocietate feſtæ
pacis: omĩaqꝫ etiã quæ occulta ante fuerãt in promiſcuo uſu fac
ta: At hercule nõ reperiũtur qui norint multa ab antiqs ꝓdita:
tantũ priſcoꝝ cura fertilior: aut induſtria fœlicior fuit: ante mi/
lia annoꝝ: inter principia litteraꝝ Heſiodo præcepta agricolis panderẽ orſo: ſubſecutiſqꝫ nõ pau
cis hanc curam eius: unde nobis creuit labor. Quippe cũ requirẽda ſint nõ ſolũ poſtea inuenta:
ueꝝ etiã ea quæ inuenerant priſci deſidia reꝝ internitione memoriæ ĩdicta. Cuius uitii cauſas qs
alias q̃ publicas mũdi iuenerit: Nimiꝝ alii ſubiere ritus. Circaqꝫ alia mẽtes hominũ detinẽtur.
& auaritiæ tantũ artes colũtur: antea incluſis gẽtium imperiis intra ipſas. Ideoqꝫ & ĩgeniis quaſ
dam ſterilitate fortunæ neceſſe erat animi bona exercerẽ. Reges ĩnumeri honore artiũ colebaẽ:
& in oſtentatione has præferebãt: opem & ĩmortalitatem ſibi p illas ꝓrogari arbitrãtes. Quarẽ
abũdabãt & præmia & operæ uitæ. Poſteris laxitas mũdi & reꝝ amplitudo dãno fuit: poſtq̃ ſe
nator cenſu legi cœptus. iudex fieri cẽſu: magiſtratũ ducẽqꝫ nil magis exornare q̃ cẽſuſ: poſtq̃
cœpere orbitas in auctoritate ſũma & potentia eſſe: captatio in quæſtu fertiliſſimo: ac ſola gau/
dia in poſſidẽdo: peſſum iere uitæ precia: omẽſqꝫ a maximo bono liberales dictæ artes in cõtra/
rium cecidere: ac ſeruitute ſola profici cœptum. Alius hãc alio mõ. & in aliis adorare: eodẽ ta/
mẽ habendi quæſtu ad ſpes hoĩum tendẽte uoto. Paſſim uero etiam egregii aliena uitia q̃ bona
ſua colere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit: uita ipſa deſiit. Sed nos obliterata quoqꝫ
ſcrutabimur. Nec deterrebit quaꝝdã reꝝ humilitas: ſicut nec in aĩalibus fecit. Quãq̃ uidemus
Virgilium præcellẽtiſſimũ uatem eadem cã hortoꝝ dotes fugiſſe: e tantiſqꝫ quæ rettulit flores
mõ reꝝ decerpſiſſe. Beatum fœlicemqꝫ græciæ qndecim oĩo generibus uuaꝝ nominatis: tribus
oleæ: totidem pyroꝝ: malo uero tantũ aſſyrio: cæteris omĩbus neglectis. Vnde aũt potius in
cipiemus q̃ a uitibus: Quaꝝ principatus in tantũ peculiaris italiæ ẽ: ut uel hoc uno oĩa gẽtium
uiciſſe q̃ q̃ odorifera poſſit uideri bona q̃ q̃ ubicũqꝫ pubeſcẽtiũ odori nulla ſuauitas præferẽ.

## ¶ De uitium natura: & quibus modis ferant. Ca. i.

Vites iure apud priſcos magnitudine quoqꝫ inter arbores numerabātur. Iouis ſimulacrꝫ ī urbe populonia ex una cōſpicimus uite tot æuis ī ncortuptū. Itē maſſiliæ paterā. Metapōti tēplū Iunonis uitigineis colūnis ſtetit. Etiānū ſcalis tectū Epheſiæ Dianæ ſcādit̄ uite una cypria (ut ferūt) quoniā ibi ad præcipuā altitudinē exeūt. Nec eſt ligno ulli æternior natura. Verꝫ iſta ex ſilueſtribus facta crediderim: quādo hæ uires tōſura ānua coercentur: & uis earꝫ omis euocat̄ ī palmites aut deprimitur ī propagines: ſuccíqꝫ tantū gratia ex iis pluribus mōis ad cæli mores ſoliqꝫ ingenia. Iam in campano agro populis nubūt: maritaſqꝫ cōplexæ: atqꝫ per ramos earꝫ ꝓcacibus brachiis geniculato curſu ſcādentes cacumina æquāt: in tantū ſublimeſ ut uidemiator autoratus rogum ac tumulū excipiat. Nullo fine creſcūt: diuidiqꝫ aut potius auelli nequeūt. Villaſ & domos ambiri ſingularꝫ palmitibus ac ſequacibus loris memoria quoqꝫ dignū. Inter prima Valerianus quoqꝫ Cornelius exiſtimauit. Vna uitis romæ in Liuiæ porticibus ſub diuales deābulationes umbroſis opculis opacat. Eadēqꝫ duodenis muſti āphoris fœcunda. Vlmos qdē ubiqꝫ exuperāt. Miratūqꝫ altitudinē earꝫ ariciæ ferūt legatū regis Pyrrhi. Qui eum facere luſiſſe in auſteriore guſtu uini: merito matrē eius pēdere in tam alta cruce. Rontotinus uocat̄ & alio noīe populus arbor italiæ padum trāſgreſſis: cuius tabulata in orbem patula replent: puroqꝫ producto dracone in palmā eius inde ſubrectos ramorꝫ digytos flagella diſpgunt. Eadē modici hoīs altitudine adminiculatæ ſudibus horrēt: uineāqꝫ faciūt: & aliæ improbo reptatu pāpinorꝫqꝫ ſupfluitate peritia hoī amplo diſcurſu atria media cōplentes. Tot differētias uel ſola tantū italia recipit. Stat ꝓuintiarꝫ aliquarꝫ per ſe uitis ſine ullo pedamēto: artus ſuos in ſe colligēs: & breuitatē craſſitudinē paſcens. Vetāt hoc alibi uēti: ut in africa & in narbonēſis ꝓuintiæ partibus. Excreſcereqꝫ ultra ſuos pollices ꝓhibitæ: ſempqꝫ paſtinatis ſimiles hærbarꝫ mō uagātur per arua: ac ſuccum terræ paſſim uuiſ bibūt: quæ ob id magnitudinē infātiū puerorꝫ in interiore africæ ꝑte exuperāt uites. Vua nō alibi gratior callo: ut nec poſſit iueniſſe nomē duracini durus acinus. Nāqꝫ genera magnitudine: colore: ſaporibus acini īnumera etiānum multiplicātur uino. Hic purpureo lucēt colore: illic fulgēt roſeo: nitētqꝫ uiridi. Cādidæ enī nigræqꝫ uulgares. Tument uero māmarꝫ mō bumaſti. Prælōgis dactyli porrigūt̄ aciniſ. Eſt & illa naturæ laſciuia: ut prægrandibus adhæreāt pgulis pui: mites: & ſuauitate certātes: leptorogas has uocāt. Durāt aliæ phyemē pēſili cōcameratæ nodo. Aliæ ī ſua tm̄ cōtinēt̄ aīa ollis fictilibus. & īſup doliis īcluſæ ſtipatæ uinaceis circūſudātibus. Aliis grām q & uinis fumus affert. Fabriliſqꝫ iis gloriā præcipuā ī fornacibus africæ Tiberii Cæſaris auctoritas fecit. Ante eū reticis prior mēſa erat: & ullis uero nēſiū agro. Quin & a patiētia nom̄ aciniſ dat̄ paſſiſ. Cōdiūt̄ & muſto uuæ: ipſæqꝫ uino ſuo īebriant̄. Aliæ decoctæ ī muſto dulceſcūt. aliæ uero ſobolē nouā ī matre ipſæ expectāt trāſlucidæ uitro: affertqꝫ acinis tandē: quā ī doliiſ amphoriſ ue duratricē illā firmitatē auſteritas picis īfuſa pediculo. Iam iuēta uitis p ſe ī uino picē habēs r̄ſpiciēſqꝫ uiennēſē agrū. Nobilitas aruerno ſecanoqꝫ: & heluico generibus nō pridē illuſtrata. Atqꝫ hæc Virgilii uatis ætate incognita: a cuius obitu nonaginta agūtur āni. Quid ꝙ inſertæ caſtris ſūmam rerꝫ impiumqꝫ cōtinēt: Cēturionū in manu uitis: & optimo præmio tardos ordines ad lētas ꝑducit aqlas: atqꝫ etiā ī delictis pœnā ipſam honorat. Necnon uineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum optinēt locum: ut per ſeſe uino ipſo remedia ſint.

## ¶ De generibus uitium. Ca. ii.

Genera uitium cōprehendi numero unus exiſtimauit Democritus: cūcta ſibi græciæ cognita ꝓfeſſus. Cæteri īnumera atqꝫ īfinita eſſe prodiderūt. Quod uerius apparebit ex uinis. Nec omīa dicentur: ſed maxime inſignia: quippe quæ totidē ſūt pene quot agri. Quā ob rē celeberrimas uitium aut quibus eſt aliqua ꝓprietate miraculū oſtēdiſſe ſatis erit. Principatus dat̄ amineis ꝓpter firmitatem ſenio quoqꝫ ꝓficiētem utiqꝫ: uiniqꝫ uniuſcuiuſqꝫ uitā. Quinqꝫ eiuſ genera. Ex iis germana minor acino melius defloreſcit: hymbres tēpeſtateſqꝫ tolerat. Nō itē maior ſꝫ ī arbor̄ ꝙꝫ ī iugo minuſ obnoxia. Gemellarꝫ qbuſ hoc nomē uuæ ſēp geminæ dedert̄. aſperrimus ſapor: ſed uirs præcipuæ. Ex iis minor auſtro lædit̄: cæteriſ uētis alit̄: ut ī ueſuuio mōte ſurrētiniſqꝫ collibus. In reliquis italiæ ptibus nō niſi arbori accomodata. Quintū genuſ lanatæ ne ſeres miremur aut indos: adeo lanugo eā ueſtit. Prima ex amineis matureſcit ociſſime atqꝫ putreſcit. Proxima dignitas ueientanis rubēte materia. Qua ꝓpter quidā rubellas appellauere uineas. Eæ minus fertiles uinaceis & fæce nimiæ. Contra pruinas fortiſſimæ: ſiccitate magis ꝙꝫ hymbre: æſtu ꝙꝫ algore uexantur. Quā ob rē in frigidiſ humidiſqꝫ pricipatū optinēt. Fertilior quæ minor acino: & folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomē: præcipue earꝫ auidæ. Ex iis duo genera: lanugine & ipſæ pubeſcūt. Diſtāt ꝙ altera celeriuſ matureſcit: quāqꝫ & altera ꝓperāte. Situs frigidos nō reſpuūt: & tamē nullæ celerius hymbre putreſcūt. Vina primo dulcia auſteritatē ānis recipiunt: & rubra fiunt. Nulla magis uite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atqꝫ uernaculis italiæ. Cæteræ aduenere chio thaſo ue. Græcula nō in/

©BIUM

ferior amineis bonitate prætenera acino: & uua tam parua: ut niſi pinguiſſimo ſolo colore nō ꝓ
ſit. Eugeniam taurominitani collis cū generoſitatis cognoīe miſere albano tantū agro: quoniam
trāſlata ſtatim mutatur: Nāq; eſt aliquibuſ tantū locoꝝ amor: ut oēm in iis gloriā ſuā relīquāt:
nec uſq; tranſeāt totæ. Quod & in retica allobrogicaq; quā ſupra picatā appellauimus euenit:
domi nobilibus nec agnoſcēdis alibi. Fœcūdæ tamē bonitatis uice copiā præſtāt. Eugenia fer/
uētibus locis: rhetica tēpatis: allobrogica frigidis: gelu matureſcēs & colorē nigra. Adhuc ex iiſ
quas diximus: ſed etiā e nigris uina uetuſtate ī albū colorē trāſeūt. Reliquæ ignobileſ. Aliqn̄o
tamē cæli aut ſoli opera nō fallūt uetuſtatem: ſicuti fecenia & cū ea florens biturica. Acino rari
or nunq̄ floris obnoxii: quoniā antecedūt: uētiſq; & hymbribus reſiſtūt. Meliores tamē algē
tibus locis q̄ calidis: humidis q̄ ſitientibus. Vix ulla magis tam denſo uuaꝝ partu impatiens ua
riātis cæli: ſed cōtra tenorem unū algoris æſtus ue cōſtās. Quæ minor eſt ex eo genere molli
or. In neglecto ſolo moroſa. Pingui putreſcit. Gracili oīo nō ꝓuenit. Mediā tēperiem delicate
quærit: ob hoc ſabinis collibus familiaris. Vua eius indecora uiſu: ſapore iucūda: niſi matura ꝓ
tinus rapiatur: etiam nō putreſcēs cadit. Cōtra grandines eam tuetur folioꝝ amplitudo atq; du/
ricia. Inſignes iam colere inter purpureas nigraſq; medio heluolæ ſæpius uariāti: & ob id uaria/
næ a quibuſdā appellatæ. Præfertur in iis nigrior: utraq; alternis ānis fertilis. Sed melior uino
cum parcior. Et preciæ duo genera magnitudine acini diſcernuntur. Quibus materies plurima:
uuaq; ollis utiliſſima: folio apio ſimilis. Baliſcam dirachini celebrāt. Hiſpaniæ cocolobin uocāt:
Grauior uua æſtus auſtroſq; tolerat. Capiti inimica. Copia larga. Hiſpani duo genera eius faci
unt. Vnū oblōgo acino: altero rotundo: nouiſſimas uindemiāt. Quo dulcior cocolobis: hoc me
lior. Sed & auſtera trāſit in dulcem uetuſtate: & quæ dulciſ fuit in auſteritatem. Tūcq; albanum
uinū æmulātur. Tradūt ueſicæ uitiis utiliſſimū ex iis potū. Albuelis ſūmis arboribus eſt fertili/
or: uiſula imis. Quā ob rē circa eaſdem ſatæ diuerſitate naturæ locupletant. Inerticulā e nigris
appellauere iuſtius ſobriā dicturi: inueterato præcipue cōmēdabilem uino: ſed uiribus īnoxiā.
Siquidem temulētiā ſola nō facit. Fertilitas cōmēdat cæteras: pricipemq; heluenacā. Duo eius
genera. Maior quā quidā lōgam: minor quā arcam appellāt: nō tam fœcūdā ſed gratiorem hau
ſtu: Diſcernitur folio circinato. Veꝝ utraq; gracilis. Furcas ſubdere iis neceſſariū: alioqn uber/
tatē ſuam nō tolerāt. Maritimo afflatu gaudent. Roſcido odore. Nulla uitiū minus italiā amat:
rara: parua: putreſcens in ea. Vinū quoq; quod genuit æſtate nō exuperās. Nec alia macro ſolo
familiarior. Græcinus qui alioquin Cornelium. Celſum trāſcripſit arbitratur non naturam eius
repugnare italiæ: ſed culturam: auide palmites euocantium. Ob id fertilitatem ſuam abſumi: ſi
nō præpinguis ſoli ubertas laceſcētem ſuſtineat. Carbūculari negatur: magna dote: ſi ueꝝ eſt:
aliqua in uite e cælo nō eſſe ius. Aeſtū fert ſpionia: quā quidā ſpineā uocant. Autūniſq; & hym
bribus pingueſcit. Quinimo nebulis una alitur. Ob id rauēnati agro peculiaris. Veniculā īter
optime deſloreſcēteſ: & ollis aptiſſimā cāpani malunt ſcirculam uocare: alii ſtaculam. Tarracinā
numiſianam nullas uires ꝓprias habētem: ſed totam pinde ac ſolū ualeat. Surrētinis tamē effica
ciſſima teſtis ueſubio tenus. Ibi enī murgētia e ſicilia potiſſima: quam pōpeianam aliq uocāt. La
tio demū feracē: ſicut horconia ī campania tantū uilitatis cibariæ: ſed ubertate præcipua. Tole/
rat & annos moerica cōtra omēs ictus firmiſſima: nigro acino uinis uetuſtate rubeſcētibus.

Item de uitium generibus. Ca. iii.

ET hactenus publica ſūt genera: cætera regionū locoꝝq;: aut ex iis inter ſe inſito mixta. Si
quidē thuſcis peculiaris eſt tudernis æque etiā eius noīs florētia. Eſt optima aretio talpa/
na & eteſiaca & cōſeminia. Talpana nigra candidū facit muſtū. Eteſaica fallax: quæ quo plus tulit
eo laudabilius fundit. Miꝝq; fœcūditate ceſſat. Cōſeminia nigra uino minimo durante. Vua ma
xime poſt xv. dies q̄ ulla alia. Minus fertilis: ſed cibaria. Huius folia ſicuti labruſcæ priuſq̄ de
cidant ſanguineo colore mutantur. Euenit hoc etiam qbuſdam aliis peſſimi generis argumento.
Irtiola umbriæ meuanatiq; & piceno agro peculiaris eſt. Amiternino pumula. Iiſdē bannanica
fallax eſt: amant tamē eam. Mutinam uuam Pōpeii noīe appellant: q̄uis cluſinis copioſiorem.
Mutinam & tyburtes appellauere: quāuis oleaginam nuper inuenerint a ſolitudine oliuæ. No/
uiſſima hæc uuaꝝ ad hoc tēpus repta eſt. Vinaciolam ſoli qdē noīauerūt ſabini ac laurēti. Nam
gauranaſ ſcio a falerno agro tranſlatas uocari falernas celerrime ubiq; degenerantes. Necnō ta
rentinū genus aliqui fecere: prædulci uua. Capnias & buconiates & tarrupia ī thurinis collibus
nō ante demetūtur q̄ gelauerit. Pharia gaudēt piſæ. Mutina pruſiniæ nigro acino intra quadri
enniū albeſcēte uino. Miꝝ ubiq; cū ſole circūagi uuam: quæ ob id ſtrepitus uocatur. Et in italia
gallicam placere: tranſ alpes uero picenam. Dixit Virgilius thapſias & mareotidas & lageas com
pluresq; externas quæ nō reperiūtur in italia: ſed ſūt etiam nūc inſignes uua nō uino ambroſiaca
duracina ſine ullis uaſis in uite ſeruabilis: tanta ē cōtra frigora æſtus tēpeſtateſq; firmitas. Nec
orthampelos indiget arbore aut palis ipſa ſe ſuſtinēs. Nō itē dactylides digytali gracilitate. Co
lūbinæ acinoſiſſimæ. Et magis purpuræ cognoīe bimāmiæ: quando nō racemos: ſed uuas alias

gerũt. Itẽ crepidanea cui nomẽ a mẽſura eſt. Itẽ ſcirpula paſſo acino. Et rhetica in maritimis al/pibus appellata diſſimilis laudatæ illi. Nanq; hæc breuis conferta acino: degener uino: ſed cute omniũ tenuiſſima: Nucleo quẽ chiũ uocant: uno ac minimo. Acinũ prægrandem unum alteꝝ ue habẽs. Eſt & nigra aminea: cui ſyriace nomẽ impoſuẽt. Itẽ hiſpana ignobiliũ ꝓbatiſſima. In per gulis uero ſerũtur eſcariæ appellatæ eduræ acinis: albæ: nigræq;. Et bumaſti totidẽ coloribus. At nõdum dictæ ægia & rhodia & uncialis: ueluti a põdere acini. Itẽ pucina omniũ nigerrima. Et coronario naturæ luſu ſtephanitis acinos foliis intercurſantibus. Et quæ foreſes uocant cele res ꝓuentu: uendibiles aſpectu: portatu faciles. Cõtra damnant etiam uiſu cinerea & rhabubu/la & aſiniſca. Minus tamen caudam uulpium imitata alopecis. Alexandrina appellatur uitis circa palacraiam breuis: ramis cubitalibus: acino: nigro: fabæ magnitudine: nucleo molli: & minimo: obliq; racemis prædulcibus: folio paruo: & rotundo: ſine diuiſuris. Septimo ab hinc anno in nar boneſis prouintiæ aruo olina inuenta eſt uitis uno die deſloreſcens: ob id tutiſſima: carbonicam uocant: quam nunc tota prouintia conſerit.

### Inſignia culturæ uinearum. Ca. iiii.

CAtonũ ille primus triũpho & cenſura ſuper cætera inſignis magis tamẽ etiãnum claritate litteraꝝ præceptis oĩum reꝝ expetẽdaꝝ datis generi romano. Inter prima uero agrũ colẽdi. Illius uero æui cõfeſſione optimus ac ſine æmulo agricola pauca attigit uitiũ genera: quaꝝdã ex iis ẽt iam nolbus abolitis toto ſepatim tractu teſtatus ſentẽtiam. Cuius excellentia indicanda eſt ut in omni genere noſcamus quæ fuerint celeberrima. Anno. d. urbis c. circa captas cartha/ginem ac corinthũ cũ ſupremũ is diem obiit: & quãtũ poſtea ccxxx. annis uita ꝓfecerit. Ergo de uitibus uniſq; ita ꝓdidit. Qui locus uino optimus dicitur eſſe: & oſtentus ſolibus. Amineũ minu ſculũ & geminũ eugeniũ heluinũ minuſculũ cõſerito. Qui locus craſſior aut nebuloſior amineum maius aut murgentinũ apicium lucanum ſerito. Cæteræ uites miſellæ maxime in quẽuis agrum cõueniunt. In lora recte cõdũtur. Quas ſuſpẽdas duracinas amineas maiores: uel ad fabrũ ferra rium propaſſos: nec recte ſeruãtur. Nec ſunt uetuſtiora de illa re latinæ linguæ præcepta: tam ꝓpe ab origine reꝝ ſumus. Amineam proxime dictã Varro ſcantianam uocat. In noſtra ætate pauca exempla cõſumatæ huius artis fuere. Veꝝ eo minus omittẽda: ut noſcãtur etiã præmia: quæ in omĩ re maxime ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriã Acilius Steneleus e plebe libertina lx. iugeꝝ nõ amplius uineis excultis in nomẽtano agro: atq; æque. cccc. nũmis uenũda tis. Magna fama & Vetuleno Egilao perinde libertino fuit in cãpaniæ rur̃ ueliternino: maiorq; etiã fauore hominũ quoniã ipſũ Africani colebat exiliũ. Sed maxima eiuſdẽ Stenelei opa Rhẽ/mium Palæmonẽ alias grãmatica arte celebrem in hiſce. xx. annis mercatũ. dc. nũmum in eodẽ nomẽtano decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Eſt aũt uſq; quaq; nobilitas mercis ꝑ omnia ſubur bana: ibi tamen maxima: quoniam & neglecta ꝑ indiligentiam prædia ꝑhauriat. Ac ne in peſſi/mis quidem elegantioris ſoli hæc aggreſſus excoler̃: nõ uirtute animi: ſed uanitate. Quæ primo notata mira in illo fuit. Paſtinatas enim deintegro uineas cura Steneleũ agricolã imitatus ad uix credibile miraculũ ꝑduxit. Intra octauũ annũ. cccc. nũmum emptori addicta pẽdente uindemia. Cucurritq; nõ nemo ad ſpectãdas uuaꝝ in iis uineis ſtrues: litteris eius altioribus cõtra id pigra in ciuitate ſibi patrocinãte. Nouiſſime Amneo Seneca principatu traditionis ac potẽtia: quæ po ſtremo minima fuit ſup ipſum. Minime utiq; mirat uri Amneũ tanto prædii eius amore captũ: ut nõ puderet inuiſo alias & oſtento futuro tradere palmã eam emptis quadruplicato uineis illis in/tra decimũ fere curæ annũ: digna opa quæ in cecubis ſetiniſq; ꝓficeret: quãdo & poſtea ſæpenu mero ſeptenos culeos ſingula iugera: hoc eſt amphoras cẽtenas quadragenas muſti dedere. Ac ne qs uictam in hoc antiquitatem arbitraretur. Idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcrip ſit. Efficacibus exẽplis nõ maria plus temerata cõferre mercatori: nõ in rubrũ littus indicum ue merces petitas: q̃ ſedulũ ruris larem. Vino antiqſſima claritas maroneo in thraciæ maritima p/te genito: ut auctor eſt Homerus. Neq; enĩ fabuloſa aut de origine uarie prodita cõſectamur. Præterq; Ariſteũ primũ oĩum in eadẽ gente uel miſcuiſſe uino ſuauitate præcipua utriuſq; na turæ ſpõte prouenietis. Maroneũ uicies tantum addito aquæ miſcẽdũ Homerus ꝓdidit. Durat etiam uis in eadem terra generi uigorq; indomitus. Quippe cũ Mutianus ter cõſul ex iis qui nu perrime ꝓdidere: ſextarios ſingulos octogenis aquæ miſceri cõperit præſens in eo tractu. Eſſe aũt colore nigrũ: odoratũ: uetuſtate pingueſcere. Et pramno quod Homerus celebrauit: etiam nũc honos durat. Naſcitur ſmyrnæ religione iuxta delubrũ matris deũ. In reliqs generi claritas nõ fuit alicui. Anno fuit oĩum geneꝝ bonitas L. Opimo cõſule: cũ C. Gracchus Tri. ple. ſediti onibus agitatis ſnteremptus: ea cæli tẽperies fulſit: quã cocturã uocãt ſolis opere: natali urbis dc. xxxiiii. Duratq; adhuc uinea ducẽtis fere annis iam in ſpeciem redacta mellis aſperi. Etenim hæc natura uinis in uetuſtate eſt: ne potari ꝑ ſe queant ſine prouintiæ aqua: uſq; in amaritudinẽ carie indomita. Sed cæteris uinis cõmẽdãdis minima aliqua mixtura medicamẽta ſũt: quo eius temporis æſtimatione in ſingulas amphoras cẽteni nũmi ſtatuantur. Ex iis tamen uſura multipli

cata ſemiſſibus: quæ ciuilis ac modica eſt. In C. Cæſaris Germanici filii principatu anniſ centum ſexaginta ſingulas uncias uini cōſtitiſſe nobili exemplo docuimus referētes uitā Pōponii Secūdi uatis: cœnamq; quā principi illi dedit. Tantū pecuniaꝝ detinēt uini apothecæ. Nec alia res maius incremētum ſentit: Ad uiceſimū annum maius ue ab eo diſpēdium: nō perficiēte precio. Rara quippe adhuc fuere: nec niſi ī portatis ſingulis teſtis milia nūmum. Viennenſes ſoli picata ſua quoq; genera plura diximus: pluris permutaſſe: ſed inter ſeſe amore patrio creduntur. Idq; uinū frigidius reliquis exiſtimatur in frigido potu.

## ¶ De natura uini. Ca. v.

Uino natura eſt exhauſto accendi calore uiſcera intus. Foris infuſo refrigerādi. Nec alienum fuerit cōmemorare hoc in loco quod Androcides ſapiētia clarus ad Alexandrum magnum ſcripſit: intemperātiam eius cohibens. Vinū potaturus rex memēto te bibere ſāguinem terræ Sicuti uenenum eſt hoī cicuta: ſic & uinum. Quibus præceptis ſi ille obtemperauiſſet: profecto amicos in temulentia non interemiſſet. Prorſus ut iure dici poſſit: neq; uiribus corporis utilius aliud: neq; aliud uoluptatibus pernicioſius ſi modus abſit.

## ¶ Vina generoſa. Ca. vi.

GEnera aūt uini alia aliis gratiora eſſe quis dubitet: aut nō ex eodē lacu aliud præſtātiuſ potu eſſe altero: aliud alteꝝ germanitate præcedere: ſiue teſta ſiue fortuito euētu: Quā obrem de principatu ſe quiſq; iudicem ſtatuat. Liuia Auguſta lxxxii. ānos uitæ punico rettulit acceptos nō aquoſo. Gignitur in ſinu adriatici maris: no procul a timauo fonte: ſaxeo colle: maritimo afflatu paucas coquēte amphoras. Nec aliud aptius medicamētis iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod græci celebrātes miris laudibus pictanū appellauerūt ex adriatico ſinu. Diuus Auguſtus ſetinū prætulit cūctis: & fere ſecuti principes ꝓpter cōfeſſa expimēta nō timere cruditatibus noxiis. Ab eo ſaluia naſcitur ſupra foꝝ Apii. Antea cecubo erat generoſitaſ celeberrima in paluſtribus populetis: ſinu amiclano quod iam ītercidit & incuria coloni lociq; anguſtia. Magis tū foſſa Neronis: quam a baiano lacu oſtiā uſq; nauigabilē inchoauerat. Secūda nobilitas falerno agro erat Et ex eo maxie fauſtiano: cura culturaq; id collegerat. Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ potius ꝙ bonitati ſtudentium. Falernus ager a pōte cāpano leua petētibus urbanā coloniā ſyllanam nuper capuæ cōtributā īcipit. Fauſtianus aūt circiter quattuor miliaria a uico ꝓpe cedias qui uicus a ſinueſſa ſex milibus abeſt. Nec ulli in uino maior auctoritas ſolo. Vinoꝝ flāma accēditur. Tria eius genera. Auſteꝝ: dulce: tenue. Quidā ita diſtingūt. Sūmis collibus gauranū gigni: mediis fauſtianū: imis falernū. Nō omittēdū aūt nulli eoꝝ quæ celebrēt iucundū ſaporem uuæ eſſe. Ad tertiā palmā uariæ uenere. Albanæ urbi uicinæ prædulces: ac raræ in auſtero. Itē ſurrētina in uineis tantum naſcētia cōualeſcētibus maxime probata: ꝓpter tenuitatē ſalubritatēq;. Tiberius Cæſar dicebat cōſenſiſſe medicos ut nobilitatē ſurrētino darent: alioqn eſſe generoſū acetum. C. Cæſar q ſucceſſit illi nobilem uappā. Certāt maſſica æque ex monte gaurano puteolos baiaſq; ꝓſpectātia. Nā falerno cōtermina ſtatana ad prīcipatus uenere nō dubie: palamq; fecere. Sua quibuſq; terris tēpora eſſe ſecūdū ꝙ reꝝ ꝓuētus occaſuſq; iuncti. Iis præponi ſolebant calena: & quæ in uineis arbuſtiſq; naſcūtur fūdana. Ex alia uicinia urbis ueliternina priuernatiaq;. Nā quod ſigniæ naſcitur auſteritate nimia cōtinēdæ utile aluo inter medicamēta numeratur. Quartū curriculum publicis epulis optinuere a Diuo Iulio (is enī primus auctoritatem iis tribuit: ut epiſtolis eius apparet) mamertina circa meſſanā in ſicilia genita. Ex iis potulana ab auctore dicta in loco proxima italiæ laudātur præcipue. Eſt & in eadem ſicilia & tauromenitanis honos lagenis ꝓ mamertino pleꝝq; ſubditis. Ex reliquis aūt a ſupero mari ꝑtutia: atq; a neone naſcētia: & quæ a palma una forte enata palmeſia appellāē. In mediterraneo uero ceſenatia mecenatiana. In ueronēſi item retica falernis tantū poſthabita a Virgilio. Mox optima ab intimo ſinu mariſ adriana. Ab infero āt latinēſia: grauicana: ſtoniēſia. Etruriæ palmā luna habet. Liguriæ genua. Inter pyreneū alpeſq; maſſilia: gemino ſapore: quādo & cōdiendis aliis pinguius gignit: quos uocāt ſuccoſum. Cerretano inter gallias cōſiſtit auctoritas. De reliqs in narbonēſi genitis aſſeuerare nō eſt: quoniā officinā eius rei infecere tingētes fumo: utināq; nō & hærbis ac medicamētis noxiis. Quippe etiā oloe mercātur: quo ſaporē coloremq; adulterāt. Veꝝ & lōgingora italiæ ab auſonio mari nō carent gloria tarentina: & ſeruitiana: & coſentiæ genita: & tempſiæ ac balbiæ lucanaq; antecedentibus thurinis. Oīum uero eoꝝ maxime illuſtrata meſſala pōtia: & ſalute lagaria nō ꝓcul grumēto naſcētia. Cāpania nuper excitauit nouis noībus auctoritatem: ſiue cura ſiue caſu: ad quartū neapoli lapidem trebellicis iuxta capuā caulinis: & ī ſuo agro trebulanis: alioqn ſemp inter plebeia & trifollinis gloriata. Nā pōpeianis ſūmū decē ānoꝝ incremētum eſt: nihil ſenecta conferēte. Dolore etiā capitū ī ſextā horā diei ſequētis infeſta deprehendūtur. Quibus exēplis (niſi fallor) manifeſtū eſt patriā terrāq; referre nō uuā. Et ſupua cuū geneꝝ cōſectationē in numeꝝ cū eadem uitis aliud aliis lociſ pullulet. Hiſpaniaꝝ luſitana copia nobilitantur. Elegātia uero tarraconenſia: atq; lauroneſia: & balearica ex inſulis cōferuntur

italiæ primis. Nec ignoro multa prætermiſſa pleroſqꝫ exiſtimaturos: quando ſuũ cuiqꝫ placet:
& quocũqꝫ eatur: fabula eadem repiatur. Diui Auguſti iudicioꝝ ac palati peritiſſimum e libertiſ
cenſurã uini in epulas eius facientẽ dixiſſe hoſpiti de indigena uino: nouum qdẽ ſibi guſtum eſſe
eum atqꝫ nõ ex nobilibus: ſed Cæſarem nõ aliud potatuꝝ. Nec negauerim & alia digna eſſe fa/
ma. Sed de qbus cõſenſus æui iudicauerunt hæc ſunt.

## Vina tranſmarina. Ca. vii.

VNc ſimili modo trãſmarina dicemus. In ſũma gloria poſt homerica illa de qbus ſupradixi/
mus fuere thaſium chiumqꝫ. Ex chio quod aruiſium uocãt. Iis addidit leſbiũ Eraſiſtrati ma/
ximi medici auctoritas circiter. cccl. ãno urbis romæ. Nũc grã ante oĩa eſt clazomenio: poſtqꝫ
parcius mari condiunt. Leſbiũ ſpõte naturæ ſuæ mare ſapit. Nec tmolio ꝑ ſe gratia ut uino: ſed
cuius dulci admixto reliquoꝝ duricia ſuauitatem accipiat ſimul & ætatem: quoniã uetuſtiora ꝓ
tinus uidentur. Ab iis dignatio eſt ſycionio: cyprio: telmeſico: tripolitico: berritio: tyrio. ſebẽ/
nitico. In ægypto hoc naſcitur tribus generibus uuaꝝ: ibi nobilius thaſio & alopece. Poſt hæc
auctoritas hippodomãtio: myſtico: cãtharitæ: protopo: gnidio: cadacæ: caumenitæ: petritæ:
miconio. Nam meſogiten capitis dolores facere cõpertũ eſt. Nec epheſium ſalubre eſſe: quoni
am mari & defruto cõdiatur. Apamenũ mulſo præcipue cõuenirẽ dicitur: ſicut prætutiũ ĩ italia.
Eſt enĩ & hæc ꝓprietas generꝝ: ut dulcia utiqꝫ ĩter ſe nõ cõgruãt. Exoleuit & ꝓtagiõ: quod itali
cis ꝓximũ fecerãt Aſclepiadis ſcholæ. Apollodorus medicus ĩ uolumĩe quo ſuaſit Ptolemæo re
gi quæ uina biberet: italicis etiã tũ ignotis: laudauit ĩ põto naſpcenitẽ: mox oroeticũ: oenãthe:
leucanium: ambraciotẽ: & quod cunctis prætulit præparentium. Sed minoris famæ eſſe dixit:
quoniam ſex annos non placeret.

## De uino quod ꝓuocatur bion. gñra vii. Ca. viii.

HActenus bonitas uini nationibus debetur. Apud græcos iure clariſſimum nomen accepit
quod appellauerũt bion ad plurimos ualitudinũ uſus excogitatũ: ut docebimus in ꝑte me/
dicinæ. Fit aũt hoc mõ. Vuæ paulũ ãte maturitatem decerptæ ſiccãt acri ſole ter die uerſatæ ꝑ
triduum: quarto exprimũtur: dein cadis ſole inueterãtur. Cui marinã aquã largiorem miſcent:
a ſerui furto origine orta ſic mẽſura explentis. Idqꝫ trãſlatũ in albũ muſtũ leucochrun appellat.
In aliis aũt gẽtibus ſimili mõ factũ tethalaſſomenon uocãt. Thalaſſiten aũt uaſis muſti deiectis
ĩ mar. Quo genere præcox fit & uetuſtiuſ. Necnõ apud nos quoqꝫ coũ uinũ ex italico faciẽdi rõ
nẽ Cato demõſtrauit. Sup cætera ĩ ſole quadriẽnio maturãdũ præcipiẽs Rhodiũ coo ſimile ẽ.
Phorineũ ſalſius coo. Oĩa trãſmarina ſeptẽ ĩ ſex ãnis ad uetuſtatẽ mediã ꝑuenire exiſtimantur.

## De dulcium generibus. xiiii. Ca. ix.

VInum omẽ dulce minus odoratum: quo tenuius eo odoratius. Colores uinis quattuor. Al
bus: fuluus: ſanguineus: niger. Pſythium & melãpſythium paſſi genera ſunt ſuũ ſaporẽ nõ
uini referentia. Ciſibilites uero mulſi in galatia naſcens & balincium ĩ ſicilia. Nã ſyreũ quod alii
hepſema: noſtri ſapam appellant ingenii nõ naturæ opus eſt: muſto uſqꝫ ad tertiã partẽ mẽſu/
ræ decocto. Quod ubi factũ ad dimidiã eſt: defructũ uocamus. Omĩa ĩ adulteriũ mellis excogi
tata. Sed priora uua terraqꝫ conſtãt. Paſſum a græco ciliciũ ꝓbat & africũ: & in italia ꝓuintiiſqꝫ
finitimis. Fieri certum eſt ex uua quã græci ſticam uocãt: nos apianã. Itẽ ſcirpulã: diutius ĩ uite
ſole uuis aduſtis aut feruẽte oleo. Quidã e quacunqꝫ dulci dum præcocta alba faciunt ſiccantes
ſole: donec paulo amplius dimidium põdus ſupſit. Tuſaſqꝫ leniter uuas exprimunt. Deinde qꝫtũ
expreſſere adiiciunt uinaceis aquæ puteanæ: ut & ſecundarium paſſũ faciãt. Diligentiores eodẽ
mõ ſiccatis acinos eximunt: ac ſine ſarmentis madefactos uino excellenti donec intumeſcant: ex
primunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac ſimili mõ aqua addita ſecundarium faciunt. Me
dium inter dulcia uinum eſt quod græci aigleuces uocãt: hoc eſt ſemp muſtum. Id euenit cura:
quoniam feruere phibetur. Sic enim apppellãt muſti in uina trãſitum. Ergo mergũt e lacu ꝓti/
nus in aqua cados: donec bruma trãſeat: & cõſuetudo fiat algẽdi. Eſt etiãnũ aliud genus eius ꝑ
ſe: quod uocat dulce narbonẽſis ꝓuintia: & in ea maxime uocõtia. Aſſeruat eius gratia uua diu/
tius in uite pediculo in torto. Ab aliis ipſe palmes inciditur in medullã. Ab aliis uua torretur in
tegulis: omia ex heluẽnaca uite. Iis adiiciunt aliqui quod uocant diachyton: uuis ĩ ſole ſiccatis lo
co cluſo per dies ſeptem in cratibus totidem pedibus a terra alte: noctibus a rore defẽſis: octa/
uo die calcatis. Ita fieri optimi odoris ſaporiſqꝫ. Dulci e genere eſt & melitites. Diſtat a mulſo
quo fit e muſto: cũ qnqꝫ cõgiis auſteri muſti congio mellis & ſalis cyatho ſufferuefactis auſteꝝ.
Sed inter hæc genera potuũ ponere debeo & ꝓtiopum. Ita appellat a qbuſdã muſtum ſpõte de
fluens anteqꝫ calcentur uuæ. Hoc protinus diffuſum lagenis ſuis deferuere paſſi. Poſtea in ſole
xl. diebus torrent æſtatis ſecutæ ipſo canis ortu.

## De deuteris & ſecundariis uini genera tria. Ca. x.

NOn poſſũt iure dici uina: quæ græci deuterias appellant: Cato & nos lorã: maceratiſ aqua
uinaceiſ. Sed tamẽ inter uina oparia numerant. Tria eoꝝ genera. Decima ꝑte aquæ addita

ꝙ muſti expreſſa ſit: & ita nocte & die madefactis uinaceis: rurſuſq; prelo ſubiectis. Alteꝝ qđ hoc mō græci factitauer̄: tertia pte eius qđ expreſſū ſit addita aquæ: expſſoq; decocto ad tertias ptes. Tertiū ē fæcibus uini expſſū: quod fæcatū Cato appellat. Nulli ex iiſ plus ꝙ āno uſuſ.

Quæ nuper in italia generoſa uina eſſe cœperunt. Ca. xi.

VEꝝ inter hæc ſubit mentē cum ſint genera nobilia quæ ꝓprie uini intelligi poſſit. lxxx. fere in toto orbe duas partes ex hoc numero italiæ eſſe. Longe præterea ante cūctas terraſ: & hinc deinde altius cura ſerpit non a primordio hanc gratiam fuiſſe.

De uini obſeruatione Romulo rege poſita. Ca. xii.

AVctoritatem poſt ſexcēteſimū forte urbis ānū cœpiſſe. Romulū lacte nō uino libaſſe indicio ſunt ſacra ab eo inſtituta. quæ hodie cuſtodiūt morem. Nūmæ regis poſtumi lex eſt. Vino rogum ne reſpergito. Quod ſanxiſſe illū ꝓpter inopiā rei nemo dubitet. Eadē lege ex imputata uite libari uina diis nefas ſtatuit: rōne excogitata ut putare cogerentur alias aratores & pigri circa arbuſti pericula. M. Varro auctor eſt Mezentium etruriæ regem auxilium rutuliſ cōtra latinos tuliſſe uini mercede. quod tum in latino agro fuiſſet.

Qui uini uſus antiquis: & de uinis antiquoꝝ. Ca. xiii.

NOn licebat id fœminis romæ bibere. Inuenimus inter exempla Egnati Metētini uxorē ꝙ uinū bibiſſet e dolio interfectam fuſte a marito: eumq; cædis a Romulo abſolutum. Fabiuſ pictor in ānalibus ſuis ſcripſit. Matronā ꝙ loculos ī qbus erāt claues uinariæ cellæ rīſignauiſſet a ſuis inedia mori coactā. Cato ideo ꝓpinquos fœminis oſculū dare: ut ſcirent an temetum olerent. Hoc tum nomē uino erat: ūde & temulētia appellata. Cn. Domitius iudex ꝓnūtiauit mulierem uideri plus uini bibiſſe: ꝙ ualitudinis cā uiro inſciēte: ac dote multauit. Diuq; eius rei magna parſimonia fuit. L. Papyrius imperator aduerſus ſānites dimicaturus uotū fecit ſi uiciſſet Ioui pocillū uini. Deniq; inter dona ſextarios lactis datos inuenimus nuſq; uini. Idē Cato cū in hiſpaniam nauigaret: unde cū triūpho rediit: Non aliud inquit uinū bibi ꝙ remiges: in tantū diſſimilis iſtis q etiā cōuiuiiſ alia ꝙ ſibimetipſis miniſtrāt aut procedēte mēſa ſubiiciūt. Laudatiſſima apud priſcos uina erāt myrrhæ odore cōdita: ut apparet in Plauti fabula: quæ perſa inſcribitur: ꝙ ꝙ in ea & calamū addi iubet. Ideo quidam aromaticis delectatos maxime credūt. Sed Fabius Doſēnus his uerſibus decreuit

Mittebant uinum pulchrum murrinam. Et in achariſtione

Panem & polentam uinum murrinam.

Scæuolam quoq; & Læliū & Atteū Capitonē ī eadē ſētētia fuiſſe uideo: quoniā ī pſeudulo ſit.

Quod ſi opus eſt ut dulce promant idem & quid habeant roga.

Murrinam: paſſum: defrutum: mella.

Quibus apparet nō inter uina modo murrinam: ſed inter dulcia quoq; nominatum.

De apothecis & de uino opimiano. Ca. xiiii.

APothecas fuiſſe & diffūdi ſolita uina: āno. dc. xxxiii. urbis apparet indubitato opimiani uini argumēto: iā intelligēte ſuū bonū italia. Nōdū tamē iſta genera in claritate erāt. Itaq; oīa tūc genita unū habent conſulis nomē. Sic quoq; diu tranſmarina fuerunt in auctoritate ad attauos uſq; noſtros etiā falerno iam reperto: ſicut apparet ex illo comico uerſu Anaxipolis thaſii.

Quinq; thaſii uini inde depromam falerni bina.

P. Licinius craſſus & L. Cæſar cēſores anno urbis cōditæ. dc. lxv. edixerūt ne quis uinū græcū amineūq; octonis æris ſingula quadrātalia uēderet. Hæc enim edicti uerba ſunt. Tāta uero uino græco gratia erat: ut ſingulæ potiones in uno cōuictu darent̄. Quibus uinis auctoritas fuerit ſua ī mēſa: M. Varro his uerbis tradit. L. Lucullus puer apud patrē nūq; lautū cōuiuiū uidit ī quo plus ſemel græcū uinū daret̄. Ipſe cū rediit ex aſia milia cadoꝝ cōgioꝝ diuiſit āplius cētū. C. Cēſius quem prætorem uidimus chium uinum ī domum ſuam illatum dicebat tum primum: cum ſibi cardiaco medicus dediſſet. Hortenſius ſuper. x. cados hæredi reliqt. Hactenus Varro.

De liberalitate Cæſariſ in uino: & quando primū genera uini factitii. Ca. xv.

QVid ni & Cæſar dictator triumphi ſui cœna uini falerni amphoras centum: chii cados centum in conuiuia diſtribuit. Idem hiſpanienſi triumpho chium & falernum dedit. Epulo uero ī tertio cōſulatu ſuo falernū: chiū: leſbiū: mamertinū: quo primū tēpor̄ quattuor genera uini appoſita cōſtat. Poſtea ergo alia oīa ī nobilitatē uenerūt circiter ſeptigenteſimum urbiſ annum.

De uinis factitiis. Ca. xvi.

ITaq; nō minora īnumerabilia pene genera factitii reperta multis ante ſæculis: quæ nūc dicemus oīa ad medicinæ uſum ptinentia. Omphacium quomodo fieret ꝓpter unguēta diximus priore libro. Fit e labruſca: hoc eſt uite ſiluestri quod uocatur oenāthinū. Flores eius libris duabus in muſti cado macerati poſt. xxx. dies mutantur. Præter hoc radix labruſcæ & acini coria perficiunt. Ii paulo poſtq; defloruere: ſingulare remediū habēt ad refrigerandum in morbis corpoꝝ arbores gelidiſſima (ut ferūt) natura. Pars eoꝝ æſtu moritur: priuſq; rliqui q ſolſtitiales

dicuntur. Vniuerſi nuncꝫ matureſcũt. Et ſi prius ꝙ tota uua matureſcat: incocta detur cibo gal/
linaceo generi faſtidiũ gignit uuas appetẽdi. Fictitioꝝ primũ fit ex ipſo uino: quod uocant aſſina
mon hoc mõ. Albi muſti ſextarii. xx. aquæ dimidiũ ſeruet donec excoquat aquæ menſura. Alii
marinæ ſextarios. x. tãtũdem pluuiæ in ſole. xl. diebus torrent. Dãt ægris qbus uini noxam ti
ment. Proximũ fit e milii ſemine maturo cũ ipſa ſtipula librã & quadrãtem in cõgios duos muſti
macerant. Et poſt ſeptimũ mẽſem trãſfuſo. Ex loto arbore hærba dictũ ẽ uti quæcꝫ fierẽt. Fit
& e pomis quæ dicemus interpretationibus nõ niſi neceſſariis additis. Primũcꝫ ei e palmis: quo
parthi & indi utuntur: & oriens totus. Maritimaꝝ quas uocãt & cycleas modio in aquæ congiis
tribus macerato expreſſocꝫ. Sic fit & ſycites e fico: quẽ alii palmiprunũ: alii trociũ uocãt. Aut ſi
dulce eſſe nõ libeat: pro aqua tantũdem uinaceoꝝ adiciũt. Ex cypria fico & acetũ fit præcellẽs:
atcꝫ alexãdrino quocꝫ melius. Vinũ fit & ex ſiliqua ſyriaca: & e pyris: maloꝝcꝫ oibuſ generibus
Sed e punicis quod rhoiton uocãt. Et e cornis: meſpilis: ſorbis: moris ſiccis: nucleis pineis. Hi
muſto madidi exprimũtur. Supiora per ſe mitia. Myrtitẽ Cato quẽadmodum fecerit hoc paulo
poſt indicabimus. Græci uero & alio mõ. Ramis teneris cũ ſuis foliis in albo muſto decoctis tu/
ſis libra in tribus muſti cõgiis deferuere faciunt: donec duo ſuperſint. Quod ita ſilueſtris myrti
baccis factũ eſt: myrtidanũ uocant. Hoc manus tingũt. Ex iis quæ in hortis gignũtur fit uinum
e radice aſparago: mello: origano: apii ſemĩe: ambrotono: mẽtaſtro: ruta: nepeta: ſerpillo: mar
rubio. Manipulos binos tundũt in cadum muſti: & ſapæ ſextariũ: & aquæ marinæ heminã. E na
pis fit. x. denarioꝝ põdere in ſextarios binos muſti addito. Itẽ e ſcylla radice. Inter flores & ro/
ſæ foliis tuſis: in linteolocꝫ ĩ muſtũ collatis cũ põduſculo ut ſidat. xl. põdere denarioꝝ in ſextari
os uicenos muſti: nec ante tres mẽſes uaſe aperto. Item in agro calido: & aliud e ſilueſtri. Aro/
matiten quocꝫ iuenio factitatum nõ tantũ unguẽtoꝝ cõpoſitione. primo ex myrrha (ut diximuſ)
mox e nardo celtico: calamo: bitumine: offis ĩ muſtũ: aut dulce uinũ deſectis. Alii de calamo: iũ/
co: coſto: nardo: ſyriaco: amomo: caſia: cynnamomo: croco: palma: garo: ſimiliter & offa. Apud
alios nardi: & malobathri ſex libris in muſti cõgios duos additis. Qualia nũc quocꝫ fiunt pipere
& melle addito: quæ alii cõdita: alii piperata appellãt. Inuenitur & nectarites ex hærba: quam
alii menalion: alii medicã: alii ſymphyton: alii deamoreſtim: alii nectareã uocãt: radice põderis
xl. denarioꝝ in ſextarios ſex muſti addita. Similiter in linteo. Ex cæteris hærbis collatis fit abſin
thites in. xl. ſextariis muſti abſinthii põtici libra decocta ad tertias ptes: uel ſcopis abſinthii ĩ ui/
num additis. Similiter hyſopites e lycio hyſopo unciis tribus in duos cõgios muſti cõiectis aut
tuſis in uinum. Fiunt utracꝫ & alio mõ circa radices uitium ſato. Sic & helleboriten fieri ex uera
tro nigro Cato docet. Sic fit & ſcãmoniteſ. Mira uitiũ natura ſaporẽ alienũ in ſe trahendi: qualẽ
& redolent ſalicũ patauinoꝝ in paluſtribus uindemiæ. Sic & helleboꝝ ſeritur in thaſo: aut cucu/
mis ſilueſter: aut ſcamonea: quod uinũ ectromatium uocãt: quoniã abortus facit. Fit & ex hær/
bis: quaꝝ natura ſuo loco dicetur. Eſt & ocha de radice gẽtianæ: & trogoriano: & dictamo: aſſa
ro: dauco: elebi: panacea: ſpagora: corinthimo: mãdragora iunco. Vocarũt & ſycinũ: & ithaco/
melin: & lectiſpagiten: quoꝝ tam obliterata rõ eſt. Ex fruticũ uero generi cædri utriuſcꝫ cupreſ
ſi: laurus: iuniperi: pini: pyri: terebinthi: callini: lentiſci. Baccas aut lignum recens ĩ muſto deco
quunt. Item chameleæ & chamepithios & chamedryos lignum. Eodem modo & ex flore in con
gium muſti decem denariorum pondere addito.

## De hydromelle & oximelle.. Ca. xvii.

Hit uinũ ex aqua ac melle tantũ. Quinquẽnio ad hoc ſeruari cæleſtem iubẽt aliqui prudẽti/
ores. Alii ſtatim ad tertias ptes decoquũt: & tertiã mellis ueteris adiciunt. Deinde. xl. die
bus canis ortu in ſole habent. Alii diffuſa ita decimo die obturant. Hoc uocatur hydromel. & ue
tuſtate ſaporẽ uini aſſequitur: nuſcꝫ laudatius ꝙ ĩ phrygia. Quin & acetũ melle tẽpabat: adeo
nihil intẽptatum in uita fuit. Oxymel hoc uocarũt: mellis decem libris: aceti ueteris heminis qn
que: ſalis marini libra: aquæ pluuiæ ſextariis qncꝫ ſufferuefactis decies: mox elutriatis: atcꝫ ita
inueteratis. Omia ab Themiſone ſũmo auctore dãnata. Et hercule coactus eoꝝ uſus uideri po/
teſt: niſi ſi quis naturæ opus credit aromatitẽ: & ex unguẽtis uina cõpoſita: aut ut biberẽtur ge
nuiſſe ea frutices. Iſta ſũt cognitu iucũda ſolertia humani aĩ oia exqrente. Nihil qdẽ ex iis ãno
durat: prætercꝫ quæ uetuſtate ipſa fieri diximus. Et plura ue tricenis qdẽ diebus ñ erit dubiũ.

## Prodigioſa genera uini. Ca. xviii.

SVnt & ĩ uino pdigia. Dicitur in archadia fieri quod fœcũditatẽ fœminis ĩportet: uiris ra/
biem. At in achaia maxime circa chariniã abigi partũ uino: atcꝫ etiã ſi uuam edãt grauidæ:
cũ differẽtia in guſtatu nõ ſit. Troezenũ uinum qui bibunt negãtur generare. Thaſos duo gene
ra uini diuerſa facere proditur. Vnum quo ſõnus cõciliet: alteꝝ uero quo fuget. Apud eoſdem
uitis theriace uocatur: cuius & uinũ & uua cõtra ſerpẽtiũ ictus medet. Lebadeos thuris odore:
ex qua diis prolibãt. E diuerſo aſpendios dãnata a feris. Ferunt eam nec ab alite ulla attigi. Tha
ſiam uuam ægyptus uocat apud ſe prædulcẽ quæ ſoluit aluum. Eſt cõtra in lycia quæ ſolutã ſir

©BIUM

mat. Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem. Vina in apothecis canis ortu mutãtur
quædã poſteaqꝫ: reſtituuntur ſibi. Sic & maris nauigio: cuius iactatus iis quæ durauerint tantũ
uetuſtatis adiicere ſentitur: quãntum habuerint.

Quibus uinis ad ſacra uti fas nõ ſit: & quibus generibus muſta cõdiantur: Ca. xix.

ET quoniã religione uita cõſtat: prolibare diis nefaſtũ habetur uino præter imputatæ ui-
tis: fulmine tactæ: quãqꝫ iuxta hoĩs mors laqueo pepẽderit: aut uulneratis pedibus calcata: &
quod circũciſis uinaceis ꝓfluxerit: aut ſuperne deciduo ĩmũdiore lapſu aliquo polluta. Itẽ græ-
ca quoniã aquam habeat. Vitis ipſa quoqꝫ mãditur decoctis caulibus ſũmis: qui & cõdiuntur in
aceto ac muria. Verꝝ & de apparatu uini dixiſſe cõueniat: cũ græci priuatim ea præcepta tradi-
derint: artemqꝫ fecerint: ſicut Euphronius & Ariſtomachus & Cõiades & Hiceſius. Africa gyp
ſo mitigat aſperitatem: necnõ aliquibus ſui partibus calce. Græcia argilla aut marmore aut ſale
aut mari lenitatem excitat. Italiæ in parte aliqua rabulana pice ac reſina. Cõdire muſta uulgare
eſt ei: prouinciiſqꝫ finitimis. Anni prioris uina nõnuſqꝫ fæce aceto ue cõdiunt. Necnõ & ex ipſo
muſto fiunt medicamina. Decoquitur ut dulceſcat portione uiriũ. Nec durare ultra ãnuũ ſpatiũ
tale ꝓdit. Aliqbus ĩ locis decoquũt ad ſapas muſta: infuſiſqꝫ iis ferociã frangũt. Et ĩ hoc tñ ge-
nere & ĩ oĩ alio ſubminiſtrãt uaſa ipſa cõdimẽtis picis. Cuius faciẽdæ rõ ꝓximo dicet̃ uolumie.

De picis gñribus: & reſinis: & muſtis cõdiẽdis: & de aceto & fæce. Ca. xx.

ARborꝝ ſucco manantium picem reſinãqꝫ aliæ ortæ in oriẽte: aliæ in europa ferũtur. Quæ
intereſt aſia utrinqꝫ quaſdã habet. In oriẽte optimã tenuiſſimãqꝫ terebinthi fũdunt. Deide
lentiſci: quã & maſticen uocãt. Poſtea cupreſſi acerrimã ſapore. Liquidã oẽs & tãtum reſinam.
Craſſiorem uero & ad pices faciẽdas cedrus. Arabica reſina alba eſt: acri odore difficilis coquen-
ti. Iudaica calloſior: & terebinthi quoqꝫ odoratior. Syriaca attici mellis ſimilitudinẽ habet. Cy-
pria antecedit omẽs. Eſt ãt melleo colore carnoſa. Colophonia præter cæteras fulua: ſi teratur
alba fit. Grauior odore. Et ob id nõ utuntur ea unguẽtarii. In aſia quæ fit e picea admodũ cãdi-
da: ſpagos uocatur. Reſina oĩs diſſoluitur oleo. Quidã & creta figulinaꝝ hoc fieri arbitrãt̃: Pu-
detqꝫ cõfiteri: maximũ iam honorẽ eius eſſe in euellẽdis a uiroꝝ corporibus pilis. Ratio ãt con
diendi muſta in primo feruore qui nouẽ diebus cõplurimũ pagitur aſperſu picis: ut odor uino cõ
tingat: & ſaporis quædã acumina. Vehemẽtius id fieri arbitrãtur crudo flore reſinæ: excitariqꝫ
lenitatem. E diuerſo crapulã compeſci: & feritatẽ nimiã: frãgiqꝫ uirus. Aut ubi pigra lenitaſ tor
peat: uirus addi. Liguriæ maxime circũpadaniſqꝫ muſtis utilitas diſcernitur hoc mõ pugnacibus
muſtis crapulæ plus inditur: lenibus parcius. Sũt qui & ex utroqꝫ cõdiri uelint. Necnõ alia quæ
eſt multa pice natura. Vitiũqꝫ muſto quibuſdã in locis iteꝝ ſpõte feruere: qua calamitate cũ de-
ferbuit deperit ſapor: uappæqꝫ accipit nomẽ. Probroſũ etiã hoĩum cũ degenerauit aĩus. Acetiſ
enim neqciæ ineſt uirtus magnos ad uſus: & ſine quis uita mitior degi nõ poſſit. Cætero uinoꝝ
medicaminis tanta cura eſt: ut cinere apud quoſdã ceu gypſo alibi qbus diximus mõis inſtauren
tur. Sed cinerem e uitis ſarmẽtis aut quercu præferũt. Quin & marinã aquã eiuſdem rei gratia
ex alto peti iubent: ſeruariqꝫ ab æquinoctio uerno: aut certe nocte ſolſtitio & aqlone flãte hau-
riri: uel circa uindemiã ſi hauriatur decoqui. Pix in italia ad uaſa uino cõdẽdo maxime ꝓbat̃ bru-
tia. Fit e picea reſina. In hiſpania ãt e piceaſtris minime laudata. Eſt eñi reſina haꝝ amara & ari-
da & graui odore. Differẽtiam rõemqꝫ faciẽdi ꝓximo uolumine demõſtrabimus inter arbores fe
ras. Vitia præter ſupradicta acor: aut fumidũ uirus: aut picis aduſtio. Expimẽtum uero ſi frag-
mẽta ſubluceãt: ac ſub dente lenteſcat acore iucũdo. Aſia picem indicã maxime probat: græcia
piericam. Virgilius naritiã. Diligẽtiores admiſcẽt nigrã maſticẽ: quæ ĩ ponto bituminis ſimilis
gignitur: & irys radicem oleumqꝫ. Nã cærã accipiẽtibus uaſis cõpertũ ẽ uina aceſcere. Sed trãſ
ferre in ea uaſa in quibus acetũ fuerit utilius: qꝫ in ea in qbus dulce: aut mulſũ. Cato iubet uina
cõcinnari: hoc enim utitur uerbo: cineris lexiui cũ defruto cocti pte quadrigẽteſima pulegii uel
ſalis ſexqlibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuris mẽtionẽ. Reſinæ uero in nouiſſimis.
Sup oĩa addi matureſcẽte iam uino iubet muſtum: quod ille tortiuum appellat. Noſ ĩtelligimus
nouiſſime expreſſũ. Et adiici muſtis tingendi grã coloris: ut pigmentum aliquod uini. Atqꝫ ita
pinguius fieri. Tot ueneficiis placere cogitur. Et miramur noxia eſſe in uitiũ inclinãtes. Expimẽ
tum eſt laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Propriũ aũt inter reliquos liquores uino mulce
ſcere: aut in acetum uerti.. Extantqꝫ medicinæ uolumina. Et fæx uini ſiccata recipit ignes: ac ſi-
ne alimẽto p ſe flagrat. Cinis eius nitri naturã hẽt: eaſdẽqꝫ hẽt uires. Hoc ãplius quo pinguius
ſentitur.

De cellis uinariis. Ca. xxi.

MAgna & collecto iam uino differentia in cella. Circa alpes ligneis uaſis cõdũt: circuliſqꝫ cin
gunt: atqꝫ etiã hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Miꝝ dictu. Sed aliquãdo uiſum: rup
tis uaſis ſtetere glaciatæ moles prodigii mõ: quoniã uini natura nõ gelaſcit: alias ad frigus ſtu-
pens tantũ. Mitiores plagæ doliis cõdũt: infodiuntqꝫ terræ tota: aut ad portionẽ ſitus. Itẽ cæ-
lum præbent. Alii uero impoſitis tectis arcẽt. Tradũturqꝫ ad hæc præcepta. Latus cellæ uina-

BIUM

riæ aut certe feneſtras obuerti in aquilonē oportere: uel uſqꝫ in exortum æquinoctialem. Sterq
linia & arborꝫ radices procul abeſſe: omniaqꝫ odoris euitandi: facillimo in uina trāſitu. Ficos utiqꝫ
& caprificos. Doliis etiā interualla dari: ne inter ſeſe uitia ſerpāt cōtagione uini ſemper ociſſima.
Quin & figuras īferre. Ventroſa ac patula minus utilia. Picari oportere protinus a canis ortu: po
ſtea perfūdi marina aqua aut ſalſa: ac leui cinere ſarmēti ea aſpergi: uel argilla aſperſa myrrha ſuf
firi: ipſaſqꝫ ſæpius cellas. Imbecilla uina demiſſis in terrā doliis ſeruāda. Valida expoſitis. Nūqꝫ
implēda. Et quo ſupſit: paſſo aut defruto pungēdū: admixto croco: pice ueteri cū ſapa. Sic coop
cula doliorꝫ medicāda addita maſtice ac pice.. Bruma aperiri uetāt: niſi ſereno die. Vetāt auſtro
flāte: luna ue plena. Flos uini candidus ꝓbat̃: rubēs triſte ſignū eſt: ſi nō is uini colos ſit. Item
uaſis incaleſcētibus: opculis ue ſudātibus. Quod celeriter florere cœpit: odorēqꝫ trahere: non
fore diutinū. Ipſa quoqꝫ defruta ac ſapas cū ſit cælū ſiñ luna: hoc eſt ī ſyderis eius coitu neqꝫ alio
die coq iubēt. Præterea plūbeis uaſis ñ æreis: nucibus iuglādibus additis: Eas. n. fumū excipe.
Cāpaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo ī cadis uerberari ſole luna hymbre ac uētis aptiſſimū ui-
detur.

## De uitanda ebrietate. Ca. xxii.

AC ſi quis diligētius reputet: in nulla pte operoſior uita eſt: ceu nō ſaluberrimum ad potum
aquæ liquorem natura dederit: quo cætera omia animātia utuntur. At nos uinū bibere &
iumēta cogimus: tātoqꝫ opere: tāto labore & impēdio cōſtat: quod hois mētem mutet: ac
furorem gignat: milibus ſcelerꝫ huic deditis tanta dulcedine: ut magna pars nō aliud uitæ præ-
mium intelligat. Quinimo ut plus capiamus: ſacco frāgimus uires. Et alia irritamēta excogitan
tur. Ac bibēdi cā etiā uenena cōficiuntur. Aliis cicutā præſūmentibus: ut bibere mors cogat.
Aliis pumicis farinā: & quæ referēdo putet docere. Cautiſſimos ex iis balineis quoqꝫ coqui ui-
demus: exanimeſqꝫ efferri. Iam uero alios lectum expectare nō poſſe: īmo uero nec tunicā. Nu
doſqꝫ ibi ꝓtinus & anhelos ingētia uaſa corripere: uelut ad oſtētationem uirium: ac plene infun
dere ut ſtati euomāt: rurſuſqꝫ hauriāt. Idqꝫ iterꝫ tertioqꝫ: tanqꝫ ad perdēda uina geniti: & tanqꝫ
effundi illa nō poſſint: niſi per humanum corpus. Ad hæc pertinēt peregrinæ exercitatiōes: &
uolutatio in cœno: ac pectoroſa ceruicis repādæ oſtentatio. Per omia hæc prædicat̃ ſitis quæ-
ri. Iam uero quæ uaſa adulteriis celata: tanqꝫ per ſe parꝫ doceat libidines temulentia. Ita uina ex
libidine hauriūtur: atqꝫ etiā præmio inuitat̃ ebrietas. Et ſi diis placet: emitur alius ut uel quātū
biberit tantum edat: & precium uiolētiæ lege accipit. Alius quātum alea quæſierit: tantum bi-
bit. Tunc auidi matronā oculi licētur. Tunc graui produntur marito. Tunc animi ſecreta ꝓferū
tur. Alii teſtamēta ſua nuncupant. Alii mortifera loquuntur: rediturasqꝫ p iugulum uoces nō cō
tinēt: qꝫ multis ita īteremptis. Vulgoqꝫ ueritas iam attributa uino ē. Interea ut optime cadat:
ſolem orientem nō uident: ac minus diu uiuūt. Hinc pallor: & genæ pēdulæ: oculorꝫ ulcera: tre
mulæ manus: effundentes plena uaſa: & quæ ſit pœna præſens: furiales ſōni: & inquies noctur-
na. Præmiūqꝫ ſūmum ebrietatis libido portētoſa ac iucūdū nefas. Poſtera die ex ore halitus fe-
tidi: ac fere rerꝫ oīum obliuio: morſqꝫ memoriæ. Rape ſe ita uitā prædicāt: cū priorē diē quotti
die perdāt: illi uero & uenietem. Tiberio Claudio principe ante hos. xl. ānos inſtitutum ut ieiu
ni biberent: potuſqꝫ uini antecederent cibos: externis & hoc artibus: ac medicorꝫ placitis nouita
te aliqua ſeſe cōmēdātiū. Gloriā hac uirtute parthi quærūt. Famā apud græcos Alcibiades me
ruit. Apud nos cognomē etiā nouellus Tricōgius mediolanēſis ad ꝓcōſulatū uſqꝫ e prætura ho
noribus geſtis: tribus cōgiis (unde & cognomē illi fuit) epotis uno impetu: ſpectāte miraculi gra
tia Tiberio principe in ſenecta iam ſeuero: atqꝫ etiā alias ſæuo. Sed ipſa iuuēta ad merꝫ ꝓnior fu
erat. Eademqꝫ cōmēdatione credidere L. Piſonē urbiſ romæ curatorem ab eo delectū: qꝫ biduo
duabuſqꝫ noctibus p potationē cōtinuaſſet apud ipſū iam principem. Nec alio magis Druſuſ Cæ
ſar regeneraſſe patrem Tiberiū ferebat̃. Tricōgii rara gloria: quādo & hæc ars ſuis legibus con
ſtat: nō labaſſe ſermone: nec leuatum uomitione: nō altera corporis parte. Dum biberet matuti
nas obiiſſe uigilias: plurimū hauſiſſe uno potu. Plurimū præterea aliis minoribus addidiſſe: opti
ma fide: nō reſpiraſſe in hauriendo: neqꝫ expuiſſe: nihilqꝫ ad elidēdū in patimētis ſonum ex uino
reliquiſſe: diligēti ſcito legum cōtra bibēdi fallacias. Tergilla Ciceronē. M. F. binos cōgios ſi-
mul haurire ſolitum ipſi obiicit. M. qꝫ Agrippæ a marcido ac temulento ſyphū īpactū. Etenim
hæc ſunt ebrietatis opera. Sed nimirꝫ hāc gloriā auferre Cicero uoluit īterfectori patris ſui. M.
Antonio. Is enī ante eū auidiſſime apprehēderat hāc palmā: edito etiā uolumine de ſua ebrieta-
te: quo patrocinari ſibi auſus approbauit plane (ut eqdē arbitror) qꝫta per temulētiam mala ter-
rarꝫ orbi intuliſſet: exiguo tēpore ante prœlium actiacum illud uolumē euomuit. Quo facile in
telligatur ebrius iam ſanguine ciuium: & tanto magis eum ſitiens. Nāqꝫ & hæc neceſſitas uitium
comitatur: ut bibēdi cōſuetudo augeat auiditatem. Scitūqꝫ eſt ſcytarꝫ legati qꝫto plus biberint:
tāto magis ſitire parthos. Eſt & occidētis populis ſua ebrietas: fruge madida. Pluribuſqꝫ modis
per gallias hiſpaniaſqꝫ noibus aliis: ſed rōe eadem. Hiſpanii iam & uetuſtatē ferre ea genera do-
cuerūt. Aegyptus quoqꝫ e fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nullaqꝫ in pte mūdi ceſſat ebrie

©BIUM

tas. Meros quippe hauriunt tales ſuccos: nec diluendo ut uina mitigant. At hercule illic tellus fruges parere uidebatur. Heu mira uitioꝝ ſolertia inuẽtum eſt quẽadmodũ aqua quoqꝫ inebriaret. Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi: intus uini: foris olei: arboꝝ e genere ambo præcipui. Sed olei neceſſarius. Nec ſegniter uita in eo elaborauit. Quãto tamẽ in potu ingenioſior appebit ad bibẽdũ generibus centũnonagitaqnqꝫ. Si ſpecies uero æſtimetur: pene duplici numero excogitatis: tantoqꝫ paucioribus olei. De quo in ſequenti uolumine dicemus.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XV.

### Naturæ Frugiferaꝝ Arboꝝ. Ca. i.

DLEAM THEOPHRASTVS CELEBERRIMVS E græcoꝝ auctoribuſ urbiſ romæ ãno circiter quadrigẽteſioquadrageſio negauit niſi intra. xl. mil. paſ. a mari naſci. Feneſtella uero oĩo nõ fuiſſe ĩ italia hiſpania atqꝫ africa. Tarqnio Priſco regnãte: ab ãnis populi ro. clxxxiii. Quæ nũc ꝑuenit trãſ alpes quoqꝫ & ĩ gallias hiſpaniaſqꝫ medias. Vrbis qdẽ ãno qngẽteſio qnto: Appio Claudio Cæci nepote. L. Iunio cõſ. olei libræ duodenæ aſſibus uenîere. Et mox ãno. dc. octogeſimo M. Seruius T. F. ædilis currulis olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitit populo ro. per totũ annum. Minus ea miretur qui ſciat poſt annos. xxii. Cn. Põpeii. iiii. cõſulatu oleũ ꝓuintiis italiam miſiſſe. Heſiodus quoqꝫ ĩ primis cultũ agroꝝ docendã arbitratus uitam: negauit oleæ ſatorem fructum ex ea ꝑcepiſſe quẽq̃. Tam tarda tũc res erat. At nũc etiam in plãtariis ſerũt: trãſlataꝝqꝫ altero anno decerpũtur baccæ. Fabianuſ negat ꝓuenire ĩ frigidiſſimis oleã: neqꝫ in calidiſſimis. Genera eaꝝ tria dixit Virgilius: orchites: & radios: & poſias. Nec deſiderare raſtros: aut falcẽ ullam: aut curam. Sine dubio & in iis ſolũ maxime cælũqꝫ referre. Veꝝtamen attũdent ſicut & uites atqꝫ etiam interradi gaudent. Cõſequẽs eaꝝ tindemia ẽ ariſqꝫ uel maior oleo q̃ muſta tempandi. Ex eadem qppe oliua differũt ſucci. Primũ oĩm cruda atque nõdum inchoatæ maturitatiſ: hæc ſapore præſtantiſſimo. Quin & ex ea prima unda preli laudatiſſima: ac deinde ꝑ diminutiones: ſiue (ut nuꝑ inuentũ eſt) ex libus tegulis pede incluſo. Quãto maturior bacca: tanto pinguior ſuccus: minuſque gratus. Optima aũt ætas ad decerpendũ: ĩter copiã bonitatemqꝫ incipiente bacca nigreſcere. Noſtri uocãt drupas: græci uero drypetas. Cætero diſtat an maturitas illa in torcularibus fiat: an ramiſ. Rigua fuerit arbor: an ſuo tantum bacca ſucco. Nihilque aliud q̃ rores cæli biberit.

### De oleo. Ca. ii.

VEtuſtas oleo tedium affert nõ item ut uino: plurimũque ætatis annuo eſt: ꝑuida ſi libeat ĩtelligere natura. Quippe temulentiæ naſcentibus uinis uti neceſſe nõ eſt. Quinĩmo inuitat ad ſeruandum blanda inueterati caries. Oleo noluit parci: fecitque ueteratũ ea neceſſitate ꝓmiſcuum. Et uulgo principatum ni hoc quoque bono optinuit italia toto orbe: maxime agro uenafrano: eiuſqꝫ ꝑte: quæ licinianũ fundit oleum: unde & liciniæ gloria præcipua oliuæ. Vnguẽta hanc palmam dedere accomodato ipſis odore. Dedit & palatum delicatiore ſententia. Cætero baccas liciniæ nulla auis appetit. Reliquũ certamẽ ĩter iſtriæ terram & beticæ par eſt. Vicina bonitas prouintiis: excepto africæ frugifero ſolo. Cæteriſ totum id natura conceſſit. Oleum ac uinum non inuidit tantum: ſatiſque gloriæ in meſſibus fecit. Reliqua erroris plena: quem in nulla parte uitæ numeroſiorem eſſe docebimus.

### De natura oliuæ: & oleæ incipientis. Ca. iii.

OLiuæ cõſtãt nucleo: oleo: carne: amurca: Sanies eſt hæc eius amara. Fit ex aquis. Ideo ſiccitatibus minima: riguis copioſa. Suus quidẽ oliuæ ſuccus eſt oleũ: idqꝫ præcipue ex ĩmaturis intelligimus: ſicut de omphacio docuimus. Augetur oleũ ab arcturi exortu ad. xvi Kaleñ. octob. poſtea nuclei increſcũt: & caro. Cũ ſitienti hymbres copioſi acceſſere: uitiať oleũ in amurcam. Huius color oliuã cogit nigreſcere. Ideoqꝫ incipiente nigricia minimũ amurcæ: ante eã nihil. Et error hominũ falſus exiſtimãtium maturitatis initium: quod eſt uitio ꝓximũ. Deinde q̃ oleum creſcere oliuæ carne arbitrantur: cũ ſuccus omnis in corpus abeat: lignũqꝫ intus grandeſcat. Ergo tum maxime rigãtur. Quod ubi cura multa ſiue hymbribus accidit: oleũ abſumitur: niſi ſecuta ſerenitate: quæ corpuſ extenuet. Omnino enim ut Theophraſto placet: eſt olei cauſa calor. Quare & in torcularibus & iam in macellis multo igni quæritur. Tertia eſt culpa in parſimonia: quoniam ꝓpter impẽdium decerpendi expectatur ut decidat oliua. Qui mediũ temperamentum in hoc ſeruant: perticis decutiunt cum iniuria arboꝝ ſequẽtis ãni dãno. Quippe oliuan

©BIUM

tibus lex antiquiſſima fuit. Oleam ne ſtringito: ne ue uerberato. Qui cautiſſime agunt harundine leui ictu: nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoqꝫ alternare fructus cogitur decuſſis germinibus. Nec minus ſi expetatur ut cadat. Hærādo eni ultra ſuū tempus abſumūt uenientibus alimentū: & detinent locum. Argumētum eſt ꝙ niſi ante fauoniū collectæ: nouas uires non reſumūt: & difficilius cadūt. Primū ergo ab autūni colligitur initio opere nō natura poſiæ: cui plurimū carnis: mox orchites: quibus olei: poſt radios. Has eni ociſſime occupat æſtas: quia ſunt tenerrimæ: & amurca cogit decidere. Differūtur uero etiā in martium mēſem: calloſæ: cōtra humorem pugnaces: ob idqꝫ mininæ: licinia: cominia. Cōtra ſergia: quā ſabini regiam uocāt: nō ante fauonu flatum nigreſcētes: hoc eſt ad. vi. idus febr. Tūc arbitratur eas matureſcere: & quoniam probatiſſimū fiat ex iis oleum. Accedere etiā rō prauitati uidetˀ. Ferūtqꝫ frigorī ſterilitatem fieri: ſicut copiam maturitate: cū ſit illa bonitas nō tēporis: ſed generis tarde putreſcētis ī amurcam. Similis error collectā ſeruandi in tabulatis: nec priuſqꝫ ſudet premēdi: cū omi hora oleum decreſcat: amurca augeatˀ. Itaqꝫ uulgo non amplius ſenas libras ſingulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ menſurā nemo agit q̃to eo copioſior reperiatur in eodē genere diebus adiectis. Olio in uita error publicus. Tumore oliuæ creſcere oleū exiſtimātiū: præſertim cū magnitudine copiam olei nō cōſtare indicio ſint quæ regiæ uocātur: ab aliis maiorinæ: & ab aliis bābiæ grādiſſimæ: alioqn minimo ſucco. Et in ægypto carnoſiſſimis olei exiguū. Decapoli uero ſyriæ pq̃parуæ: nec cappari maiores: carne tamē cōmēdātur. Quā ob cām italicis trāſmarinæ præferūtur ī cibis: cū oleo uincātur. Et in ipſa italia cæteris picenæ: & ſidicinæ. Sale illæ priuatim cōdiuntˀ: & ut reliquæ amurca ſapa ue. Necnon aliquæ oleo ſuo & ſine arte ſua cōmēdatione pura inatār. Colibandes frangūtur: eædēqꝫ hærbaꝝ uiridiū ſapore cōdiuntur. Fiūt & præcoces feruēti aqua pfuſæ: q̃libet īmaturæ. Miꝝqꝫ dulcem ſuccū oliuas bibere: & alieno ſapore infici. Purpuræ ſūt & in iis & in uuis in nigrum colorem tranſeūtibus. Poſiæ ſūt & ſuperbæ præter iam dicta genera. Sūt & prædulces per ſe tantū ſiccatæ: uuiſqꝫ paſſis dulciores. Admodū raræ in africa: & circa emeritā luſi[illegible]e. Oleū ipſum ſale uindicatur a pinguitudinis uitio. Cortice oleæ cōciſo odorem accipit medicatio alia ut uino. Palati gratia nulla eſt. Nec tam numeroſa differētia. Tribus ut plurimū bonitatibus diſtat. Odor in tenui argutior: & is tamen etiam in optima breuis.

## De natura olei. Ca. iiii.

OLeo natura tepefacere corpus: & cōtra algores munire. Eidem feruores capitis refrigerare. Vſum eius ad luxuriam uertere græci uitioꝝ oīum genitores in gymnaſiis publicando. Notum eſt magiſtratus honori eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmēta olei uēdidiſſe. Oleæ honorē romana maieſtas magnū præbuit. Turmas eq̄tū idibus iuliis ex ea coronando. Itē minoribus triumphis ouantes. Athenæ quoqꝫ uictores olea coronant: græci uero oleaſtro olympiæ.

## De cultura oliuarum. Ca. v.

NVnc dicemus Catonis placita de oliuis. In calido & pingui ſolo radium maiorem: ſalētinā: orchitem: poſiam: ſergianam: cominianam: albiceram ſeri iubet. Adiicitqꝫ ſingulari prudentia quam eaꝝ in ſimis locis optimam eſſe dicant. In frigido aūt & macro liciniā. Pingui eni aut feruenti uitiari eius oleum: arboremqꝫ ipſam fertilitate conſumi. Muſco præterea & robore īfeſtari. Spectare oliuera in fauonium loco expoſita ſolibus cenſet.

## De ſeruandis oliuis: & quomodo faciendum oleum. Ca. vi.

NEc alio ullo mō laudat cōdi oliuas optime orchites & poſias q̃ uel uirides ī muria: uel fractas in lentiſco. Oleū q̃ acerbiſſimū diu optimū fieri. Cætero q̃ primū e terra colligēdam. Si inquinata ſit lauandam. Siccari triduo ſatiſ eſſe. Si gelēt frigora: quarto die premendam. Hāc & ſale aſpergi. Oleum in tabulato minui: deteriuſqꝫ fieri. Item ī amurcam: & flagibus. Eæ ſunt carnes: & inde fæces. Quare ſæpius die decapulandū. Præterea conchas & plumbeas cortinas aere uitiari. Feruentibus omnia ea fieri clauſiſque torcularibus: & q̃ minime uentilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de cā enucleis ipſaꝝ ignis aptiſſimus: & e cortinis in labra fūdēdū: ut fæces & amurca liquentˀ. Ob id crebrius uaſa mundanda. Fiſcinas ſpōgia tergendas: ut q̃ maxime pura ſinceritas cōſtet. Poſtea inuētum ut lauarentur utique feruenti aqua. Protinus prelo ſubiicerentur ſolidæ. Ita enim amurca exprimitur. Mox trapetis fractæ premerētur. Iterum premi plus q̃ centenos modios nō probant. Fructus uocāt. Quod uero poſt molam primū eſt flos fructus. Tres germiniſoros a quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtum eſt.

## De oleo factitio. Ca. vii.

NOn erat tum factitium oleum. Ideoqꝫ arbitror nihil a Catone dictū. Nūc eius genera plura. Primūqꝫ perſequemur ea quæ ex arboribus fiunt: & inter illas ante omēs ex oleaſtro. Tenue id: multoqꝫ amarius q̃ oleæ: tantū ad medicamētum utile. Simillimū huic ineſt ex chamelea frutice ſaxoſo. non altiore palmo: foliis oleaſtro: bacciſqꝫ. Proximum fit & e cyci arborē in ægypto copioſe. Alii ſerotonem: alii rhibi: alii ſiſimū ſilueſtre appellāt. Ibiqꝫ nō pridē. Et in hiſpania repēte prouenit: altitudine oleæ: caule ferulaceo: folio uitium: ſemine uuaꝝ gracili

©BIUM

um:pallidaꝝq;. Noſtri eam uocant ricinum a ſimilitudine ſeminis. Coquitur id in aqua: innatāſq; oleum tollitur. At in ægypto ubi abūdat ſine igni & aqua ſale aſperſū exprimitur: cibis fedū lucernis exile. Amygdalinum quod aliqui neopum uocāt: ex amaris nucibus arefactis: & in offam cōtuſis aſperſum aqua & iterꝝ tuſis exprimit. Fit & lauro admixto drupaꝝ oleo. Quidāq; e baccis exprimūt tantum. Aliis foliis mō. Alii folio & cortice baccaꝝ. Necnō ſtiracē addunt: alioſq; odores. Optima laurus ad id latifolia: ſilueſtris: nigra baccis. Simile eſt e myrto nigra: & hæc latifolia melior. Tundūtur baccæ aſperſæ calida aqua: mox decoquūt. Alii folioꝝ molliſſima decoquūt in oleo: & exprimūt. Alii deiecta ea ī oleū prius ſole maturant. Eadē rō & in ſatiua myrto: ſed præfertur ſilueſtris: minore ſemine: quā quidā oxymyrſinē uocant: alii chamemyrſinē: qa coronæ habet ſimilitudinē. Hæc eſt enī breuis fruticoſa. Fit & ex citro: cupreſſo: nucibuſq; iuglādibus: quod caryinon uocant. Malis cædri quod cædreleon. Ex grano quoq; gnidio purgato ſemine & tuſo. Item lētiſco. Nā & cyprinū etiā: e glāde ægyptia ut fieret odoꝝ cā dictū eſt. Indi etiam ex caſtaneis & ſiſama atq; oriza facere dicuntur. Ichthiophagi e piſcibus. Inopia cogit aliquādo luminū cā & e platani baccis fieri aqua & ſale maceratis. Et oenāthinū fit de ipſa oenāthe: ut dictū eſt in unguētis. Gleucino muſtū incoqtur uapore lēto. Ab aliis ſine igne circūdatis uinaceis diebus. xxii. bis ſingulis ꝑmixtis. Cōſumiturq; muſtū oleo. Alii nō ſanſucum tantū admiſcent: ſed etiā precioſiora odoramēta.. Et in gymnaſiis quoq; cōditur odoribus: ſed uiliſſimis. Fit & de aſphalto: calamo: balſamo: yri: cardamomo: meliloto: nardo gallico: panace: ſāſuco: helenio: cinami radice: oīum ſuccis in oleo maceratis expreſſiſq;. Sic & rhodinū e roſis: iūcinum e iunco: quod eſt roſaceo ſimillimū. Itē hyoſcyamo: lupinis: & narciſſo. Plurimū āt ī ægypto e raphani ſemine aut gramine hærbæ quod cortinō uocāt. Itē e ſiſama & urtica: quod agroſtinum appellant. E lilio & alibi fit ſub diuo ſole: luna: pruina maceratū. Suis hærbis cōponūt īter cappadociam & ſeleuciam: quod ſeleuticum appellant: neruis admodum utile. Sicut in italia e gūmi. E pice fit quod picinum appellant. cum concoquitur uelleribus ſupra halitum eius expanſis atque expreſſis. Probatum maxime e brutia. Eſt enim pinguiſſima & reſinoſiſſima. Color oleo fuluus. Sponte naſcitur in ſyriæ maritimis: quod eleomeli uocāt. Manat ex arboribus pingue. craſſi⁹ melle: rſina tenuius: ſapor̄ dulci: & hoc medicis. Veteri quoq; oleo uſus ē ad quædā gn̄a morboꝝ. Exiſtimat̄ & ebori uidicādo a carie utile eſſe. Certe ſimulacꝝ Saturni romæ ītus oleo r̄pletum eſt.

## De amurca. Ca. viii.

SVper oīa aūt celebrauit amurcam laudibus Cato. Dolia olearea cadoſq; illa imbui: ne bibant oleum. Amurca ſubigi areas terēdis meſſibus ut formicæ rimæq; abſint. Quin & lutum parietum & tectoria & pauimēta horreoꝝ frumēti. Veſtiariū etiā cōtra teredines: ac noxia aīalia amurca aſpergi. Semina frugum perfūdi. Morbis quadrupedū arboꝝ quoq; mederi illa: efficaci ad ulcera interiora humani quoq; oris. Lora etiam ac coria oīa & calceamina axeſq; decocta ungi atq; ærramēta cōtra eruginem. Coloriſq; gratia elegātioris & totam ſupellectilem ligneā: ac uaſa fictilia in quis ficum aridam libeat aſſeruare. Aut ſi folia baccaſq; & uirgas myrti aliud ue id genus ſimile. Poſtremo ligna macerata amurca nullius fumi tedio arder̄. Oleā ſi lābēdo capra ligua cōtigerit: depaueritq; primo germinatu ſterileſcere auctor ē M. Varro. Et hactenus de olea atq; oleo.

## Pomoꝝ oīum genera & naturæ. Ca. ix.

REliqui arborum fructus uix ſpecie figura ue non modo ſaporibus ſucciſque totiens permixtis atque inſitis enumerari queunt.

## Nucum pinearum genera quattuor. Ca. x.

GRandiſſimis pineis nucibus altiſſimeq; a terra ſuſpenſis: intus exiles nucleos lacunatis ictudi tornis ueſtitos alia ferruginis tunica. Mira naturæ cura molliter ſemina collocādi. Haꝝ genus alteꝝ tarentinū digytis fragili putamine auiumq; expoſitū furto in arbore. Et tercium apinum picea ſatiua: nucleoꝝ cute uerius q̄ putamine adeo molli ut ſimul mādantur. Quartū pitya uocāt e pinaſtris: ſingularis remedii aduerſos tuſſim. In melle decoctos nucleos taurini aquiceloſ uocant. Pinea corona uictores apud iſthmum coronantur.

## De malo cotoneo. Ca. xi.

HIs proxima amplitudine mala quæ uocamus cotonea: & græci cydonea ex creta inſula aduecta. Incuruatos trahūt ramos: prohibētq; creſcere parentē. Plura eoꝝ genera. Chryſomella inciſuris diſtincta: colore ad auꝝ īclinato. Quæ cādidiora noſtrata cognoīata odoris præſtātiſſimi. Eſt & neapolitanis ſuus honor. Minora ex eodē genere ſtrutea odoratius uibrāt: ſerotino ꝓuentu. Præcocia uero muſtea. Struteis autē cotonea inſita ſuum genus fecere muluianū: quæ ſola ex iis uel cruda manduntur. Oīa iam & uiroꝝ ſalutatoriis cubilibus incluſa ſimulacris noctium cōſciis impoſita. Sunt præterea ſilueſtria parua e ſtruteis odoratiſſima in ſepibus naſcētia. Mala appellamus quāq; diuerſi perſica & granata: quæ in punicis arboribus nouem generū dicta ſunt. His acinus ſub cortice intus. Lignum illis in corpore. Necnon & quædam e pyris libralia appellata amplitudinem ſibi ponderis nomine aſſerunt.

Historiae naturalis - page 219 sur 530

## De perſico genera quattuor. Ca.xii.

SEd perſicoꝝ palma duracinis. Nationum habent cognomē gallica & aſiatica. Poſt autūnum
matureſcunt: æſtate præcocia intra xxx. ānos reperta: & primo denariis ſingula uenūdata. Sup
natia e ſabinis ueniūt: popularia undiqꝫ. Pomū inocuum expetitur ægris. Preciūqꝫ ſingulis iā tri
ceni nūmi fuere.: nullius maiore. Quod miremur qa nō aliud fugacius. Lōgiſſima nāqꝫ decerp/
to bidui mora ē cogitqꝫ ſe uenūdari.

## De pruno genera xi. C Ca.xiii.

INgēs poſtea turba prunoꝝ uerſicolor: nigra: cādicās. Hordearia appellata a comitatu fru/
gis eius. Alia eodē colorē ſeriora maioraqꝫ: aſinina cognoīata a uilitate. Sūt & nigra ac lauda
tiora: cærina atqꝫ purpurea. Necnō ab externa gente armeniaca: quæ ſola & odore cōmēdanē.
Peculiaris impudētia nucibus eſt inſitoꝝ quæ faciem parētis ſuccūqꝫ adoptionis exhibēt appella
ta ab utroqꝫ nucipruna. Et hæc aūt & perſica & cærina ac ſilueſtria ut uuæ autūno cadis condita
uſqꝫ ad alia naſcētia ætatem ſibi ꝓrogāt. Reliquoꝝ uelocitas cito miteſcētium trāſuolat. Nuper
in betica malia appellari cepunt malis inſita: & alia amygdalina amygdalis: His intus in ligno nu
cleus amygdalæ eſt. Nec aliud pomū ingenioſius geminatum eſt. In peregrinis arboribus dicta
ſunt damaſcena a ſyriæ damaſco cognoīata: iam pridē in italia naſcētia grādiore quāqꝫ ligno: &
exiliore carne: nec unqꝫ in ruga ſiccata quādo ſoles ſui deſunt. Simul dici poſſunt populares eoꝝ
myxæ: quæ & ipſæ nūc cœpere romæ naſci inſitæ ſorbis. In totum quidē perſica pegrina etiam
aſiæ græciæqꝫ eſſe ex noīe ipſo apparet: atqꝫ ex perſide aduecta. Sed pruna ſilueſtria ubiqꝫ naſci
certum eſt. Quo magis miror huius pomi mētionē a Catone nō habitam: præſertim cū cōden/
da demōſtraret quædā etiā ſilueſtria. Nā perſicæ arbores ſero & cū difficultate trāſiere ut quæ
in rhodo nihil ferāt: quod primū ab ægypto eaꝝ fuerat hoſpitium. Falſū eſt uenenata cū crucia/
tu in perſis gigni: & pœnaꝝ cā a regibus trāſlata: & in ægyptum terra mitigata. Id enī de pſea
diligentiores tradūt: quæ in totum alia eſt: myxis rubeſcētibus ſimilis: nec extra oriētem naſci
uoluit. Eā quoqꝫ eruditiores negauerūt ex perſide ꝓpter ſupplicia trāſlatā: ſed a Perſeo mēphi
ſatam. Et ob id Alexandrū illa coronari uictores ibi iſtituiſſe ī honorē attaui ſui. Sēp āt folia ha
bet & poma ſubnaſcētibus aliis. Sed pruna quoqꝫ oīa poſt Catonē cœpiſſe manifeſtum eſt.

## De diuerſis generibus malorum: genera. xxix. Ca. xiiii.

MAloꝝ plura ſūt genera. De citreis cū ſua arbore diximus. Medicā aūt græci uocāt patriæ
noīe. Aeqꝫ peregrina ſunt zinzipha & tuberes: quæ & ipſa nō pridē uenere in italiā. Hæc
ex africa: illa ex ſyria. Sex. Papinius quē cōſulē uidimus primus utraqꝫ attulit Diui Auguſti no
uiſſimis temporibus in caſtroꝝ aggeribus ſata baccis ſimiliora qꝫ malis. Sed aggeribus præcipue
decora: quoniā & in tecta iam ſiluæ ſcaudūt. Tuberꝝ duo genera. Cādidū & a colore ſericū dictū
pene peregrina. Sūt & in uno italiæ agro ueronēſi naſcētia: quæ lanata appellantur. Lanugo ea
obducit. Struteis quidem perſiciſqꝫ. Plurimis tamē puculiare nomē dedit nulla alia cōmēdatiōe
inſignibus. Reliqua cur pigeat noīatim indicare: cū cōditoribus ſuis æternā ꝓpagauerint memo
riam: tanqꝫ ob egregiū aliqd in uita factum: Ni fallor apparebit ex eo ingeniū inſerendi: nihilqꝫ
tam paruum eſſe quod nō gloriā parere poſſit. Ergo habēt originē a Matio Geſtioqꝫ & Mālio:
itē Claudio a quibus cotoneo inſito. Ab Appio e claudia gente appiana ſūt cognoīata. Odor eſt
his cotoneoꝝ: magnitudoqꝫ. Sed claudianis color rubeus. Ac ne qs id ambitu ualuiſſe claritatis
& familiæ putet.: ſunt & ſeptiana ab inuentore libertino inſignia rotūditate. Cato adiicit quiria/
na: & quæ tradit in doliis cōdi ſcātiana: Oīum āt nuperrime adoptata ſūt parua gratiſſimi ſapo/
ris quæ petiſia nominātur. Primas nobilitauere camerina & græcula. Cætera e cauſis traxerē no
men. Germanitatis cohærentia & gemella nunqꝫ ſingula in fœtu. A colore ſerica: cognatione
melappia: muſtea a celeritate miteſcēdi. Quæ nūc melimella dicūtur a ſapore melleo. Orbicula
ta ex figura orbis in rotunditatē circūacti. Hæc in epiro primū ꝓueniſſe argumēto ſūt græci: q
epirotica uocāt. Māmaꝝ effigie ortomaſtica. A cōditione caſtrati ſeminis: quæ ſpadonia appel/
lāt. Belgemella a foliis. Folium enim unum aliquādo & geminū erūpit e latere medio. Celerri/
me in rugas marceſcūt pānutia. Stolide tumēt pulmonea. Sūt quibus ſāguineus eſt color: origi
ne ex mori inſitu tracta. Cūctis uero quæ fuerūt a ſole partes rubēt. Sūt & parua grati ſaporis:
atqꝫ etiā acutiora odorē: ſilueſtria. Id peculiarē īprobitatis & acerbitatis cōuitiū: & uis tāta ut aciē
gladii pſtringat. Dacis ferme uiliſſimis nomē: qꝫqꝫ primis aduētu decerpiqꝫ properātibus.

## De pyris & inſitoꝝ uarietate. Ca. xv.

EAdē cā in pyris taxatur: ſuperba cognoīe. Parua hæc: ſed ociſſima. Cūctis aūt cruſtumina
gratiſſima. Proxima iis falerna a potu: quoniā tanta uis ſucci abūdat. Lactea hæc uocātur ī
bis: quæ aliis colore nigro donant ſyriæ. Reliquoꝝ noīa aliter in aliis atqꝫ aliis locis appellāt.
Sed cōfeſſis urbis uocobulis auctores ſuos nobilitauerē. Decumiana & ex eo tractū quod pſeudo
decimianum uocant. Dolobelliana lōgiſſimi pediculi. Pōpeiana cognoīe māmoſa: liceriana: ſeue
riana: & quæ ex iis nata ſunt tyrianniana longitudine pediculi diſtantia. Fauoniana rubra: Pau/
lo ſuperbis maiora. Lateriana, anitiana. Poſt autumnalia aciduol ſapore iucunda. Tiberiana ap/

q i

pellatur: quæ maxime Tiberio principi placuere. Colorātur magis ſole: grādeſcuntq; alioquin eadem eſſent quæ liceriana. Primæ noīa habēt feriſſima oīum amerina: picētina: numātina: alexandrina: numidiana: græca: & in iis tarentina: ſignina: quæ alii a colore teſtacea appellāt: ſicut onychina purpurea. Ab odore myrrappia laurea: nardina. A tempore hordearia. A collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitana. Acidula ſucci. In creta noīum cā eſt barbaricíq; uenerisq;: quæ colorata dicūt. Regiíq; quæ minimo pediculo. Seſſilia patriciis uoconiiſ uiridibus oblōgiſq;. Præterea dixit uolema Virgilius a Catone ſūpta: qui & ſemētina & muſtea noīat. Pars hæc uitæ iampridem peruenit ad columē expertis cūcta hoibuſ. Quippe cū Virgilius inſitam nucibus arbutum: malis platanū: ceraſis ulmū dicat. Nec q̄cq; amplius excogitari poteſt: nullum certe pomū nouū diu iam inuenitur. Neq; omnia inſita miſceri faſ eſt ſicut nec ſpinaſ inſeri: quādo fulgura expiari nō queūt. Facile quoq; genera inſita fuerunt: tot fulgura uno ictu pronūtiātur. Turbinatior pyris figura. In iis ſerotina ad hyemē uſq; ad matrē pendent gelu matureſcētia. Græca: āpullacea: laurea: ſicut in maliſ amerina: ſcātiana. Cōdūt uero pyra ut uuæ: ac totidem mōis nō aliter q̄ in cadis. Præterea quæ pomis proprietas pyris quoq; uini. Similiter iis ægris medētes in eſcā dant: ac uino & aqua coquūtur: atque pulmentarii uicem implent: quod non alia præter cotonea & ſtrutea.

¶ De pomis ſeruādis & uuis. Ca. xvi.

IN uniuerſum uero de pomis ſeruādis præcipitur. Pomaria in loco frigido ac ſicco cōtabulari. Septētrionalibus feneſtris ſereno die patere. Auſtros ſpecularibus arcere. Aquilonis quoq; afflatu poma deturpāte. Colligi mala poſt æquinoctiū autūnale: neq; ante xvi. lunā: neq; ante primā horā. Caduca ſepari ſtramētis: ſtoreis: paleiſ ue ſuſterni. Rara cōponi: ut limites p uii ſpiritum æqualem accipiant. Amerina maxime durare: melimella minime.

¶ De cotoneis pyris & ſorbis. Ca. xvii.

COtoneis intercluſis ſpiramētum omē adimēdum: aut incoqui melle ea: īmergi ue oportere. Punica aqua marina feruēte īdurari: mox triduo ſole ſiccata: ita ne nocturno rore cōtingant ſuſpendi. Cū libeat uti: aqua dulci perlui. M. Varro & i doliſ harenæ ſeruari iubet: & īmatura obrui terra in ollis fundo effracto: ſed ſpiritu excluſo: ac ſurculo pice. Sic etiā creſcere āplitudine maiore q̄ poſſint in arbore. Cætera mala foliis ficulneis præterq̄ caduis ſingula cōuolui: ciſtiſq; uitilibus cōdi: uel creta figulinaꝝ illini. Pyra ī uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui inter ſcrobes. Tarētina feriſſime legi. Anitiana ſeruari & in paſſo. Sorba uero & in ſcrobibus gypſato operculo duum pedū terra ſupinducta in loco aprico inuerſis uaſis: & in doliis ut uuas cum ramis ſuſpēdi. E proximis auctoribus q̄dā altius curā petunt: putariq; ſtatim poma ac uites ad hunc uſum præcipiunt decreſcēte luna. Poſt horam diei tertiam cælo ſereno aut ſicciſ a uētis. Similiter delegi & ex locis ſiccis: & āte perfectā maturitatem: addito ut luna infra terram ſit: uuas cū malleolo ſarmētis ue duro demptis forcipe corruptioribus acinis in dolio picato recēti ſuſpendi: excluſa omi aura opculo & gypſo. Sic & ſorba & pyra illitis oium ſurculis pice. Dolia procul ab aqua eſſe. Quidā ſic cū palmite in gypſo cōdūt: capitibus eius ſcyllæ infixis utrinq;. Alii etiā uina habentibus doliis: dum ne cōtingāt ea uuæ. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitātia: quo genere & uino odorem acquiri putant. Aliqui omia hæc in milio ſeruare malunt. Pleriq; uero in ſcrobe duum pedū altitudinis harena ſubſtrata: & fictili operculo: dein terra opto. Creta quidā etiā figulina uuas illinunt: ſiccataſq; ſole ſuſpēdūt: in uſu diluētes cretam. Eādem pomis in uino ſubigūt. Mala uero generoſiſſima eadē rōe cruſtāt gypſo uel cæra. Quæ niſi maturauerit: incremēto calicem rumpūt. Semp aūt in pediculos collocant ea. Alii decerpūt cū ſurculis: eoſq; ī medullā ſambuci abditos obruunt: ut ſupra ſcriptū eſt. Aliis ſingulis malis pyriſq; ſingula uaſa fictilia aſſignant: & opcula eoꝝ picata dolio iteꝝ includūt. Necnō aliqui in floccis capſiſq; quas luto paleato illinunt. Alii hoc idem in patinis fictilibus. Aliqui & in ſcrobe ſubiecta harena. ita ſicca operiūt mox terra. Sunt qui cotonea cæra pōtica illita melle demergāt. Columella auctor in puteos ciſternaſ ue in fictilibus uaſis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima alpibuſ ꝓxima uuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit: cadiſq; cōditas gypſo includit. Hoc idē græci platani foliis: aut uitis ipſius: aut fici uno die in umbra ſiccatis: atq; in cado uinaceis interpoſitis. Quo genere coa uua & berritia ſeruātur nullius poſteritati poſt ferēdæ. Quidā ut has faciant in cinere lexiuio tingunt protinus q̄ detraxere uiribus. Mox in ſole ſiccāt. Tum foliis ut ſupra dictum eſt inuolutas uinaceis ſtipant. Sūt qui malūt uuas in ſcobe ramētiſq; abietis: populi: fraxini: ſeruare. Sūt qui ſuſpendi procul malis: protinuſq; in granariis iubeāt: quoniā optime ſit opimēto puluis penſilibus. Cōtra ueſpas remedio eſt oleo aſpergi ex ore: ut de palmis diximus.

¶ De ficis genera. xxix Ca. xviii.

EReliquo genere pomoꝝ ficus āpliſſima eſt. Quædamq; & pyris magnitudine æmula. De ægyptiæ cypriæq; miraculis retulimus inter externas. Iudæa rubet oliuæ magnitudine rotundior tantū ſapore meſpili. Alexādriam hāc ibi uocāt: craſſitudine cubitali ramoſam: materia

ualidā: lentam ſine lacte: cortice uiridi: folio tiliæ: ſed molli. Oneſicritus tradit in hyrcania mul
tum noſtris eſſe dulciores: fertilioreſq;: ut q; modios .cclxx. ſingulæ ferant. Ad nos ex aliis trā/
ſiere gentibus chalcidicæ: quarū plura genera. Siquidem & lydiæ quæ ſūt purpureæ: & mamil/
lanæ ſimilitudinē māmarū habēt. Et calliſtrutiæ partim ſapore præſtātiores ficorū oīum frigi/
diſſimæ. Nā de africanis quas multi præferūt cūctis magna quæſtio eſt: cū id genus in africa nu
prime trāſierit: patriæ nomē optinent. Nā alexādriæ enixiores. Cādicās terina cognoīe delica
ta. Nigra & rhodia eſt: & tyburtina de præcocibus. Sūt & auctorū noīa iis. Liuiæ Pōpeiæ ſicca/
tæ hæ ſolæ in ānuos uſus aptiſſimæ cū mariſcis: & quas harūdinei folii macula uariat. Eſt & her
culanea & albicerata: & aratia alba: pediculo minimo latiſſima. Primo āt ꝓuenit porphyritis lō
giſſimo pediculo. Comitatur eā e minimis & uiliſſimis popularis dicta. Cōtra nouiſſima ſub hye
me maturatur chelidonia. Sūt præterea eædem ſerotinæ & præcoces biferæ alba ac nigra cum
meſſe uindemiaq; matureſcētes. Serotinæ & a corio appellatæ duro. Ex chalcidicis quædā tri/
fero ꝓuentu. Tarenti tantū prædulces naſcūtur: quas uocāt onas. Cato de ficis ſerendis ita me/
morat. Ficus mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. In loco āt craſſiore aut ſtercorato africa
nas: ſed & herculaneas: ſagōtinas: hybernas: telianas atras pediculo lōgo. Poſtea tot ſubiere no
mina atq; genera: ut uel hoc ſolum æſtimātibus appareat mutatā eſſe uitā. Sūt & hybernæ qui
buſdam ꝓuintiis: ſicuti meſiæ: ſed arte nō natura. Paruarū genus arborū poſt autūnum fimo con/
tegunt: deprehēſaſq; in his hyeme groſſi: quæ mitiorem cælo refoſſæ cū arbore: atq; in lucem
remiſſæ nouos ſoles alioſq; q̃ quibuſ uixere: auidæ tanq̃ iterū naturæ accipiūt: & cū uenientium
flore matureſcūt: alieno præcoces āno: in tractu uel gelidiſſimo. Sed a Catone appellata iam tū
africana āmonet & africæ ad igēs documētum uſo eo pomo. Nāq; ꝑniciali odio carthaginis fla/
grans: nepotūq; ſecuritatis anxius: cū clamaret in omī ſenatu carthaginē delendā: attulit quodā
die in curia præcocem ex ea ꝓuintia ficū. Oſtendēſq; patribus Interrogo uos inquit quādo hoc
pomū demptū putatis ex arbore? Cū inter omēs recens eſſe cōſtaret. Atq; tertium inquit āte di
em ſcitote decerptū carthagine: tā ꝓpe a muris habemus hoſtē: Statimq; ſūptū eſt punicū terti
um bellum: quo carthago deleta eſt. Quāq; Catone āno ſequēte rapto. Quid primū in eo mire
mur? curā ingenii: an occaſionē fortuitā? celeritatemq; curſus: an uehemētiā uiri? Sup omia eq/
dem eſt quo nihil equidem duco mirabilius: tantā illam urbē & de terrarū orbe per .cxx. ānos ur
bis æmulam unius pomi argumēto euerſam. Quod nō trebia aut traſimenus: nō cānæ buſto in
ſignes romani noīs perficere potuere. Nō caſtra punica ad tertium lapidē uallata. Portæq; coli
næ adequitans ipſe Hānibal. Tanto ꝓpius carthaginē pomo Cato adiri monuit. Colit̃ ficus ar/
bor in foro ipſo ac comitio romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis. Magiſq; ob memoriam eius
quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cōditoris appellata: quoniam ſub ea inuēta eſt lupa infantibus
præbens rumen. Ita enim uocabāt māmam. Miraculo ex ære iuxta dicato tanq̃ in comitiū ſpō
te trāſiſſet. Adacto nauigio ilico areſcit. Rurſuſq; cura ſacerdotū ſerit̃. Fuit & ante Saturni ædē
urbis anno ducēteſimo ſexageſimo ſublata ſacro a ueſtalibus facto cū Siluani & Iſidiſ ſimulacrum
ſubuerteretur. Eadem āt fortuito ſato adiuuit in medio foro: quaſi ſidētia imperii fūdamēta oſtē
to fatali. Quæ Curtius maximis bonis hoc ē uirtute ac pietate ac morte præclara expleuerat.
Aeque fortuita eodē loco eſt uitis atq; olea umbræ gratia: ſedulitate plebeia ſatæ. Ara ide ſub
lata gladiatorio munere Diui Iulii: quod nouiſſime pugnauit ī foro. Admirabilis ē pomi huiuſce
feſtinatio unius in cūctis ad maturitatem properantis arte naturæ.

## De caprifico & caprificatione. Ca. xix.

Caprificus e ſilueſtri genere ficus nunq̃ matureſcēs: ſed quod ipſa nō habet aliis tribuens:
quoniā eſt naturalis cārū tranſitus: atq; e putreſcētibus idētidem generatur aliqd. Ergo cu/
lices parti fraudati alimēto in matre: hoc eſt putri eius tabe ex qua nati ad cognatā uolant: mor
ſuq; ficorū crebro hoc eſt auidiore paſtu aperientes ora earū: atq; ita penetrātes intus ſolem pri/
mo ſecum inducunt: cerealeſq; auras īmittūt foribus apertis. Mox lacteū humorē: hoc eſt infan
tiam pomi abſumunt: quod fit & ſpōte. Ideoq; ficetis caprificus permittit̃ ad rōem uēti: ut flatuſ
euolantes in ficos ferat. Inde reptum ut illatæ quoq; aliūde & inter ſe colligatæ inicerent̃ fico.
Quod in macroſo & aqlonio ſitu nō deſideratur: quoniam ſpōte areſcūt loci ſitu: rimiſq; eadem
quæ culicū opera cā perficit. Necnō ubi multus puluis: quod euenit maxime frequēti uia appo
ſita. Nanq; & pulueri uis ſiccandi: ſuccūq; lactis abſorbēdi: quæ rō puluere & caprificatione hoc
quoq; præſtat: ne decidant abſūpto humor̃ tenero. & cum quadam fragilitate ponderoſo. Ficis
mollis omibus tactus. Maturis frumēta intus. Succus matureſcētibus lactis: percoctis mellis.
Seneſcunt in arbore. Anuſq; diſtillant. Gūmi lachrymam ſiccant. Honos laudatas ſeruat ī cap/
ſis. Ebuſo inſula præſtantiſſimas ampliſſimaſq;: & mox in marrucinis. At ubi copia abūdat īplē/
tur orcæ: in aſia cadi: aut in ruſpina africæ urbe: paniſq; ſimul & obſonii uicē ſiccatæ implēt: ut/
pote cum Cato cibaria ruris operariis iuſta ceu lege ſanciens minui iubet perfici maturitatē: cū &
obſonii uicem habeant recētes ficus. Salis ſiccatis & caſei loco ueſci nuper excogitatū ē. Ex hoc

BIUM

genere ſunt ut diximus cottona & caricæ: quæqꝫ cõſcendẽti naui aduerſus parthos omen fecere M. Craſſo uenales prædicãtis uoce cauneæ. Oĩa hæc in albenſe rus e ſyria intulit. L. Vitellius ꝗ poſtea cenſor fuit: cũ legatus in ea ꝓuintia eſſet nouiſſimis Tiberii Cæſaris tẽporibus.

De meſpilis & eoꝝ generibus tribus. Ca. xx.

MAloꝝ pyroꝝqꝫ generi adnumerentur iure meſpila atqꝫ ſorba. Meſpilis tria genera: anthedon: ſetania. Tertium degenerat. Antedoni tametſi ſimilius eſt quod gallicũ uocant: ſetaniæ tamẽ maius pomũ. Cãdidi uſqꝫ acini. : molliore ligno. Anthedoni cæteris minus pomũ: ſed odor præſtãtius: & quod diutiꝰ ſeruet. Arbor ipſa de ãpliſſimis. Folia ãteqꝫ decidãt rubeſcũt. Radices multæ atqꝫ altæ: & ideo ĩextirpabiles. Nõ fuit hæc arbor ĩ italia Catonis æuo.

De ſorbis genera quattuor. Ca. xxi.

SOrbis quadruplex differẽtia. Aliis eni eoꝝ rotũditas mali. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata ſpecies: ceu maloꝝ aliqbus. Hæc obnoxia acri odore: & ſuauitate iucũda. Cæteris uini ſapor. Generoſiſſima qbus circa pediculos folia. Quartũ genꝰ torminale appellãt: remedio tãtum ꝓbabile: aſſiduũ ꝓuentu: minimũqꝫ pomo: arbore diſſimili: foliis pene platani. Nõ ferũt ante trimatũ ex ullo genere. Cato & ſorba ſapa cõdi iubet. Ab iis locũ ãplitudine uĩdicauerũt quæ ceſſere auctoritati.

De nuce iuglande. Ca. xxii.

NVces iuglãdes quãqꝫ & ipſæ nuptialiũ feſcenninoꝝ comites: multũ pineis minores uniuerſitate. Eædemqꝫ portione ãpliores nucleo. Necnõ & honor his naturæ peculiaris: gemino ꝓtectis operimẽto: puluinati primũ calicis: mox lignei putaminis. Quæ cã eas nuptiis fecit religioſas tot mõis fœtu munito quod eſt uériſimilius: ꝙ quia cadẽdo tripudium ſonũ ue faciant. Et has e perſide a regibus trãſlatas indicio ſũt græca noĩa. Optimũ quipp e eaꝝ genus perſicum atqꝫ baſilicon uocant. Et hæc fuere prima noĩa. Carion a capitis grauedine ꝓpter odoris grauitatem cõuenit dictũ. Tingũtur cortice eaꝝ lanæ: & ruffatur capillus primũ prodeũtibus nucleis. Id cõpertum infectis tractatu manibus. Pingueſcũt uetuſtate. Sola differentia generꝝ in putamine duro fragili ue & tenui ac craſſo loculoſo & ſimplici. Solũ hoc pomũ natura cõpactili opimento clauſit. Nãqꝫ ſũt bifidæ putaminũ carinæ. Nucleoꝝqꝫ illis quadripertita diſtinctio lignea ĩtercurſãte mẽbrana. Cæteris qcquid eſt ſolidũ eſt. Vt in auellanis & ipſo nucum genere: quas añ abellinas patrio noĩe uocabant. In aſiam græciãqꝫ e põto genere: & ideo põticæ nuces uocant̃. Has quoqꝫ mollis ꝓtegit barba. Sed putamini nucleiſqꝫ ſolida rotũditas ineſt: Eæ & torrẽtur. Vmbilicus illis intus in uẽtre medio. Tertia ab iis natura amygdalis tenuiore: ſed ſimili iuglãdium ſũmo operimẽto. Itẽ ſecũdo putaminis. Nucleus diſſimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in italia Catonis ætate dubitat̃: quoniã græcas noĩat: quaſ qdam & in iuglãdium genere ſeruant. Adiicit præterea auellanas: & galbas: preneſtinas: quas maxime laudat: & cõditas ollis in terra ſeruari uirides tradit. Nũc thaſiæ & albẽſes celebrãtur: & tarentinaꝝ duo genera: fragili putamine: ac duro. Quæ ſunt ãpliſſimæ: & minime rotũdæ. Præterea molluſcæ putamen rumpentes. Sũt qui honori nomẽ interpretẽtur: & Iouis glãdem eſſe dicũt. Nup cõſularẽ uirum audiui biferas & iuglandes nuces ſe habere profitentem. De piſtaciis & ipſi rettulimus. Et hæc autem idem Vitellius in italiam primus intulit eodem tempore. Simulque in hiſpaniam Flaccus Pompeius eques romanus: qui cum eo militabat.

De caſtaneis genera octo. Ca. xxiii.

NVces uocamus & caſtaneas: quãqꝫ accomodatiores glãdium generi. Armatũ iis echinato calice uallum: quod inchoatũ glãdibus. Miꝝqꝫ uiliſſima eſſe quæ tãta occultauerit cura naturæ. Trini quibuſdã partus ex uno calice: cortexqꝫ lẽtus. Proxima uero corpori mẽbrana: & in iis & in nucibus ſaporem ni detrahat̃ infeſtat. Torrere has in cibis gratius modulãtum: laturas præſtãti ieiunio fœminaꝝ quãdã imaginẽ panis. Sardibus eæ ꝓuenere primũ. Ideo apud græcos ſardianos balanos appellãt. Nã Diuus Tiberius poſtea balanũ nomẽ impoſuit excellentioribus ſatu factis. Nunc plura eaꝝ genera. Tarentinæ faciles: nec opoſo ſũt cibo: planæ figura. Rotũdior quæ balanitis uocatur purgabilis maxime: & ſponte ꝓſiliens. Pura & plana eſt ex eis & ſalariana. Tarẽtina minus tractabilis. Laudatior corelliana & ex ea facta: quod dicemus in inſitis meterana: quã rubẽs cortex præfert triãgulis & popularibus nigris: quæ coctiuæ uocãt̃. Pr̃ia laudatiſſimis tarentũ: & in cãpania neapoliſ. Cæteræ ſuũ paulo gignũtur: ſcrupuloſæ corticis: intra nucleos quoqꝫ ruminatione.

De ſiliquis & carnoſis pomis & moris & de acinis & baccis. Ca. xxiiii.

HAud procul abeſſe uidẽtur & prædulces ſiliquæ: niſi ꝙ in his cortex ipſe mãditur. Digitoꝝ hoĩs lõgitudo illis: & interim falcata pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari nõ poſſũt. Quã ob rem in ſua natura dicẽtur. Reliqua carnoſi ſunt generis: eaqꝫ baccis atque carnibus diſtant. Alia acinis caro: alia moris: alia unedonibus: & alia aciniſ inter cutem ſuccumqꝫ alia myxys. alia baccis: ut oliuis. Moris ſuccus in carne uinoſus: trini colores: candidus primo: mox rubens: maturis niger. In nouiſſimis florent. Inter prima matureſcũt. Tigũt manus ſucco.

Maturæ ruunt: acerbæ minime In hac arbor̃ ingenia profecerũt: nec noibuſ: nec iſitis: nec alio mõ ꝗ Põpeii. Magnitudine differũt mora oſtiẽlia: & tuſculana. Romæ naſcũt̃ & in rubis multum differente callo. Aliud corpus eſt e terreſtribus fragis. Aliud cõgeneri eoꝝ unedoni: quod ſolũ pomũ ſimile frutici terræqꝫ gignit̃. Arbor ipſa fruticoſa. Fructus ãno matureſcit: pariterqꝫ floret ſubnaſcẽs: & prior coquitur. Mas ſit an fœmina ſterilis inter auctores nõ cõſtat. Pomum inhonoꝝ: ut cui nomẽ ex argumẽto ſit unũ tantũ edendi. Duobus tamen hoc noibus appellant græci comarõ & memecylon. Ex quo apparet totidẽ eſſe genera & apud nos. Alio noie arbutuſ uocatur. Iuba auctor eſt qnquagenum cubitoꝝ altitudine in arabia eſſe eas. Acinoꝝ quoqꝫ magna eſt differentia. Primũ inter uuas ipſas callo: teneritate: craſſitudine: interiore ligno aliis paruo: & aliis etiam gemino: qui minime feraces muſti. Plurimũ uero differũt hederæ ſabuciqꝫ acini. In figura etiam punici anguloſi quippe ſoli: nec cutis ulla ſingulis: præter cõmunẽ quæ eſt cãdida: totiſqꝫ ſuccus & caro eſt iis præcipue quibus paruulũ ineſt ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nãqꝫ ſunt oliuis: lauris: & alio mõ loto: cornis: alia myrtis: lentiſco. Aqfolio enĩ ac ſpinæ ſine ſucco. Medioqꝫ etiã nõ genere inter baccas acinoſqꝫ ceraſis. Pomũ iis primo candidum: & fere omnibus baccis: mox aliis uireſcit: ut oliuis: lauris. Rubet uero moris: ceraſis: cornıſ. Deinde nigreſcit moris: ceraſis: oliuis.

### De ceraſis genera octo. Ca. xxv.

CEraſi ante uictoriam mithridaticam L. Luculli nõ fuere in italia. At urbis anno ſexcẽteſio octogeſimo is primũ uexit e põto: anniſqꝫ cxx. trãs oceanum in britaniã uſqꝫ peruener̃. Eadẽ ut diximus in ægypto nulla cura potuere gigni. Ceraſoꝝ aproniana maxime rubẽt. Nigerrima ſunt ut actia. Cæciliana uero & rotunda. Iulianis gratus ſapor: ſed pene tantũ ſub arbor̃ ſua: adeo teneris: ut geſtatum nõ tolerent. Principatus duracinis. quæ cãpania plyniana appellat. In belgica uero luſitanis. In ripis etiam rheni. Tertius is colos e nigro ac rubẽti uiridiqꝫ ſimilis matureſcentibus ſemper. Minus quinquẽnio eſt ꝗ prodiere quæ uocãt laurea: nõ ingratæ amaritudinis inſitæ in lauro. Sũt & macedonica paruæ arboris raroqꝫ tria cubita excedẽtis: & minore etiam nũc frutice chameceraſi. Inter prima hoc e pomis colono gratiã annuã refert. Septẽtrione frigidiſqꝫ gaudet. Siccatur etiã ſole: conditurqꝫ ut oliua cadis.

### De corno & lentiſco. Ca. xxvi.

QVæ cura & cornis atqꝫ lentiſco adhibetur: ne quid nõ hoīs uentri natum eſſe uideatur. Miſcentur ſapores: & alio alius placere cogitur. Miſcentur uero & terræqꝫ cæli tractus. Inqꝫ alio cibi genere india aduocat̃: in alio ægyptus: cretæ: cyrenæ: ſingulæque terræ. Nec ceſſat in ueneficiis uita: dummodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in hærbarum natura.

### De generibus ſuccoꝝ & de odore. Ca. xxvii.

INterim quæ ſunt cõmunia & pomis omibuſqꝫ ſuccis ſapoꝝ genera treſdecim repiunt̃: dulcis: ſuauis: pinguis: amarus: auſterus: acer: acutus: acerbus: acidus: ſalſus. Præter hæc tria genera ſunt mirabili maxime natura. Vnũ in quo plures pariter ſentiũt̃ ſapores: ut uinis. Nãqꝫ in iis & auſterus & acutus & dulcis & ſuauis: omẽs alieni. Alteꝝ eſt genus in quo ſit & alienus qdem: ſed & ſuus quidã & peculiaris: ut in lacte. Siquidẽ ineſt ei quod tamẽ iure dici nõ põt dulce: & pingue & ſuaue optinẽre lenitate: quæ ipſa ſuccedit in ſaporis uicem. Nullus hic aquis: ne ſuccus quidẽ: ut tamẽ eo ipſo fiat aliquis: ac ſuum genus faciat. Sentiri quidẽ aquæ ſaporẽ ullũ ſuccum ue uitium eſt. Magnũ his omibus in odore momẽtum & magna cognatio qui & ipſe nullus eſt aquis: aut ſi ſentitur omnino uitium eſt. Miꝝ tria naturæ præcipua elementa ſine ſapore eſſe ſine odore ſine ſucco: aqua aer ignis.

### De ſuccis fructuum & arborum: & coloribus: & odoribus: & natura pomorum: & de cõmendatione fructuum Ca. xxviii.

ERgo ſuccoꝝ uinoſus pyro: moro: myrto. Minime quod miremur uuis. At pinguis oliuæ: lauro: nuciiuglandi: amygdalis. Dulcis uuis: ficis: palmis. Aquoſus prunis. Magna eſt & ĩ colore ſucci differẽtia. Sanguineus moris: ceraſis: cornis: uuis nigris. Idẽ albis cãdidus. Lacteus in capite ficis: in corpore nõ item. Spumeus malis. Nullus pſicis: cũ præſertim duracina abũdet ſucco. Sed quis eius ullum dixerit colorem: ſua ĩ odor̃ miracula: Malis acutus. Perſicis dilutus. Dulcibus nullus. Nã & uinum tale ſine odore. Tenue odoratius. Multoqꝫ celerius talia ad uſũ ueniunt ꝗ pinguia. Quæ odorata nõ eodem in guſtu tenera: quia nõ ſũt pariter odor & ſapor. Quã ob rem citreis odor acerrimus. Sapor aſprimus quadãtenus & cotoneis. Nulluſqꝫ odor ficis. Et hactenus ſint ſpẽs ac genera pomoꝝ. Naturas arctius colligi par eſt. Alia ſiliquis gignũtur: ipſis dulcibus: ſemẽqꝫ cõplexis amaꝝ. Cũ in pluribus ſemina placeãt: ĩ ſiliqua dãnent̃. Alia baccis: quaꝝ intus lignum: & extra caro: ut oliuis ceraſis. Aliquaꝝ intus baccæ: foris lignũ: ut ĩ his quæ in ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura: eadem & pomis. Alioꝝ intus corpus & foris lignum: ut nucum. Aliis foris corpus: intus lignum: ut pſicis & prunis: uitiũqꝫ cinctũ fructũ: cum fructus alibi muniatur uitio. Putamine claudũtur nuces. Corio caſtaneæ. Detrahit̃ hoc



Historiae naturalis - page 224 sur 530

©BIUM

iis. At in meſpilis mãditur: Cruſta tegũtur glãdes. Cute uuæ. Corio & mẽbrana punica. Carne
& ſucco mora cõſtãt. Cute & ſucco ceraſi. Quædã ſtatim a ligno recedunt: ut nuces & palmæ.
Quædã adhærent ut oliuæ lauroq;. Quorũdã generi utraq; eſt natura: ut perſicis. Etenim du-
racinis adhæret corpus: e lignoq; auelli nequit: cũ in cæteris facile ſepetur. Quibuſdã nec intus
nec extra lignũ: ut ĩ palmarũ gener̃. Aliquorũ lignũ ipſũ ĩ uſũ & pomi uicẽ ut genera myxis: quã
in ægypto gigni diximus: Quorũdã extra gemina geminãtur uitia: ut in caſtaneis: amygdalis:
nucibuſq; iuglãdibus. Quorũdã natura trigemina eſt: corpus: deinde lignũ: rurſuſq; ſemẽ in li-
gno ut perſicis. Quædã inter ſe denſa ut uuæ: ſorba: quæ ramos circũdata ex omĩ parte uuarũ
mõ degrauant. Alia rara ut in perſicis. Quædam alio cõtinẽtur ut granata. Dependẽt alia pe-
diculiſ ut pyra. Alia racemis ut uuæ: palmæ. Alia & pediculis & racemiſ: ut hederæ ſãbuci. Alia
ramo adhærent ut in lauro. Quædã utroq; mõ: ut oliuæ. Nã & breues pediculi & lõgi. Quæ
dam uaſculis cõſtant: ut punica: & meſpila: lotoſq; in ægypto & euphrate. Iam uero diuerſa gra
tia & cõmendatio. Carne palmæ placent. Cruſta thebaicæ: Succo uuæ & caricæ. Callo pyra ac
mala. Corpore melimela. Mora cartilagine. Nuclei grano. Quædã in ægypto cute caricæ. De
trahitur hæc ficis uirentibus ut putamẽ. Eadem in ſiccis maxime placet. In papyris & ferulis ſpi
naq; alba caulis ipſe pomũ eſt. Sunt & ficulni caules. In fruticoſo genere cũ caule capparis. In ſi-
liquis uero quod mãditur quid niſi lignũ eſt. Nõ omittenda ſeminis earũ proprietas. Nam neq;
corpus neq; lignum nec cartilago dici poteſt: neq; aliud nomen inuenit.

¶ De myrto genera eius. xxix. Ca. xxix.

SVccorũ natura præcipuã admirationẽ in myrto habet. Quãdo ex una oĩum olei uiniq; bi-
na genera fiunt. Itẽ myrtidanum ut diximus. Et alius uſus baccæ fuit apud antiquos: ãteq;
pip reperiretur: libæ optinẽs uicem. Quodã etiã generoſi obſonii noĩe ĩde tracto: quod etiam
nunc myrtatũ uocatur. Eadẽq; origine aprorũ ſapor cõmẽdatur: pleruq; ad intinctus additis myr
tis. Arbor ipſa in europa tetriore cælo quod e ceraunis mõtibus incipit. primũ celcei in Elpeno
ris tumulo uiſa traditur: græcũq; ei nomẽ remanet: quo pegrinã eſſe apparet. Fuit ubi nunc ro-
ma eſt iam tum cum conderetur. Quippe ita traditur myrtea uerbena romanos ſabinoſq; cum
ꝓpter raptas uirgines dimicare uoluiſſent depoſitis armis pacificatos ĩ eo loco qui nũc ſigna Ve
neris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebãt. Et in ea quoq; arbore ſuffimẽti ge
nus habetur. Ideo tamẽ electa: quoniã coniunctioni & huic arbori præeſt Venus. Haud ſcio an
primæua etiã oĩum in locis publiciſ romæ ſata ſit: fatidico quidem & memorabili augurio. Inter
antiqſſima nãq; delubra habetur. Quirini hoc eſt ipſius Romuli. In eo ſacræ myrti fuere duæ
ante ædem ipſam p lõgum tempus. Altera patricia appellata: altera plebeia. Patricia multis a n
nis prævaluit. Flacceſcẽte plebeia exuberãs ac læta: q̃diu ſenatus quoq; floruit: illa ingẽs. Ple
beia torrida ac ſqualida. Quæ poſtq; eualuit flacceſcẽte patricia marſico bello: lãguida auctori-
tas patrũ facta eſt. ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Quin & ara uetus fuit Veneri
myrteæ: quã murtiã uocant. Cato tria genera myrti ꝓdidit. Cãdidã: nigrã: cõiugalem: fortaſſiſ
a coniugiis ex illo cluacinæ genere. Nunc & alia diſtinctio ſatiuæ aut ſilueſtris: & ĩ utraq; latifo-
liæ. In ſilueſtri propria oxymyrſie. Satiuarũ genera topiarii faciunt. Tarẽtinã folio minuto: no-
ſtratem patulo: exoticam dẽſiſſimo: ſenis foliorũ uerſibus. Hæc nõ eſt ĩ uſu. Ramoſa utraq; alia
Cõiugalem exiſtimo nũc noſtratem dici. Myrtus odoratiſſima eſt in ægypto. Cato docuit uinũ
fieri e nigra: ſiccata uſq; in ariditatem in umbra: atq; ita mulſo indita. Si nõ ſiccẽtur baccæ oleũ
gigni. Poſtea comptum & ex alba uinum fieri album. Duobus ſextariis myrti tuſæ in uini tribus
heminis maceratæ expreſſæq;. Folia & per ſe ſiccãtur in farina ad ulcerũ remedia ĩ corpore huma
no leniter mordaci puluere: ac infrigerandis ſudoribus. Quinĩmo oleo quoq; mirũ dictu ineſt q
dam uini ſapor: ſimulq; pinguis liquor præcipua ui ad corrigẽda uina: faccis ante perfuſis. Reti-
net quippe fæcem: nec præter purũ liquorem trãſire patitur: datq; ſe comitẽ præcipua cõmẽda
tione liquato. Virgæ quoq; eius geſtatæ mõ uiatori proſũt in lõgo itinere pediti. Quin & uir-
gæ ãnuli expertes ferri iguinum tumori medẽtur. Bellicis quoq; ſe rebus inſeruit: triũphãſq; de
ſabinis Poſtumius Tubertus in cõſulatu: qui primus oĩum ouans ingreſſus urbẽ eſt: quoniã rẽ
leuiter ſine cruore geſſerat: Myrto Veneris uictricis coronatus inceſſit: optabilẽq; arborẽ etiã
hoſtibus fecit. Hæc poſtea ouãtium fuit corona: excepto M. Craſſo qui de fugitiuis & Sparta-
co laurea coronatus inceſſit. Maſſurius auctor eſt curru quoq; triũphãtes myrtea corona uſos.
L. Piſo tradit Papyrium Naſonem qui primus in mõte albano triũphauit de corſis myrto coro-
natum ludos circenſes ſpectare ſolitum. Auus maternus Africani ſequentis hic fuit. M. Valeri-
us duabus coronis utebatur laurea & myrtea: qui & hoc uouerat.

¶ De lauro genera. xiii. Ca. xxx.

LAurus triumphis proprie dicatur: uel gratiſſima domibus. Ianitrix Cæſarũ pontificumq;:
quæ ſola & domos exornat: & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: delphicã
& cypriam: Põpeius Leneus adiecit quã muſtacem appellauit: quoniã muſtaceiſ ſubiiceret̃. Hãc

eſſe folio maximo:flaccidoq; & albicāte.Delphicā æquali colore uiridiorē:maximis baccis atq; e uiridi rubētibus.Hac uictores delphis coronari:& triūphātes romæ.Cypriā eſſe folio breui: nigro ꝑ margines imbricato criſpam.Et poſtea acceſſere genera cuiuſ hāc ſilueſtrem lauꝝ aliqui intelligunt:nōnulli ſui generis arborem.Differt color.Eſt enim cærulea bacca. Acceſſit & regia:quæ cœpit Auguſta appellari āpliſſima & arbore & folio:baccis guſtatu quoq; nō aſpero. Aliqui negāt eandem eſſe:& ſuum genus regiæ faciūt lōgioribus foliis latioribuſq;.Idē in alio genere bacaliam appellāt hanc quæ uulgatiſſima eſt:baccaꝝq; fertiliſſima.Sterilem uero earum (quod maxime miror)triūphalem:eaq; dicūt triumphātes uti:niſi id a Diuo Auguſto cœperit: ut docebimus:ex ea lauru quæ ei miſſa e cælo minima eſt altitudine:folio criſpo:ac breui: quæ inuenitur rara.Accedit in topiario oper̄ taxa excreſcēte in medio folio paruulo:ueluti lacinia folii.Et ſine ea ſpadonia mira opacitatis patientia.Itaq; ꝙ talibeat ſub umbra ſolum implet.Eſt & camedaphne ſilueſtris frutex:& alexādrina:quā aliqui idæam:alii hippoglotchiō.alii daphnē: alii carpophylō:alii hypelatē uocant.Ramos ſpargit a radice dodrantales topiarii:ac coronarii operis:folio acutiore ꝙ myrti:molliore & cādidiore.Maiore ſemine inter folia rubro.Plurima in ida:& circa heracleam pōti:nec niſi in mōtoſis.Id quoque quod danaides uocatur genus in nominū ambitu eſt.Alii emim pelaſgum:alii euptalō:alii cephalō Alexādri uocant.Et hic frutex eſt ramoſus:craſſiore ac molliore ꝙ laurus folio.Ex cuius guſtatu accendatur os:thuris baccis e nigro ruffis.Notatū antiquis nullū genus lauri in corſica fuiſſe:quod nūc ſatum & ibi ꝓuenit. Ipſa pacifera:ut quam prætēdi etiā inter armatos hoſtes quietis ſit īdiciū.Romanis præcipue lætitiæ uictoriaeq; nuntia.Additur litteris:& militū lāceis:piliſq;.Faces īpatoꝝ decorat.Ex iis ī gremio Iouis optimi maximi deponit̄:quotiēs lætitiā uictoria nouā attulit.Idq; ñ qa ppetuo uiret nec qa pacifera ē præferēda utiq; myrto & oleæ ē:ſed qa ſpectatiſſima ī mōte pnaſo lōq; ēt grata Apollini:aſſuetis eo dona mittere iā & regibus romanis teſte L.Bruto.Fortaſſis etiam in argumētum:quoniā ibi libertatem publicā is meruiſſet:lauriferam tellurē illā obſculatus ex reſponſo.Et quia ſataꝝ receptaꝝq; in domos fulmine ſola nō icitur.Ob has cās equidem crediderim honorē eis habitū in triūphis potius:ꝙ quia ſuffimētum ſit cædis hoſtiū & purgatō ut tradit Maſſurius.Adeoq; in ꝓfanis uſibus pollui lauꝝ & oleam fas nō eſt:ut ne ꝓpiciādis quidem numinibus accēdi ex iis altaria aræ ue debeāt.Laurus quidē manifeſto abdicat ignes crepitu:& quadam deteſtatione.Interaneoꝝ etiā uitia & neruorum ligno torquente.Tiberium principem tonante cælo coronari ea ſolitum ferunt cōtra fulminum metus.Sed & circa Diuū Auguſtū euenta eius digna memoratu.Nāq; Liuiæ Druſillæ quæ poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit:cū pacta eſſet illi Cæſari:gallinā cōſpicui cādoris ſedēti aquila ex alto abiecit ī gremium illæſam.Intrepideq; mirāti acceſſit miraculum:quoniā tenentē roſtro laureū ramū onuſtum ſuis baccis.Cōſeruari alitem & ſobolē iuſſere aruſpices:ramūq; eum ſeri:ac rite cuſtodiri. Quodq; factū eſt in uilla Cæſaꝝ fluuio tiberi impoſita iuxta nonū lapidem flāminia uia:quæ ob id uocatur ad gallinas.Mireq; ſilua ꝓuenit.Ex ea triumphāns poſtea Cæſar lauꝝ in manu tenuit:coronāq; in capite geſſit.Ac deinde impatores Cæſares cūcti.Tradituſq; mos ē ramos quos tenuerūt ſerēdi.Et durāt ſiluæ noībus ſuis diſcretæ.Fortaſſis ideo mutatis triumphalibus.Vnius arboꝝ latina lingua nomē imponitur uiris.Vnius folia diſtingūtur appellatione.Laureā enī uocamus.Durat & in urbe impoſitum loco:quādo lauretū in auētino uocatur:ubi ſilua lauri fuit.Eadem purificationibus adhibetur:teſtatūq; ſit obiter & ramo eā ſeri:quoniā dubitauere Democritus & Theophraſtus.Nunc dicemus ſilueſtrium naturas.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVALIS HYSTORIAE LIBER.XVI.
## PROHEMIVM

Silueſtrium Arboꝝ Naturæ. Ca.i.

POMIFERAE ARBORES QVAEQVE MITIORIbus ſuccis uoluptatem primæ cibis attulerūt:& neceſſario alimēto delicias imiſcere docuerūt.Siue illæ ultro ſiue ab hoīe didicere blandos ſapores adoptione & cōnubio.Idq; munus etiā feris uolucribuſq; dedimus:intra prædictas cōſtant.Primū erat narrare glādiferas quoq;:quæ primo uictū mortalium aluerūt nutrices inopis ac feræ ſortis:ni præuerti cogeret admiratio uſu comperta:quænā qualiſque eſſet uita ſine arbor̄ ulla ſiñ frutice uiuentium

Gentes ſine arbore:& miracula in ſeptētrionalis regiōis arboribus. Ca.ii.

DIximus & in oriente quidem iuxta oceanū cōplures ea neceſſitate gentes.Sūt uero & in ſeptētrione uiſæ nobis cau

©BIUM

coꝝ: qui maiores minoreſque appellantur. Vaſto ibi meatu ꝑpetuis bis dieꝝ noctiūq; ſingulaꝝ interuallis effuſus in imenſum agitur oceanus æternā operiēs reꝝ naturæ cōtrouerſiam: dubiūq; terræ ſit: an pars maris. Illic miſera gens tumulos optinet altos: aut tribunalia ſtructa manibus ad expimēta altiſſimi æſtus: caſis ita impoſitis: nauigātibus ſimiles: cū integāt aquæ circūdatæ naufragiis. Cū uero receſſerint: fugientes cū mari piſces circa tuguria uenantur. Nō pecudes hos habere nō lacte ali: ut finitimos. Ne cū feris quidem dimicare cōtingit omī ꝓcul abacto frutice. Vlua & paluſtri iunco funes nectūt ad prætexenda piſcibus retia. Captūq; manibus lutum uentis magis ꝗ ſole ſiccātes. Terra cibos & rigētia ſeptētrione uiſcera ſua urunt. Potus non niſi ex hymbre ſeruato ſcrobibus ī ueſtibulo domus. Et eæ gētes certe ſi uincātur hodie a populo ro. ſeruire ſe dicūt. Ita eſt ꝓfecto: multis fortuna parcit in pœnā. Aliud in ſiluis miraculū in tota reliqua germania referūt: addūtq; frigori umbras: altiſſime tamē. Haud procul ſupradictis caucis circa duos præcipue lacus. Littora ipſa optinēt quercus maxima auiditate naſcēdi ſuffoſſæq; fluctibus aut ꝓpulſæ flatibus uaſtas cōplexu radicū inſulas ſecū auferūt. Atq; ita libratæ ſtātes nauigāt ingentiū ramoꝝ armamētis. Sæpe territi claſſibus noſtris: cū uelut deinduſtria fluctibus agerēt: ut in ꝓſpectu ſtātes noctu: inopeſq; remedii illæ prœliū nauale aduerſ⁹ arboꝛs inirēt.

¶ De hyrciniæ ſiluæ magnitudine. Ca. iii.

IN eadem ſeptētrionali plaga hyrciniæ ſiluæ roboꝝ uaſtitas intacta & cōgenita mūdo ꝓpe imortali ſorte miracula excedit. Vt alia omittātur fide caritura. Cōſtat attolli colles occurſantiū inter ſe radicum repcuſſu. Aut ubi ſecuta tellus nō ſit: arcus ad ramos uſque: & ipſos iter ſe rixantes curuari portaꝝ patētium mō ut turmas equitum trāſmittant.

¶ De glandiferis. Ca. iiii.

GLandiferi maxime generis omnes: quibus honos apud romanos perpetuus.

¶ De ciuica corona: & qui frondea corona donati. Ca. v.

HInc ciuicæ coronæ militū uirtutis inſigne clariſſimū. Iampridē uero & clæmētiæ impatoꝝ poſtꝗ ciuiliū belloꝝ profanatione meritū cœpit uideri ciuē nō occidere. Cedūt iis murales uallareſq;: & aureæ: quāꝗ precio ātecedētes. Cedūt & roſtratæ: ꝗuis in duobus maxīe ad hoc æui celebres M. Varrone e piraticis bellis dāte magno Pōpeio. Itēq; M. Agrippa tribuēte Cæſare e ſiculis: quæ & ipſa piratica fuere. Antea roſtra nauiū tribunali præfixa foro decus erāt: ueluti populo ro. ipſa corona impoſita. Poſtꝗ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac polllui cœpere: poſtꝗ uires ex publico in priuatū magis ſinguliſq; ciuiū quæri: & ſacroſācta oīa profana fecere: tum a pedib⁹ eoꝝ ſubiere in capita ciuiū roſtra. Dedit hāc Auguſtus coronā Agrippæ. Sed ciuicā a genere humano accepit ipſe. Antiqtus quidē nulla niſi deo dabatur. Ob id Homerus cælo tātū eas & prœlio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne ī certamine qdē ulli. Ferūtq; primū oīum Liberꝝ patrē impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſtea deoꝝ honori ſacrificātes ſūpſere uictimis ſimul coronatis. Nouiſſime & in ſacris certaminibus uſurpatæ: in qbus hodieq; non uictori dant: ſed patriā ab eo coronari pronūtiatur. Inde natum ut etiam triūphaturis cōferrētur in templis dicandæ. Mox ut & ludis darentur. Lōgum eſt: nec ex inſtitutiōe opis diſſerere quis quā romanoꝝ primus acceperit. Neq; enim alias nouerant ꝗ bellicas. Quod certū eſt uni gentium huic plura ſunt genera ꝗ cūctis. Romulus frōdea coronauit Hoſtū Hoſtiliū ꝙ fidenā primus irrupiſſet. Auus hic Tulli Hoſtilii regis fuit. P. Deciū patrem tribunū militū frōdea donauit exercitus ab eo ſeruatus: impatorē Cornelio Coſſo cōſule ſanitium bello. Ciuica iligna primo fuit: poſtea magis placuit ex æſculo Ioui ſacrū. Variataq; in hoc cū querco ē: ac data ubiq; quæ fuerat: cuſtodito tamē honore glādis. Additæ leges arctæ: & ideo ſupbæ: quaſq; cōferre libeat cū illa græcoꝝ ſūma: quæ ſub ipſo Ioue datur. Quiq; patriæ muros primus ſcandēs audentē irrūpere occidit. Quiq; ciuem maluit ſeruarē ꝗ hoſtem occidere. Vtq; eum locū in quo ſit actū optineret hoſtis eo die. Vtq; ſeruatus fateatur: alias teſtes nil ꝓſunt. Vt ciuis fuerit. Auxiliis ꝗuis rege ſeruato decus id nō dant. Nec creſcit honos idem impatore cōſeruato: quoniā conditores in quocūq; ciuē ſūmū eſſe uoluerūt. Accepta licet uti ꝑpetuo ludis. Induenti ſemp aſſurgi etiam ab ſenatu in more eſt. Sedendi ius in ꝓximo ſenatui. Vacatio muneꝝ oīum ipſi: patriq; & auo paterno. Xiiii. eas accepit Sicinius Dentatus ut rettulimus ſuo loco. Sex. Capitolinus. Is quidem & de duce Seruilio. Africanus de patre accipe noluit apud trebiam. O mores æternos: qui tanta opera honore ſolo donauerunt. Et cum reliquas coronas auro cōmendarent: ſalutem ciuis ſis in precio eſſe noluerunt: clara ꝓfeſſione: ſeruari quidem hoīem nefas eſſe lucri cauſa.

¶ De glande genera tredecim. Ca. vi.

GLandes opes eſſe nunc quoq; multaꝝ gentiū etiam pace gaudētiū conſtat. Necnō & inopia frugum areſactis molitur farina: ſpiſſaturq; ī panis uſum. Quin & hodieq; p hiſpanias ſecūdis menſis glans inſeritur. Dulcior eadem in cinere toſta. Cautum eſt præterea lege. xii. tabularū: ut glandem in alienū fundum ꝓcidentē liceret colligere. Genera eaꝝ multa. Diſtant fructu: ſitu: ſexu: ſapore. Nāq; alia fageæ glādi figura: alia quernæ: & alia ilignæ. Atq; inter ſe quoq;

geneꝝ ſinguloꝝ differentiæ. Præterea ſūt aliæ ſilueſtres: aliæ placidiores: quæ culta optinēt. Iā etiā in mōtoſis planiſq; diſtant. Sicut & ſexu mares ac fœminæ. Itē ſapore. Dulciſſima oīum fagi: ut qua obſeſſos etiā hoīes duraſſe in oppido chio tradit Cornelius Alexander. Genera diſtinguer̄ nō dat̄ noībus quæ ſūt alia alibi. Quippe cū robur quercūq; uulgo naſci uideamus: ſed æſculū nō ubiq;. Quartā uero generis eiuſdē quæ cerrus uocat̄ ne italiæ qdē maiori ex pte notā eſſe. Diſtiguēs ergo ꝓprietate naturaq;: & ubi res coget etiā græcis noībus utendum.

De fagina glande & reliquis glandibus: & carbone & paſtu porcoꝝ. Ca. vii.

FAgi glans nucleis ſimilis: triangula cute includitur. Folium tenue: ac leuiſſimū: populo ſimile: celerrime flaueſcens: & media parte pleꝝq;. Gignēs ſuperne puulā baccā uiridē: cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratiſſima eſt: & ideo aīalis eius una ꝓuētus. Glires quoq; ſaginat. Expetitur & turdis. Arboꝝ fertilitas oīum fere alternat: ſed maxime fagi. Glāde quæ ꝓprie intelligitur: ferunt robur: quercus: æſculus: cerrus: ilex: ſuber. Cōtinētur hiſpido calice per genera plus minus. Item cōplectente folia præter ilicē: grauia: carnoſa: procera: ſinuoſa latebris. Nec cū cadunt flaueſcētia: ut fagi. Pro differētia geneꝝ breuiora uel longiora. Ilicis duo genera. Ex iis in italia folio nō multum ab oleis diſtāt. Milaces a quibuſdā græcis dictæ: in prouintiis aquifoliæ. Ilicis glans utriuſq; breuior & gracilior. Quam Homerus aculon appellat: eoq; noīe a glande diſtinguit. Maſculas ilices negant ferre. Glans optima in quercu atq; grādiſſima. Mox æſculo. Nā roboris parua. Cerro triſtis: horrida: echinato calice ceu caſtaneæ. Sed in querna alia dulcior: molliorq; fœminæ: maris ſpiſſior. Maxime āt probātur latifoliæ ex argumēto dictæ. Diſtāt aūt inter ſe magnitudine & cutis tenuitate. Itē ꝙ aliis ſubeſt tunica rubigine ſcabra: aliis protinus candidum corpus. Probatur & ea: cuius in balano utrinque ex longitudine extrema lapideſcit ī duriciam. Melior cui in cortice ꝗ cui in corpore. Vtraq; nō niſi mari. Præterea aliis ouata: aliis rotunda: aliis acutior figura. Sicut & colos nigrior cādidior ue ꝗ præfertur. Amaritudo in extremitatibus: mediæ dulces. Quin & pediculi breuitaſ ꝓceritaſq; differentiam habet. In ipſis uero arboribus quæ maximā fert: hemeris uocatur: breuior: & in orbē camoſa: alaſq; ramoꝝ crebro cauata. Fortius lignū quercus habet & īcorruptius: ramoſa & ipſa. Procerior tamē & craſſior caudice. Excelſiſſima aūt egilos incultis amica. Ab hac ꝓxime latifoliæ ꝓceritas: ſed minus utilis ædificiis. Atq; carbone dotata uitiis obnoxia ē. Quā ob rē ſolido utuntur carbone. ærarioꝝ tantū officinis cōpendio. Quoniā deſinēte flatu ꝓtinus emoriens ſæpius recoquitur. Cætero plurimis ſintillis. Idē e nouellis melior. Aceruī cōfertis paleis recētibus luto caminātur: accenſaq; ſtrue cōtis pungitur dureſcēs calx. Atq; ita ſudorem emittit. Peſſima & carboni & materiæ haliphleos dicta: cui craſſiſſimus cortex atq; caudex: & pleꝝq; cauus fūgoſuſq;. Nec alia putreſcit ex hoc genere: etiā cū uiuit. Quin & fulmine ſæpiſſime icit̄: ꝗuis altitudinē nō excellat. Ideo ligno eius nec ad ſacrificia uti fas habetur. Eidem raro glans & cū tulerit amara. Quam præter ſues nullū attingit animal. Ac ne eæ quidem ſi aliud pabulū habeāt. Hoc quoq; inter reliqua neglectæ religionis eſt: ꝙ emortuo carbone ſacrificatur. Glans fagea ſuem hylarem facit: carnē coctibilē ac leuem: & utilem ſtomacho. Iligna ſuem anguſtā: nitidam: ſtrigoſam: pōderoſam. Querna diffuſam & grauiſſimā: & ipſa glādium æque dulciſſima. Proximā huic cerream tradit Nigidius: nec ex alia ſolidiorem carnē: ſed durā. Iligna tentari ſues: niſi paulatim detur. Hanc nouiſſimā cadere. Fungoſā carnē fieri æſculo: robore: ſubere. Quæ glandem ferunt omēs & gallam. Alterniſq; ānis glandē. Sed gallā hemeris optimā: & coriis ꝑficiēdis aptiſſimam. Similem huic latifoliam: ſed leuiorem: multoque minus probatam. Fert & nigrā Duo enim genera ſunt. Hæc tingendis utilior.

De galla: & ꝗ multa præter glandem eædem ferant arbores. Ca. viii.

NAſcitur aūt galla ſole de geminis exeūte erūpens noctu ſemp uniuerſa. Creſcit uno die cādidior. Et ſi excepta eſt æſtu areſcit protinus: neq; ad iuſtū incremētum peruenit: hoc eſt: ut nucleum fabæ magnitudinem habeat. Nigra diutius uiret: creſcitq; ut interdū mali compleat magnitudinem. Optima comagena. Deterrima ex robore. Signum eius ꝙ cauernæ trāſlucēt. Robur præter fructū plurima alia gignit. Nāq; fert & gallæ utꝝque genuſ & quædā ueluti mora: ni diſtarent arida duricia pleꝝque tauri caput imitantia: quibus fructus ineſt nucleis oliuæ ſimilis. Naſcūtur in eo & pilulæ nucibus nō abſimiles: intus habētes flocculos molles: lucernaꝝ luminibus aptos. Nam & ſine oleo flagrāt: ſicuti galla nigra. Fert & aliam utilē pilulam cū capillo uerno tēpore tamē melligeni ſucci. Gignunt & alii ramoꝝ eius pilulas corpori nō pediculo adhærentes: cādicantes umbilicis. Cætera nigra uarietate diſperſa. Media cocci calorem habent. Apertis amara inanitas eſt. Aliquādo & culices gignit. Necnō & e foliis cōuolutas pilulas: & in folio rubentes. Aquoſos nucleos candicantes & tranſlucidos: ꝗdiu molles ſint: in quibus & culices naſcuntur: matureſcunt in modum

De canchrye: & cocco grano: & agarico: & ſubere. Ca. ix.

FErunt robora & canchryn: ita uocatur pilula in medicina urendi uim habēs. Gignitur & in

abiete: larice: picea: tilia: nuce: platano: poſtqꝫ folia cecidere hyeme durans. Continet nucleum pineis ſimile. Is creſcit hyeme: aperitur uere pilula tota. Cadit cũ folia cœperint creſcere. Tam multifera ſunt: & tot res præter glãdem pariunt robora. Sed & boletos ſuilloſqꝫ gulæ nouiſſima irritamenta: quæ circa radices gignũtur. Quercus ꝓbatiſſimos. Robur ãt & cypreſſus & pinos noxios. Robora ferunt & uiſcũ & mella ut auctor eſt Heſiodus. Conſtatqꝫ rores melleos e cælo ut diximus cadentes nõ aliis magis inſidere frõdibus. Cremati quoqꝫ roboris cinerem itroſum eſſe manifeſtũ eſt. Omẽs tamẽ has eius dotes ilex ſolo ꝓuocat cocco. Granũ hoc. Primoqꝫ ceu ſpectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quiſqlium uocãt: penſionẽ alterã tributi pauperibuſ hiſpaniæ donati. Vſum eius gratiorẽ in cõchylii mẽtione tradidimus. Gignitur & i galatia: africa: piſidia: cilicia. Peſſimũ in ſardinia. Galliaꝝ glãdiferæ maxime arbores agaricum ferũt. Eſt ãt fungus cãdidus odoratus: antidotis efficax: in ſũmis arboribus naſcens: nocte relucens. Signum hoc eius q̃ in tenebris decerpitur. E glãdiferis ſola quæ uocatur egilops fert pãnos arenteſ: muſcoſo uillo: canos nõ in cortice mõ: ueꝝ & e ramis depẽdẽtes cubitali magnitudine: odoratos ut diximus inter unguẽta. Suber minima arbor: glans peſſima: rara: cortex tantũ in fructu præcraſſus ac renaſcens: atqꝫ etiã in denos pedes undiqꝫ explanatus. Vſus eius anchoralibus maxime nauium: piſcãtiumqꝫ tragulis: & cadoꝝ obturamẽtiſ. Præterea i hyberno fœminaꝝ calceatu. Quã ob rem nõ infacete græci cortices arboꝝ appellãt. Sũt qui fœminã ilicẽ uocẽt: atqꝫ ubi nõ naſcitur ilex pro ea ſubere utuntur. In carpentariis præcipue fabricis ut circa elin & lacedemonẽ: nũc in italia tota naſcitur: aut in gallia omnino.

¶ Quaꝝ ſint in uſu cortices. Ca. x.

Cortex e fago: tilia: abiete: picea: i magno uſu agreſtiũ. Vaſa corbeſqꝫ ac patẽtiora quædã meſſib⁹ cõuehẽdis uidemiſqꝫ faciũt: atqꝫ prætexta tugurioꝝ. Scribit i rcẽti ad duceſ explorator icidẽs liras a ſucco. Necnõ i quodã uſu ſacroꝝ rligioſus ẽ fagi cortex. Sꝫ ñ durat arbos ipa

¶ De ſcãdulis & pinu: pinaſtro: abiete: piceaqꝫ: larice: tæda: taxo. Ca. xi.

Scandulæ e robore aptiſſimæ: mox e glãdiferis aliis: fagoqꝫ: facillime ex omibus quæ reſinam ferũt: ſed minime durant: præterqꝫ e pino. Scãdula cõtectã fuiſſe romam uſqꝫ ad bellum Pyrrhi ãnis quadrigẽtis. lxx. Cornelius Nepos auctor eſt. Siluaꝝ certe diſtinguebãtur iſignibus. Fagus ipſo Ioui etiã nũc eſt: ubi lucus fageus fuit: portaqꝫ querculana. colle in quẽ uiminã petebãtur totqꝫ lucis quibuſdã & geminis. Q. Hortẽſius dictator cũ plebs ſeceſſiſſet in ianiculum legem in æſculeto tulit: ut ea quod iuſſiſſet omẽs quirites tenerentur. Peregrinæ tũc uidebantur: quoniã nõ erant ſuburbanæ pinus atqꝫ abies. Omẽſqꝫ quæ picem gignũt: de quibus nũc dicemus. Simul ut tota cõdiendi uina origo cognoſcatur. Quæ ferunt in aſia aut in oriente prædictis picem. In europa ſex genera cognataꝝ arboꝝ reſinã ferunt. Ex iis pinus atqꝫ pinaſter folium habẽt capillamẽti mõ prætenue: lõgumqꝫ & mucrone aculeatum. Pinus fert minimũ reſinæ: interdũ ex nucibus ipſis de q̄bus dictũ eſt. Viſqꝫ ut aſcribatur generi. Pinaſter nihil aliud eſt q̃ pinus ſilueſtris: mira altitudine: & a medio ramoſa ſicut pinus in uertice. Copioſiorem dat hæc reſinam quo dicemus mõ. Gignitur & in planis. Eaſdem arbores alio noĩe eſſe per orã italiæ quas ſtibulas uocant ut pleriqꝫ arbitrãtur. ſed graciles: ſuccinctioreſqꝫ: & enodes liburnicaꝝ ad uſus: pene ſine reſina. Picea mõtes amat atqꝫ frigora: feralis arbor: & funebri indicio ad fores poſita: ac rogis uirens. Iam tamẽ & in domo recepta: tõſili facilitate. Hæc plurimã reſinã fũdit: interueniẽte cãdida gẽma tam ſimili thuri: ut mixta uiſu diſcerni nõ queat: & inde fraus ſæpiſſime aſiæ. Omibus iis generibus folia breui ſeta & craſſiora: duraque ceu cupreſſiſ. Piceæ rami pene ſtatim ab radice modici uelut brachia lateribus inhærent. Similiter abiecti expetitæ nauigiis. Situs in excelſo mõtium ceu maria fugerit: nec forma alia. Materies uero præcipua trabibus: & plurimis uitæ operibus. Reſina ei uitiũ. Vnde fructus unus piceæ: exiguumqꝫ ſudat: aliquãdo cõtactu ſolis. E diuerſo materies quæ abieti pulcherrima: piceæ ad fiſſiles ſcandulas: cupaſque & pauca alia ſecamẽta. Quinto generi ſitus idem: cadẽ facies: larix uocat: materia præſtãtior lõge: incorrupta uis humori cõtumax: rubens præterea: & odore acrior. Pluſculum huic erũpit liquoris: melleo colore: atqꝫ lentiore: nũq̃ duraſcẽtis. Sextũ genus e tæda ꝓprie dicta: abũdantior ſucco q̃ reliqua: parcior liq̄dioreqꝫ q̃ picea. Flãmis ac lumini ſacroꝝ etiã grata. Hãc mares dũtaxat ferunt: & eam græci ſtacten uocant odoris grauiſſimi. Laricis morbus eſt ut tæda fiat. Omĩa aũt hæc genera accenſa fuligine ĩmodica carbonem repẽte expuũt: cum eruptiõis crepitu: eiaculãturque lõge: excepta larice: quæ nec ardet: nec carbonẽ facit: nec alio mõ ignis ui cõſumitur: q̃ lapides. Omĩa uero ea ꝑpetuo uirẽt: nec facile diſcernũtur i frõde etiã a peritis. tanta natalium mixtura eſt. Sed picea minus alta q̃ larix. Illa craſſior leuioreqꝫ cortice: folio uilloſior: pinguior: & denſior: molliorque flexu. At piceæ rariora ſiccioraque folia & tenuiora ac magis algentia. Totaque horridior eſt & perfuſa reſina. Lignũ uero abieti ſimilius. Larix uſtis radicibus nõ repullulat: ut in leſbo accidit incẽſo nemore pyrrheo. Alia etiãnũ generibus ipſis in ſexu differentia. Mas breuior & durior: fœmina procerior. Pinguioribus foliis & ſimplicibus: atqꝫ

nō rigentibus. Lignum maribus durū: & in fabrili opere cōtortum: fœminæ mollius publico diſcrimine in ſecuribus. Eæ in quocūq; genere deprehēdūt marem: quippe reſpuūt: & fragoſius ſidunt: ægrius reuellūtur. Ipſaq; materies retorrida: & nigrior maribus radix. Circa idā in troade & alia differētia eſt mōtanæ maritimæq;. Nāq; ī macedonia & arcadia circa elin ꝑmutant noīa. Nec cōſtat auctoribus quod cuiq; generi attribuāt: nos iſta romano diſcernimus iudicio. Abies e cunctis ampliſſima eſt: & fœmina etiam ꝓlixior. Materia mollior: utiliorq;: arbore rotūdior: folio pinato: denſa ut hymbres nō tranſmittat: at hylarior intuitu. E ramis generū horū pānicularū mō nucamēta ſquamatim cōpacta depēdent præter q̄ larici. Hæ quoq; abietes maſculæ prima in parte nucleos habēt: nō itē fœminæ. Piceæ uero totis pāniculis minoribus gracioribusq; minimos ac nigros. Propter quod græci phitirophorō eā appellāt. In eadem nucamēta cōpreſſiora maribus ſunt: ac minus reſina roſida. Similis his etiā nūc aſpectu eſt: ne quid prætereatur taxus: minus uirens: graciliſq; & triſtis: ac dira: nullo ſucco: ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lœtale qppe baccis in hiſpania præcipue uenenū ineſt. Vaſa etiā uiatoria ex ea uinis in gallia facta mortifera fuiſſe cōpertū eſt: Hanc Seſtius ſmilacem a græcis uocari dixit. Et eſſe in arcadia tam præſentis ueneni: ut ſi qui dormiant ſub ea: cibū ue capiāt moriātur. Sunt q & taxica hinc appellata dicunt uenena: quæ nunc toxica dicimus: quibus ſagittæ tingantur. Repertum innoxiam fieri: ſi in ipſam arborem clauus æreus addicatur.

Quibus modis fiant genera picis: & quomodo fiat cædrum: & de ſpiſſa pice quomodo fiat: & quibus modis reſina coquatur. Ca. xii.

PIx liquida in europa e tæda coquitur naualibus muniēdis: multoſq; ad alios uſus. Lignum eius cōciſum furnis undiq; igni extra circūdato feruet ut primus ſudor aquæ mō fluat ī canali. Hoc in ſyria cædrū uocatur: cui tanta uis eſt ut in ægypto corpora hoīum defūctorū eo perfuſa ſeruētur. Sequēs liquor craſſior iam picem fundit. Hæc rurſus in cortinas æreas cōiecta aceto ſpiſſatur: & coagulata brutiæ cognomen accepit: doliis dūtaxat uaſiſq; cæteris utilis: lentore ab alia pice differens. Item colore rutilāte: & q̄ pinguior eſt. E tæda oīa illa fiunt. E picea reſina feruētibus coacta lapidibus ī alueis ualidi roboris: aut ſi aluei nō ſint ſtruis congerie uelut in carbonis uſu. Hæc in uinum additur: farinæ mō tuſa: nigrior colore. Eadē reſina ſi cū aqua lentius decoquatur: coleturq;: ruffo colore lenteſcit: ac ſtillatitia uocatur. Seponūtur āt in id fere uitia reſinæ corticiſq;. Alia temperies ad crapulā. Nāq; flos crudus reſinæ cū multa haſtula tenui breuiq; auulſus cōciditur ad cribrum minuta: deinde feruēti aqua donec coquatur perfūdiť. Huius expreſſum pingue præcipua reſina fit: atq; rara: nec niſi paucis in locis ſubalpinæ italiæ conueniēs medicis. Reſinæ albæ cōgiū in duobus aquæ pluuiæ coquūt. Alii utilius putāt ſine aqua coquere lento igne tota die: utiq; uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuēti: hāc cæteris præferentes. Proxima ex lentiſco.

De zoſippa & ſapino: & quarū arborū materia in precio. Ca. xiii.

NOn omittendū apud eoſdem zoſippam uocari deraſam nauibus maritimis picem cū cæra: nihil nō experiente uita: multoq; efficatiorem ad oīa quibus pices reſinæq; ꝓſunt uidelicet adiecto ſalis callo. Aperitur picea e ꝑte ſolari nō plaga: ſed uulnere ablati corticis: cum plurimū bipedali hiatu. ut a terra cubito cū minimū abſit. Nec corpori ipſi parcitur: ut ī cæteris quoniam haſtula in fructu eſt. Verū hæc terræ ꝓxima laudatur. Altior amaritudinē affert. Poſtea humor oīs e tota cōfluit in ulcus. Itē in tæda. Cū id manare deſiit: ſimili mō ex alia parte aperiē ac deinde alia. Poſtea tota arbor ſucciditur: & medulla eius uritur. Sic & ī ſyria terebintho detrahunt cortices. Ibi quidē & e ramis ac radicibus cū reſina dānetur ex iis ꝑtibus. In macedonia laricem maſculam urūt: fœminæ radices tantū. Teopōpus ſcripſit in apolliniatarū agro picē foſſilē nō deteriorem macedonica inueniri. Pix optima ubiq; ex apricis aquilonis ſitu. Ex opacis horridior: uiruſq; præferens. Frigida hyeme deterior: ac minus copioſa & decolor. Quidā arbitranē in mōtoſis copia præſtātiorem fieri ac colorationem: & dulciorem quoq; & gratiorē dum reſina ſit. Decoctā āt minus picis reddere: quoniā ī iſerū abeat: tenuioreſq; eſſe ipſas arbores q̄ ī planis. Sed has & illas ſerenitate ſteriliores. Fructū quædā ꝓximo āno ab inciſu largiuntur. Aliæ ſecūdo. Quædā tertio. Expletur aūt plaga reſina: nō cortice: nec cicatrice: quæ ī hac arborē nō coit. Inter hæc genera ꝓprium qdam fecere ſatiuum: quoniā ex cognatione earū ſeritur. Qualis dicta eſt nucleis. Euiſq; arbotis imas partes tædas uocant. cū ſit illa arbor nil aliud q̄ picea feritatis paulum mitigatæ ſatu. Satiui āt materies cæſarū e genere fit: ſicuti docebimus.

De fraxino genera eius quattuor. Ca. xiiii.

MAteriæ enim cā reliquas arbores natura genuit. Copioſiſſimāq; fraxinū. Procera hæc ac teres: pēnata & ipſa folio. Multūq; Homeri preconio & Achillis haſta nobilitata. Materies eſt ad plurima utilis. Ea quidē quæ fit in ida troadis in tantū citro ſimilis: ut emētes fallat cortice ablato. Græci duo genera eius fecere. Lōgam: enodem. Alterā breuem: duriorē: fuſcioremq; laureis foliis. Bumeliam uocant in macedonia ampliſſimā lentiſſimāq;. Alii ſitu diuiſere. Campe

ſtrem enim eſſe criſpam: mōtanam: ſpiſſam. Folia eaꝝ iumētis mortifera. Cæteris ruminātium ĩnocua græci ꝓdidere. In italia nec iumētis nocet. Cōtra ſerpētes uero ſucco expreſſo ad potum: & impoſita ulceribus opifera: ac nihil æque repitur. Tātaqꝫ eſt uis: ut ne matutinas quidē occidenteſue umbras ꝗuis ſint lōgiſſimæ: ſerpens arboris eius attingat: adeo ipſam ꝓcul fugat. Expta prodimus. Si frōde ea gyro claudatur ignis & ſerpens: in ignes potius ꝗ in fraxinū fugere ſerpentē. Mira naturæ benignitas: priuſꝗ hæ ꝓdeāt floreꝫ fraxinū: nec āte cōditas folia dimittere.

De tilia genera duo. Ca. xv.

IN tilia mas & fœmina differūt omĩ mō. Nāqꝫ & materies maris dura ruffiorqꝫ ac nodoſa & odoratior. Cortex quoqꝫ craſſior: ac detractus inflexibilis. Nec ſemē fert aut florē ut fœmina: quæ craſſior arbore: materia cādida præcellenſqꝫ eſt. Miꝝ in hac arbore fructū a nullo animaliū attingi: folioꝝ corticiſqꝫ ſuccum dulcem eſſe. Inter corticem & lignū tenues tunicas multiplici mēbrana: e quibus uincula tiliæ euocātur. Tenuiſſimū eoꝝ philyre coronaꝝ lēniſcis celebres antiquoꝝqꝫ honore. Materies teredinē nō ſētit: ꝓceritate pꝗ modica: ueꝝ utilis.

De aceris generibus. x. Ca. xvi.

ACer eiuſdē fere amplitudinis: opeꝝ elegātia ac ſubtilitate citro ſecūdum: Plura eius gen͞ra. Albū quod præcipui candoris uocatur gallicū: in trāſpadana italia traſqꝫ alpes naſcens. Alteꝝ genus criſpo maculaꝝ diſcurſu: qui cū excellentior fuit: a ſimilitudine caudæ pauonū nomen accepit. In iſtria retiaqꝫ præcipuū. E uiliori genere craſſiuenū uocatur. Græci ſitu diſcernūt. Cāpeſtre enim cādidū eſſe: nec criſpum: quod glinon uocāt. Mōtanū uero criſpius duriuſqꝫ: etiam nunc e maſcula criſpiuſ ad lautiora opa. Tertiū genus zygiā rubentē fiſſili ligno: cortice liuido: & ſcabro. Hoc alii ꝓprii generis eſſe malunt. Et latine caprinum appellant.

De bruſco molluſco: & ſtaphilodendro: & buxo genera tria. Ca. xvii.

PVlcherrimū uero eſt bruſcū: multoqꝫ excellentius etiānū molluſcum. Tuber utrūqꝫ arboris eius. Sed bruſcū intortius criſpum. Molluſcū ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinē mēſaꝝ caperet: haud dubie præferreretur citro. Nunc intra pugillares lectoꝝqꝫ ſilicios aut laminaſ raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & mēſæ nigreſcētes. Reperitur & in alno tuber tanto deterius ꝗto ab acere alnus ipſa diſtat. Aceris mares prius florent. Etiānū in ſiccis natæ præferūtur aquaticis: ſicut & fraxini. Eſt & trāſ alpes arbor ſimillima aceri alba in materia: quæ uocatur ſtaphylodēdron. Fert ſiliquas & in iis nucleos ſapore nucis auellanæ. In primis uero materies honorata buxo eſt raro criſpanti: nec niſi radice: cætero lenis: quies materia ſilenti: & quadā duricia ac pallore cōmēdabilis. In ipſa uero arbore topiario ope. Tria eius genera: gallicū quod ĩ metas emittitur: amplitudineqꝫ procerior eſt. Oleaſtrū in omĩ uſu dānatū fert grauē odorē. Tertiū genus noſtratis uocāt. Silueſtre ut credo mitigatum ſatu: diffuſius: & denſitate parietū uirens ſēper ac tonſile. Buxus pyreneis ac cythero mōtibus plurima: ac berecynthio tractu. Craſſiſſima ĩ corſica florem nō ferēdo. Quæ cauſa amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animantibus inuiſum. Hæc ĩ olympo macedoniæ gracilior: ſed breuis. Amat frigida: aprica. In igne quoqꝫ duricia quæ ferro: nec flāma: nec carbone utilis.

De ulmo genera quattuor. Ca. xviii.

INter has atqꝫ frugiferas materiæ uitiumqꝫ amicitia accipitur ulmus. Græci duo eius genera nouere. Mōtoſam: quæ ſit amplior. Cāpeſtrem: quæ fruticoſa. Italia attinias uocat excelſiſſimas: & ex iis ſicanas illiſ præfert: quæ nō ſūt riguæ. Alteꝝ genuſ gallicas. Tertiū noſtrates: denſiore folio: & ab eodem pediculo numeroſioꝝ. At quartū ſilueſtre. Inter quas attiniæ ñ ferūt. Samaria mita uero uocaꝫ ulmi ſemē. Oēſqꝫ e radicū plātis ꝓueniūt. Reliquæ ſemine.

De arboꝝ natura per ſitus. Ca. xix.

NVnc celeberrimis arboꝝ dictis quædā in uniuerſū de cūctis indicāda ſunt. Montes amant cædrus: larix: tæda: & cæteræ e quibus reſina gignit̃. Itē aquifolia: buxus: ilex: iunipus: terebinthus: populus: ornus: cornus carpinus. Eſt & in apēnino frutex q uocatur cotinuſ ad linimēta mō cōchylii colore inſignis. Mōtes & ualles diligit abies: robur: caſtaneæ: tilia: ilex: cornus. Aquoſis mōtibus gaudent acer: fraxinus. ſorbus: tilia: ceraſus. Nō temere in mōtibus uiſæ ſunt prunus: punicæ: oleaſtri: iuglans: morus: ſambuci. Deſcēdūt etiam in plana cornus: corylus: quercus: ornus: acer: fraxinus: fagus: carpinus. Subeunt & montoſa ulmus: malus: pyrus: laurus: myrtus. Sanguinei frutices ilex: tingēdiſqꝫ ueſtibus naſcētes geniſtæ. Gaudet frigidis ſorbus: & magis etiā betulla. Gallica hæc arbor mirabili cādore: atqꝫ tenuitate terribilis magiſtratuum uirgis. Eadē circulis flexibilis: itē corbium ſportis. Bitumē ex ea galliæ excoquūt. In eoſdem ſitus comitatur & ſpina nuptiaꝝ facibus auſpicatiſſima: quoniā inde fecerint paſtores qui rapuerūt ſabinas: ut auctor eſt Maſurius. Nunc facibus carpinus & corilus familiariſſimæ. Aquas odeꝛ cupreſſi: iuglādes: caſtaneæ: laburnū. Alpina & hæc arbor: nec uulgo nota: Dura ac cādida materie: cuius florē cubitalem lōgitudine apes nō attingūt. Odit & quæ appellatur Iouis barba in opere topiario tōſilis & in rotūditatē ſpiſſa: argenteo folio. Nō niſi in aquoſis

proueniunt ſalices:alni:populi:ſiler. Liguſtra teſſeris utiliſſima. Item uacinia italiæ ĩ aucupiis ſata. Galliæ uero etiam purpura tingendi cauſa ad ſeruoꝝ ueſtes. Quæcũq; cõmunia ſunt montibus planiſq; maiora fiunt:aſpectuq; pulchriora. Quæ in cãpeſtribus meliora materie. Criſpiora quæ in montibus exceptis malis pyriſq;.

¶ Diuiſio generꝝ. Ca.xx.

PRæterea arboꝝ aliis decidũt folia:aliæ ſempiterna coma uirẽt. Quã differẽtiã neceſſe ẽ antecedat prior. Sũt enim arboꝝ quædã omio ſilueſtres:quædã urbaniores:quas his placet nominibus diſtinguere. Ergo mites quæ fructu aut aliqua dote umbrarum ue officio humanius iuuant:non improbe dicantur urbanæ.

¶ Quibus folia nõ decidant:& de rhododendro. Ca.xxi.

hAꝝ generi non decidunt oleæ:lauro:palmæ:myrto:cupreſſo:pinis:hederæ:rhododendro. Et cꝗuis hærba dicatur ſabina rhododendrõ:ut nomine apparet:a græcis uenit. Alii nerium uocarunt:alii rhodophanen:ſempiternum frõde roſæ ſimilitudine caulibus fruticoſum. Iumẽtis capriſq; & ouibus uenenũ eſt. Idem hoĩ cõtra ſerpentiũ uenena remedio.

¶ Item quibus folia non decidunt:& quibus non oia folia cadant:& quibus locis nullæ arboꝝ Ca.xxii.

SIlueſtrium generiſ folia nõ decidunt abieti:larici:pinaſtro:iunipo:cædro:terebintho:buxo:ilici:aquifolio:ſuberi:taxo:tamarici. Inter utraq; genera ſunt andrachne in græcia:& ubiq; unedo. Reliqua enim folia decidũt his:præterq̃ in cacuminibus. Nõ decidũt aũt & in fruticum genere quibuſdã rubo & calamo. In thurino agro ubi urbs ſybaris fuit:ex ipſa urbe pſpiciebatᷓ quercus una nunq̃ folia dimittens:nec ante mediã æſtatem germinãs. Idq; miꝝ eſt græcis auctoribus proditũ. Apud nos poſtea ſileri. Nã locoꝝ tanta uis eſt:ut circa memphim ægypti:& in elephãtine thebaidis nulli arbori decidant:ne uitibus quidem.

¶ De natura folioꝝ cadentium:& quibus folioꝝ uarii colores. Ca.xxiii.

CAeteræ oẽs extra prædictas(eteñ numerare lõgum eſt) folia deperdũt. Obſeruatũq; nõ areſcere:niſi tenuia & lata & mollia. Quæ uero nõ decidãt callo craſſa & anguſta eſſe. Falſa definitio eſt nõ decidere iis quaꝝ ſuccus pinguior ſit. Quis enim poteſt in ilice intelligere? Decidere Timæus mathematicus ſole ſcorpionẽ trãſeũte ſyderis ui:ut quodam ueneno aeris putat. Cur ergo nõ eadem cã aduerſum omẽs polleat:iure miremur. Cadũt plurimis autũno. Quædã tardius amittũt:atq; in hyemes ꝓrogant moras. Nec intereſt maturius germinaſſe: utpote cũ quædã primæ germinẽt:& inter nouiſſimas nudenť. Vt amygdala:fraxini:ſambuci. Morus aũt nouiſſime germinat:& cũ primis folia dimittit. Magna & in hoc uis ſoli. Prius decidũt ĩ ſiccis macriſq; & uetuſtate prius arbori. Multiſq; etiã ãteq̃ matureſcat fructus. In ſerotina ficu & hyberna pyro & malo granato eſt pomũ tantũ aſpici in matre. Neq; iis aũt quæ ſemper retinẽt comaſ eadem folia durãt:ſed ſubnaſcẽtibus aliis tũc areſcũt uetera. Quod euenit circa ſolſtitiũ. Maxime folioꝝ unitas in ſuo cuique genere permanet:præterq̃ populo hederæ crotoni:quam & cinum diximus uocari.

¶ De populo tria genera:& quoꝝ folioꝝ figura mutetur. Ca.xxiiii.

POpuli tria genera:alba:& nigra:& quæ libyca appellatur minima folio ac nigerrima:fungiſq; enaſcẽtibus laudatiſſima. Alba folio bicolor:ſuperne cãdicans:inferiore parte uiridi. Huic nigræ quæ & crotoni folia in iuuẽta circinatæ rotũditatis ſunt. Vetuſtiora in angulos exeunt. E cõtrario hederæ anguloſa rotundantur. Populoꝝ foliis grãdiſſima lanugo. Euolat candidæ. Tradita folio numeroſiore cãdida:& ut uilli. Folia granatis & amygdalis rubẽtia. Miꝝ ĩ primis id quod ulmo:tiliæq;:& oleæ:populo albæ:& ſalici euenit. Circũagũtur enĩ folia eaꝝ poſt ſolſtitium. Nec alio argumento certius intelligitur ſydus confectum.

¶ Quæ folia uerſentur omnibus annis:quæ foliorum ex eius palmis cura & uſus:& foliorum mirabilia. Ca.xxv.

EST & publica omium folioꝝ differentia. In ipſis nãq; pars ĩferior a terra hærbido uiret colore. Ab eadem leuiora. Neruos callũq; & articulos in ſuperiore habẽt parte. Inciſuras uero ſubter:ut manus humana. Oleæ ſupne cãdidiora:& minus leuia. Itẽ hederæ. Sed oium folia quottidie ad ſolem oſcitãt:interiores partes tepefieri uolentia. Supior pars oĩm lanuginẽ quãtulãcũq; habet:quæ in aliis gentium lana eſt. In oriente funes ualidos e palmæ foliis fieri dictũ eſt:eoſq; id humore utiliores eſſe. Et apud nos uero palmæ a matre integræ decerpũtur. Meliores enim ſunt quæ nõ diuiſæ fuerint. Siccãtur ſub tecto quaternis diebus. Mox in ſole expanduntur. Et noctibus relictæ donec candore inareſcant:poſtea in opa diuiduntur. Latiſſima folia ſunt fico:uiti:platano. Anguſta myrto:punicæ:oleæ. Capillata pino:cædro. Aculeata aq̃folio & ilicũ generi. Nã iunipero ſpina pro folio eſt. Carnoſa cupreſſo:tamarici. Craſſiſſima alno. Lõga harundini ſalici. Palmæ etiã duplicia. Circĩnata pyro. Mucronata malo. Anguloſa hederæ. Diuiſa platano. Inſecta pectinum mõ piceæ:abieti. Sinuoſa toto ambitu robori. Spinoſa cute ru

bo. Mordacia ſunt quibuſdã: ut urticis: Pungenta pino: piceæ: abieti: larici: cædro aqfoliis: Pediculo breui oleæ: & ilici: Lõgo uitibus. Tremulo populis. Et hiſdem foliis inter ſe crepitantia. Iam & in pomo ipſo mali quodã in genere parua mediis emicãt folia. Interim & gemina. Præterea aliis circa ramos: aliis ĩ cacumine ramoꝝ. Robori & in ipſo caudice iam denſa ac rara: ſempꝗ lata rariora. Diſpoſita myrto. Cõcaua buxo. Inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis pyriſꝗ. Ramuloſa ulmo: & cytiſo. Quibus adiicit Cato decidua a populo quernaꝗ aĩalibus iubẽs dari nõ perarida. Bubus quidem & ficulnea ilignaꝗ & hederatia. Dantur & ex harundine ac lauro. Decidunt ſorbo uniuerſa. Cæteris paulatim. Et de foliis hactenus.

De ordine naturæ in ſatis: & de flore arboꝝ & conceptu: & germinatione: & partu: & quo ordine floreant. Ca. xxvi.

ORdo aũt naturæ ãnuus ita ſe habet. Primus eſt cõceptus flare incipiẽte uẽto fauonio. Ex inde fere. vi. idus febru. Hoc enim maritantur uiueſcẽtia e terra. Cũ etiã equæ In hiſpania ut diximus. Hic eſt genitalis ſpiritus mũdi a fouẽdo dictus: ut quidã exiſtimauere. Flat ab occaſu æquinoctiali uer inchoans: cathlitionem ruſtici uocãt geſtiẽte natura ſemina acciperẽ: eaꝗ aĩa inferente omibus ſatis. Cõcipiũt uariis diebus: & ꝓ ſua quæꝗ natura. Alia protinus ut aĩalia. Tardius aliqua & diutius grauida partus gerũt. Quod germinatio ideo uocatur. Pariũt uero cũ florent: floſꝗ ille ruptis cõſtat utriculis. Sed educatio in pomo eſt. Hoc & germinatio arboꝝ. Flos eſt pleni ueris indicium: & ãni renaſcẽtis. Flos gaudium arboꝝ. Tũc ſe nouas aliaſꝗ q̃ ſũt oſtendũt. Tũc uariis coloꝝ picturis in certamen uſꝗ luxuriãt. Sed hoc negatũ pleriſꝗ. Nã nec omẽs florent: ſed ſunt triſtes quædam: quæꝗ nõ ſentiãt gaudia ãnoꝝ. Nã neꝗ ilex picea larix pinus ullo flore exhylarãtur: nataleſ ue pomoꝝ recurſus ãnuos uerſicolori nũtio ꝓmittũt. Nec fici atꝗ caprifici. Protinus enim fructũ flores gignũt. In ficis mirabiles ſũt & abortus: qui nũꝗ matureſcũt. Nec iunipi florent. Quidã eaꝝ duo genera tradũt. Alterã florere nec ferre. Quæ uero nõ floreat ferre protinus baccis ſubnaſcẽtibus quæ biẽnio hæreãt. Sed id falſũ omnibuſꝗ iis dura facies ſemp. Sic & hoĩum multis fortuna ſine flore eſt. Omẽs aũt germinãt etiam quæ nõ florent. Magna & locoꝝ differẽtia. Quippe cũ ex eodẽ genere quæ ſũt in paluſtribus priora germinẽt: mox cãpeſtria: nouiſſima in ſiluis. Per ſe aũt tardius pyri ſilueſtres q̃ cætera. Primo fauonio germinat cornus. Proxime laurus. Pauloꝗ ante æquinoctiũ tilia acer. Inter primas uero populus: ulmus: ſalix: alnus: nuces. Feſtinat & platanus. Cæteræ uere cõcepto aqfoliũ terebinthus: paliurus: caſtanea: glandes. Serotino autem germine malus: tardiſſimus ſuber. Quibuſdam geminatur germinatio: nimia ſoli ubertate: aut inuitãtis cæli uoluptate: quod magis in hærbis ſegetũ euenit. In arboribus tãmẽ nimia germinatio elaſſeſcit. Sunt aliæ naturales quidẽ quibuſdã germinationes: pariterꝗ uernæ: quæ ſuis cõſtãt ſyderibus: quaꝝ rõ aptius reddetur ab hoc tertio uolumine. Hyberna aquilæ exortu. Aeſtiua canis ortu. Tertia arcturi. Has duas quidem omibus arboribus cõmunes putãt. Sẽtiri ãt maxime in fico uite punicis cãm, afferentes quoniã in theſſalia macedoniaꝗ plurima tũc ficus exeat. Maxime tamẽ in ægypto apparet hæc rõ. Et reliquæ quidem arbores ut primũ cœpere cõtinuãt germinationem. Robur & abies & larix intermittũt tripartito: ac terna germina edũt. Ideo & ĩter ſquamas corticẽ ſpargũt. Quod oĩbus arboribus in germinatione euenit: quoniã prægnãtiũ rumpitur cortex. Eſt autẽ prima eaꝝ incipiente uere circiter xv. diebus. Iteꝝ germinãt trãſeunte geminos ſole. Sic fit ut dum prima cacumina impelluntur ſe cutis aperiat geniculato incremẽto. Tertia eſt eaꝝdẽ ad ſolſtitiũ breuiſſima: nec diutius ſeptẽnis diebus. Clareꝗ & tũc cernitur excreſcẽtium cacuminũ articulatio. Vitis ſola bis parturit: cũ primũ emittit uuam: iteꝝ cũ degerit. Eoꝝ quæ nõ florẽt partus tantum eſt & maturitas. Quædã ſtatim in germinatione florẽt: properãtꝗ in eo. ſed matureſcũt tarde ut uites. Serotino quædã germinatu florẽt: maturãtꝗ celeriter: ut morus: quæ nouiſſima urbanaꝝ germinat: nec niſi axacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arboꝝ. Sed cũ cœperit in tãtum uniuerſa germinatio erũpit: ut una nocte peragat etiã cũ ſtrepitu. Ex iis quæ hyeme aquila exoriente (ut diximus) cõcipiũt: floret prima oĩum amygdala mẽſe ianuario. Martio uero poma matura. Ab ea proxime florent armeniaca: dein tuberes: & præcoces. Illæ peregrinæ hæ coactæ. Ordine aũt naturæ ſilueſtrium primæ ſambucus: cui medullaplurima: & cui nulla cornus maſcula. Vrbanaꝝ malus: paruoꝗ poſt ut ſimul poſſit uideri pyrus & ceraſuſ & prunus. Seqtur lauruſ illãꝗ cupreſſus. Deinde punica fici. At uites & oleæ florentibus iam iis germinãt. Cõcipiũt uergiliaꝝ exortu. Hoc ſydus illaꝝ eſt. Floret ãt ſolſtitio uitis: & quæ paulo ſerius incipit olea. Defloreſcũt oĩa ſeptenis diebus: nõ celerius. Quædã tardius. Sed nulla pluribus bis ſeptenis. Oĩa & intra. viii. iulii idus eteſiaꝝ præcurſu. Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus.

De corno: & quo tpe quæꝗ ferãt: & quæ fructũ nõ ferãt: & quæ ĩfœlices exiſtimãt & quæ facillime fructũ ꝓdũt: & q̄bus fructus anteꝗ foliũ naſcãtur. Ca. xxvii.

COrnus enim circa ſolſtitia reddit primo cãdidũ: poſtea ſanguineum. Ex eo genere fœmina poſt autũnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cũctis animãtibus. Ligno quoꝗ fungoſa

& inutilis. Sumas e fortiſſimis quæ ſit tanta differentia ab eodem genere. Et terebinthus meſſi-
bus reddit ſemen: & acer: & fraxinus: nuces: & mala: & pyra: præterq; hyberna aut præcocia.
Autũno glandiferæ. Serius etiãnum uergiliaꝶ occaſu. Aeſculus tantũ autũno. Incipiẽte ãt hye
me quædam genera mali pyriq; & ſuber. Abies flores croci colore circa ſolſtitium. Semen uero
reddit poſt uergiliaꝶ occaſũ. Pinus aũt & picea præueniunt germinatione xv. fera diebuſ. Semẽ
uero poſt uergilias & ipſæ reddũt. Cædri & iuniperus & ilex annuæ fere habẽtur: nouuſq; fruc-
tus in iis cũ autũno pendet. In maxima tamẽ admiratione pinus eſt. Habet fructũ matureſcẽtẽ.
Habet proximo ãno ad maturitatẽ uẽturꝶ: ac deinde tertio. Nec ulla arbor auidius ſe ꝓmittit.
Quo mẽſe ex ea nux decerpitur: eodem matureſcit alia: Et ſic diſpẽſatur: ut nullo nõ mẽſe matu
reſcant. Quæ ſe in arbore ipſa diuiſere uocãtur zamiæ: læduntq; cæteras: niſi detrahãtur. Fruc
tum arborꝶ ſolæ nullum ferunt: hoc eſt ne ſemen quidem tamarix. Scopis tantũ naſcẽs: populus
alnus: ulmus: attinia: alaternus: cui folia inter ilicem & oliuam. Infœlices aũt exiſtimãtur dãna-
tæq; religione quæ neq; ſerũtur unq̃: neq; fructũ ferunt. Cremutius auctor eſt nũq̃ uirere ar
borem: ex qua Phyllis ſe ſuſpẽderit. Quæ gũmi gignũt poſt germinationẽ apiuntur. Gũmi ue-
ro nõ niſi fructu detracto ſpiſſatur. Nouellæ arbores carent fructu ꝗdiu creſcunt. Perdũt autẽ
facillime ante maturitatem palma: ficus: amygdala: malus pyrus. Itẽ punica quæ etiam roribus
nimiis & pruinis florem amittit. Qua de cã inflectũt ramos eius: ne ſubrecti humorẽ infeſtũ ex-
cipiant: atq; cõtineant. Pyrus & amygdala etiã ſi nõ pluat: ſed fiat auſtrinũ cælum atq; nubilũ:
amittũt florem: & primos fructus cũ ſi defloruere tales dies fuerint. Ociſſime autẽ ſalix amittit
ſemen anteq̃ omĩo maturitatẽ ſentiat. Ob id dicta ab Homero frugiꝑda. Secutaq; ætas ſcelerẽ
ſuo interpretata eſt hãc ſentẽtiã. Quãdo ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamẽtũ eſſe con
ſtat. Sed hoc quoq; prouidens natura facile naſcẽti & depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit.
Vna tantum ꝓditur ad maturitatem proferre ſolita in creta inſula ipſo deſcenſu Iouis ſpeluncæ
toruum ligneũq; magnitudine ciceris. Fiunt uero quaedã loci uitio infructuoſa: ſicut in pharo ſil-
uacenda: quæ nil fert. Perſicæ arbores in rhodo florent tantũ. Fit hæc differentia & ex ſexu. In
iis eſſe mares quæ nõ ferunt. Aliqui hoc permutantes mares eſſe quæ ferant tradũt. Facit & dẽ
ſitas ſterilitatem. Gignẽtium aũt quaedã ex lateribus ramorꝶ & cacuminibus ferũt: ut pyruſ: pu
nica: ficus: myrtus. Cætero eadẽ natura quæ frugibus. Nãq; & in eis ſpica in cacumẽ naſcitur.
Legumina in lateribus. Palma ſola ut dictũ eſt in ſpatulis habet fructũ racemis propẽdentẽ. Re
liquis ſub folio pomũ: ut protegatur excepta fico: cui folium maximũ umbroſiſſimũq;. Et ideo
ſupra id pomũ ei demũ ſerius folium naſcitur ꝗ pomũ. Inſigne proditur in quodã genere ciliciæ
cypriae helladis ficos ſub folio: groſſos uero ſupra folium naſci. Ficus & praecoces habet: quas
athenis prodromos uocant. In laconico genere maximae ſunt.

De biferis & triferis & quæ celerrime ſeneſcant: & de ætatibus eaꝶ. Ca. xxviii.

SVnt & biferæ in eiſdem. In cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequẽs euocatur:
ſequẽti tertius. Hoc fici caprificãtur. Et caprifici aũt ab aduerſis foliis naſcũtur. Biferæ & ĩ
malis ac pyris quædã ſicut & præcoces. Malus ſilueſtris bifera. Sequẽs eius fructus poſt arctu
rum in apricis maxime. Vites quidem & triferæ ſunt: quas ob id inſanas uocant: quoniam in iis
alia matureſcunt: alia turgeſcũt: alia florent. M. Varro auctor eſt uitẽ fuiſſe ſmyrnæ apud ma-
tream triferam: & malũ in agro coſentino. Hoc aũt euenit perpetuo in frauẽneſi africæ agro de
quo plura alias: ea eſt ſoli fertilitas. Trifera eſt & cupreſſus. Nãq; baccæ eius colligũtur menſe
ianuario: & maio: & ſeptẽbri: ternaſq; eaꝶ gerũt magnitudines. Eſt uero & in ipſis arboribus ẽt
honuſtis peculiaris differentia. Sũma ſui parte fertilior eſt arbutus. Quercus ĩferiore: inglãdeſ:
fici: mariſcæ. Omẽs quo magis ſeneſcũt: eo maturius ferũt: & in apricis locis nec pingui terra.
Silueſtriora omĩa tardiora. Quædã ex iis omĩo nõ matureſcũt. Itẽ quæ ſubarãtur: aut quæ ab-
laqueantur: celeriora neglectis hæc & fertiliora. Eſt etiãnũ ætatis differẽtia. Amygdala enĩ &
pyrus in ſenecta fertiliſſimæ: ut glãdiferæ: & quoddã genus ficorꝶ. Cætera eius in iuuẽta tardi-
uſq; maturãtes: quod notatur in uitibus maxime. Vetuſtioribus enĩ uinũ melius: nouellis copio
ſius. Celerrime uero ſeneſcit: & in ſenecta deteriorem fructũ gignit malus. Nãq; & minora po-
ma proueniunt: & uermiculis obnoxia. Quin & in ipſa arbore naſcũtur. Ficus ſola ex oĩm arbo-
rum fœtu maturitatis cauſa medicatur. Iam qdem ex portẽtis: quoniã maiora ſũt præcocia præ
poſteris. Omĩa aũt celerius ſeneſcũt præfœcũda. Quin & ꝓtinus moriũtur aliquam cælo fœ-
cunditatem omẽm eblandito: quod maxime uitibus euenit.

De moro. Ca. xxix.

COntra morus tardiſſime ſeneſcit fructibus minime laborãs. Tarde & ea quoq; criſpa mate-
ries: ut acer: palma: populus. Et ſubarata ocius ſeneſcunt.

De ſilueſtribus. Ca. xxx.

SIlueſtria ãt tardiſſime. Atq; in totum oĩs cura fertilitatem adiicit: fertilitas ſenectã. Ideoq;
& præflorent alia & prægerminant: atq; in totum præcocia fiunt. Quoniã omĩs ĩfirmitas

©BIUM

cælo magis accidit. Multæ uero plura gignũt ut diximus in glandiferis. Inter quæ laurus uuas ſuas: maximeq; ſterilis quæ nõ gignit aliud: obq; id a quibuſdam mas exiſtimat̃. Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles.

## De buxo & faba græca ſiue loto. Ca. xxxi.

PLurima uero buxus. Nã & ſemen ſuum & granũ quod cartegon uocant: & a ſeptẽtrione uiſcum: a meridie hyphear: e quis plura mox paulo. Interdũq; pariter res quaternas habẽt. Arboꝝ quædam ſimplices: quibus a radice caudex unus & rami frequentes: ut oliuæ: fico: uiti. Quædam fruticoſi generis: ut paliurus: myrtus. Item nux auellana. Quinimo melior eſt & copioſior fructu in plures diſperſa ramos. In quibuſdam omĩo nullus: ut in ſuo genere buxo: loto tranſmarinæ. Quædã biſurcæ: atq; etiã in quinas ptes diffuſæ. Quædã indiuiduæ. nec ramoſæ: ut ſambuci. Quædã indiuiduæ ramoſæ: ut piceæ. Quibuſdã ramoꝝ ordo: ſicut piceæ: abieti. Aliis incõditus: ut robori: malo: pyro. Et abieti quidem ſubrecta diuiſura: ramiq; in cælum tendẽtes: nõ in latera proni. Miꝝ cacuminibus eoꝝ deciſis moritur: totis uero detrũcatiſ durat. Et ſi infra q̃ rami fuere præcidatur: quod ſupereſt uiuit. Si uero cacumẽ tantũ auferat̃: tota moritur. Alia ab radice brachiata: ut ulmus. Alia in cacumine ramoſa: ut pinus: lotos ſiue faba græca: quã romæ a ſuauitate fructus ſilueſtris quidẽ: ſed ceraſoꝝ pene natura loton appellat. Præcipueq; domibus expetitur: ramoꝝ petulãtia: breui caudice: latiſſima expatiãtiũ umbra: & in uicinas domos ſæpe trãſilientium. Nulli opacitas breuior: nec aufert ſolem hyeme decidẽtibus foliis: Nullis cortex iucũdior: aut oculos excipiens blãdius. Nulli rami longiores ualidioreſq; aut plures: ut dixiſſe totidẽ arbores liceat. Cortice pelles tingũt: radice lanas. Malis ꝓpriũ genus. Feraꝝ enim roſtra reddũt: adhærentibus uni maximo minoribus. Ramoꝝ aliq cæci qui nõ germinãt. Quod natura fit ſi nõ eualuere: aut pœna cũ amputatos cicatrix hebetauit. Quæ diuidu is in ramo natura eſt: hæc uiti in oculo: harũdini in geniculo. Oĩum terræ proxima craſſiora. In lõgitudinem excreſcũt abies: larix: palma: cupreſſus: ulmus: & ſi qua uniſtirpia. Ramoſaꝝ ceraſus etiam in xl. cubitoꝝ trabes æquali per totum duum cubitoꝝ craſſitudine reperitur.

## De ramis & cortice & radicibus arboꝝ. Ca. xxxii.

QVædã ſtatim in ramos ſpargũtur ut mali. Cortex aliis tenuis: ut lauro: tiliæ. Aliis craſſus ut robori. Aliis lenis: ut malo: fico. Idẽ ſcaber robori: palmæ. Omĩbus in ſenecta rugoſior. Quibuſdã rũpitur ſpõte: ut uiti. Quibuſdã etiã cadit: ut malo: unedoni. Carnoſus ſuberi: populo. Mẽbranaceus ut uiti: harũdini. Libris ſimilis ceraſo. Multiplex tunicis: ut uitibus: tiliæ abieti. Quibuſdã ſimplex: ut fico: harũdini. Magna & radicum differẽtia. Copioſæ fico: roboris platano. Breues & anguſtæ malo. Singulares abieti: larici. Singulis enim ĩnitũtur: q̃q̃ minimis in altera diſperſis. Craſſiores lauro & inæquales. Itẽ oleæ: cui & ramoſæ. At robori carnoſæ. Robora ſuas in profundũ agunt. Si Virgilio quidẽ credimus æſculus q̃tũ corpore eminet: tantum radice deſcẽdit. Oleæ maliſq; & cupreſſis per ſũmam ceſpitũ. Aliis recto meatu: ut lauro: oleæ. Aliis flexuoſo: ut fico. Minutis hæc capillamẽtis hirſuta ut abieſ: multæq; ſilueſtriũ. E qbus mõtani prætenuia fila decerpẽtes ſpectabiles lagenas & alia uaſa nectũt. Quidã non altius deſcẽdere radices: q̃ ſolis calor tepefaciat. Idque natura loci tenuiores ſiue grauiſſimas dixere: quod falſũ arbitror. Apud auctores certe inuenitur abietis plantã cũ trãſferret̃: octo cubitoꝝ ĩ altitudine: nec totam refoſſam: ſed abruptam. Maxima ſpatio atq; plenitudine & cædri eſt. Ab ea platani: roboris: & glãdiferaꝝ. Quaꝝdã radix uiuacior ſuperficie: ut lauri. Itaq; cũ trunco inaruit reciſa: etiã lætius fruticat. Quidã breuitate radicũ celerius ſeneſcer̃ arbores putãt. Quod coarguunt fici: quaꝝ radices lõgiſſimæ: & ſenectus ociſſima. Falſũ arbitror & quod aliq ꝓdider̃ radices arboꝝ uetuſtate minui. Viſa etenim eſt ãnoſa quercus euerſa ui tẽpeſtatis: & iugeꝝ ſoli ãplexa. Proſtrataſ reſtitui pleꝝq;: & quadã terræ cicatrice reuiuiſcere: uulgare ẽ. Et familiariſſimũ hoc platanis. quæ plurimũ uẽtoꝝ cõcipiunt propter dẽſitatẽ ramoꝝ. Quibus ãputatis leuatæ onere in ſua ſcrobe reponũtur. Factũq; iam eſt hoc & in iuglãdibus oleiſq; ac multis aliis.

## De prodigioſis arboribus: & quibus modis ſponte naſcuntur: & q nõ omnia ubiq; naſcantur: & quæ non alibi naſcantur arbores. Ca. xxxiii.

EST in exemplis & ſine tẽpeſtate ulla ue cauſa alia q̃ prodigii cecidiſſe multas: ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factũ hoc populi ro. quiritibus oſtentũ cimbricis bellis nuceriæ in luco Iunonis ulmo poſtq̃ etiã cacumẽ amputatum erat: quoniã in aram ipſam ꝓcũbebat: reſtituta ſpõte: ita uti ꝓtinus floreret. A quo deĩde tẽpore maieſtas populi ro. reſurrexit: quæ ãte uaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factũ & in philippis ſalice ꝓcidua atq; detrũcata. Et ſtagiris in muſæo populo alba. Oĩa fauſti ominis. Sed maxime miꝝ ãtandri platanuſ etiã circũdolatiſ lateribus reſtibilis ſpõte facta: uitæq; reddita. Lõgitudine. xv. cubitoꝝ: craſſitudine quattuor ulnaꝝ. Arbores quas naturæ debeamus tribus mõis naſcũtur. Sponte: aut ſemine: aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: de qua ſuo dicemus uolumine. Nũc eni totus ſermo de natura eſt multis mõis miriſq; memorabili. Nãq; nõ oĩa in omibus locis naſci docuimuſ: nec tranſlata uiuer̃.

Hocq; alias faſtidio: alias cõtumacia: ſæpiuſ ĩbecillitate eoꝝ quæ trãſſerũt euenit cælo ĩuidẽte: alias ſolo repugnãte. Faſtidio balſamũ alibi naſci natura ꝙ ĩ ſyria noluit fere. Necnon & palmã naſci ubiq;: aut natã pere: uel cũ ꝓmiſit etiã oſtẽditq; ea educat: quæ tãq; inuita peperit. Nõ habet uires frutex cinami in ſyriæ uicina perueniẽdi. Nõ ferũt amomi nardiq; deliciæ ne in arabia quidem ex india naue ꝑegrinari. Tẽtauit enim Seleucus rex. Illud maxime miꝝ ipſas arbores pleraſq; exorari ut uiuãt atq; trãſmigrent. Aliquãdo & a ſolo impetrari ut alienaſ alat: aduenaſq; nutriat: cælum nullo mõ quit flecti. Viuit in italia piperis arbor. Caſiæ uero etiã in ſeptẽtrionali plaga. Vixit & in lydia thuris. Sed unde ſorbẽtes ſuccũ oẽm ex iis ſoleſ toquẽteſq; lachrymã: Illud ꝓxime miꝝ mutari naturã in iiſdem locis: atq; improuiſo ualere. Cædrũ æſtuoſis partibus dederat: & in lycus frigidiſq; mõtibus naſcit. Frigus inimicũ lauro fecerat: ſed in olympo copioſior nulla eſt. Circa boſphoꝝ cimerium in pãticapeo urbe omĩ mõ laborauit Mithridates rex & cæteri incolæ: Sacroꝝ certe cã lauꝝ myrtũq; habere: & nõ cõtingit: cũ abũdent arbores ibi punicæ ficiq;. Iam mali & pyri laudatiſſimæ. Frigidas natura eodẽ tractu nõ genuit arbores: pinũ: abietem: piceã. Et ꝙd attinet ad põtum abire: Iuxta romã ipſã caſtaneæ ceraſiq; ægre proueniunt. Perſica in tuſculano. Necnõ nuces græcæ cũ tedio inſerũtur. Teracina ſiluis ſcatet eaꝝ.

De cupſſo & ꝙ ex terra noua aliqua ſæpe naſcãt quæ ĩ ea ãte nõ fuerũt. Ca. xxxiiii.

CVpreſſus aduena & difficillime naſcẽtium fuit: ut de qua uerboſius ſæpiuſq; ꝙ de eo omibus aliis ꝓdiderit Cato. Natu moroſa: fructu ſuperuacua: baccis torua: folio amara: odore uiolenta: ac ne umbra quidem gratioſa: materie rara: ut pene fruticoſi generis. Diti ſacra: & ideo funebri ſigno ad domos poſita. Fœmina ſterilis diu. Metæ demũ aſpectu nõ repudiata diſtiguẽdis tantũ pinoꝝ ordinibus. Nũc uero tõſilis facta in dẽſitate parietum: coercitaq; gracilitate perpetuo tenera. Trabiturq; etiã in picturas ope hyſtoriali uenatus claſſes ue & imagineſ reꝝ tenui folio breuiq; & uirente ſupueſtiens. Duo genera eaꝝ. Meta in faſtigium cõuoluta: quæ & fœmina appellatur. Mas aſpgit extra ſe ramos: deputaturq; & accipit uitem. Vtraq; ãt imittit ĩ perticas aſſeres ue amputatione ramoꝝ qui xiii. ãno denariis ſingulis ueneũt. Quæſtuoſiſſima ĩ ſatus rõe ſilua. Vulgoq; dotem filiaꝝ antiqui plãtaria appellabãt. Huic patria inſula creta: quãq; Cato tarentinam eam appellat. Credo ꝙ primũ eo uenerit. Et in enaria ſucciſa regerminat. Sed in creta quocũq; loco terrã mouerit quiſpiã niſi ſerat alia: hæc gignit: ꝓtinuſq; emigrat. Illa uero etiã nõ appellato ſolo ac ſpõte: maximeq; in idæis mõtibus: & quos albos uocãt: ſũmiſq; iugis: ubi niues nunq; abſũt plurima. Quod miremur alibi nõ niſi in tepore ꝓueniẽs: & nutricem magnope faſtidiens. Nec terræ tantũ natura circa has refert: aut ꝑpetua cæli: ueꝝ & quædam tẽporaria uis hymbriũ. Aliquæ pleraſq; ſemĩa afferũt: & certo fluũt gñre. Aliquæ etiã incognito. Quod accidit cyrenaicæ regioni: cũ primũ ibi laſſerpitiũ natũ ẽ ut ĩ hærbaꝝ natura dicem᷑. Nata ẽ & ſilua urbi rei ꝓxima hymbre piceo craſſoq; circiter urbis romæ ãno quadringẽteſimo triceſimo.

¶ De hedera. Ca. xxxv.

HEdera iã dicitur ĩ aſia naſci. Negauerat Theophraſtus: nec in india niſi ĩ mõte mero. Quin & Harpalũ omĩ mõ laboraſſe ut ſereret eam ĩ medis fruſtra. Alexãdrum uero ob raritatẽ ita coronato exercitu uictorem ex india rediſſe exemplo liberi patris. Cuius dei & nunc adornãt thyrſos galeaſq; etiã ac ſcuta in thraciæ populis in ſolẽnibus ſacris. Inimica arbor ſatis oĩbus: ſepulchraq; ac muros rumpens. Serpentium frigori gratiſſima: ut miꝝ ſit illã in honore ullo habitam. Duo genera eius. Prima ut reliquaꝝ mas & fœmina. Maior traditur mas corpore: & folio duriore ac pinguiore: & flore ad purpurã accedente. Vtriuſq; aũt flos ſimilis eſt roſæ ſilueſtri: niſi ꝙ caret odore. Species hoꝝ geneꝝ tres. Eſt enĩ cãdida & nigra hedera: tertiaq; quæ uocat helix. Etiãnum hæ ſpecies diuidũtur in alias: quoniã eſt alia fructu tantũ cãdida: alia & folio: Fructũq; candidũ ferentium aliis dẽſus acinus & grãdior racemis in orbem circũactis: qui uocant corymbi. Itẽ ſilenitium cuius eſt minor acinus: ſpſior racemus. Simili mõ ĩ nigra. Alicui & ſemen nigrum: aliis crocatum. Cuius coronis poetæ utuntur. Foliis minus nigris: quã quidã nyſiam: alii bacchicã uocant: maximis inter nigras corymbis. Quidã apud græcos etiãnũ duo genera huius faciunt. A colore acinoꝝ erythranũ & chryſocarpũ. Plurimas aũt habet differentias helix: quoniã folio maxime diſtat. Parua ſunt & anguloſa cõcinnioraq;: cum reliquoꝝ genera ſimplicia ſint. Diſtat & lõgitudine internodioꝝ: præcipue tamẽ ſterilitate: quoniã fructum non gignit. Quidã hoc ætatis eſſe nõ generis exiſtimant: primoq; eſſe helicem putãt fieri hederã uetuſtate. Hoꝝ error manifeſtus intelligitur: quoniã helicis plura genera repiunt: ſed tria maxĩe inſignia. Hærbacea ac uirens quæ plurima eſt. Altera cãdido folio. Tertia uerſicolor: quæ thracia uocat. Etiãnum hærbaceæ tenuiora folia: in ordinẽ digeſta: denſioraq;. In alio genere diuerſa omĩa. Et in uerſicolori alia tenuioribus foliis ac ſimiliter ordinatis denſioribuſq;. In altera neglecta omĩa hæc. Maiora quoq; ac minora ſunt folia: maculaꝝq; habitu diſtãt. Et in cãdidis alia ſunt cãdidiora. Adoleſcit in lõgitudinẽ maxime hærbacea. Arbores aũt necat candida: omẽmq; ſuccũ auferendo tanta craſſitudine augetur: ut ipſa arbor fiat. Signa eius folia maxima atq; latiſſi

r i

ma mãmas erigentis: quæ ſunt cæteris inflexæ. Racemi ſtantes ac ſubrecti. Et ꝙꝙ oĩm gene
ri radicoſa brachia: huic tamen maxime ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ. Sed ꝓpriũ albæ ꝙ in
ter media folia emittit brachia utrõq; ſemp amplectens. Hæc eſt & in muris ꝙuis ãbire nõ poſ
ſit. Itaq; etiã pluribus locis interciſa uiuit tamẽ duratq;: & totidẽ initia radicum habet quot bra
chia. Quibus incolumes & ſolidas arbores ſugit ac ſtrãgulat. Eſt & in fructu differentia albæ ni
græq; hederæ: qm̃ aliis tãta amaritudo acini: ut aues nõ attigãt. Eſt & rigẽs hedera quæ ſiñ am
miniculo ſtat ſola oĩm generũ ob id uocata ciſſos. E diuerſo nũq; niſi humi repẽs camecissos.

¶ De hedera quæ uocatur ſimilax. Ca. xxxvi.

SImilis eſt hederæ e cilicia quidem primũ ꝑfecta: ſed in græcia frequẽtior: quã uocãt ſimi
lacem denſis geniculata caulibus: ſpinoſa: fruticoſa ramis: folio hederaceo: paruo: nõ angu
loſo: a pediculo emittẽte pãpinos: flore cãdido: olente lilium. Fert racemos labruſcæ mõ nõ he
deræ: colore rubro: cõplexa acinis maioribus nucleos undenos: minoribus ſingulos: nigros du
roſq;: infauſta omibus ſacris & coronis: quoniã ſit lugubris: uirgine eius nõis propter amorẽ iu
uenis Croci mutata in hũc fruticem. Id uulgus ignorãs pleruq; feſta ſua polluit hederã exiſtimã
do. Sicut in poetis aut Libero patre aut Sileno: qui omĩo neſcit quibus coronet̃. Et ſimilace fi
unt codicilli. Propriũq; materiæ ẽ ut admota auribus leuẽ ſonũ r̃ddat. Hederæ mira ꝓdit̃ natu
ra ad expiẽda uina. Si uas fiat ex ligno eius: uina trãſfluere. ac remaner̃ aquã ſi qua mixta fuerit.

¶ De aquaticis calamis & fruticibus. Ca. xxxvii.

INterea qui frigidis gaudẽt aquaticos frutices dicere cõuenit. Principatũ in iis tenebũt ha
rũdines belli paciſq; expimẽtis neceſſariæ: atq; etiã in deliciis gratæ. Tegulo enim earũ do
mus ſuas ſeptẽtrionales populi operiũt: durãtq; eius alta tecta. In reliquo uero orbe & cameras
leuiſſime ſuſpẽdunt. Carthiſq; ſeruiũt calami ægyptii maxime: cognatõne quadã papyri. Proba
tiores tamẽ gnidii: & qui in aſia circa anaeticũ lacum naſcũtur. Noſtratibus fungoſior ſubeſt na
tura: cartilagine bibula: que cauo corpore intus: ſupne tenui inareſcit ligno. Fiſſilis præacuta ſẽ
per acie: geniculata. Cætero gracilitas nodiſ diſtincta leui faſtigio tenuatur in cacumina. Craſſio
re peniculo coma: neq; hac ſuperuacua. Aut enim ꝓ pluma ſtrata cauponarũ replet: aut ubi limo
ſiore callo induruit: ſicut in belgis cõtuſa & interiecta nauiũ cõmiſſuris ferruminat textus: gluti
no tenatior: rimiſq; explẽdis fidelior pice. Calamis orientis populi bella cõficiunt. Calamis ſpicu
la addunt irreuocabili hamo noxia. Mortẽ accelerant pinna addita calamis. Fitq; & ex ipſo tæ
lum aliud fracto in uulneribus. His armis ſolẽ ipſũ obumbrãt. Propter hoc maxime ſerenos di
es optant. Odere uẽtos & hymbres qui inter illos pacem eſſe cogũt. Ac ſi qs æthiopas: ægyp
tum: arabas: indos: ſcytas: bactras: ſarmatarũ tot gentes & oriẽtis omĩaq; parthorũ regna diligẽ
tius cõputet: æqua ferme pars hominũ in toto mũdo calamis ſupata degit. Præcipuus hic uſus ĩ
creta bellatores ſuos præcipitauit. Sed in hoc quoq; ut in cæteris rebus uicit italia. Quoniam
nullus ſagittis aptior calamus ꝙ in rheno bononienſi amne: cui plurima ineſt medulla. ponduſq;
uolucre. Cõtra flatus quoq; peruicax libra. Quippe nõ eadẽ gratia belgicis. Hæc & creticis cõ
mẽdationibus: ꝙꝙ præferãtur idi: quorũ alia quibuſdã uidetur natura: quãdo & haſtarũ uicem
præbent additis cuſpidibus. Harũdini quidẽ indicæ arborea amplitudo: qualem uulgo in tẽplis
uidemus. Differre mares ac fœminas in his quoq; indi tradũt. Spiſſius mari corpus: fœminæ ca
pacius. Nauigiorũ etiam uicem præſtãt (ſi credimuſ) ſingula internodia. Circa aceſinẽ amnẽ maxi
me naſcũt̃. Harũdo omnis ex una ſtirpe numeroſa. Atq; etiã reciſa fœcundius reſurgit. Radicis
natura uiuax: geniculata & ipſa. Folia indicis tantũ breuia. Omnibus uero a nodo orſa complexu
tenues per ambitũ inducũt tunicas: atq; a medio internodio cũ plurimũ deſinũt ueſtire: ꝓcum
buntq;. Latera harũdini calamoq; in rotũditatem bina ſuper nodos alterno ſemp inguine: ut al
terũ ad dextram fiat: alterũ ſupiore geniculo ab leua per uices. Inde exeũt aliquãdo rami qui ſunt
calami tenues. Plura ãt genera. Alia ſpiſſior dẽſiorq; geniculis: breuibus internodiis. Alia rari
or maioribus: tenuior & ipſa. Calamus uero alius totus cõcauus: quẽ ſyrĩgiã uocant: utiliſſimus
fiſtulis: quoniã nihil eſt ei chartilaginis atq; carnis. Orchomenius ẽ cõtinuo foramine peruius:
quem auleticõ uocant. Hic tibiis utilior: fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno & tenui foramine.
Hũc totum fungoſa replet medulla. Alius breuior: alius ꝓcerior: exilior: craſſiorque. Frutico
ſiſſimus qui uocatur donax nõ niſi in aquaticis natus: quoniã & hæc differentia eſt multũ præla
ta harũdine quæ in ſiccis ꝓueniat. Suũ genus ſagittario calamo ut diximus. Sed cretico longiſſi
mis internodii: obſequiumq; que quo libeat flecti calefacto. Differẽtias faciũt & folia nõ multitu
dine: uerũ robore & colore. Valida laconicis: & ab una pte denſiora: quales in totum circa ſtagna
gigni putãt. Diſſimiles ãnicis: lõgiſque ueſtiri foliis: ſpatioſius a nodo ſcandẽte cõplexu. Eſt &
obliqua harundo nõ in excelſitatem naſcens: ſed iuxta terrã fruticis mõ ſe ſpargens: ſuauiſſima ĩ
teneritate animalibus. Vocatur a qbuſdã elegia. Eſt & in italia naſcens adarcha nomĩe paluſtris
ex cortice tantũ. Sub ipſa coma utiliſſima dentibus: quoniã uis eadem eſt quæ ſinapi. De orcho
menii lacus harũdinetis accuratius dici cogit admiratio ãtiqua. Characian uocabant craſſiorem

firmioreꝗ.Plociam uero ſubtiliorem.Hāc in inſulis fluitantibus natare:illā in ripis expatiātis
lacus.Tertia harūdo eſt tibialis calami:quē auleticō uocant.Nono hic āno naſcebať.Nā & la
cus incremēta hoc tēporis ſpatio ſeruabat.Prodigioſus ſi quādo amplitudinē biēnio extēdiſſet:
quod notatū apud cheroniam infauſto atheniēſium prœlio.Et apud lebaida ſæpe notatur influ
ente cephiſo.Cū igitur āno permāſerit inundatio ꝓficiūt in aucupatoriā quoqꝫ amplitudinem.
Vocātur zeugitæ.Cōtra bombyciæ maturius reciproco graciles.Fœminaꝝ latiore folio atque
cādidiore:modica lanugine:aut omīo nulla:ſpadonū noīe inſignibus.Hinc erāt armamēta ad in
cluſos cantus nō ſilendos ex reliquo curæ miraculo:ut uenia ſit argēto iam potius rani.Cædi ſo
lebant tēpeſtiue uſqꝫ ad Antigenē tibicinē cum adhuc ſimplici muſaica uterētur ſub arcturo.Sic
præparatæ aliquot poſt annos utiles eſſe incipiebant.Tunc quoqꝫ multa domandæ exercitatio
nē:& canore tibiæ ipſæ educēdæ:comprimētibus ſe linguis:quod erat illis theatroꝝ moribus
utilius.Poſtqꝫ uarietas acceſſit & cātus quoqꝫ luxuriātes:cædi ante ſolſtitia cœptæ:& fieri uti/
les in trimatu apertioribus eaꝝ ungulis ad flectēdos ſonos.Quæ inde ſunt & hodie.Sed tunc
ex ſua quaqꝫ tantum harundine congruere perſuaſum erat:& ea quæ radicem ātāeceſſerat:leuæ
tibiæ couenire:quæ cacumē dexteræ.Immēſū ꝗtum iis prælatis quas ipſe cephiſus abluiſſet.
Nūc ſacrificæ tuſcoꝝ e buxo.Ludicræ uero loto oſſibuſqꝫ aſininis & argēto fiunt.Aucupatoria
harūdo a panhormo laudatiſſima.Piſcatoria ab aritana ex africa.Harūdinis italiæ uſuſ ad uineas
maxime.Cato ſeri eam iubet in humidis agris bipalio ſubacto prius ſolo:oculis diſpoſitis inter/
uallo ternoꝝ pedum.Simul & corrudā unde aſparagi fiant:cōcordare amicitiā.Salicis uero qua
nulla aquaticaꝝ utilior.Licet populi uitibus placeant:& cecubū ducant.Licet alni ſæpes muni/
ant:contraqꝫ erūpentium amniū impetus riparum muro in tutelis ruris excubent:in aqua ſatæ:
cæſæqꝫ denſius innumero hærede proſint

¶De ſalice gn̄ra eius octo:& quæ præter ſalicē ſint utilia ligaturis & de rubis. Ca.xxxviii.

SAlicis ſtatim plura genera.Nā quædā & in ꝓceritatē magnā emittūt iugis uineaꝝ pticas.
Pariūtqꝫ balteo cortice uincula.Et aliæ uirgas ſequacis ad iuncturas lētitiæ.Aliæ præte/
nues uiminibus texendis ſpectabili ſubtilitate.Rurſus aliæ firmiores corbibus ac plurimæ
agricolaꝝ ſupellectili cādidiores ablato cortice:leuiqꝫ tractatu mollioribus uaſis:ꝗ ut e corio fi
ant:atqꝫ etiam ſupinaꝝ in delicias cāthedraꝝ aptiſſima.Decidua ſalici fertilitas:denſiorqꝫ tōſura
ex breui pugno uerius ꝗ ramo:nō ut remur ī nouiſſimis curāda arbore:Nullus quippe tutior ē
reditus minoris ue impēdii aut tēpeſtatis ſecurior.Tertiū locū ei in æſtimatiōe ruris Cato attri
buit:priorēqꝫ ꝗ oliuetis:ꝗqꝫ frumēto:aut pratis:nec qa deſint alia uincula.Siqdē & geniſtæ:
ithaceæ.& populi:& ulmi:& ſanguinei frutices:& betullæ:& harūdo fiſſa:& harūdinū folia:ut
in liguria & uitis ipſa:reciſiſqꝫ aculeis rubi alligāt:& intorta corylus.Miʒqꝫ cōtuſo ligno alicui:
maiores ad uincula eſſe uires.Salici aūt præcipua dos.Fiditur enī græca rubēs:cādidiorqꝫ ame
rina:ſed paulo fragilior.Ideoqꝫ ſolido ligat nexu.In aſia tria genera obſeruāt.Nigrā utiliorē ui
minibus.Cādidā agricolaꝝ uſibus.Tertiā quæ breuiſſima ē helicē uocāt.Apud nos quoqꝫ mul
ti totidem noīa imponūt.Vimineā uocant eādem purpureā.Alterā nicelinā a colorē:quæ ſit te
nuior.Tertiā gallicā:quæ tenuiſſima.Nec in fruticum nec in ueprium caulinum ue neqꝫ ī hærba
rum:aut alio ullo ꝗ ſuo genere numerētur iure ſcirpi fragiles paluſtreſqꝫ ad tegulū tegeteſqꝫ.
E qbus detracto cortice cādelæ luminibꝰ & funebribꝰ ſeruiūt.Firmior qbuſdā ī locis eaꝝ rigor.
Nāqꝫ iis uelificāt nō in pado tantum nautici:ueꝝ & in mari piſcator africus præpoſtero mor ue
la intra malos ſuſpēdens.Et mapalia ſua mauri tegūt.Proximeqꝫ æſtimāti hoc uideatur eſſe qđ
in interiore mundi parte pari ſunt papyri uſui:ſed fruticoſi generis ſunt.Inter aquaticas arbores
ſunt & rubi atqꝫ ſambuci fungoſi generis:aliter tamē ꝗ ferulæ.Quippe plus ligni ac ſucci utiqꝫ
ſambuco.Ex qua magis canoram buccinā tubāqꝫ credit paſtor ibi cæſæ ubi galloꝝ cātū frutex il
le nō exaudiat.Rubi mora ferūt & alio genere ſimilitudinē roſæ:qui uocatur cinoſbatos.Terti
um genus idæū uocāt græci a loco:tenuior eſt ꝗ cætera:minoribuſqꝫ ſpinis:& minus adūcis.
Flos eius contra lippitudinē illinitur ex melle:& ignē ſacꝝ.Cōtra ſtomachi quoqꝫ uitia bibiť ex
aqua.Sambuci acinos habent nigros atque paruos:humoris lenti inficiēdo maxime capillo:qui
& ipſi aqua decocti manduntur.

¶De ſuccis arboꝝ & natura materiaꝝ:& de cædēdis arboribus. Ca.xxxix.

HVmor & cortici arboꝝ eſt:qui ſanguis eaꝝ intelligi debet:nō idem omibus.Ficis lacteus.
Huic ad caſeos figurādos coaguli uis.Ceraſis gūmoſus.Vlmis ſaliuoſus.Lentus ac pinguiſ
malis.Vitibus ac pyris aquoſus.Viuatiora quibus lētior.Atqꝫ ī totū corpore arboꝝ:ut r̄liquo
rum aīalium:cutis:ſanguis:caro:nerui:uenæ:oſſa:medullæ.Pro cute cortex miꝝ in moro me
dicis ſuccū quærētibus fere hora diei ſecūda lapide inciſus manat altius fractus ſiccus uideť.Pro
ximi pleriſqꝫ adipes.Ii uocātur a colore alburnū.Mollis ac peſſima pars ligni etiā in robore faci
le putreſcens:teredini obnoxia.Quare ſemp amputabitur.Subeſt huic caro:cui oſſa:id eſt ma/
teriæ optimū.Alternāť fructus quibus ſiccius lignū:ut olea:magiſqꝫ quibuſ carnoſum:ut cera/



Historiae naturalis - page 238 sur 530

©BIUM

ſus. Nec omibus adeps carneſue largæ: ſicuti nec aialium acerrimis. Neutꝝ habēt buxus: cornus: olea. Nec medullā: minimūꝗ ēt ſanguinis. Sicuti oſſa nō habent ſorba: carnē ſābuci: & plurimā ambæ medullā. Nec harūdines maiore ex ꝑte. In quaꝝdā arboꝝ carnibus pulpæ uenæꝗ ſunt. Diſcrimē eaꝝ facile. Venæ latiores cādidioreſꝗ. Pulpæ fiſſilibus inſunt. Ideo fit ut aure ad caput trabis quālibet prælōgæ admota ictus ab altero capite uel grauis ſentiatur: penetrāte rectis meatibus ſono. Vnde deprehēditur an torta ſit materies: nodiſꝗ cōciſa. Quibuſdā ſūt tubera: ſicut ſunt in carne glādia: in iis nec uena nec pulpa: quodā callo carnis in ſe cōuoluto. Hoc precioſiſſimū in citro & acere. Cætera mēſaꝝ genera fiſſis arboribus circinant̄ ī pulpā. Alioqn fragilis eſſet uena in orbem arboris cæſa. Fagis pectines trāſuerſi in pulpa apud antiquos. Inde & uaſis honos. Manius Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe: præter guttū faginū: quo ſacrificaret. Lignū in lōgitudinē ita fluctuat: ut quæ pars fuit ab radice ualidius ſidat. Quibuſdā pulpa ſine uenis mero ſtamine & tenui cōſtat. Hæcꝗ maxime fiſſilia. Alia frangi celeriora ꝙ findi quibus pulpa nō eſt: ut oleæ uites. At e cōtrario totū a carne corpus fico. Tota oſſea ē ilex: cornus: robur: cytiſus: morus: hebenos: lotos: & quæ ſiñ medulla eſſe diximus. Cæteris uigricās color. Fulua cornus in uenabulis nitet īciſuris nodata ꝓpter decorē. Cædrus & larix & iunipus rubent.

## ¶ De teredinibus larice. Ca. xl.

LArix fœminā habet: quam græci uocant ægida mellei coloris. Inuētum eſt pictoꝝ tabellis immortale: nulliſꝗ fiſſile rimis. Hoc lignum proximum medullæ eſt. In abiete leucon græci uocauere. Cædrus quoque duriſſima: quæ medullæ proxima ut in corpore oſſa deraſo mō limo. Et ſambuci interiora mire firma traduntur. Nāꝗ qui uenabula ex ea faciunt præferūt omibus: Cōſtat enim ex cute & oſſibus. Cædi tēpeſtiuū quæ decorticētur. Vt teretes ad templa cæteraꝗ uſus rotūdi cū germināt: alias cortice inextricabili & carie ſubnaſcēte ei materiaꝗ nigreſcēte. Tigna & quibus aufert ſecuris corticem a bruma ad fauoniū: aut ſi præuenire cogamur arcturi occaſu: & āte eum fidiculæ. Nouiſſima rōe ſolſtitio. Dies ſydeꝝ hoꝝ reddēt̄ ſuo loco. Vulgo ſatis putāt obſeruare: ne quæ dedolādæ arbores ſternātur ante editos ſuos fructus. Robur uere cæſum teredinē ſentit. Bruma aūt ne uitiat̄: neꝗ finditur: alias obnoxiū etiā ut torqueat ſeſe: findatꝗ quod in ſuber̄ tēpeſtiue quoꝗ cæſo euenit. Infinitū refert lunaris rō: nec niſi a uiceſima ī triceſimā cædi nolūt. Inter omēs cōuenit utiliſſime in coitu eius ſterni: quē diē alii interlunium: alii ſilentis lunæ appellāt. Sic certe Tiberius Cæſar cōcremato pōte naumachiario larices ad reſtitēdū cædi ex retia præfiniuit. Quidā dicūt ut in coitu & ſub terra ſit luna. Quod fieri nō poteſt niſi noctu: At ſi cōpetant coitus in nouiſſimū diem brumæ: illa æterna ſit materies: ꝓxime cū ſupradictis ſyderibus. Quidā & canis ortū addūt: & ſic cæſas materies in foꝝ auguſtum. Nec nouellæ aūt ad materiem nec ueteres utiliſſimæ. Circūciſas quoꝗ ad medullā alii nō inutiliter relinquūt: ut omīs humor ſtātibus defluat. Miꝝ apud antiquos primo punico bello claſſem Duilli īꝑatoris ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe. Cōtra uero Hieronem regem ducētas. xx. naues effectas diebus. xlv. tradit L. Piſo. Secūdo quoꝗ punico bello Scipiōis claſſis. xl. die a ſecuri nauigauit. Tantum tēpeſtiuitas etiā in rapida claritate pollet. Cato hoīum ſūmus in omī uſu de materiis hæc adiicit. Prælum e ſappino atra potiſſimū facito. Vlmeā pineā nuceam: hāc atꝗ aliam materiem omēm cū effodies: luna decreſcente eximito poſt meridiē ſine uēto auſtro. Tūc erit tēpeſtiua: cū ſemen ſuum maturꝝ erit. Caueto ne ꝑ rorē trahas: aut doles. Idēꝗ mox. Niſi in trimeſtri lunaꝗ dimidiata ne tangas materiē. Tūc ne effodias aut præcidas abſ terra. Diebus quattuor ꝓximis quibus luna plena fuerit optime eximit̄. Omīo caueto nigrā materiā ne doles: ne cædas: ne ue tangas niſi ſiccam: ne ue gelidam: ne ue rorulētam. Tiberius idem & in capitolio cōdendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruādum idem a pleniluniis. Larici & magis abieti ſucciſis humor diu defluit. Hæ oīum arboꝝ altiſſimæ ac r̄ctiſſimæ. Nauiū malis ātēniſꝗ ꝓpter leuitatē præfert̄ abies. Cōmuni ab iis pino: quæ aut quadripitos uenaꝝ curſus biſidoſꝗ habeat: uel omīo ſimplices. Fabroꝝ iteſtina oparia medulla lectilis optima quadriptitis materiis & mollior ꝙ cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra fuit enodis ē. Hacꝗ quā diximus rōe fluuiata decorticat̄: atꝗ ita ſappinus uocatur: ſupior pars nodoſa duriorꝗ ſuſterna. Et in ipſis aūt arboribus robuſtiores aqloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opaciſꝗ. Spiſſiores ex apricis: & diuturnæ. Ideo romæ inferna abies ſupnati præfertur. Eſt ꝑ gentiū quoꝗ regiones in iis differētia. Alpibus apēninoꝗ laudatiſſimæ. In gallia iuribus ac mōte uoſego: in corſica: bithynia: pōto: macedonia. Deteriores eneatica & arcadica. Peſſimæ parnaſia: & euboea: quoniam romoſæ ibi & cōtortæ putreſcētesꝗ facile. At cædrus in creta africa ſyria laudatiſſima. Cædri oleo puncta materies nec tineam nec cariem ſentit. Iunipo eadem uirtus quæ cædro. Vaſta hæc in hiſpania: maximæꝗ baccæ eis. Medulla eius ubicūꝗ ſolidior etiā ꝙ cædrus. Publicū oīum uitiū uocāt ſpiras ubi ſeſe cōuoluere uenæ atꝗ nodi. Inueniūtur in quibuſdam ſicut in marmore cētra: id ē duricia clauo ſimilis: inimica ferris. Et quædā forte accidūt in lapide cōprehenſo aut recepto ī cor

pus:aut alterius arboris ramo. Megaris diu ſtetit oleaſter ĩ foro:cui uiri fortes affixerãt arma:
quẽ cortice ambiente ætas lõga occultauerat. Fuitqꝫ arbor illa fatalis excidio urbi: præmonitæ
oraculo cũ arbor arma pepiſſet. quod ſuccisæ accidit ocreis galeiſqꝫ intus repertis. Ferunt lapides
ita inuentos ad continendos partus eſſe remedio.

De materiis: De magnitudine arborum: & quæ cariem & ruinam
non ſentiunt: & de perpetuitate materiarum. Ca. xli.

AMpliſſima arboꝝ ad hoc æui exiſtimat romæ uiſa: quã ꝓpter miraculũ Tiberius Cæſar in
eodẽ põte naumachiario expoſuerat aduectã cũ reliqua materie. Durauitqꝫ ad Neronis prĩ
cipis amphiteatrum. Fuit aũt trabs e larice lõga pedes. cxx. bipedali craſſitudine æqualis. Quo
intelligebatur uix credibilis reliqua altitudo faſtigium ad cacumẽ æſtimãtibus. Fuit & memoria
noſtra in porticibus ſeptoꝝ a M. Agrippa relicta æque miraculi cã: quæ delibatorio ſupfuerat
xx. pedibus breuior ſexqpedali craſſitudine. Abies admirationis præcipuæ ĩ naui quæ ex ægyp
to Caii principis iuſſu obeliſcũ in uaticano circo ſtatutũ: quattuorqꝫ trũcos lapidiſ eiuſdẽ ad iuſti
nendũ eum adduxit. Qua naue nil admirabilius uiſum in mari certum eſt. Cxx. modii tũc lentis
pro ſaburra ei fuere. Lõgitudo ſpatium obtinuit magna ex parte oſtienſis portus laiere leuo: ibi
nãqꝫ demerſa ẽ a Claudio principe cum tribus molibus turriũ altitudine ĩ ea exædificatis obiter
puteolano puluere aduectis. Quæ arboris craſſitudo quattuor hoĩum ulnas cõplectẽtium iple
bat. Vulgoqꝫ auditur lxxx. nũmoꝝ & pluris malos ad eos uenũdari uſus. Rates uero cõnecti. xl.
ſeſtertiis pleraſqꝫ. At in ægypto ac ſyria reges inopia abietis cædro ad claſſes ferũtur uſi. Maxi/
ma ea in cypro traditur ad undeciremẽ Demetrii ſucciſa cxxx. pedũ lõgitudinis: craſſitudinis ue
ro ad trium hoĩum cõplexum. Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis nauigãt: quaꝝ
quædã & triginta hoĩes ferũt. Spiſſiſſima ex omni materie ideo & grauiſſima iudicatur hebenus
& buxus: graciles natura: neutra in aquis fluitat: nec ſuber ſi dematur cortex: nec larix. Ex reli/
quis ſicciſſima lotos: quæ romæ ita appellatur. Deinde robur ex alburnatum: & huic nigricãs co
lor: magiſqꝫ etiam cytiſo: quæ proxime accedere hebenũ uidetur. Quãqꝫ nõ deſint qui ſyriacaſ
terebinthos nigriores affirmẽt. Celebratur & Tericles noĩe calices ex terebintho ſolitus facere
torno. Per quã probatur materies: oĩum hæc ſola ungi uult: meliorqꝫ oleo fit. Colos mire adul
teratur iuglande ac pyro ſilueſtri tinctis atqꝫ in medicamine decoctis. Oĩbus quæ diximuſ ſpiſſa
firmitas. Ab his proxima eſt cornus: quãqꝫ nõ poteſt uideri materies ꝓpter exilitatem. Sed li/
gnũ nõ alio pene qꝫ ad radios rotaꝝ utile: aut ſi qd cuneãdum ſit in ligno clauis ue figẽdum ceu
ferreis. Ilex item & oleaſter & olea atqꝫ caſtanea carpinus populus. Hæc oĩa & criſpa aceris mõ
Si ulla materies idonea eſſet. Ramis ſæpe deputatis caſtraceo illis eſt: adimitqꝫ uires. De cæte
ro pleriſqꝫ eoꝝ. Sed utiqꝫ robori tanta duricia eſt: ut terebrari niſi madefactũ nõ queat: & ne ſic
quidem adactus auelli clauus. E diuerſo clauũ nõ tenet cædrus. Molliſſima tilia: eadẽ uidetur &
calidiſſima: argumentũ afferũt qꝫ citiſſime aſcias retũdet. Calidæ morus: laurus: hedera: & omẽſ
quibus igniaria fiunt: Exploratoꝝ hoc uſus in caſtris: paſtoꝝqꝫ repperit: quoniã ad excudiẽdum
ignem nõ ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur igitur lignũ ligno: ignẽqꝫ cõcipit attritu: excipiente
materia aridi fomitis fungi uel folioꝝ facillime cõceptũ. Sed nihil hædera præſtãtius: quæ tera/
tur lauro: lauꝝqꝫ terat. Probatur & uitis ſilueſtris alia qꝫ labruſca: & ipſa hederæ mõ arborẽ ſcã
dens. Frigidiſſima quæcũqꝫ aquatica. Lentiſſima ãt & ideo ſcutis faciendis aptiſſima quoꝝ plaga
cõtrahit ſe ꝓtinus: clauditqꝫ ſuum uulnus. Et ob id cõtumacius trãſmittit ferꝝ. In quo ſunt ge/
nere fici: ut ſalix: tilia: betulla: ſambucus: populus utraqꝫ. Leuiſſimæ ex his ſicut & ſalix: ideoqꝫ
utiliſſimæ. Omẽs ãt etiã ad ciſtas quæcũqꝫ flexibili crate cõſtant. Habẽt & cãdorem rigorẽqꝫ
& in ſculpturis facilitatem. Eſt lentitia platano: ſed madida ſicut alno. Siccior eadem ulmo: fraxi
no: moro: ceraſo: ſed põderoſior. Rigorem fortiſſime ſeruat ulmus: ob id cardinibus aſſamẽtiſqꝫ
portaꝝ utiliſſima: quoniam minime torquetur: permutanda tantũ ſic: ut cacumẽ ab inferiore ſit
cardine: radix ſupior. Palma ẽ mollis. Et ſuberis materies ſpiſſa. Et malus pyruſqꝫ necnon acer:
ſed fragiles: & quæcũqꝫ criſpa. In oĩbus ſilueſtris & maſcula differentia cuiuſqꝫ generis augent.
Et infœcũda firmiora fertilibus: niſi quo in genere mares ferunt: ſicut cupreſſus & cornus. Cari
em uetuſtatẽqꝫ nõ ſentiũt cupreſſus: cædrus: hebenus: lotos: buxus: taxus: iunipus: oleaſter &
olea. Et ex reliquis tardiſſime larix: robur: ſuber: caſtanea: iuglans. Rimã fiſſurãqꝫ nõ capit ſpõ
te cædrus: cupreſſus olea. Buxũ maxime æternã putant: hebenũ: & cupreſſũ: cædrumqꝫ. Claro
de omĩbus materiis indicio in templo epheſiæ Dianæ utpote tota aſia extruẽte: cũ quadrĩgẽtis
annis pactum ſit. Cõuenit tectũ eius eſſe e cædrinis trabibus. De ipſo ſimulacro deæ ambigit.
Cæteri ex hebeno eſſe tradunt. Mutianus ter cõſul ex iis qui ꝓxime uiſo eo ſcripſere: uitigineũ
& nũqꝫ mutatum ſepties reſtituto templo. Hãc materiã elegiſſe eãdem Canetiã nomẽ artificis
nuncupãs. Quod equidẽ miror: cũ antiquiorẽ Mineruã nõ quoqꝫ mõ Libero patri uetuſtatem
attribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari: ut medicatus humor alat: teneatqꝫ iũcturaſ:
quas & ipſas eſſe modicas admodũ miror. Valuas eſſe e cupreſſo: & iam quadringentis ꝓpe an/



Historiae naturalis - page 240 sur 530

nis durare materiā omēm nouæ ſimilem. Id quoq; notādum ualuas in glutinis cōpage quadrien nio fuiſſe. Cupreſſus in eas electa: quoniā præter cætera uno in genere materiæ nitor maxie ua leat æternus. Nōne ſimulacrum Iouis in arce e cupreſſo durat a cōdita urbe ſexcēteſimo ſexage mo primo āno dicatum? Memorabile & uticæ tēplū Apollinis: ubi indicaꝝ cædroꝝ trabes du/ rant ita ut poſitæ fuere prima urbis eius origine annis. mil. clxxxviii. Et in hiſpaniis aiūt tēplum Dianæ a Zacyntho aduectæ cū cōditoribus āno ducēteſimo ante excidium troiæ ut auctor eſt Bocchus: infra oppidū ipſum id haberi. Cui pepcit religione īductus Hānibal iunipi trabibus ēt nūc durātibus. Sup omia memorat̄ ædes in aulide eiuſdē deæ ſæculis āte troianum bellū exædi ficata. Cuius quoniam generis materiæ ſciētia obliterata in plenū dici nō poteſt: utiq; quæ odo re præcellāt: ea æternitate præſtere. A prædictis morus ꝓxime laudat̄: quæ uetuſtate etiā ni greſcit. Et quædā tamē in aliis diuturniora ſūt uſibus ꝗ̄ alia. Vlmus in præflatu firma. Robur defoſſum. Et in aquis quercus obruta. Eadē ſup terram rimoſa facit opera torquēdo ſeſe. Larix in humore præcipua: & alnuſ nigra. Robur marina aqua corrūpitur. Nō improbat̄ in aqua & fa gus & iuglans. Hæ quidem in iis quæ defodiuntur uel principales. Itē iunipus: eadem & ſubdia libus aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcūt. Aeſculus quoq; humoris impatiēs. E con/ tra adacta in terram paluſtribus alnus æterna. oneriſq; ꝗ̄tilibet patiens. Ceraſus firma. Vlmuſ & fraxinus lentæ: ſed facile pādūtur: flexibiles tamen ſtātes a circūciſura: ſiccatæ fideliores. La ricem in maritimis nauibus obnoxiā teredini tradunt. Et omnia præter ꝗ̄ oleaſtrum & oleam. Quædam enim in mari: quædam in terra uitiis opportuniora.

¶ De teredinibus. Ca. xlii.

INfeſtātium quattuor genera. Teredines capite ad portionē grauiſſimo rodunt dentibus. Hæ tantū in mari ſentiūtur: nec aliam putāt teredinē ꝓprie dici. Terreſtres tineas uocāt. Culicibus uero ſimiles triphas. Quartū eſt & e uermiculoꝝ genere: quoꝝ qdē alii putreſcente ſucco: ipſa materie alii pariūtur: ſicut in arboribus. Ex eis qui ceraſtes uocat̄ cū tantū eroſerit ut circūagat ſe: generat alium. Hæc naſci ꝓhibet in aliis amaritudo ut cupreſſo: ī aliis duricia ut bu xo. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatā qua diximus luna aqs nō corrūpi. Ale/ xādri magni comites ꝓdiderunt in tilo rubri maris inſula arbores eſſe: ex quibus naues fierent: quas. cc. ānis durātes īuētas: & ſi mergerēt̄ incorruptas. In eadē eſſe fruticē baculis tātū ido/ neæ craſſitudinis: uariū tigriū maculis: pōderoſū: & cum in ſpiſſiora decidit: uitri mō fragilem.

¶ De materiis architecti: & quæ materies ad quid utilis & quæ firmior materia in tectum. Ca. xliii.

APud nos materiæ finduntur aliquæ ſpōte: ob id architecti eas fimo illitas ſiccari iubent ut afflatus non noceāt. Pōdus ſuſtinere ualide abies larix etiam in trāſuerſum poſitæ. Ro/ bur olea incuruātur cedūtq; pōderi. Illæ renitūtur: nec temere rūpūtur: priuſq; carie ꝗ̄ uiribus deficiūt. Et palma arboꝝ ualida: in diuerſum enim curuat̄. At populus cōtra omia inferiora pā/ ditur. Palma e cōtrario fornicatur. Pinus & cupreſſus aduerſus cariem tineaſq; firmiſſimæ. Faci/ le panditur iuglās. Fiunt enim & ex ea trabes: frangiq; ſe prænūtiat ſtrepitu. Quod in andro ac cidit: cū e balneis territi ſono ꝓfugerūt. Pinus: piceæ: alni ad aquaꝝ ductus in ſtobos cauātur. Obrutæ terra plurimis durant ānis. Eædem ſi nō integātur: cito ſeneſcūt: miro mō fortiores ſi humori extra quoq; ſupſit. Firmiſſima in tectū abies: Eadē ualuaꝝ repaguliſ & ad quæq; libeat ī teſtina opa aptiſſima ſiue græco ſiue cāpano ſiue ſiculo fabricæ artis genere ſpectabilis: ramēto rum crinibus pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad incitatos runcinarum raptus: Eadem & cur/ ribus maxime ſociabilis glutino in tantum: ut ſidatur ante cum ſolida eſt.

¶ De glutinanda materia & lignis ſectilibus. Ca. xliiii.

MAgna aūt & glutinatio: proptereaq; ſectilibus laminis ac in alio genere opiunt̄. Stamineā hoc uſu probant uenam: & uocant fertileā argumēto ſimilitudinis: quoniā lacunoſe criſpa. In oī genere & glutinū abdicant quædā: & inter ſe & cū aliis inſociabili glutino ſicut robur. Sed nec fere cohærent niſi ſimilia natura: ut ſi quis lapidē lignūq; cōiungat. Cornū maxime audit ſor bus: carpinus: buxus: poſtea tilia. Cuicūq; opi facilia flexilia omia quæ lenta diximus: præterꝗ̄ morus & caprificus. Durabilia ac ſectilia quæ modice humida. Arida enim latius ꝗ̄ uiridia ferris cedūt: præter robur: & buxum: quæ pertinacius reſiſtūt: ſerraꝝq; dētes replent æqualitate in/ erti. Qua de cā alterna inclinatione egerūt ſcobem. Obediētiſſima quocūq; in ope fraxinus: ea demq; corylo haſtis melior: cornu leuior: ſorbo lētior. Gallica uero etiā ad currus flexibilis. Vi tem æmularetur ulmus: ni pōdus eſſet in culpa. Facilis & fagus: quāꝗ̄ fragilis & tenore eodem fictilibus laminis in tenui flexilis: capſiſq; ac ſcriniis ſola utilis. Secatur ī laminas prenues & ilex colore quoq; nō ingrata: ſed maxime fida iis: quæ terūtur: ut rotaꝝ axibus. Ad quos lētore fra xinus utilis: ſicut duricia ilex: & utroq; legitur ulmus. Sūt uero & parui uſus fabrilium miniſteri/ oꝝ inſignes. Ideoq; ꝓditū terebris uaginas ex oleaſtro: buxo: ilice: ulmo: fraxino utiliſſimas fie/ ri. Ex iiſdem malleos: maiores quoq; e pinu & ilice. Et iis aūt maior ad firmitatem cā tēpeſtiuæ

cæſuræ ꝙ̄ imaturæ. Quippe cū ex olea duriſſimo ligno cardines in foribus diutius imorati plāte mō germinauerint. Cato uectes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Higinus manubria ruſticis carpinea: ilignea: cerrea. Quæ in laminis ſecanť: quoꝝq; operimēto ueſtiatur alia materies præcipua ſunt citrus: terebinthus: aceris genera: buxum: palma aqfolium: ilex: ſābuci radix: populus. Dat & alnus (ut dictū eſt) tuber ſectile: ſicut citrus acerq;. Nec aliaꝝ tubera ī precio. Mediaq; pars arboꝝ criſpior: & quo proprior radici minoribus magiſq; flexibilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ arborem alia integi: & uiliores ligno precioſiores cortice fieri: ut una arbor ſæpius ueniret. Excogitatæ ſunt & ligni bratteæ. Nec ſatis. Cœpere tingi aīalium cornua: dentes ſecari: lignūq; ebore diſtingui: mox operiri. Placuit deinde materiē & in mari quæri. Teſtudo in hoc ſecta. Nuperq; portētoſis ingeniis pricipatu Neronis inuētum: ut pigmētis perderet ſe: pluriſq; ueniret imitata lignū. Sic lectis p̄cia quærūť. Sic terebīthū uinci iubēt. Sic citrū p̄cioſius fieri. Sic acer decipi. Nō luxuria nō fuerat cōtēta ligno. Iā lignū emi teſtudinē facit.

¶ De arboꝝ ætate: & quæ genera arboꝝ minime durāt: Ca. xlv.

Vita arboꝝ quaꝝdam imenſa credi poteſt: ſi quis profūda mūdi & ſaltus inacceſſos cogitat. Veꝝ ex iis quas memoria hoīum cuſtodit durāt in ueliterno Africani prioris manu ſatæ oliuæ. Itē myrtus eodem loco cōſpicuæ magnitudinis. Subeſt ſpecus in quo manes eius cuſtodire draco tradiť. Romæ uero lotos ī Lucinæ area āno q fuit ſine magiſtratibus ccclxix. urbis æde cōdita. Incertū ꝙ̄tum ipſa uetuſtior. Eſſe qdem uetuſtiorem nō eſt dubiū: cū ab eo luco Lucina nominetur. Hæc nūc circiter ānum cccccl. habet. Antiqor enim illa eſt: ſed īcerta eius ætas quæ capillata diciť: quoniā ueſtalium uirginū capillus ad eā defertur. Veꝝ altera lotos in uulcanali: quod Romulus cōſtituit ex uictoria de decimis æquæua urbi intelligitur: ut auctor eſt Maſſurius. Radices eius in foꝝ uſq; Cæſaris per ſtationes municipioꝝ penetrāt. Fuit cum ea cupreſſus æqualis circa ſuprema Neronis principis ꝓlapſa atq; neglecta. Vetuſtior autē urbe in uaticano ilex: in qua titulus æreis litteris hetruſcis religione arborem iā tūc dignā fuiſſe ſignat. Tyburtes quoq; originē multo ante urbem romā habēt. Apud eos extāt ilices tres etiā Tyburno conditore eoꝝ uetuſtiores: apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe āt eū tradunt filiū Amphiarai q apud thebas obierit una ætate ante iliacū bellū. Sūt auctores & delphicā platanum Agamēnonis manu ſatam. Et alterā in caphie arcadiæ luco. Sūt hodie ex aduerſo ilienſiū urbis iuxta helleſpōtum in Proteſilai ſepulchro arbores: quæ oībus ephebiis eius cū in tantū accreuere: ut ilium aſpiciant inareſcūt: ruſuſq; adoleſcūt. Iuxta urbē aūt quercus in Ili tumulo tūc ſatæ dicūtur: cū cœpit ilium uocari. Argis olea nūc etiā durare dicitur: ad quā Ionē in uaccam mutatā Argus alligauerit. In pōto circa heracleā aræ ſunt Iouis Statiui cognoīe: ibiq; quercus duæ ab Hercule ſatæ. In eodem tractu portus Amyci ē Bebryce rege īterfecto clarus. Eius tumulus a ſupremo die lauro tegitur: quā inſanā uocant: quoniā ſi qđ ex ea decerptū inferatur nauibus iurgia fiant: donec abiiciatur. Regionem aulocrenen diximus per quā ab apamea in phrygiā itur. Ibi platanus oſtenditur: ex qua pepēdit Marſia uictus ab Apolline: quæ iam tū magnitudine electa eſt. Necnō palma deli ab eiuſdem dei ætate cōſpicitur. Olympiæ oleaſter: ex quo primus Hercules coronatus eſt. & tūc cuſtoditur religioſe. Athenis quoq; olea durare traditur in certamine edito a Minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt punicis: fico: malis. Ex iis præcocibus breuior ꝙ̄ ſerotinis: dulcibus ꝙ̄ acutis: & dulcior in punicis. Item in uitibus: præcipueq; fertilioribus. Grecinus auctor eſt ſexagenis annis duraſſe uites. Vidētur & aquaticæ celerius interire. Seneſcūt qdē uelociter: ſed e radicibus repullulant laurus: & mali: & punicæ. Firmiſſimæ ergo ad uiuēdū oleæ: ut quas durare ānis cc. inter auctores cōueniat. Et in ſuburbano tuſculani agri colle q corne appellatur. Lucus antiqua religione Dianæ ſacratus a Latio: uelut arte tonſili coma faginei moriſ. In hoc arborem mori eximiā ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus bis cōſul orator Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior poſtea: oſculari cōplectiq; eam ſolitus: nō mō cubare ſub ea: uinūq; illi affūdere. Vicina luco ē ilex: & ipſa nobilis xxxv. pedū ambitu caudicis. x. arbores metiēs ſingulas magnitudinis uiſendæ: ſiluāq; ſola facit. Hedera necari arboreſ certū eſt. Simile quidā & in uiſco: tāetſi tardiorē eaꝝ iniuriā arbitrātur. Nāq; & hoc præter fructus agnoſcitur nō in nouiſſimis mirabile. Quædā enim in terra gigni nō poſſunt: & in arboribus naſcūť. Nāq; cum ſuam ſedem nō habeāt: in aliena uiuunt: ſicut uiſcum. Eſt & in ſyria hærba quæ uocatur caſſitias: nō tantum arboribus: ſed ipſis etiā ſpinis circūuoluēs ſeſe. Item circa tēpla theſſalica quæ polypodion uocať: & quæ dolichos: ac ſerpillum. Oleaſtro quoq; deputato quod gignitur uocant phaunos. Quod uero in hiſpiria fullonia hipophacton calliculis inanibus: foliis puiſ: radice alba: cuius ſuccus ad detractiones in comitiali morbo utiliſſimus habetur. Viſci tria genera. Nāq; eſt in abiete & larice caſſitias. Stelin dicit euboea naſci. Hyphear arcadia. Viſcum āt in quercu: robore: ilice: pruno ſilueſtri: terebintho: nec aliis arboribus adnaſci. Pleriq; copioſiſſimum in quercu: quod dryos hyphear uocāt. In omī arbore excepta ilice & quercu differentiā facit odor uiruſq; & folium nō iucundi odoris. In utroq; uiſcum amaꝝ & lentum. Hyphear adſa

ginanda pecora utilius. Vitia mõ purgat primo: dein ea pinguefacit: quæ ſuffecere purgationi. Quibus ſit aliqua tabes intus negant durare ea. Edendi rõ ætatis quadragenis diebus. Adiciũt diſcrimẽ in iis quæ folia emittãt: & ipſi decidere. Cõtra inhærere nato in æterna frõde. Omino aũt ſatum nullo mõ naſcitur: nec niſi ꝑ aluum auium reditum: maxime palũbis & turdis. Hæc ẽ natura ut niſi maturatum in uẽtre auium nõ ꝓueniat. Altitudo eius nõ excedit cubitalẽ ſemper fruticoſi ac uiridis. Mas fertilis. Fœmina ſterilis. Aliquãdo nõ fert. Viſcum fit ex acinis qui colliguntur meſſium tẽpore imaturi. Nã ſi acceſſere hymbres: amplitudine quidẽ augẽt: uiſco uero marceſcunt. Siccãt deinde: & aridi tundunt: ac cõditi in aqua putreſcũt duodenis fere dieb'. Vnumqꝫ hoc rerꝝ putreſcẽdo gratiã inuenit. Inde in ꝓfluẽte rurſus malleo tuſi amiſſis corticib' interiore carne lenteſcunt. Hoc eſt uiſcum pẽnis auium tactu ligãdis, Iuglãdis oleo ſubactũ cuꝫ libeat inſidias moliri. Nõ eſt omittenda in ea re & galliarꝝ admiratio. Nihil habẽt druides (ita ſuos appellãt magos) uiſco & arbore in qua gignatur (ſi mõ ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborũ eligunt lucos: nec ulla ſacra ſine ea frõde cõficiunt: ut inde appellari quoqꝫ interꝑtatione græca poſſint druides uideri. Eñuero quicqd adnaſcatur illis e cælo miſſum putãt: ſignumqꝫ eſſe electæ ab ipſo deo arboris. Eſt ãt id rarꝝ admodum inuẽtu: & reptum magna religione petit. Et ãte oĩa ſexta luna: quæ principia mẽſium ãnorꝝqꝫ iis facit & ſæculi poſt triceſimum ãnum: qa iam uirium abunde habeat: nec ſit ſui dimidia. Oĩa ſanãtẽ appellãtes ſuo uocabulo. Sacrificio epuliſqꝫ rite ſub arbore præparatis duos admouent cãdidi coloris tauros: quorꝝ cornua nunc primum uinciantur. Sacerdos candida ueſte cultuſ arborem ſcãdit. Falce aurea demetit. Candido id excipit ſago. Tum demum uictimas ĩmolant precantes ut ſuum donum deus ꝓſperꝝ faciat iis quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicũqꝫ aĩali ſterili arbitrantur. Contraqꝫ uenena omia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerꝝqꝫ religio eſt.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER .XVII. PROHEMIVM.

### Arborꝝ Precia Mirabilia. Ca. i.

NATVRA ARBORVM TERRA MARIQVE SPONte ſua prouenĩetium dicta eſt. Reſtat earꝝ quæ arte & humanis ingeniis fiũt: ueriuſ ꝙ naſcuntur. Sed prius mirari ſuccurrit quæ abſtulimus penuria ꝓ idiuiſo poſſeſſa a feris: depugnãte cum iis hoĩe circa caducos fructus. Circa pẽdentes uero & cum alitibuſ: in tanta deliciarꝝ ꝑcia ueniſſe clariſſimo (ut equidẽ arbitror) exemplo L. Craſſi; atqꝫ Cn. Domitii Aenobardi. Craſſus orator fuit ĩ primis noĩs romani. Domus ei magnifica: ſed aliꝙto præſtãtior in eodẽ palatio. Q. Catuli q cimbros cũ C. Mario fudit. Multũ uero pulcherrima conſenſu omium ætate ea ĩ colle uiminali. C. Aquilii equitis romani clarioris etiã tum ꝙ iuris ciuilis ſcientia: cũ tamẽ obiecta Craſſo ſua eſt. Nobiliſſimarꝝ gentiũ ãbo Craſſuſ atqꝫ Domitius cenſurã poſt conſulatum ſimul geſſere: ãno conditæ urbis ſexcẽteſimo ſexageſimoſecũdo frequẽtem iurgiis ꝓpter diſſimilitudinẽ morꝝ. Tũc Cn. Domitius ut erat uehemens natura: præterea accenſus odio: quod ex æmulatione auidiſſimũ eſt: grauiter increpuit tanti cẽſorem habitare: pro domo eius milia nũmorꝝ idẽtidem ꝓmittẽs. Et Craſſus ut præſens ingenio ſemp & faceto lepore ſolers cõcedere ſe reſpõdit: exceptis ſex arboribus. Ac ne uno qdem denario ſi adimerẽtur emptã uolente Domitio. Craſſus utrꝝ ne igitur ego ſum inquit quæſo Domitii exemplo graui & ab ipſa mea cẽſura notandus: q ĩ domo quæ mihi hæreditate obuenit comiter habitem: an tu q ſex arbores æſtimeſ: Eæ fuere loti patula ramorꝝ opacitate laſciuæ. Cecina largo e ꝓceribus crebro in iuuẽta noſtra eas in domo ſua oſtentãte. Durauerũtqꝫ (quoniã & de lõgiſſimo æuo arborꝝ diximus) ad Neronis principis incẽdia: quibus cremauit urbem: ãnis clxxx. Poſtea cultu uirides iuueneſcqꝫ: ni princeps ille acceleraſſet etiã arborꝝ mortẽ. Ac ne qs uilem de cætero Craſſi domũ: nihilqꝫ in ea iurgãte Domitio fuiſſe dicẽdũ præter arbores iudicet. Iam colũnas quattuor hymetii marmoris ædilitatis gratia ad ſcænã ornãdam aduectas in atrio eius domus ſtatuerat: cũ in publico nõdũ eſſent ullæ marmoreæ. Tã recens eſt opulentia: tãtoqꝫ tunc plus honoris arbores domibus afferebãt: ut ſine illis ne inimicitiarꝝ quidẽ preciũ ſeruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognoĩa antiquis: Frũditio militi illi q præclara facinora uulturnũ trãſnatans frõde capiti impoſita aduerſus Hãnibalem edidit. Stolonũ Liciniæ genti (ita enĩ appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis: unde & pãpinatio inuẽto) primo Stoloni dedit nomen. Fuit & arborꝝ cura legibus priſcis: cautũqꝫ eſt xii. tabuliſ ut qui iniurias cecidiſſet alienas lueret in ſingulas ſiclos æris xxv. Quid exiſtimamus: futuras ne eas credidiſſe ad ſupradictã æſtimationẽ

ſlos qui frugiferas tanti taxauerant. Nec minus miraculū in pomo eſt multaꝝ circa ſuburbana fructu ānuo addito binis milibus nūmum maiore ſingulaꝝ reditu: ꝗ erat apud antiquoſ prædiorum: Ob hoc inſita & arboꝝ quoq; adulteria excogitata ſūt: ut nec poma paupibus naſcerētur. Nunc ergo dicemus quo maxime mō tantū ex iis uectigal cōtingat: ueram colendi rōem abſolutamq; prodituri. Et ideo nō uulgata tractabimus: nec quæ cōſtare aīaduertimus: ſed īcerta atq; dubia: in quibus maxime fallitur uita. Nā diligentiā in ſuperuacuis affectare non noſtrū ē. Ante oīa āt in uniuerſū & quæ ad cūcta arboꝝ genera pertinēt in cōe de cælo terraq; dicemus.

De natura cæli ad arbores: & quā partem cæli ſpectare debeant. Ca. ii.

a AQuilone maxime gaudent: denſiores ab afflatu eius lætioreſq; & materiæ firmioreſ. Qua in re pleriq; fallūtur: cū in uineis pedamēta nō ſint a uēto eo opponēda: & id tantū a ſeptētrione ſeruādum. Quin imo tēpeſtiua frigora plurimū arboꝝ firmitati cōferūt: & ſic optime germinā̄t. Alioqn ſi blādiantur auſtri defatiſcentes: ac magis etiā in florem. Nā ſi cū defloruerī̄: ꝓtinuſ ſequātur hymbreſ: in totum poma depeūt. Adeo ut amygdala & pyri etiā ſi omīo nubilū fiat auſtrinus ue flatus amittant fœtus. Circa uergilias quidem pluerī̄: inimiciſſimū uiti & oleæ quoniam tunc coitus eſt eaꝝ. Hoc eſt illud quatriduū oleis decretorium. Hic articulus auſtrinuſ nubili ſpurci quod diximus. Fruges quoq; peius matureſcunt auſtrinis diebus: ſed celerius. Illa ſunt noxia frigora: quæ ſeptētrionibus aut præpoſteris fiunt horis. Hyemē quidē aquiloniam eſſe: omibus ſatis utiliſſimū. Hymbres uero tūc expetendi euidens cā eſt: quoniā arbores fœtu exinanitas: & folioꝝ quoq; amiſſione languidas naturale eſt auide eſurire. Cibus āt eaꝝ hymber. Quare tepidam eſſe hyemē ut abſūpto partu arboꝝ ſequatur ꝓtinus cōceptus: ideſt germinatō ac deinde alia floreſcendi exinanitio: inutiliſſimū expimētis creditur. Quinimo ſi plures ita cōtinētur anni: etiā ipſæ moriuntur arbores. Quoniam nemini dubia pœna eſt in fame laborantiū. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas nō pro arboribus uota fecit. Nec ꝑ ſolſtitia hymbres uitibus cōducūt. Hyberno quidem puluere fieri meſſes lætiores luxuriātis īgenii fertilitate dictum eſt. Alioqn uota arboꝝ cōia ſunt frugūq;: niues diutinas ſedere. Cauſa nō ſolum quia aīam terræ euaneſcentē exhalationem īcludūt: & cōprimūt: retroq; agunt in uires frugum atq; radices: uerꝫ ꝗ & liquorem ſenſim præbēt: puꝝ præterea leuiſſimūq; quando nix aquaꝝ cæleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex iis nō uniuerſus ingurgitans diluenſq;: ſed quō ſititur diſtillans uelut ex ubere alit oīa quæ non inundat. Telluſ quoq; illo mō fermēteſcit: & ſucci plena: ac lacteſcētibus ſatis nō effœta cū tēpus aderit: tepidis aridet horis. Ita maxime frumēta pingueſcūt: prætērq; ubi calidus ſemper aer eſt: ut in ægypto. Cōtinuatio enim & ipſa cōſuetudo idē quod modus alibi efficit. Plurimūq; ꝓdeſt ubicūq; nō eſſe quod noceat. In maiore parte orbis cū præcoces excurrere germinationes euocatæ indulgentia cæli ſecutis frigoribus exurūtur. Qua de cā ſerotinæ hyemes noxiæ ſilueſtribus quoq;: quæ magis etiam dolent urgēte umbra ſua: nec adiuuante medicina. Quoniam ueſtire teneras intorto ſtramēto in ſilueſtribus nō eſt. Ergo tēpeſtiue aquis hybernis primū hymbribus: deinde germinatione antecedentibus. Tertiū tēpus eſt cū educant poma: nec protinus: ſed iam ualido fœtu. Quæ fructus ſuos diutius cōtinēt: lōgioreſq; deſiderant cibos: iis & ſerotinæ aquæ utiles: ut uiti: oleæ: punicis. Hæ iam pluuiæ generis cuiuſq; arboribuſ diuerſo mō deſiderant: aliis alio tpre maturantibus. Quaꝑpter iiſdē hymbribus quædam lædi uideas: alia iuuari. Et ī eodem genere ſicut ī pyris. Alio die hyberna quærunt pluuias: alio uero præcocia. Vt pariter quidem omīa deſiderent. Hybernū tempus eſt āte germinatiōem quæ aquilonē auſtro utiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (ſūt enim pleꝝq; frigidiora) & mōtoſa planis: & nocturnos ignes diurnis. Magis fruūtur aqs ſata: nō ſtatim auferente eas ſole. Cōuexa & ſitus uineaꝝ arbuſtoꝝq; rō eſt. quas in oras debeāt ſpectare. Virgilius ad occaſus ſeri dānauit. Aliq ſic maluere ꝗ in exortu. A pluribus meridiē ꝓbari aduerto. Nec arbitror perpetuū quicq; in hoc præcipi poſſe. Ad ſoli naturā: ad loci ingenium: ad cæli cuiuſq; mores dirigēda ſollertia eſt. In africa meridiē uineas ſpectare & ſi uiti īutile colono ſalubre eſt: quoniā ipſa meridianæ ſubiacet plagæ. Quaꝑpter ibi qui in occaſū aut ſeptētriones cōſeret optime miſcebit ſolū cælo: cū Virgilius occaſus īprobet. Nec de ſeptētrione relinqui dubitatio uidetᷣ. Atq in ciſalpina italia magna ex parte uineis ita poſitis cōptum eſt nullas eſſe fertiliores. Multū rōis obtinēt uenti. In narbonenſi ꝓuintia atq; liguria & pte hetruriæ cōtra circium ſerere imperitia exiſtimatur. Eūdēq; obliquum accipere prouidētia. Is enim ibi æſtatem temperat: ſed tanta pleꝝq; uiolentia ut auferat tecta.

De ſocietate cæli & terræ ad arbores. Ca. iii.

QVidā cælum terræ parere cogunt: ut quæ in ſiccis ſerātur oriētem ac ſeptētriōes ſpectēt. Quæ in humidis meridiem. Necnō ex ipſis uitibus cās mutuātur. In frigidis præcoces ſerendo: ut maturitas antecedat algorem. Quæ poma uiteſq; rores oderint cōtra ortus: ut ſtatim auferat ſol. Quæ amēt ad occaſus: uel etiā ad ſeptētriones ut diutius eo fruantur. Cæteri uero fere rationem naturæ ſecuti in aquilonem obſeruare uites & arbores poni ſuaſere. Odoratiorem

etiam fieri talem fructum Democritus putat.

¶ De qualitate regionum. Ca.iiii.

a AQuilonis ſitum uētoꝝq; reliquoꝝ diximus ſecūdo uolumine. Dicemuſq; ꝓximo plura cæ-
leſtia. Interim manifeſtum uidetur ſalubritatis argumētū: quoniā in meridiē etiā ſpectātiū
ſemp ante decidūt folia. Similis & in maritimis cauſa. Quibuſdā locis afflatus maris noxii: ī plu
rimis idem utiles. Quibuſdā ſatis e lōginquo aſpicere maria iucūdum. Propius admouere ſalis
halitum inutile. Similis & fluminū ſtagnoꝝq; rō. Nebulis adurūt: aut æſtuantia refrigerāt opa
citate: atq; etiā rigore gaudent: quæ diximus. Quare expimētis optime credit̄. A cælo proxi-
mum eſt terræ dixiſſe rationem haud faciliore tractatu. Quippe non eadem arboribus conue-
nit & frugibus: plerunque nec pulla qualem habet campania: ubique optima uitibus. Aut quæ
tenues exalat nebulas. Nec rubrica multis laudata. Cretam in albenlium pompeianorumque
agro & argillam cunctis ad uineam generibus anteponunt: quāꝙ præpingues quod accipitur ī
eo genere inuicem ſabulum album: In ticinēſi multiſq; in locis nigrum. Itēq; rubrū etiam pingui
terræ permixtū infœcundū eſt. Argumenta quoq; iudicātium ſæpe fallūt. Non utiq; ſolū lætū
eſt: in quo proceræ arbores nitēt: præterꝙ illis arboribus. Quid enī abiete ꝓcerius. Aut quæ
uixiſſe poſſit alia in loco eodē: Nec luxurioſa pabula pinguis ſoli ſemp indicium habēt. Nā quid
laudatius germaniæ pabulis: & tamē ſtatim ſubeſt harena tenuiſſimo ceſpitū corio. Nec ſēper
aquoſa eſt terra: cui ꝓceritas hærbaꝝ. Nō hercle magis ꝙ pinguis adhærens digytis. Quod ī
argillis arguitur. Scrobes qdem regeſta in eos nulla complet: ut denſa atq; rara ad hūc modum
deprehēdi poſſit: ferroq; omis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iuſto deprehēdit̄ pon
dere. Quod enim terræ pōdus iuſtum intelligi pōt. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis
quādo ſeneſcāt ſata quædā aqua. Sed neq; illa quæ laudatur diu præterꝙ ſalici utilis ſentitur.
Inter argumēta ſtipulæ craſſitudo eſt tanta alioqn in leborino cāpaniæ nobili cāpo: ut ligni ui-
ce utantur. Sed idem ſolū ubicūq; arduum ope: difficile cultu: bouis ſuis acrius pene ꝙ uitis cū
affligit agricolam. Et carbūculis quæ terra ita uocatur. Emendari uitem hac terra putatur. Nā
tofus ſcaber natura fricabilis expetitur quoq; ab auctoribus. Virgilius & quæ filicem ferat non
improbat uitibus. Salſæq; terræ multa melius credūtur: tutiora uitiis inaſcētium aīalium. Nec
colles ope nudātur: ſi quis perite fodiat. Nec cāpi omēs minus ſoles atq; pflatus ꝙ opus ſit ac
cipiunt. Et quaſdā pruinis ac nebulis paſci diximus uites: Omium reꝝ ſunt quædā in alto ſecre-
ta: & ſuo cuiq; corde præuidenda. Quid ꝙ mutatur ſæpe iudicata quoq; ac diu cōprehenſa: In
theſſalia circa lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio eſt. Oleæ deſierūt quæ prius fuerant.
Item uites aduri: quod nō antea thracia ſenſit amoto hebro. Et circa philippos cultura ſiccata re
gio mutauit cæli habitum. At in ſyracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole prodidit fru
ges: donec regeſſit lapides. In ſyria leuē tenui ſulco imprimūt uomerem: qa ſubeſt ſaxum exurēſ
æſtate ſemina. Iam in quibuſdā locis ſimiles æſtus: īmodici & frigoꝝ effectus. Eſt fertilis thra-
cia frugum rigore: & æſtibus africa & ægyptus. In chalchia rodioꝝ inſula locus qdam eſt ī tātū
fœcūdus: ut ſuo tēpore ſatum demetant hordeum: ſublatumq; protinus ſerant: & cū aliis frugi
bus metant. Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in uenafrano: pinguiſſimū in betica. Punica uina
in ſaxo coquūtur. Cecubæ uites in pōtinis paludibus madent. Tāta eſt argumētoꝝ & ſoli uarie-
tas ac differentia. Cæſar Vopiſcus cū cām apud cenſores ageret campos roſiæ dixit italiæ ſumē
eſſe: in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed nō niſi ad pabulum probant̄. Non
tamen indociles natura nos eſſe uoluit: & uita cōfeſſa fecit etiā ubi bona certa nō fecerat. Quā
ob rē prius dicamus crimina.

¶ Genera terraꝝ. Ca.v.

t TErram amaram ſiue macram ſi quis probare uelit. Demōſtrant eam atræ degenereſq; hær
bæ. Frigidam autē retorride nata. Itē uliginoſam triſtia. Rubricā occuli. Argilloſam quæ
operi difficillima: quæq; raſtros ac uomeres ingentibus glebis oneret: quāꝙ aliquādo nō
quod operi: hoc & fructui ſit aduerſum. Itē e cōtrario cineraceā & ſabulū album. Nā ſterilis dē
ſa callo facile deprehēditur uel uno ictu cuſpidis. Cato breuiter atq; ex ſuo more uitia determi
nat. Terram carioſam caue: ne ue plauſtro ne ue pecore impellas. Quid putamus hac appellati
one ab eo tantope reformidari: ut pene ueſtigiis quoq; interdicat: Redeamus ad ligni cariem &
inueniemus illa: quæ in tātum abbominatur uitia: aridæ: fiſtuloſæ: ſcabræ caneſcētis: exeſæ pu
habēda eſt. Multaqꝫ de iis Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe: ꝙ proximū domino corde eſſe
debere: & tamē ſibimetipſi nō uideri. Coli rura ergaſtulis peſſimū eſt: ut qcquid agiẗ a deſperan
tibus: Temerariū uideaẗ unam uocē antiquoꝝ poſuiſſe: & fortaſſis incredibile penitus æſtimēt.
Nihil minus expedire ꝙ agrū optime coleṙ. L. Tarius Ruffus infima natalium humilitate conſu
latum militari induſtria meritus antiquæ alias parſimoniæ circiter mille ſiclos liberalitate Diui
Augusti cōgeſtum uſqꝫ ad detractionē hæredis exhauſit agros in piceno coemēdoqꝫ in gloriā.
Internitionē ergo famēqꝫ cenſemus: Immo hercule iudico modū reꝝ oīum utiliſſimū. Bene cole
re neceſſarium eſt. Optime dānoſū. Preter ꝙ ſobole ſua colono: aut paſcēdis. Alioqn domino
aliqua meſſeſ colligere nō expedit: ſi cōputetur impēdiū operæ. Nec temere oliuā nec quaſdam
terras diligēter colere: ſicuti in ſicilia tradūt itaqꝫ decipi aduenas. Quo nā igiẗ mō utiliſſime co/
lūtur agri? ex oraculo ſcilicet malis ac bonis. Sed defēdi æquū eſt abauos: qui præceptis ſuis ꝓ
ſpexeṙ uitæ. Nā cū dicerent malis intelligere uoluere uiliſſimos. Sūmū ꝓuidentiæ illoꝝ fuit: ut
ꝙ minimū eſſet impēdii. Præcipiebāt eni iſta: qui triūphali denas argēti libras ī ſupelle\-ctile cri
mini dabāt: qui mortuo uillico relinqueṙ uictorias: & reuerti ſua rura poſtulabāt: quoꝝ prædia
colenda ſuſcipiebat reipubl. exercituſqꝫ ducebant ſenatu illis uillicāte. Inde illa reliqua oracula.
Neqꝫ agricolā eſſe quiſqs emeret quod præſtare ei fūdus poſſet. Malū patrēfamilias: qſquis in
terdiu faceret quod noctu poſſet: niſi in tēpeſtate cæli. Peiorē qui ꝓ feſtis diebus ageret quod
feriatis deberet. Peſſimus qui ſereno die ſub tecto potius oparetur ꝙ in agro. Nequeo mihi tē
perare: quo minus unū exemplū antiquitatis afferam. Ex quo intelligi poſſit apud populū etiam
de culturis agendi morē fuiſſe: qualiter defendi ſoliti ſint illi uiri. C. Furius Creſinus e ſeruitute
liberatus cū in paruo admodū agello largiores multo fructus ꝑciperet ꝙ ex āpliſſimis uicinitaſ.
In īuidia magna erat: ceu fruges alienas pelliceret ueneficiis. Quā ob rē a Sp. Albino curuli die
dicta metuens dānationē cū in ſuffragium tribus oporteret ire: inſtrumētum ruſticū omē in foꝝ
attulit: & adduxit filiā ualidam: atqꝫ (ut ait Piſo) bene curatā ac ueſtitam: ferramēta egregie fcā:
graues ligones: uomeres pōderoſos: boues ſaturos. Poſtea dixit. Veneficia mea qrites hæc ſūt
nec poſſum uobis oſtēdere: aut in foꝝ adducere lucubrationes uigiliaſqꝫ & ſudores. Oīum ſēten
tiis abſolutus itaqꝫ eſt. Profecto opera nō impēſa cultura cōſtat. Et ideo maiores fertiliſſimū in
agro oculum domini eſſe dixerūt. Reliqua præcepta reddenẗ ſuis locis: quæ ꝓpria ſinguloꝝ ge
neꝝ erunt. Interim cōia quæ ſuccurrūt nō omittemus. Et in primis Catonis humaniſſimū & uti/
liſſimum. Id agendū ut diligant uicini. Cauſas reddit ille: quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. In
ter prima idē cauet: ne familiæ malæ ſint. Nihil ſero faciēdū ī agricultura omēs cenſent. Iteꝝqꝫ
ſuo quæqꝫ tempore facienda. Et tertio præcepto prætermiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa
execratio Catonis abunde indicata eſt. Quāqꝫ prædicere nō ceſſat is. Quicquid per aſellū fieri
poteſt utiliſſime cōſtat. Filix biennio moritur: ſi frōdem agere nō patiaris. Id efficaciſſime con/
tingit germinantis ramis baculo decuſſis. Succus enim ex ipſa defluens necat radices. Aiūt & cir
ca ſolſtitium auulſas nō renaſci: nec harundine ſectas: aut exaratas uomeri harundine impoſita.
Similiter & harundinē exarari filice uomeri īpoſita præcipiunt. Iuncoſus ager uerti pala deb&.
At in ſaxoſo bidētibus. Fruteta igni optime tolluẗ. Humidiorē agrum foſſione cōcidi atqꝫ ſicca
ri utiliſſimū eſt. Foſſas autē retuſis locis apertas relinq. In ſolutiore terra ſepibus firmari. In re
procibus ac ſupinis lateribus procūbere quaſdā obſerari: & in alias dirigi. Maiores patentioṙſqꝫ
(ſi ſit occaſio) ſilice uel glarea ſterni. Ora utrinqꝫ lapidibus ſtatu minari: & alio ſupītegi. Siluæ ex
tirpādæ rōem Democritus ꝓdidit: lupini flore ī ſucco cicutæ uno die macerato ſpſiſqꝫ radicibꝰ.

De frugum generibus & natura. Ca. vii.

ET quoniā præparatus eſt ager: natura nūc indicabitur frugum. Sūt aūt duo prima eaꝝ ge/
nera. Frumēta ut triticū: hordeum. Et legumina ut faba & cicer. Differētia uero notior: ꝙ
ut indicari deceat. Frumēti ipſius totidem genera per tēpora ſatu diuiſa. Hyberna quæ circa uer
giliaꝝ occaſū terra p hyemē nutriūtur: ut triticū: far: hordeū. Aeſtiua quæ æſtate ante uergilia
rum exortū ſerūtur: ut milium. panicū: ſiſama: horminū: irio italiæ dūtaxat ritu. Alioqn in græ/
cia & aſia omīa uergiliaꝝ occaſu ſeruntur. Quædā aūt utroqꝫ tēpore in italia. Ex his quædam &
tertio ueris ſcilicet. Aliq uerna: milium: panicū: lentem: cicer: halicā appellāt. Semētica āt triti/
cū: hordeū: fabā: napū: rapā. Et in tritici genere pars aliqua pabuli eſt quadrupedū cā ſati: ut far
rago. Et in leguminibus ut uitia. At cōis quadrupedū hoīumqꝫ uſui lupinus. Legumina oīa ſin/
gulas habent radices præter fabā: eaſqꝫ furculoſas: quia nō in multa diuidūtur. Altiſſimas aūt ci

cer. Frumēta multis radicātur fibris ſine ramis. Erūpit a primo ſaltu hordeum die ſeptio. Legu/
mina quarto: uel cum tardiſſime ſeptimo. Faba a xv. ad xx. Legumina in ægypto tertio die. Ex
hordeo alteꝝ caput grani in radicē exit: alteꝝ in hærbā: quæ & prior floret. Radicē craſſior ps
grani fundit: tenuior florem. Cæteris ſeminibus eadē pars & radicē & florē. Frumēta hyeme ī
hærba ſunt: uerno tempore faſtigiantur in ſtipulā: quæ ſunt hyberni generis. At milium & pa/
nicum in culmē geniculatum & cōcauum. Siſama uero in ferulaceum. Oīum ſatoꝝ fructus aut ſpi
cis cōtinet: ut tritici: hordei: munitq; uallo ariſtaꝝ quadruplici: aut īcludit ſiliqs: ut legumīnū:
aut ualculis: ut ſiſamæ: ac papaueris. Milium ac panicum tātum ꝓ indiuiſo & paruis auibus expo
ſita ſunt: indefēſa quippe mēbranis cōtinent. Panicum a pāniculis dictum: cacumine lāguido nu
tante: paulatim extenuato culmo: pene in ſurculum prædēſis aceruatur granis: cum lōgiſſima pe
dali oblimili comæ granum cōplexæ: quæ fimbriato capillo curuat. Sunt & panico genera. Mā
molo epāno puis racemato paniculis: & cacumine gemino. Quin & colore diſtiguitur: cādido:
nigro: ruffo: etiā purpureo. Panisq; multifarie & e milio fit: e panico rarius. Sed nullum frumēto
pōderoſius: aut quod coquendo magis creſcat. Lx. cuī pōdo panis e modio reducūt: modiūq; pul
tis ex tribus ſextariis madidis. Milium intra hos decē ānos ex india in italiā inuectum eſt: nigrū
colore: āplum grano: harundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrādibus
culmis. Lobas uocāt: oium frugum fertiliſſimū. Ex uno grano terni ſextarii gignunt. Seri deb&
in humidis. Frumēta quædā in genu tertio ſpicā incipiunt cōcipere. Quædā in quarto: ſed etiā
num occultam. Genicula āt ſunt tritico quaterna. Farri ſena. Hordeo octaua. Sed nō ante ſupra
dictum geniculoꝝ numerū conceptus eſt ſpicæ: qui ut ſpecie ſui fecerit: quattuor aut qnq; tar/
diſſime diebus florere incipiunt. Totidemq; aut paulo pluribus defloreſcunt. Hordea uero cum
tardiſſime ſeptē. Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit: & menſe nono meti. Fabæ
in folia exeunt: ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. Reliqua legumina ſur/
culoſa ſunt. Ex iis ramoſa cicer: eruum: lens. Quoꝝdā caules ſpargūtur in terram: ſi nō habeant
adminiculū: ut piſoꝝ. Quod ſi nō habuere deteriora fiunt. Legumīnū unicaulis faba ſola. Vnus
& lupinis. Cæteris ramoſus: prætenui ſurculo. Omibus uero fiſtuloſus. Folium quædā a radice
mittunt: quædā a cacumine. Frumētū uero & hordeum utrūq; & qcquid in ſtipula eſt ī cacumi/
ne unum folium habet. Sed hordeo ſcabra ſunt: cæteris leuia. Multiplicia cōtra fabæ: ciceri: pi/
ſo. Frumētis folium harundinaceum. Fabæ rotundum: & magnæ legumīnum parti. Lōgiora er
uiliæ & piſo. Faſiolis ueroſa. Siſamæ & irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tantum: & papaue
ri. Legumina diutius florent: & ex iis eruum ac cicer. Sed diutiſſime faba. xl. diebus. Nō āt ſin
gulis capi tā diu: quoniā alio deſinēte alius incipit. Nec tota ſeges ſicut frumēti pariter. Siliquā
tur uero omnia diuerſis diebus: & ab ima primum parte paulatim flore ſubeūte. Frumēta cū de
floruere craſſeſcunt: maturānturq;: cum plurimū diebus. xl. perficiuntur. Itē faba. Pauciſſimis ci/
cer. Id enim a ſemente diebus. xl. perficitur. Milium & panicū & ſiſama & omīa æſtiua quadra/
ginta diebus maturantur a flore. Magna terræ cæliq; differentia. In ægypto enim hordeū ſex/
to a ſatu mēſe. Frumēta ſeptimo metuntur. In hellade hordeū. In pelopōneſo octauo & frumen
ta etiānum tardius. Grana in ſtipula crinito textu ſpicāt. In faba leguminibuſq; alternis lateri/
bus ſiliquātur. Fortiora hyeme frumēta leguminaq; in cibo. Tunicæ frumēto pluref. Hordeum
maxime nudū: & balica: ſed præcipue auena. Calamus altior frumēto ꝙ hordeo. Ariſta morda/
cior hordeo. In area exterūtur triticū & ſiligo & hordeū. Sic & ſerūtur pura: qualiter moluntur:
quia toſta nō ſunt. E diuerſo far: miliū: panicū purgari niſi toſta nō poſſūt. Itaq; hæc cū ſuis folli
culis ſerūtur cruda. Et far in uaginulis ſuis ſeruant ad ſatus: atq; nō torrēt. Leuiſſimū ex iis hor/
deum raro excedit. xv. libras: & faba. xxii. Pōderoſius far: magiſq; etiānū triticū. Far in ægipto
olyra cōficit. Tertiū genus ſpicæ hoc ibi eſt. Galliæ quoq; ſuum genuſ farris dedere: quod illic
brāce uocant: apud nos ſcandalam nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt: ꝙ fere quaternis libris
plus reddit panis: ꝙ far aliud. Populū romanū farre tātum e frumēto. ccc. ānis uſū Verrius tra
didit. Tritici genera plura quæ fecere gētes. Italico nullū eqdem cōpauerim cādore ac pōdere:
quo maxime decernit. Mōtanis mō compet italiæ agris externū. In quo pricipatum tenuit boe
tia: deinde ſicilia: mox africa. Tertiū pōdus erat thracio ſyrioq;: deinde ægyptio: athletaꝝ cū de
creto: quoꝝ capacitas iumētis ſimilis quē diximus ordinē fecerat. Græcia & pōticum laudauit:
quod in italiā nō peruenit. Ex omī eodē genere grani prætulit oreūtium & tragū dignes: & ſeli
nuntiū argumēto craſſiſſimi calami. Itaq; pingui ſolo hæc genera aſſignabat. Leuiſſimū & maxīe
inane ſeu tenuiſſimi calami in humidis ſeri iubebat: quoniā multo egeret alimēto. Hæ fuere ſen
tentiæ Alexādro magno regnāte: cū clariſſima fuit græcia atq; ī toto terraꝝ orbe potētiſſima:
ita tamē: ut ante mortē eius ānis fere centū quadragītaq; Sophocles poeta in fabula Tripto/
lemo frumētū italicū āte cūcta laudauerit: aduerbum trāſlata ſententia.
Et fortunatam italiam frumento caneſcere candido.
Quæ laus peculiaris hodie italico eſt. Quo magis admiror poſteros græcoꝝ nullā mentionem

BIUM

huius feciſſe frumēti. Nunc ex iis generibus quæ romā inuehūť leuiſſimū eſt gallicū atq; e cher
rōneſo aduectum: qppe nō excedūt in modiū uicenaſ libras: ſi qs granū ipſum ponderet. Adiicit
ſardium ſex libras: alexādrinum & trientes. Hoc eſt et ſicli pōdus. Boeticū totā librā addit: afri
cum & dodrātes. In trāſpadana italia ſcio uicenas quinas libras farris modios pēdere. Circa cluſi
um & ſenas. Lex naturæ certa eſt in quocūq; genere pane militari: tertia portio ad grani pōdus
accedat. Sicut optimū eſſe frumētum: quod impactū cōgium aquæ capiat. Quibuſdā gen̄ribus
per ſe pōdus: ſicut balearico: modio tritici panis pōdo xxx. reddit. Quibuſdā in ꝑmixtis: ut cy
prio & alexandrino. xx. ꝓpe libras nō excedentibus. Cypriū fuſcum ē: panē nigrum facit. Itaq;
miſcetur alexādrinum cādidum: redduntq; xxv. pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua
ſubigi: quod plerīq; maritimis in locis faciunt occaſione lucrandi ſalis uiliſſimum. Nō alia de cau
ſa oportuniora morbis corpora exiſtunt. Galliæ & hiſpaniæ frumēto in potum reſoluto qbus di
ximus generibus ſpuma ita cōcreta ꝓ frumēto utunť. Qua de cā leuior illis q̄ cæteris panis ē.
Differētia eſt & calami. Craſſior quippe melioris eſt generis. Plurimis tunicis thracium triticum
ueſtitur ob nimia frigora illi plagæ exquiſitum. Eadem cā & trimeſtria īuenit detinētibus terraſ
niuibus: quod tertio fere ſatum mēſe ut in reliquo orbe metiť. Totis hoc alpibus notum & hye
malibus ꝓuintiis. Nullum hoc frumento lætius. Vnicalamum præterea: nec uſq; capax: ſeritq;
nō niſi tenui terra. Eſt & bimeſtre circa thracium ſinum: quod xl. die quo ſatum ē matureſcit: mi
rumq; nulli frumēto plus eſſe pōderis: & furfuribus carere. Vtitur eo & ſicilia & achaia: monto
ſis utraq; partibus. Euboea quoq; circa cariſtum. In tantum fallitur Columella: qui ne trimeſtriſ
quidē ꝓprium genus exiſtimauerit eſſe cum ſit antiqſſimum. Græci trimenon uocāt. Tradunt ī
bactris grana tantæ magnitudinis fieri: ut ſingula ſpicas noſtras æquēt. Primum ex omibus fru
mētis ſeritur hordeum. Dabimus & dies ſerēdi cuiq; generi natura ſingulorꝫ expoſita. Hordeū
indis ſatiuum & ſilueſtre: ex quo panis apud eos præcipuus. Italici quidem maxīe oriza gaudēt:
ex qua ptiſanā cōficiunt: quā reliqui mortales ex hordeo. Orizæ quidē folia carnoſa: porro ſimi
lia: ſed latiora. Altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gēmeæ rotunditatis. Antiqſſimum ī ci
bis hordeum: ſicut athenienſium ritu Menādro auctore apparet & gladiatorꝫ cognoīe: q hordea
rii uocabantur. Polentā quoq; græci nō aliunde præferunt. Pluribus fit hæc mōis. Græci pfu
ſum aqua hordeum ſiccāt nocte una: ac poſtero die frigunt: deinde moliſ frāgunt. Sunt qui uehe
mentius toſtum rurſus exigua aqua aſpgant: ſiccentq; priuſq; molāt. Alii uero uirentibus ſpicis
decuſſum hordeum recens purgant: madidumq; in pila tundunt: atq; in corbibus eluunt: ac ſicca
tum ſole rurſus tundunt: & purgatum molunt. Quocunq; āt genere præparato uicenis hordei
libris: ternas ſeminis lini: & coriādri ſelibras: ſaliſq; acetabulo: torrentes ante oīa miſcēt ī mo
la. Qui diutius uolunt ſeruare cum polline ac furfuribus ſuis cōdunt nouis fictilibus. Italia ſine
perfuſione toſtum in ſuctilē formā molit: iiſdē additis: atq; etiā milio. Panē ex hordeo antiquiſ
uſitatū uita dānauit: quadrupedūq; tradidit refectibus. Ptiſanæ inde uſus ualidiſſimus ſaluberri
muſq; tantope probať. Vnū laudibus eius uolumē dicauit Hippocrates clariſſimuſ medicinæ ſci
entiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua uticenſi. In ægypto uero ea eſt que fit ex hordeo: cui ſūt bini
anguli. In boetia & africa genus ex quo fiat hordei glabrū appellat Turranius. Idē olyrā & ory
zā eādem eſſe exiſtimat. Ptiſanæ cōficiendæ uulgata rō eſt. Simili mō ex tritici ſemine tragū fit
in cāpania tantū & ægypto. Amilū uero ex omī tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri. In
uentio eius chio inſulæ debetur: & hodie laudatiſſimū inde eſt: appellatum ab eo q̄ ſine mola fi
at. Proximū trimeſtri: quod eſt minime pōderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua in ligneiſ uaſis: ita
ut integatur: qnquies in die mutata. Melius ſi & ī nocte: ita ut miſceať pariter emolitū prius q̄
aceſcat. Linteoq; aut ſportis ſiccatum tegulæ infundiť illitæ fermēto: atq; ita ī ſole dēſať. Poſt
chiū maxime laudať creticū: mox ægyptium. Probatur āt leuitate & leuore: atq; ut recēs ſit. Iā
& Catonis dictu. Apud nos hordei farina ad medēdū utūtur. Mirūq; in uſu iumētorꝫ ignib⁹ du
rato: ac poſtea mollito: offiſq; humana manu dimiſſis maiores in aluū uires toroſq; corporis fie
ri. Spicæ quædā binos ordines habēt: quædā plures uſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot differen
tiæ: lōgius: leuiuſq;: aut breuius: aut rotūdius: cādidius: nigriuſ: uel cui purpura eſt. Vltimo ad
polētā cōtra tempeſtates cādido maxima infirmitas. Hordeū frugū oīum nobiliſſimū ē: ſeri nō
ualet niſi in ſicca & ſoluta terra: ac niſi læta. Palea ex optimis. Stramēto uero eius nullū cōpať.
Hordeū ex omī frumēto minime calamitoſū: quia tollitur āteq; triticū occupet rubigo. Itaq; ſa
piētes agricolæ triticum cibariis tantū ſerūt. Hordeū ſarculo ſeri dicūt: ꝓpterea celerrime red
dit: fertiliſſimūq;. Quod in hiſpania & carthagine aprili mēſe collectū eſt: hoc ſeritur eodē men
ſe in celtiberia: eodemq; āno bis naſcitur. Rapitur omē a prima ſtatim maturitate feſtinātius q̄
cætera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam
fieri tradunt ſi non exacta maturitate tollatur.

Nō oīa frumēti genera ubiq; naſci: & de reliquis in oriente generibus. Ca. viii.

FRomenti genera nō eadem ubiq;: neq; ubi eadē ſūt iiſdem noībus. Vulgatiſſima far: quod

©BIUM

ãdoreũ ueteres appellauere: ſiligo: triticũ. Hæc plurimis terris cõia. Arinca galliarꝫ ꝓpria: copioſa & italiæ ẽ. In ægypto ãt ac ſyria ciliciaqꝫ & aſia ac græciæ pte peculiarẽs zea: olyra: typhe. Aegyptus ſimilaginẽ cõficit e tritico ſuo nequaqꝫ italicæ parem. Qui zea utũtur nõ habẽt far. Eſt & hæc italiæ in cãpania maxime: ſemẽqꝫ appellatur. Hoc debet nomẽ res præclara ut mox docebimus: Propter quã Homeruſ zederoſa rura dixit. Nõ ut arbitrãtur aliqui: quoniã uitã donaret. Amylum quoqꝫ ex ea fit priore craſſius. Hæc ſola differẽtia eſt. Ex omi genere duriſſimũ far: & cõtra hyemes firmiſſimũ. Patitur frigidiſſimos locos: & minus ſubactos: uel æſtuoſos ſitienteſqꝫ: primus antiquis latio cibus: magno argumẽto in adoreæ donis ſicuti diximus. Pulte ãt nõ pane lõgo tempore uixiſſe romanos manifeſtum. Quoniã inde & pulmẽtaria hodieqꝫ dicuntur. Et Ennius antiqſſimus uates obſidionis famẽ deſcribens offã eripuiſſe plorantibuſ liberis patres cõmemorat. Et hodie ſacra priſca atqꝫ nataliũ pulte fritilla cõficiuntur: uidet̃ qꝫ tã puls ignota græciæ fuiſſe: qꝫ italiæ polenta. Tritici ſemine auidius nullũ eſt: nec quo plus alimẽti trahat. Siliginẽ dixerim ꝓprie tritici delicias: cãdor eſt: & ſine uirtute: & ſine põdere: cõueniẽs humidis tractibus: quales italiæ ſunt & galliæ comatæ. Sed & tranſ alpes in allobrogum tantum auernorumqꝫ agro pertinax. In cæteris ibi partibus biennio in triticum tranſit. Remedium ut grauiſſima quæqꝫ grana eius ſerantur.

## ¶ De piſtoriis: & molitura: & farina. Ca. ix.

E Siligine lautiſſimus panis. piſtrinarꝫqꝫ opa laudatiſſima. Præcellit ĩ italia: ſi cãpana piſis natæ miſceatur. Ruffior illa: at piſana cãdidior: põderoſior uero cretacea. Iuſtum eſt e grano cãpanæ quã uocant caſtratã: e modio redire ſextarios quattuor ſiliginis. Vel e gregali ſi e caſtratura ſextarios qnqꝫ. Præterea floris ſemodiũ. Et cibarii quod ſecũdarium uocãt ſextarios quattuor. Furfuris ſextarios totidẽ. E piſana aũt ſiliginis ſextarios qnqꝫ. Cætera paria ſunt. Cluſinaarentiaqꝫ etiãnũ ſextarios ſiliginis aſſũmũt: in reliquis pares. Si uero pollinẽ facere libeat xvi. põdo panis redeũt. Et cibarii tria. Furfurꝫ ſemodiũ. Molæ diſcrimine hoc conſtat. Nã quæ ſiccæ moluntur plus farinæ reddũt. Quæ ſalſa aqua ſpſa candidiorẽ medullã: uerꝫ plus retinẽt in furfure. Farinã a farre dictã noĩe ipſo apparet. Siligineæ farinæ modius gallicæ xxii. libras panis r̃ddit. Italicæ duabꝰ tribus ue ãplius ĩ artoptitio pane. Nã furnaceis binas adiciũt libras ĩ quocũqꝫ genere.

## ¶ De ſimilagine & ſiligine & de aliis gñrib' & de piſtura. Ca. x.

Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex africo iuſtũ eſt e modius redire ſemodios: & pollinis ſextarios qnqꝫ. Ita enĩ appellãt in tritico: quod florẽ in ſiligine. Hoc ærariæ officinæ chartariæqꝫ utuntur. Præterea ſecũdarii ſextarios quattuor. Furfurꝫqꝫ tantũdem. Panes uero e modio ſimilaginis cxxii. E floris modio cxvii. Preciũ huic ãnona media in modio farinæ xl. aſſeſ. Similagini caſtratæ octonis aſſibus ãplius. Siligini caſtratæ duplũ. Eſt & alia diſtinctio. Similago. l. pollin ãt. xvii. põdo panis reddere uiſa tritici. xxx. cũ triente: & ſecundarii panis qnas ſelibras: totidẽ cibarii: & furfurꝫ ſextarios ſex. Siligo nunqꝫ matureſcit pariter: nec ulla ſegetum minus dilationẽ patit̃ ꝓpter teneritatem. Iiſqꝫ quæ maturuere ꝓtinus granũ dimittẽtibus: ſed minus qꝫ cætera frumẽta in ſtipula piclitatur: quoniã ſemp rectã hẽt ſpicã: nec rorẽ cõtinet: q rubiginẽ faciat. Ex africa dulciſſimus panis: ipſa ſpiſſior qꝫ far: & maior ſpica eadem & põderoſior. Raro modius grani nõ xvi. libras implet. Exteritur in græcia difficulter. Ob id iumẽtis dari ab Homero dicta. Hæc enim eſt quã uocat olyrã. Eadẽ ĩ ægypto facilis fertiliſqꝫ far ſine ariſta ẽ. Itẽ ſiligo excepta ea quæ laconica appellatur. Adiciũtur iis genera: bromos: ſiligo exceptitia: & tragos: externa omĩa ab oriẽte inuecta orize ſimilia. Tiphe & ipſa eiuſdẽ generiſ: ex qua fit in noſtro orbe oriza. Apud græcos eſt & iſia. Tradũtqꝫ eã ac tiphen cum ſint degeneres redire ad frumẽtum: ſi piſtæ ſerãtur: nec ꝓtinus: ſed tertio ãno. Tritico nihil eſt fertilius. Hoc enĩ natura ei tribuit: quoniã eo maxime alat hoĩem. Vtpote cũ e modio ſi ſit aptũ ſolũ: quale in bizãtio africæ cãpo centeni qnquageni modii reddantur. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto ꝓcurator eiuſ ex uno grano uix credibile dictu quadringẽta paucis minus germina. Extãtqꝫ de ea re epiſtolæ. Miſit & Neroni ſimiliter cccxl. ſtipulas ex uno grano. Cũ centeſimo qdem & leontini ſiciliæ cãpi fundunt. Aliiqꝫ: & tota betica: & in primis ægyptus. Fertiliſſima tritici genera ramoſum: aut quod cẽtigranũ uocãt. Inuẽtus ẽ iã & ſcapus unus cẽtũ fabis onuſtus. Aeſtiua frumẽta dixim' ſiſamã: milium: panicũ. Siſama ab indis uenit: ex ea & oleũ cõficiunt. Color eius cãdidus. Huic ſimile eſt in aſia græciaqꝫ eriſimũ: idemqꝫ erat: niſi pinguis eſſet: quod apud nos uocãt irionẽ: medicaminibus ãnumerandũ potiuſ qꝫ frugibus. Eiuſdem naturæ & hormiũ a græcis dictũ: ſed cymino ſimile: ſeriturqꝫ cũ ſiſama' hoc & irione. Nullũ aĩal ueſcitur uirẽtibus. Piſtura nõ oĩum facilis. Quippe & hetruria ſpicã farris toſti piſente pilo præferrato fiſtula ferrata: & ſtella intuſ dẽticulata: ut niſi intẽti piſant: cõcidãtur grana: ferroqꝫ frãgantur. Maior pars italiæ ruido utitur pilo: rotis etiã: quas aqua uerſet obiter: & molat. De ipſa rõe piſẽdi Magonis ꝓponet̃ ſẽtẽtia. Triticũ ante ꝓfundi aqua multa iubet. poſtea euelli. Deinde ſole ſiccatũ pila repeti. Simili modo hordeum. Huius ſextarios. xx. ſpargi duobus ſextariis aquæ. Lentẽ torrere prius: deinde cum

BIUM

furfuribus leuiter piſi. Aut additos ĩ ſextarios .xx. lateris crudi fruſto: & harenæ ſemodio. Eruiliam iiſdem modis quibus lentem. Siſamam in calida maceratam exporrigi. Deinde confricari: frigidæ immergi: ut paleæ fluctuent: iterumque exporrigi in ſole ſuper lintea. Quod niſi feſtinato pagatur: lurido colore muceſcere. Et ipſa quæ ãt eualuãtur uariã piſturaꝝ rõem habẽt. Acus uocatur cũ per ſe piſitur. Spica tantũ aurificũ ad uſus. Si uero in area terit̃ cũ ſtipula: palea ut maiore in terraꝝ parte ad pabula iumẽtoꝝ. Milii & panici & ſiſamæ appludã uocãt purgamẽta: alibi aliis noibus. Milio cãpania gaudet præcipue: pultẽq; candidam ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sarmataꝝ quoq; gentes hac maxime pulte alũtur: & cruda etiã farina equo lacte: uel ſanguine e cruris uenis admixto. Aethiopes nõ aliam frugẽ ꝙ milii hordeiq; nouere. Panico & galliæ quædã præcipue aquitania utitur. Sed circũpadana italia addita faba: ſiñ qua nihil cõficiũt. Põticæ gentes nullũ panico præferũt cibũ. Cætero æſtiua frumẽta riguis magis etiam ꝙ hymbribus gaudẽt. Miliũ & panicũ aquis minime: cum in folia exeũt. Vetant ea inter uitel arboreſq; frugiferas ſeri: terrã emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

De fermentis & panis faciendi ratio & genera: & quando primum piſtores romæ & de cribris & alica. Ca. xi.

Milii præcipuus ad fermẽta uſus e muſto ſubacti ĩ annuum tempus. Simile fit ex tritici ipſius furfuribus minutis & optimis e muſto albo triduo maturato ſubactis: ac ſole ſiccatis. Inde paſtillos in pane faciẽdo dilutos: cũ ſimilagine ſeminis feruefaciũt: atq; ita farinæ miſcẽt: ſic optimũ panẽ fieri arbitrãtes. Græci in binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermẽti cõſtituere. Et hæc quidẽ genera uindemiis tãtum fiunt. Quo libeat uero tẽpore ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruẽti foco: uel fictili patina torrentur cinere & carbone: uſq; dũ rubeãt. Poſtea opiuntur in uaſis donec aceſcãt: hinc fermẽtum diluit̃. Cũ fieret autẽ panis hordeaceus eruiliæ aut cicerulæ farinæ ipſæ admixtione fermẽtabãtur. Iuſtũq; erat duæ libræ in qnq; ſemodiol. Nũc fermẽtũ fit ex ipſa farina quæ ſubigit̃ prius ꝙ addatur ſal ad pultis modũ decocta: & relicta donec aceſcat. Vulgo uero nec ſufferuer faciũt: ſed tãtum pridie aſſeruata materia utuntur. Palãq; natura ẽ acore frumẽtarii: ſicut & ualidiora eſſe corpora quæ frumẽtato pane alũtur. Quippe cũ apud ueteres põderoſiſſimo cuiq; præcipue tritico ſalubritas perhibita ſit. Panis ipſius uaria genera ꝓſequi ſupuacuũ uidet̃. Alias ab obſoniis appellari ut oſtrearii. Alias a deliciis ut artolagani. Alias a feſtinatione ut ſpeuſtici. Necnõ a coquẽdi rõe ut furnacei uel artopticii: aut in clibanis cocti nõ pridẽ etiã e parthis aduecto: quem alii aquaticũ uocãt: quoniã aqua trahitur a tenui & ſpõgioſa inanitate: alii pthicũ. Sũma laus ſiliginis bonitate & cribri tenuitate cõſtat. Quidam ex ouis aut lacte ſubigũt. Butyro uero gentes etiã pacatæ ad opis piſtorii genera trãſeunte cura. Durat ſua piceno in panis inuentione gratia ex alicæ materia cũ nouẽ diebus macerata: decimo ad ſpeciem tracta. & ſubacta uuæ paſſæ ſucco eſt. Ibi poſtea in furnis oliis indita: quæ rũpant̃ ibi torrent. Neq; eſt ex eo cibus niſi madefacto: quod fit lacte maxime mulſo. Piſtores romæ nõ fuerunt ad perſicũ uſq; bellũ: ãnis ab urbe cõdita ſup qngentos octoginta. Ipſi panes faciebãt quirites: mulieꝝq; id opus erat: ſicut etiã nũc in plurimis gentiũ. Artopteſiam Plautus appellat in fabula: quã aululariã ſcripſit. Magna ob id cõcertatione eruditoꝝ: an is uerſus poetæ ſit illius: certum ꝙ ſit Attei Capitonis ſentẽcia. Toſtũ panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſque tantũ eos qui far piſebant noiatos. Nec cocos uero habebãt in ſeruitiis: eoſque ex macello conducebãt. Cribroꝝ genera galliæ ſetis equoꝝ inuenere: hiſpaniæ lino excuſſoria & pollinaria: ægyptus e papyro atq; iũco. Sed inter hæc dicat̃ prima & alicæ ratio: præſtãtiſſimæ ſaluberrimæq;: quæ palma frugũ indubitãter italiam cõtingit. Fit ſine dubio & in ægypto ſed admodũ ſpnẽda. In italia uero pluribus locis: ſicut ueronẽſi piſanoq; agro. In cãpania tamẽ laudatiſſimus campus eſt: mõtibus ſubiacet nimboſis totis qdem .xl. mil. paſ. planicie. Gratia terræ eius (ut ꝓtinus ſoli natura dicatur) puluerea ſũma: inferior bibula: & pumicis fiſtulãs uice. Mõtium quoq; culpa ĩ bonũ cedit. Crebros enim hymbres percolat atq; trãſmittit: nec dilui aut madere uoluit ꝓpter facilitatem culturæ. Ea ĩẽ acceptũ humorẽ nullis fõtibus reddit: ſed tẽpat: & cõcoquẽs intra ſe uice ſuſi cõtinet. Seritur toto ãno: panico ſemel: bis farre. Et tamẽ uere ſegetes quæ intergeuere fũ ſunt roſam odoratiorem ſatiua: adeo terra nõ ceſſat parere. Vnde uulgo dictũ plus apud cãpanos ũguẽti: ꝙ apud cæteros olei fieri. Quãtum aũt uniuerſas terras campus circũ campanus antecedit: tantũ ipſum pars eius: quæ laboriæ uocant̃: quem phlegræũ græci appellãt. Finiũẽ laboriæ uia ab utroque latere conſulari: quæ a puteolis: & quæ a cumis capuam ducit. Alica fit e zea quam ſemen appellauimuſ. Tunditur granũ eius in pila lignea. Nam lapidis duritia coteritur. Nobilius ut notum eſt pilo uictoꝝ penali opa. Primori ineſt pixis ferrea excuſſis inde tunicis. Iteꝝ iiſdem armamentis nudata cõciditur medulla. Ita fiunt alicæ tria genera: minimũ: ac ſecundarium: grandiſſimum uero apherema appellant. Nõdũ habent candorẽ ſuũ quo præcellũt. Iam tamen alexandrinæ præferũtur. Poſtea miꝝ dictu admiſcet̃ creta: quæ tranſit ĩ corpus: coloremque & teneritatem affert. Inuenitur hæc inter puteolos & neapolim in colle leucogeo ap

pellato: Extatque Diui Augusti decretum quo anno ad uicena milia neapolitanis pro eo nume-
rari iuſſit e fiſco ſuo: colonia deduceſ capuam. Adiecitqꝫ cām afferendi: quoniā negaſſent cāpani
alicā cōfici ſine eo metallo poſſe. In eodem reperitur & ſulphur. Emicātqꝫ fōtes oraxi oculorum
claritati: & uulneꝝ medicinæ: dentiūqꝫ firmitati. Alica adulterina fit maxime e zea quæ in aſtica
degenerat. Latiores eius ſpicæ nigrioreſqꝫ: & breui ſtipula. Piſunt cum harena: & ſic quoqꝫ diffi
culter cōterunt utriculos. Fitqꝫ dimidia modii mēſura. Poſteaqꝫ gypſi pars quarta inſpgit̃: atqꝫ
ut cohæſerit farinario cribro ſubcernunt. Quæ in eo remanſit exceptitia appellat̃: & grādiſſima
eſt. Rurſus quæ tranſit arctior̃ cernit̃: & ſecundaria uocatur. Itē cribraria: quæ ſimili mō in ter-
tio remāſit cribro anguſtiſſimo: & tantum harenas traſmittēte. Alia rō ubiqꝫ adulterandi. Ex tri
tico candidiſſima atqꝫ grandiſſima eligunt grana: & ſemicocta in ollis: poſtea arefaciūt ſole ad ini
tium: rurſuſqꝫ leuiter aſperſa molis frangunt. Ex zea pulchrius ꝗ ex tritico fit granum ꝗuis id
alicæ uitium ſit. Candorem āt ei ꝓ creta lacti incoctis mixtura cōfert.

## De leguminibus. Ca. xii.

SEquitur natura leguminum: īter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tētatus ſit ēt
panis. Lomentum appellat̃ farina ea: aggrauaturqꝫ pōduſ illa & omi legumine. Iam uero &
pabulo uenalis. Fabæ multiplex uſus: oīum quadrupedum generi præcipue homini. Frumento
etiā miſcet̃ apud pleraſqꝫ gentes: & maxime panico ſolida: ac delicatius fracta. Quin & priſco ri-
tu fabatia ſuæ religionis diis in ſacra eſt: præualens pulmētarii cibo & hebetare ſenſus exiſtima
ta: inſōnia quoqꝫ facere. Ob hoc pythagorica ſententia damnata. Vel (ut alii tradidere) quoniam
mortuoꝝ animæ ſunt in ea. Qua de cā parentando utiqꝫ aſſūmit̃. Varro & ob hæc flaminem ea
nō ueſci tradit: quoniam & in flore eius litteræ lugubres repiantur. In eadē peculiaris religio.
Nanqꝫ fabam utiqꝫ in frugibus referre mos eſt auſpicii cā: quæ ideo referuia appellatur. Et auc
tionibus eam adhiberi lucroſū putant. Sola certe frugum ēt exeſa repletur creſcēte luna. Aqua
marina alia ue ſalſa nō pcoquitur. Seritur ante uergiliaꝝ occaſū leguminum prima: ut antecedat
hyemē. Virgilius per uer eā ſeri iubet circūpadanæ italiæ ritu. Sed maior parſ malūt fabalia ma
turæ ſationis: ꝗ trimeſtrem fructum eius. Nāqꝫ ſiliquæ cauleſqꝫ gratiſſimi ſūt pabulo pecori.
Aquas in flore maxime cōcupiſcit: cum uero deflorult: exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt
lætificat ſtercoris uice. Ideo circa macedoniā theſſaliāqꝫ cū florere incepit uertūt arua. Naſcitur
& ſua ſpōte pleriſqꝫ ī locis: ſicut ſeptētrionalis oceani īſulis: quas ob id noſtri fabarias appellāt.
Itē in mauritania ſilueſtris paſſim: ſed prædura: & quæ pcoqui nō poſſit. Naſcitur & in ægypto
ſpinoſo caule. Qua de cā crocodili aculeos timētes refugiunt. Lōgitudo ſcapo quattuor cubitoꝝ
eſt. Ampliſſima craſſitudo. Octona genicula hēt: molli calamo. Simile caput papaueri: color̃ ro
ſeo. In eo fabæ nō ſupra tricenas. Folia ampla: Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix pꝗlata.
Incolaꝝ cibus cruda: & omīo decocta. Harūdinū radicibus ſimilis: Naſcitur & ī ſyria ciliciaqꝫ & ī
thorone chalcidis lacu. Ex leguminibus āt nouēbri ſerūtur lens: & in græcia piſa: Lens amat ſo-
lum tenue magis ꝗ pingue: cælū utiqꝫ ſiccum. Duo genera eius ī ægypto: alteꝝ rotūdius nigri
uſqꝫ: alteꝝ ſua figura. Vnde uario uſu trāſlatū ē in lēticulas nomē. Inuenio apud auctores æqua
nimitatem fieri ueſcētibus ea. Piſū in apricis ſeri debet: frigoꝝ impatiētiſſimū. Ideo in italia & in
auſteriore cælo nō niſi uerno tēpore terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cū ſalſilagine:
ideo ſolum urit. Nec niſi madefactū pridie ſeri debet. Differentiæ plures: magnitudine: figura:
colore: ſapore. Eſt enī arietino capiti ſimile: unde ita appellatur. Albū nigrūqꝫ eſt & colūbinū
quod alii uenerium uocāt: cādidū: rotundū: leue. Arietino minus: quod ī religio puigilii adhib&.
Eſt & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habēs ueluti piſum. Dulciſſimum autē id quod
eruo ſimillimum: firmiuſqꝫ quod nigrum & ruffum ꝗ quod album. Siliquæ rotundæ ciceri: cæ-
teriſqꝫ leguminum lōgæ: & ad figurā ſeminis latæ. Piſo cilindraciæ. Faſioloꝝ cum ipſis mādun-
tur granis. Serere eos qua uelis terra licet ab idibus octobris in Kalen̄. nouēbris. Legumia cū
matureſcere cœperint rapiēda ſunt: quoniā cito exiliunt: latentqꝫ cum decider̃ ſicut & lupinum.

## De rapis & napis amiterinis. Ca. xiii.

QVā ꝗ prius dixiſſe cōueniat de rapis: in tranſcurſu eas attiger̃ noſtri: paulo diligētius græ-
ci: & ipſi tamē inter hortēſia. Si iuſtus ordo fiat a frumēto ꝓtinus aut certe faba dicendis.
Quādo alii præſtātior uſus ab iis nō eſt. Ante omīa nāqꝫ cunctis aīalibus naſcuntur: nec in no-
uiſſimis. Satiāt ruris alitum quoqꝫ genera: magiſqꝫ ſi decoquātur aqua. Quadrupedes & frōde
eaꝝ gaudent. Et homini non minore rapacioꝝ ſuis horis gratia ꝗ cimaꝝ. Flaccidoꝝ quoqꝫ & in
horreis enecatoꝝ: uel maior̃ ꝗ uirentiū. Ipſa uero durant & in ſua terra ſeruata. Et poſt a paſſo
pene ad alium ꝓuētum famē ꝗ ſentiri ꝓhibēt. A uino atqꝫ meſſe tertius hic tranſpadanis fruc-
tus. Terrā non moroſe eligit: pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore ultro
aluntur amplitudine mirabili. Vidi. xl. libras excedētia. In cibis quidē noſtris pluribus mōis cō
mēdātur: durātqꝫ ad alia ſinapis acrimonia domita: etiā coloribus picta: præter ſuum ſemē: ſex
aliis: purpureo quoqꝫ: neqꝫ aliud in cibis tingui decet. Genera eoꝝ græci duo prima fecere: ma

ſculinũ fœmininũq; & ea ſerẽdi mõ ex eodem ſemine. Denſiore enĩ ſatu maſculeſcere: itẽ ĩ terra
difficili. Semen præſtãtius quo ſubtilius. Species uero oium tres. Aut enĩ in latitudinem fũdi:
aut in rotunditatẽ globari. Tertiã ſpeciẽ ſilueſtrẽ appellauere: in lõgitudinẽ radice ꝓcurrente:
raphani ſimilitudine & folio ãguloſo ſcabroq;: ſucco acri. Qui circa meſſem exceptus oculos pur
gat: medeturq; caligini admixto lacte mulieꝝ. Frigore dulciora fieri exiſtimantur & grandiora.
Tepore in folia exeunt. Palma in nurſino agro naſcẽtibus. Taxatio ĩ libras ſeſtertii ſinguli: & in
penuria bini.. Proxima in algido natis. Napi uero amiternini quoq; eadem fere natura gaudent
æque frigidis. Serũtur & ante Kalẽ. martias in iugero ſextarii quattuor. Diligẽtiores qnto ſul
co napũ ſeri iubẽt: rapã quarto utroq; ſtercorato. rapã latiorem fieri ſi palea ſeminet̃. Serere nu
dum uolunt precãtem ſibi & uicinis ſerere ſe. Satus utriq; generi iuſtus inter duoꝝ numinũ dies
feſtos Neptũni atq; Vulcani. Feruntque ſubtili obſeruatione quota luna ꝓcedente hyeme nix
prima ceciderit: ſi totidem numinum die intra prædictum temporiſ ſpatium ſerantur mire proue
nire. Seruntur & uere in calidis atque humidis.

## De lupino. Ca. xiiii.

LVpino eſt uſus ꝓximus: cum ſit & homini & quadrupedũ generi ungulas habẽti cõis. Re
medium eius ne metẽtes fugiãt exiliendo. ut ab hymbre tollat̃. Nec ullius quæ ſerũtur na
tura aſſenſu terræ mirabilior eſt. Primũ oĩum cũ ſole quottidie circũagit̃: horaſq; agricoliſ ẽt nu
bilo demõſtrat. Ter præterea floret. Terrã amat: terraq; opiri nõ uult. Et unũ hoc ſeritur non
arato: ubi fuerit maxime ſabuloſa: & ſiccat atq; etiã harenoſa. Coli utiq; nõ uult. Tellurem adeo
amat: ut q̃uis fruteto ſolo cõiectũ inter folia ueprẽſque: ad terrã tamẽ radice ꝑueniat. Pingue
ſcere hoc ſatu arua uineaſque diximus. Itaque deo nõ eget fimo: ut optimi uicẽ repræſẽtet. Ni
hil aliud nullo impẽdio cõſtat: ut quod ne ſerendi qdem gratia opus ſit afferre ꝓtinus ſeritur ex
aruo. Ac ne ſpgi quidẽ poſtulat decidens ſpõte. Primũque oĩum ſerit̃: nouiſſimũ tollit̃. Vtrũq;
ſeptẽbri fere mẽſe: quia ſi nõ anteceſſerit hyemẽ: frigoribus obnoxium ẽ. Impune præterea ia
cet: uel derelictũ etiã: ſi nõ ꝓtinus ſicuti obruãt hymbres: ab omnibus aĩalibus amaritudine ſua
tutum. Pleꝝque tamẽ leui ſulco integunt. Ex denſiore terra rubricã maxime amat. Ad hãc alẽ
dã poſt tertium florem uerti debet: in ſabulo poſt ſecũdum. Cretoſa tantum limoſaque odit: & ĩ
iis nõ ꝑuenit. Maceratum calida aqua homini in cibo eſt. Nã bouẽ unũ modii ſinguli ſatiãt: uali
dumque præſtant. Quando etiam impoſitum puerorum uentribus pro remedio eſt. Condi ĩ fu
mo maxime conuenit: quoniam in humido uermiculi umbilicum eius in ſterilitatem caſtrant. Si
depaſtum ſit in fronde: inarari protinus ſolum opus eſt.

## De uitia: & eruo. Ca. xv.

ET uitia pingueſcũt arua: nec ipſa agricolis opoſa: uno ſulco ſata: nõ ſarrit̃: nõ ſtercoratur:
nec aliud q̃ deoccatur. Sationis eius tria tẽpora. Circa occaſũ arcturi: ut decẽbri menſe pa
ſcat. Tunc optime ſeritur in ſemẽ. Aeque nãq; fert depaſta. Secũda ſatio mẽſe ianuarii ẽ: nouiſ
ſima martio: ac tum ad frõdem utiliſſima. Siccitatẽ ex omĩbus quæ ſerũtur maxĩe amat: nõ aſp
natur etiam umbroſa. Ex ſemine eius ſi lecta matura eſt palea cæteris præfertur. Vitibus præri
pit ſuccum langueſcũtq; ſi in arbuſtis ſeratur. Nec erui opoſa cura eſt. Hoc amplius q̃ uitia run
catur: & ipſũ medicaminis uim optinẽs. Quippe per eũ Diuum Auguſtũ curatũ epiſtolis ipſius
memoria extat. Sufficiunt ſingulis boũ iugis modii quini ſati. Martio mẽſe ſatũ noxium eſſe bu
bus aiũt. Itẽ autũno grauedinoſũ. Innoxiũ aũt fieri primo uere ſatum.

## De fœno & farragine & de ocimo & medica & cytiſo. Ca. xvi.

ET ſicilia hoc eſt fœnũgræcum ſcarificatione ſeritur: nõ altiore quattuor digytoꝝ ſulco q̃
toq; peius tractatur: tanto prouenit melius. Raꝝ dictu: eſſe aliquid cui ꝓſit negligẽtiã. Id
aũt quod ſecale atq; farrago appellatur occari tantum deſiderat. Secale taurini ſub alpibus aſiam
uocãt: deterrimũ: & tantũ ad arcẽdũ famẽ utile. fœcũda ſed gracili ſtipula: nigricia triſte: ſed põ
dere præcipuũ. Admiſcetur huic far ut mitiget amaritudinem eius: & tamẽ ſic quoq; ingratiſſi
mũ uentri eſt. Naſcitur qualicũq; ſolo cũ centeſimo grano. Ipſũq; ꝓ lætamine ẽ. Farrago ex re
cremẽtis farris prædenſa ſerit̃: admixta aliquãdo & uitia. Eadẽ aliquãdo in africa fit ex hordeo.
Oĩa hæc pabularia. Degeñratq; ex leguminibus quæ uocat̃ cracca: in tãtum colũbis grata: ut
paſtas ea negent illius loci fugitiuas fieri. Apud antiquos erat pabuli genus: quod Cato ocimũ
uocat: quo ſiſtebant aluũ bubus. Id erat e pabulis ſegete uiridi deſecta anteq̃ gelaret. Sura Ma
nulius id aliter interpretatur: & tradit fabæ modios x. uitiæ duos tãtũdẽ: & eruiliæ ĩ iugero au
tũno miſceri & ſeri ſolitos. Melius & auena græca: cui nõ cadit ſemẽ admixta. Hoc uocitatũ oci
mum: boumq; cã ſeri ſolitum. Varro appellatũ a celeritate ꝓueniẽdi a græco: quod ocys oceoſ
dicunt. Medica externa etiã græciæ ut a medis aduecta per bella perſaꝝ quæ Darius intulit. Sed
uel ĩ primis dicẽda tanta dos eius: ut cũ uno ſatu amplius q̃ tricenis ãnis duret. Similis eſt trifo
lio caule: foliiſq; geniculata: quicqd in caule aſſurgit in folia cõtrahitur. Vnũ de ea & cytiſo uolu
mẽ Amphilochuſ fecit cõfuſum. Solum in quo ſerat̃ elapidatũ purgatũq;. Subigit̃ autũno: mox



Historiae naturalis - page 270 sur 530

aratum & occatū integitur crate iterꝝ & tertio: qnis diebus interpoſitis in fimo addito. Poſcit āt ſiccū ſuccoſum uel riguum. Ita præparatum ſeritur mēſe maio: alias pruinis obnoxia. Opus ē dēſitate ſeminis omia occupari: internaſcēteſqꝫ hærbas excludi. Id præſtant in iugera modia uicena: imouēdum ne adurat: terraqꝫ ꝓtinus integi debet. Si ſit humidū ſolū: hærboſū ue uincit: & deſciſcit in pratū. Ideo ꝓtinus altitudine unciali hærbis omībus liberāda eſt manu potius ꝙ ſarculo. Secatur incipiēs florere. : & quotiēs refloruit. Id ſexies euenit ꝑ ānos: cū minimū quater. In ſemen matureſcere ꝓhibendū eſt: quia pabulū utilius eſt uſqꝫ ad trimatū. Verno ſeri debet: liberariqꝫ cæteris hærbis. ad trimatū marris a ſolo radi. Itaqꝫ reliquæ hærbæ intereūt ſine ipſiꝰ dāno propter altitudinem radicum. Si euicerint hærbæ: remediū unicum eſt aratio: ſæpius uertendo: donec omēs aliæ radices intereāt. Dari nō ad ſatietatem debet: ne repellere ſanguinē neceſſe ſit: & uiridis utilior eſt. Areſcit ſurculoſe: ac poſtremo in puluerem inutilem extenuat. De cytiſo cui & ipī principatus datur in pabulis affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum oīum natura pagenda eſt: cuius in parte de uitiis quoqꝫ dicatur.

De uitiis frugū & remediis: & quid in quoqꝫ terræ genere debeat ſeri. Ca. xvii.

PRimū oīum frumēti uitium auena eſt: & hordeum in eā degenerat: ſicut ipſa frumēti fit inſtar. Quippe cū germaniæ populi edant eā: neqꝫ alia pulte uiuant. Soli maxime cæliqꝫ humore hoc euenit uitium. Sequentem cām habet imbecillitas ſeminis: cum diutius retentū eſt terra: priuſꝙ erūpat. Eadē eſt rō ſi carioſum fuit: cū ſereret. Prima aūt ſtatim eruptione agnoſcit: ex quo apparet in radice eſſe cām. Eſt & aliud in uicino auenæ uitium: cum amplitudine incohata granum: ſed nōdum natura: priuſꝙ roboretur corpuſ afflatu noxio caſſum & inane a ſpica euaneſcit quodā abortiuo. Venti aūt tribus temporibus nocent frumento & hordeo. In flore aut protinus cum defloruere: uel matureſcere incipientibus. Tūc enim exinaniūt grana. Prioribuſ cauſiſ naſci ꝓhibent. Nocet & ſol creber e nube. Naſcuntur & uermiculi in radice: cū ſementem hymbribus ſecutis incluſerit repentinus calor humorem. Gignūtur & in grano: cum ſpicæ in pluuiis calor inferueſcit. Eſt & cantharis dictus ſcarabeus paruus frumenta erodens. Omia ea aīalia cū cibo deficiunt. Oleū: pix: adeps cōtraria ſeminibus. Cauēdūqꝫ ne cōtacta eis tunc ſerāt. Hymber in hærba utilis quarto. Florētibus āt frumēto & hordeo nocet. Leguminibus inocuuſ: præterꝙ ciceri. Matureſcētia frumēta hymbre lædūtur: & hordeum magis. Naſcit & hærba alba panico ſimilis: occupās arua: pecori quoqꝫ mortifera. Nā lolium & tribulū & carduum: lappāqꝫ nō minus ꝙ rubū: inter frugū morbos potius ꝙ inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Cæleſte frugū uineaꝝqꝫ malum nullo minus noxium eſt rubigo. Frequētiſſima hæc ī roſcido tractu: cōuallibuſqꝫ ac pflatum nō habētibus. E diuerſo carent ea uētoſa & excelſa. Inter uitia ſegetū & luxuria ē: cum onerata fertilitate ꝓcumbūt: Cōe aūt oīum ſatoꝝ uitium urtica: etiā ciceris cū ſalſilagine eius abluēdo hymber dulcius id facit. Eſt hærba quæ cicer enecat & eruum circūligādo ſe: uocatur orobāche. Triticū ſimili mō era. Hordeum feſtuca quæ uocatur ægilos. Lentē hærba ſecuridaca: quā græci a ſimilitudine pelecinon uocāt. Et hæ qdem cōplexu necāt. Circa philippos aūt antranium noiant in pingui ſolo hærbā: qua faba necatur. Era nōnunqꝫ in macro: cū udam quidā uentus afflauerit. Eræ granum minimum eſt in cortice aculeato. Cum eſt ī pane celerrime uertigines facit. Aiuntqꝫ in aſia & græcia balneatoreſ cum uelint turbā pellere: carbonibus id ſemē inicere. Naſcitur & phalāgius in eruo beſtiola aranei generis: ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcunt in uitia: aliquādo e terra cocleæ minutæ miꝝ īmodum erodētes eā. Et morbi quidem hi ſunt. Remedia eoꝝ quæcūqꝫ ptinēt ad hærbas in ſarculo: & cum ſemē iactat cinere. Quæ uero in ſemine & circa radicem cōſiſtunt præcedente cura cauentur. Vino āt ſemina pfuſa minus egrotare exiſtimāt. Virgilius nitro & amurca pfundi iubet fabā: ſic etiā grādeſcere ꝓmittit. Quidam uero ſi triduo āte ſatum urina & aqua maceretur: præcipue adoleſcere putant. Terqdem ſartam modium fractæ e modio ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliis tuſis ſi miſceātur: nō eſſe uermiculis obnoxia: nec ſi interlunio ſerātur. Multi ad milii remedia rubetā noctu aruo circūferri iubēt priuſꝙ ſarriatur: defodiqꝫ in medio īcluſā uaſe fictili. Ita nec paſſerē nec uermē nocere: ſed eruendā prius ꝙ metatur: alioqn amaꝝ fieri. Quin & armo talpæ cōtacta ſemina uberiora eſſe. Democritus ſucco hærbæ quæ appellat aizoō ī teguliſ naſcēs tabuliſeſſum latine uero ſeduma (ut dicit ille) medicata ſeri iubet omnia ſemina. Vulgo uero ſi dulcedo noceat & uermes radicibuſ inhæreāt: remedium eſt amurca pura ac ſine ſale ſpargere: deinde ſarrire. Si in articulum ſeges ire cœperit runcare: ne hærbæ uincāt. Peſtē a milio atqꝫ panico ſturnoꝝ paſſeꝝ ue agmina ſcio abigi hærba: cuius nomē eſt ignotum: in quattuor angulis ſegetis defoſſa mirum dictu ut omnino nulla auis intret. Mures abiguntur cinere muſtellæ uel fellis diluto & ſemine ſparſo: uel decoctaꝝ aqua. Sed redolet uirus animaliū eoꝝ etiā in pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi utilius putant. Rubigo qdē maxima ſegetum peſtis lauri ramis in aruo defixis trāſit in eaꝝ folia ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in hærba dūtaxat: & depaſtæ qdem uel ſæpius nullam in ſpica iniuriā ſentiunt. Retōſaꝝ uero etiā ſemel omnino certum ē gra

num lõgius fieri: ſed iane caſſumq; ac ſatum nõ naſci. Babylone tamẽ bis ſecãt: tertio depaſcũt. Alioqn folia tantum fierẽt. Sic quoq; cum qntodecimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli. Verum diligẽtioribus cũ cẽteſimo qnquageſimo. Neq; eſt cura difficilis. Quãdiutiſſime aquari gaudent: ut præpinguis & denſa ubertas diluatur. Limum ãt nõ inuehunt euphrateſ tigriſq;: ſicut in ægypto nilus. Nec terra ipſa hærbas gignit. Vbertatis tamẽ tantæ ſunt: ut ſequẽte ãno ſponte reſtibus fiat ſeges impreſſis ueſtigio ſeminibus. Quæ tãta ſoli differẽtia ãmonet terræ genera in fruges deſcribere. Igitur Catonis hæc ſentẽtia eſt. In agro craſſo & læto frumentum ſeri. Si uero nebuloſus ſit. Idem raphanũ: milium: panicũ in frigido & aquoſo prius ſerendũ: poſtea ĩ calido. In ſolo ãt rubricoſo uel pullo: uel harenoſo ſi nõ ſit aquoſum lupinum. In cretoſo & rubricoſo & aquoſiore agro adoreum. In ſicco & non hærboſo nec umbroſo triticũ. In ſolo ualido fabã. Viciã uero ꝙ minime aquoſo hærbidoq;. Siliginẽ & triticũ in apto loco edito q ſole ꝙ diutiſſime torreat̃. Lentẽ in fruteto & rubicoſo: qui nõ ſit hærbiduſ. Hordeum in nouali & in agro quod r̃ſtibile poſſit fieri: trimeſtre ubi ſementẽ maturã facere nõ poſſit: & cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſentẽtia. Serenda eſſe ea in tenuiore terra: quæ nõ multo indigent ſucco: ut cytiſus & cicer: exceptis leguminibus quæ uelluntur e terra nõ ſubſecãtur. Vnde & legumia appellata: quia ita legũtur. In pingui ãt quæ cibi ſũt maioris: ut olus: triticum: ſiligo: linum. Sic ergo tenue ſolum hordeo dabitur. Minus enim alimẽti radix poſcit. Leuior terra dẽſiorq; tritico. In loco humili far adoreum potius ꝙ triticũ ſeratur. Tempato & triticum & hordeũ. Colleſ robuſtius: ſed minus reddunt triticum. Far & ſiligo & cretoſum & uliginoſũ ſolũ ſortiuntur.

De ꝓdigiis frugum & arãdi diſciplina: & uomeꝶ generibus. Ca. xviii.

EſT & in frugibus oſtentũ. Semel (quod eqdẽ inuenerim) accidit P. Elio Cn. Cornelio conſ. quo ãno ſupatus eſt Hãnibal. In arboribus enim tunc nata ꝓduñt frumẽta. Et quoniã de frugum terræq; generibus abũde diximus: nunc de arãdi rõe dicemus: ãte oĩa ægypti fœlicitate cõmemorata. Nilus ibi coloni uice fungẽs euagari ĩcipit (ut diximus) a ſolſtitio aut noua luna: ac primo lente: deinde uehemẽtius ꝙ diu in leone ſol eſt. Mox pigreſcit in uirginẽ tranſgreſſo: atq; in libra reſidet. Si. xii. cubitos nõ exceſſerit: fames certa eſt. Nec minus ſi xvi. exupauerit. Tãto enĩ tardius decidit: quãto abundãtius creuit: & ſementẽ arcet. Vulgo credebat̃ ab eius deceſſu ſerere ſolitos: mox ſues impellere ueſtigiis ſemina deprimẽtes: & in madido ſolo credo ãtiqtus factitatũ. Nũc quoq; nõ multo grauiore opa: ſed tamen inarari certum eſt: abiecta priuſ ſemina in limo digreſſi ãnis: hoc eſt nouembri menſe incipiente. Poſtea pauci runcãt: quod botaniſmon uocant. Reliqua pars nõ niſi cum falce arua uiſit pauloante Kaleñ. aprilis. Peragit̃ autẽ meſſis menſe maio: ſtipula nunq; cubitali. Quippe ſabulũ ſubeſt: granũq; limo tãtum cõtinet̃. Excellentius in thebaidis regionibus frumentum ꝙ paluſtribus ægyptiis. Similis rõ ſed fœlicitas maior babyloniæ ac ſeleuciæ euphrate atq; tigri reſtagnantibus: quoniã ibi rigandi modus manu tẽpatur. Syria quoq; tenui ſulco arat: cum multifariam in italia octoni boues ad ſingulos uomeres anhelãt. In omni quidẽ parte culturæ: ſed in hac quidem maxime ualet oraculũ illud. Quid quæq; regio patiatur. Vomeꝶ plura genera. Culter uocatur prædẽſam prius ꝙ præſcindatur: terrã ſecãs: futuriſq; ſulcis ueſtigia præſcribẽs inciſuris: quas reſupinus ĩ arãdo mordeat uomer. Alteꝶ genus eſt uulgare roſtratũ uti uectis. Tertiũ in ſolo facili nec toto porrectũ dentali: ſed exigua cuſpide: in roſtro latior. Hæc quarto generi: ſed exacutior ĩ mucronẽ faſtigiata: eodẽq; gladio ſcindens ſolũ: & acie lateꝶ radices hærbaꝶ ſecãs: nõ pridẽ inuẽtum in rhetia. Galliæ uero duas addiderũt rotulas: quod genus uocãt plãmorati. Cuſpis effigiem palæ hẽt. Serũt ita nõ niſi culta terra & fere noua. Latitudo uomeris ceſpites uerſat. Semẽ ꝓtinus iniiciunt. Crateſq; dentatas ſuptrahũt. Nec ſarrienda ſunt hoc mõ ſata: ſed ꝓ ſellis binis terniſq; ſic arãt. Vno iugo boum cẽſeri ãno facilis ſoli quadragena iugera: difficilis tricena iuſtum eſt.

De tẽporibus arandi: & iunctione boum. Ca. xix.

i IN arando magnope ſeruãdum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primũ? Agrũ bene colere. Quid ſecũdũ? Bene arare. Quid tertium? ſtercorare. Sulco uario ne ares. Tẽpeſtiue ares. Tepidioribus locis a bruma ꝓſcindi arua oportet: ac frigidioribus ab æquinoctio uerno. Et maturius ſicca regione ꝙ humida. Maturius dẽſa terra ꝙ ſoluta: pigui ꝙ macra. Vbi ſiccæ & graues æſtates terra cretoſa aut gracilis. Vtilius inter ſolſtitiũ & autũni æquinoctium arat̃. Vbi leues æſtus freqũetes hymbres pingue hærboſũq; ſolum. ibi melius caloribus. Altũ & graue ſolum etiã hyeme moueri placet. Tenue ualde & aridũ pauloante ſationis tẽpus. Sũt & hic ſuæ leges. Lutoſam terrã ne tangito. Vi omĩ arato. Prius ꝙ ares ꝓſcindito. Hoc uilitatẽ habet ꝙ inuerſo ceſpite hærbaꝶ radices necãtur. Quidã utiq; ab æquinoctio uerno ꝓſcidi uolũt: quodq; uere ſemel aratum eſt a tẽporis argumẽto ueruactũ uocat̃. Hoc in nouali atq; regeto neceſſarium eſt. Nouale eſt quod alternis ãnis ſeritur. Araturos boues ꝙ arctiſſime iungi oportet: ut capitibus ſublatis arent. Sic minime colla cõtundũt. Si inter arbores uiteſq; aret̃ ſiſcellis capiſtrarii: ne germinum tenera præcerpãt. Securiculã inſitiuam pendere: qua intercidãtur radices. Hoc

melius ꝗ̃ cõuelli aratro: boueſq; luctari. In arando uerſum pagi: nec ſtrigare in actu ſpiritus. Iuſtum eſt proſcindi ſulco dodrãtali iugeꝝ uno die: iterari ſexqiugeꝝ: ſi ſit facilitaſ ſoli. Si minus ꝓſcindi ſemiſſẽ: iterari aſſem. Quãdo & aĩalium labori natura leges ſtatuit. Oẽ aruũ rectis ſulcis: mox & obliquis ſubigi debet. In collibus trãſuerſo tantum monte arat̃: ſed mõ in ſuperiora mõ in inferiora roſtrãte uomere. Tantumq; eſt laboris hoi: ut etiã boum uice fungatur. Certe ſine hoc aĩali mõtanæ gentes ſarculis arãt. Arator niſi incuruus præuaricat̃. Inde trãſlatum hoc crimen in foꝝ. Ibi itaq; caueat̃: ubi inuẽtũ ẽ. Purget uomerẽ ſubĩn̄ ſtimulus cuſpidatus rulla. Scãna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur: glebæ ne exultent. Male aratur aruũ: quod ſatis frugibus occandũ eſt. Id demũ recte ſubactũ erit: ubi nõ intelliget̃ utro uomer ierit. In uſu ẽ: & collectitias interponere: ſi ita locus poſcat: ampliore ſulco: quæ in foſſas aquam deducant.

De occando: & quodã arationis genere: & iteratione: & reſectione. Ca. xx.

a Ratione per trãſuerſum iterata occatio ſeqtur: ubi res poſcit: crate uel raſtro: & ſato ſemĩe iteratio. Hoc quoq; ubi cõſuetudo patitur crate dẽtata: uel tabula aratro adnexa: quod uocant lerare: operientes ſemina. Vnde primũ appellata deliratio eſt. Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur uoluiſſe: cũ dixit optimam eſſe ſegetẽ: quæ bis ſolẽ bis frigora ſenſiſſet. Spiſſius ſolum ſicut pleꝛq; in italia qnto ſulco ſeri melius eſt: in thuſcis uero nono. At fabam & uitiam nõ ꝓſciſſo ſerere ſine dãno cõpendium operæ eſt. Nõ omittemus unam etiãnũ arandi rõem: ĩ tranſpadana italia belloꝝ iniuria excogitatam. Salaſſi cũ ſubiectos alpibus depopularentur agros: panicum miliumq; iam excreſcens tentauere. Poſtꝗ̃ reſpuebat natura inararunt. At illæ meſſes duplicatæ docuere quod nunc uocant artrare id eſt aratrare ut credo nũc dictũ. Hoc fit uel incipiẽte culmo: uel tum iam ſi aut bina terna ue emiſerit folia. Nec recẽs ſubtrahemus exemplum. In treuerito agro tertio ante hũc annum cõpertum. Nam cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent: reſeueret: reſarrientes campos menſe martio: uberrimaſque meſſes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

De cultura terræ. Ca. xxi.

S Iliginem: far: triticũ: ſemen: hordeum occato: ſarrito: runcato quibus dictum erit diebus. Singulæ opæ cuiuſq; generi in iugero ſufficient. Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat tẽporibus uernis: nouoſq; ſoles admittit. Qui ſarriet: caueat ne frumẽti radices ſuffodiat. Triticũ: hordeũ: ſemẽ: fabã bis ſarrire melius. Runcatio cũ ſeges ĩ articulo eſt euulſis inutilibus hærbis frugum radicem uindicat: ſegetemq; diſcernit a ceſpite. Leguminũ cicer eadẽ quæ far deſiderat. Faba runcari nõ geſtit: quoniã euincit hærbas. Lupinũ runcatur tantũ. Miliũ panicũ occatur: & ſerit̃: nõ iteratur: nõ rũcatur. Silicia & faſioli occãtur tantũ. Sunt genera terræ quaꝝ ubertas pectinari ſegetẽ in hærba cogat. Cratis & hoc genus dẽtatis ſtilis ferreis. Eademq; nihilominus & depaſcũtur. Quæ depaſta ſunt ſarculo iteꝝ excitari neceſſariũ. At ĩ bactris africa cyrene omĩa hæc ſuperflua. Quæ fecit indulgẽtia cæli: & a ſemẽte nõ niſi nonis mẽſibus in aream redeũt: qa ſiccitas coercet herbas: fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis ceſſar̃ arua ſuadet & hoc (ſi patiãtur ruris ſpatia) utiliſſimũ ꝓculdubio eſt. Quod ſi neget cõditio: far ſerendũ: unde lupinum aut uitia aut faba ſublata ſint: & quæ terram faciant lætiorẽ. In primiſq; & hoc notãdum quædam propter alia ſeri ob iter: ſed paꝝ prouenire priori diximus uolumine: ne eadem ſæpius dicantur. Plurimum enim refert ſoli cuiuſq; ratio.

Exẽpla diuerſaꝝ & de ſũma fertilitate: & biſera uite: & aquaꝝ differentia. Ca. xxii.

C Iuitas africæ in mediis ſita harenis ſyrtis petẽtibus leptin: quæ magna uocatur tacape fœlici ſup omẽ miraculum riguo ſolo: ternis fere milibus paſ. in oẽm ptem. Fons abũdat largus qdem: ſed certis horaꝝ ſpatiis diſpenſatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi ſubdit̃ olea: huic ficus: fico punica: illi uitis: ſub uite ſeritur frumentũ: mox legumẽ: demũ olus: omĩa eodem anno: omniaq; aliena ũbra aluntur. Quaterna cubita eius ſoli ĩ quadratũ: nec ut a porrectis metiantur digytis: ſed in pugnũ cõtractis quaternis denariis uenũdãtur. Sup omĩa ẽ biſerã uitem bis anno uindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur ubertas peant luxuria ſinguli fructus. Nunc uero toto ãno metit̃ aliquid. Cõſtatq; fertilitati nõ occurrere hoies. Aquaꝝ quoq; differentia magna riguis eſt. In narbonẽſi ꝓuintia nobilis fons orge nomine eſt. In eo hærbæ naſcũtur in tãtum expetitæ bubus: ut merſis capitibus totis eas quærãt uiribus. Sed illas in aqua naſcẽtes certum eſt nõ niſi hymbribus ali. Ergo qſ ꝗ ſuam terrã aquãq; nouerit.

De qualitate terræ: & ſtercoratione. Ca. xxiii.

S I fuerit illa terra quã appellauimus tenerã: poterit ſublato hordeo miliũ ſeri: eo cõdito raphanus: iis ſublatis hordeũ uel triticũ: ſicut in cãpania. Satiſq; talis terra arat̃ cũ ſerit̃. Alius ordo: ut ubi adoreũ fuerit ceſſet quattuor mẽſibus hybernis: & uernam fabã recipiat: aut ante hyemalem: ne ceſſet. Necnõ minus pinguis alternari poteſt ita: ſi frumento ſublato legumen tertio ſeratur. Gracilior & in ãnum tertium ceſſet. Frumẽtum qdã ſeri uetãt: niſi in ea quæ proximo anno quieuerit. Maximã huius loci partem ſtercorationis optinet rõ: de qua & priore dixi

mus uolumine. Hoc tantum unũ in cõfeſſo eſt: niſi ſtercorato ſeri non oportere: quãꝙ & hic le-
ges ſint ꝓpriæ. Milium: panicũ: rapa: napus niſi in ſtercoratione nõ ſerãtur. Nõ ſtercorato fru
mẽtum potius ꝙ hordeũ ſerito. Itẽ in noualibus tametſi in illis fabã ſeri uolunt: eãdẽ ubicunqꝫ
ꝙ recentiſſime ſtercorato ſolo. Autũno aliqd ſaturus ſeptẽbri menſe fimũ inaret poſt hymbrẽ.
Vtiqꝫ ſi uerno erit ſaturus: ꝑ hyemẽ fimum diſponat. Iuſtum eſt uehes xviii. iugero tribui. Di-
ſpgere aũt prius ꝙ areſcat: aut iactato ſemine. Si hæc omiſſa ſit ſtercoratio: ſequẽs eſt priusꝙ
ſerat ante puluerem. Quod ut hanc quoqꝫ curẽ determinemus: iuſtũ eſt ſingulas uehes fimi de-
nario ire: in ſingulas pecudes minores: in maiores denas: niſi hic male ſubſtrauiſſe pecori colonũ
appareat. Sũt qui optime ſtercorari putẽt ſub diuo retibus incluſa pecoꝝ manſione. Ager ſi non
ſtercoratur: alget. Si nimiũ ſtercoratus eſt: aduriẽ. Satiuſqꝫ eſt id ſæpe: ꝙ ſupramodum facerẽ.
Quo calidius ſolum eſt eo minus addi ſtercoris ratio eſt.

## De bonitate ſeminum: & diſciplina ſeminandi: & quantum ex quoque gene re frumenti in iugeto ſerendum: & temporibus ſerendi. Ca. xxiiii.

Semen optimum ãniculum: bimũ deterius: trimũ peſſimũ: ultra ſterile. Et ĩ imo oĩum defi-
nita genere rõ eſt. Quod in ima areæ ſubſedit ad ſemẽ reſeruãdũ eſt. Id enĩ optimũ quoni
am grauiſſimũ. Neqꝫ alio mõ utilius diſpgitur. Quæ ſpica per interualla ſemina habebit abiicie
tur. Optimum eſt granum quod rubet: & dẽtibus fractum eũdem habet colorem. Deterius cui
plus intus albi eſt. Certum terras alias plus ſeminis recipere: alias minus. Religioſũqꝫ inde pri-
mum colonis augurium: cum auidius accipiat eſurire creditur: & comeſſe ſemen. Satõnẽ locis hu
midis celerius fieri rõ eſt: ne ſemẽ hymbre putreſcat. Siccis ſerius: ut pluuiæ ſequantur: ne diu
iacens atqꝫ nõ cõcipiens euaneſcat. Itẽqꝫ feſtinata ſatione denſum ſpgi ſemẽ: qa tarde cõcipiat: ſe
rotina raꝝ: qa dẽſitate nimia necẽ. Artis quoqꝫ cuiuſdã eſt æqualiter ſpargerẽ. Manus utiqꝫ cõ
gruere deb& cum grado: ſempqꝫ cum dextro pede. Fit quoqꝫ quoꝝdã occulta rõe: ꝙ ſors genia
lis atqꝫ fœcunda eſt. Nõ trãſferendum eſt ex frigidis locis ſemẽ in calida: neqꝫ ex præcocibus ĩ
ſerotina: nihilqꝫ in cõtrarium præripe quadã falſa diligẽtia. Sererẽ in iugero tempati ſoli: iuſtum
eſt tritici aut ſiliginis modios v. farris aut ſeminis: quod frumẽti genus ita appellamus. x. hor-
dei vi. fabæ qntã partẽ amplius ꝙ tritici. Viciæ xii. Ciceris & cicerculæ & piſi. iii. Lupini x. Lẽ
tis. iii. Sed hãc cum fimo arido ſeri uolunt. Erui vi. Siliciæ vi. Faſioloꝝ. iiii. Pabuli xx. Milii pa-
nici ſext arios quattuor. Pingui ſolo plus: gracili minus. Eſt & alia diſtinctio. In denſo aut creto-
ſo aut uliginoſo ſolo tritici aut ſiliginis modios. vi. In ſoluta terra & nuda & ſicca & læta quattu
or. Macies enĩ ſoli maior: niſi raꝝ culmũ habeat: ſpicã minutã facit & ianẽ. Piguia arua ex una ſe
minis radice fruticẽ numeroſũ fundũt: denſãqꝫ ſegetẽ e raro ſemine emittunt. Ergo inter quattu
or & ſex modios: pro natura ſoli: alii qnqꝫ nõ minus ſeri: plures ue præcipiũt. Itẽ in cõſito aut cli
uoſo aut macro hoc ptinet. Oraculũ illud magnope cuſtodiẽdũ ſegetẽ ne defruges. Adiecit his
Accius in praxidico: ut ſererẽ cũ luna eſſet ĩ ariete: geminis: leone: libra: aquario. Zoroaſtres
ſole xii. ptes ſcorpionis trãſgreſſo cum luna eſſet in tauro. Seqtur huc dilata & maxima indigens
cura de tempore fruges ſerendi queſtio: magnaqꝫ ex pte rõe ſydeꝝ cõnexa. Quã ob rẽ ſentẽti-
as oĩum ĩ primis ad id pertinẽtes exponemus. Heſiodus qui prĩceps oĩum de agricultura præce
pit: unũ tempus ſerendi tradidit ad uergiliaꝝ occaſum. Scribebat enim in boetia helladis: ubi ita
ſeri diximus. Inter diligentiſſimos cõuenit ut in alitũ quadrupedũqꝫ genitura eſſe quoſdã ad con
ceptũ impetus terræ. Hos græci ita definiũt: cũ ſit calida & humida. Virgilius triticum & far ad
uergiliaꝝ occaſum ſeri iubet: hordeũ inter equinoctiũ autũni & brumã. Vitiã uero faſiolos & lẽ
tem boete occidẽte. Quo fit ut hoꝝ ſydeꝝ alioꝝqꝫ exortus & occaſus dirigẽdi ſint ĩ ſuos dies.
Sunt qui & ante uergiliaꝝ occaſum ſeri iubeãt dũtaxat in arida terra calidiſqꝫ ꝓuintiis. Cuſtodiri
enim ſemẽ corrũpente humorẽ: & a ꝓximo hymbre uno die erũpere. Alii ſtatim ab occaſu uergi
liaꝝ ſequi hymbres a ſeptimo fere die. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autũni in calidis ſerius:
ne ante hyemẽ luxurient. Inter omẽs aũt cõuenit: circa brumã ſerẽdum nõ eſſe magno argumẽ
to: quoniã hyberna ſemina cum ãte brumã ſata ſint ſeptimo die erũpãt: ſi poſt brumam: uix. xl.
Sunt qui ꝓperent: atqꝫ ita ꝓnũtient feſtinatã ſemẽtem ſæpe decipere: ſerotinã ſemp. E contra
rio alii uel uere potiuſ ſerẽdum ꝙ male in autũno. Atqꝫ ubi fuerit neceſſe inter fauoniũ & uernũ
æquinoctiũ. Quidã omiſſa cæleſti cura ut inutili tẽporibus definiunt. Vere linũ & auena: & pa
pauer: atqꝫ uti nũc etiã trãſpadani ſeruãt uſqꝫ in qnquatribus fabam. Siliginẽ nouẽbri mẽſe. Far
ſeptẽb i extremo uſqꝫ in idus octobris. Alii poſt hũc diẽ in Kalẽ. nouẽbris. Ita his nulla natu-
ræ cura eſt: illis nimia. Et ideo cæca ſubtilitas: cũ res inter ruſticos gerarẽ litteraꝝqꝫ expertes non
mõ ſydeꝝ. Et cõfitendũ eſt cælo maxime cõſtare ea. Quippe Virgilio iubẽte prædiſci uẽtos an
te oĩa ac ſydeꝝ mores. Neqꝫ aliter ꝙ nauigãtibus ſeruari. Spes ardua & imẽſa: miſceri poſſe cæ
leſtem diuinitatẽ impitiæ. Sed cõtemplãda tamẽ grãdi uitæ emolumẽto. Prius tamẽ ſyderalis
difficultas quã ſenſere etiã periti ſubiciẽda cõtemplationi eſt. Quo deinde lætior menſ diſcedat
a cælo: & facta ſentiat: quæ futura prænoſci nõ poſſũt.

t 4

©BIUM

## Digeſtio ſydeꝝ in noctes & dies. Ca.xxv.

PRimũ omniũ dieꝝ ipſoꝝ ãni ſoliſq; motus ꝓpe inexplicabilis rõ eſt. Ad ccclxv. adiiciũt etiamnũ intercalarios diei noctiſq; quadrãtes. Ita fit ut tradi nõ poſſit certa ſydeꝝ tempora. Accedit cõfeſſa reꝝ obſcuritas: nũc præcurrente: nec paucis diebus tempeſtatum ſignificatione quod ꝓchemaſin græci uocant: nũc poſtueniente: quod epichemaſin. Et pleꝝq; alias citius: alias tardius cæli effectu ad terrã deciduo. Vnde uulgo ſerenitate reddita confectum ſydus audimus. Præterea cum omnia hæc ſtatis ſyderibus cæloq; affixis cõſtent: interueniũt motus ſtellaꝝ grãdines: hymbres: & ipſi nõ leui effectu ut docuimus: turbãtq; cõceptæ ſpei ordinẽ. Idq; ne nobis tantum putemus accidere: & reliqua fallit animalia: ſagaciora circa hoc: ut uita eoꝝ cõſtet: æſtiuaſq; alites præpoſtere aut præpropere rigore: nec ante hybernos æſtus. Ideo Virgilius errantium quoq; ſydeꝝ rõem ediſcendam præcepit: ãmonens obſeruãdũ frigidæ Saturni ſtellæ tranſitum. Sũt qui certiſſimũ ueris indicium arbitrentur ob infirmitatẽ animalis papilionis ꝓuentũ. Ideo ipſo ãno cum cõmẽtaremur hæc notatũ eſt: ꝓuentũ eoꝝ ter repetito frigore extinctũ: aduenaſq; uolucres ad vi. Kaleñ. februarii ſpem ueris attuliſſe: mox ſæuiſſima hyeme cõflictatas. Res anceps primũ omnium a cælo peti legem. Deinde eam argumẽtis eſſe quærẽdam. Sup oĩa eſt mundi cõuexitas: terraꝝq; globi differentia: eodẽ ſydere alio tẽpore aliis apiẽte ſe gẽtibus. Quo fit ut cã eius nõ iiſdẽ diebus ubiq; ualeat. Addidere difficultatẽ & auctores diuerſis in locis obſeruãdo: mox etiã in iiſdẽ diuerſa ꝓdendo. Tres aũt fuere ſectæ: chaldæa: ægyptia: græca. His addit apud nos quartã Cæſar dictator ãnos ad ſolis curſũ redigẽs ſingulos. Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito. Et ea ipſa rõ poſtea cõperto errore correcta eſt. Ita ut xii. ãnis continuis nõ intercalaretur: quia cœperat ſydera ãnus morari: qui prius ãtecedebat. Et Soſigenes ipſe tribus cõmẽtationibus (quãq; diligẽtior eſſet cæteris) nõ ceſſauit tamẽ addubitarẽ ipſe ſe met corrigẽdo. Auctores ꝓdidere ea quæ ꝓtexuimus uolumini huic: raro illius ſẽtentia cũ alio congruente: Minus hoc in reliquis miꝝ: quos diuerſi excuſauere tractus. Eoꝝ q in eadẽ regione diſſidere unã diſcordiam ponemus: exempli gratia. Occaſũ uergiliaꝝ matutinũ Heſiodus (nã huius quoq; nomine extat aſtrologia) tradidit fieri: cũ æquinoctium autũni cõficeretꝛ. Thales xxv. die ab æquinoctio. Anaximãder xxix. Eudemõ xlviii. Nos ſequemur obſeruationẽ Cæſaris: maximeq; hæc erit italiæ rõ. Dicemus tamẽ & alioꝝ placita. Id quoniã nõ unius terræ: ſed totius naturæ interpretes ſumus: non auctoribus poſitis: id enim uerboſum eſt: ſed regionibus ut legentes tantum meminerint breuitatis gratia. Cũ attica nominata fuerit ſimul intelligere cycladas inſulas. Cum macedonia magneſiã: thraciam. Cum ægypto: phœnicẽ: cyprũ: ciliciã. Cũ boetia locridem: phocidem: & finitimos ſemp tractus. Cũ helleſpõtus cherſõneſũ: & cõtinẽtia uſq; athomõtem. Cum ionia aſiã & inſulas aſiæ. Cũ pelopõneſus achaiã: & ad heſpeꝝ iacẽtes terras. Chaldei aſſyriam & babyloniã demõſtrabũt. Africã: hiſpaniã: gallias ſileri nõ erit miꝝ. Nemo enim obſeruauit in iis: qui ſydeꝝ ꝓderet exortus nõ tamẽ difficili rõe dinoſcẽtur ĩ illis quoq; terris digeſtione circuloꝝ: quã in ſexto uolumine fecimus: qua cognitio cæli nõ gentium mõ: ueꝝ urbium quoq; ſingulaꝝ intelligitꝛ: nota ex iis terris quas nominauimus ſũpta cõuexitate circuli ptinẽtis ad quas quiſq; quæret & terras ad eaꝝ ſydeꝝ exortus: per oĩum circuloꝝ pares umbras. Indicandum & illud tẽpeſtates ipſas ardorẽs ſuos habere quadrinis ãnis. Et eaſdẽ nõ magna differẽtia reuerti rõe ſolis: octonis uero augeri eaſdẽ: centeſima reuoluente ſe luna. Omĩs aũt rõ obſeruata eſt tribus mõis: exortu ſydeꝝ: occaſuq;: & ipſoꝝ tempoꝝ cardinibus. Exortus occaſuſq; binis mõis intelligũtur. Aut enim aduentu ſolis occultãtur ſtellæ: & cõſpici deſinũt: aut eiuſdẽ abſceſſu ꝓferunt ſe in emerſum. Hoc melius q̃ exortũ cõſuetudo dixiſſet: & illud occultationẽ potius q̃ occaſum. Illo mõ quo die incipiunt apparere: uel deſinunt oriente ſole aut occidẽte: matutini ueſptini ue cognominati: prout alterutris eoꝝ mane uel crepuſculo cõtingit. Dodrantes horaꝝ (cum minimum) interualla ea deſiderant ãte ſoliſ ortũ uel poſt occaſum: ut aſpici poſſint. Præterea bis quædã exoriuntur & occidunt. Omiſq; ſermo de his eſt ſtellis: quas adhærere cælo diximus. Cardo tempoꝝ quadriptita ãni diſtinctione cõſtat. Per incrementa lucis augetꝛ hoc a bruma: & æquatꝛ noctibus: uerno æqnoctio in diebus. xc. tribus horis. Deinde ſupat noctes ad ſolſtitium diebus xciiii. horis xii. uſq; ad æqnoctium autũni. Et cũ æquata die ꝓcedit ex eo ad brumam diebus. lxxxix. horis tribus. Horæ nũc in omĩ acceſſione æqnoctiales nõ cuiuſcũq; diei ſignificantur: omneſq; eæ differentiæ fiunt in octauis ptibus ſinguloꝝ. Bruma capricorni ab octauo Kaleñ. ianuarii fere. Aequinoctium uernum arietis. Solſtitium cancri. Alteꝝq; æqnoctiũ libræ. Qui & ipſi dies raros nõ aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Rurſus hi cardines ſingulis etiãnum articulis tempoꝝ diuiduntꝛ per media omnes dieꝝ ſpatia. Quoniã inter ſolſtitium & æquinoctiũ autũni: fidiculæ occaſus qui autũnum inchoat dies xlvi. At ab æquinoctio eo ad brumã uergiliaꝝ matutinus occaſus hyemem dies. xliiii. Inter brumã & æquinoctium dies xlv. Flatus fauonii uernum tempus. Ab æquinoctio uerno initiũ æſtatis dies xlviii. uergiliaꝝ exortus matutinus. Nos incipiemus a ſementibus frumenti: hoc eſt uergiliaꝝ occaſu matutino. Nec

deinde paruoꝝ ſydeꝝ mentione cōcidenda rō eſt: & difficultas reꝝ augēda. cum ſydus uehemēs orionis iiſdē diebus lōgo decedat ſpatio. Semētibus tempora pleriq; præſumūt: & ab xi. die autūnalis æquinoctii fruges ſerūt: adueniente coronæ exortu cōtinuis diebus certo ꝓpe hymbriū ꝓmiſſu. Xenophō nō ante q̄ deus ſignū dederit. Hoc Cicero nouēbris hymbre fieri interp̄tatus eſt: cū ſit uera rō nō prius ſerendi q̄ folia cœpint decidere. Hoc ipſo uergiliaꝝ occaſu fieri putant. Aliqui ad. iii. idus nouēbris ut diximus ſeruāt: quoniā id ſydus etiā ueſtis inſtitoris ē: & eſt in cælo notatu facillimū. Ergo ex occaſu eius de hyeme augurātur q̄bus eſt cura negociatoris inſidiandi auaritiæ. Nubilo occaſu pluuioſam hyemē denuntiat: ſtatimq; augent lacernaꝝ precia. Sereno aſperam: & reliquaꝝ ueſtiū accēdūt. Sed ille īdocilis cæli agricola hoc ſignū hēt inter ſuos uepres: humūq; ſuā aſpiciens: cū folia uiderit decidua. Sic indicat̄ āni temperies: alibi tardius: alibi maturius. Ita eni ſētitur: ut cæli lociq; efficit natura. Idq; ī hac rōe præcellit quod eadē & in mūdo publica eſt: & unicuiq; loco peculiaris. Miret̄ hoc qui nō meminerit ipō brumali die pulegium in carnariis florere: adeo nihil eſſe occultum natura uoluit. Et ſerēdi igitur hoc ſignum dedit. Hæc eſt uera interpretatio argumētum naturæ ſecū afferens. Quippe ſe & terra peti ſuadet: ꝓmittitq; quādam ſtercoris uicē: & cōtra rigoris terrā: ſatuſq; operiri a ſe nuntiat: & monet feſtinari. Varro ī fabæ utiq; ſatu hāc obſeruationē cuſtodiri præcipit. Alii plena luna ſerendā. Lentē uero a xxv. ad xxx. Viciā quoq; iiſdē lunæ diebus. Ita demū ſine limacibus fore. Quidā pabuli cā ſic ſeri iubent: ſeminis āt uere. Eſt & alia manifeſtior rō mirabiliore naturæ ꝓuidentia. In qua Ciceronis ſententiam ipſius uerbis ſubſignabimus.

Iam uero ſemper uiridis: ſemperq; grauata
Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu.
Ter fruges fundens: tria tempora monſtrat arandi.

Ex his unum hoc erit idem & lino & papaueri ſerendo. Cato de papauere ita tradit. Virgas & ſarmenta quæ tibi in ſatione ſupant: ī ſegete cōburito. Vbi eas cōbuſſeris: ibi papauer ſerito ſilueſtre: quod in miro uſu eſt melle decoctum ad faucium remedia. Viſq; ſōnifera etiam ſatiuo. Et hactenus de hyberna ſemente.

¶ Replicatio totius culturæ: & quid quoq; menſe in agro fieri oporteat. Ca. xxvi.

VEꝝ ut pariter omis culturæ quoddā breuiarium pagatur: eodem tempore cōuenit & arbores ſtercorare: accumulare item uineas. Sufficit in iugeꝝ opa: & ubi patiet̄ loci rō arbuſta ac uineas putare: ſeminariis ſolum bipalio præparare: foueas aperire: aquā de agro pellere: torcular lauare & recōder̄. A Kaleñ. nouembris gallinis oua ſupponer̄ nolito: donec bruma cōficiatur. In eum diem terna dena ſubiicito æſtate tota: hyeme pauciora: nō tamen infra nouena. Democritus talem futurā hyemem arbitrat̄: qualis fuerit brumæ dies: & circa eū terni: Item ſolſtitio æſtatem. Circa brumam pleriq; biſſeptē halcyonum fœtura uentoꝝ q̄etem molliuſ cælum: ſed & in his & in aliis omībus ex euentu ſignificationū intelligi ſydera debebunt: nō ad dieſ utiq; præfinitos ſpectari tēpeſtatum uadimonia. Per brumā uitem ne colito. Vina tū defæcari: etiam diffūdi Higinus ſuadet a cōfecta ea ſeptimo die utiq; ſi ſeptima luna cōpetat. Ceraſa circa brumā ſeri. Bubus glādem tūc aſpergi cōuenit in iuga ſingula modios. Largior ualitudinum infeſtat: & quocūq; tēpore detur ſi minus xxx. diebus cōtinuiſ data ſit: narrāt uerna ſcabie pœnitere. Materiei cædendæ tēpus hoc dedimus. Reliqāa opa nocturna maxime uigilia cōſtant: cū ſint noctes tanto āpliores. Qualos: crates: fiſcinas texere. Faces incidere. Rudicas præparar̄ īterdiu xxx. palos. xl. In lucubratione ueſptina rudicas v. palos x. Totidē antelucano. A bruma ī fauonium Cæſari nobilia ſydera ſignificāt. iii. chalen: ianuarii matutino: canis occidens. Quo die atticæ finitimis regionibus aquila ueſperi occidere tradit̄. Pridie nonas ianuarii Cæſari delphinus matutino exorit̄: & poſtero die fidicula. Quo ægypto ſagitta ueſpi occidit. Item ad vi. idus ianuarii eiuſdem delphini ueſpertino occaſu cōtinui dies hyemāt italiæ: & cū ſol in aquariū ſentiatur trāſire: quod fere. xvi. chalen. februarii euenit. viii. chalen. ſtella regia Venus appellata Tuberoni in pectore leonis occidit matutino. Et pridie nonas februarii fidicula ueſperi. Huius tēporis nouiſſimis diebus ubicūq; patietur cæli ratio: terram ad roſaꝝ & uineæ ſatum uerter̄ bipalio oportet. Iugero opæ lx. ſufficiunt. Foſſas purgare aut nouas facere. Antelucanis ferramēta acuere: manubria aptare. Dolia quaſſa ſarcire: ipſoꝝq; lanas ſcabēdo purgare: aut nouas facere. Antelucanis a fauonio ī æquinoctiū uernū Cæſari ſignificat. xvii. chalen. martii triduum uarie. Et viii. chalen. hirūdinis uiſu: & poſtero die arcturi exortu ueſpertino. Itē. iii. nonas martii Cæſar cācri exortu id fieri obſeruabit. Maior pars auctoꝝ uindemitoris emerſu. viii. idus aq̄lonis piſcis exortu: & poſtero die orionis. In attica miluum apparere obſeruatur. Cæſar & idus martias ferales ſibi ānotauit ſcorpionis occaſu: Xv. uero chalen. aprilis italiæ miluū oſtendit. Xii. chalen. equū occidere matutino. Hoc interuallū temporis negetiſſimū agricolis: maximeq; opoſū eſt. In quo præcipue falluntur. Neq; enī illo die uocātur ad munia: quo fauonius flare debeat: ſed quo cœpit. Hoc acri intentione ſeruandū eſt. Hoc illo mēſe ſignum deus hēt obſeruatione minime fal-

Iaci aut dubia. Si quis attendat unde ſpiret is uentus: quaq; parte ueniat diximus ſecũdo uolumi
ne: & dicemus mox paulo operoſius. Interim eo die (qſquis ille fuerit) quo flare cœpit: non utiq;
vi. idus februarii: ſed ſiue an̄ q̃ uer præuenerit: ſiue poſtq̃ hyemarit: poſt eã diẽ ĩquã inumera
ruſticoſ cura diſtrigat: & prima quæq; pagãt: quæ differri nequeũt. Trimeſtria ſerãt. Viteſ pu
tẽt qua diximus rõe. Oleæ curẽt. Poma ſerãt: iſerãtq;. Vineæ paſtinẽt. Semina digerantur.
Inſtaurentur alia. Harũdines: ſalices: geniſtæ ſerãtur cædãturq;. Serantur uero ulmi: populi:
platani: uti dictum eſt. Tum & ſegetes cõuenit purgare. Sarriñ hybernas fruges: maximeq; far:
Lex certa in eo cũ quattuor fibrarũ eſſe cœperit. Faba uero nõ anteq̃ triũ folioꝝ. Tũc quoq; le
ui ſarculo purgare uerius q̃ fodere. Florentẽ utiq; xv. primis diebus nõ attingere. Hordeũ niſi
ſit ſiccum ne ſerito. Putationẽ æquinoctio peractã habeto. Vineæ iugeꝝ quaternæ opæ putant:
alligãtq;. In arbuſto ſingulæ opæ xv. arbores. Eodẽ hoc tẽpoꝛ hortoꝝ roſarioꝝq; cura ẽ: quæ
ſepatim ꝓximis uoluminibus dicentur: eodẽ & topiarioꝝ. Tũc optimæ ſcrobes fiunt. Terra ĩ fu
tuꝝ ꝓſcinditur. Virgilio maxime auctore: ut glebas ſol coquat. Vtilior ſentẽtia quæ nõ niſi tẽ
peratũ ſolum in medio uere arari iubet: quoniã in pingui ſtatim ſulcos occupãt hærbæ. In gra
cili inſecuti æſtus exſicãt: certũq; ſuccũ futuris ſeminibus auferũt. Talea autũno melius arari cer
tum eſt. Cato uerna opera ſic diffinit: ſcrobes fieri: ſeminaria ꝓpagari in locis craſſis & humidis:
ulmos: ficos: poma: oleas: prata ſtercorari luna ſitiẽte. Quæ rigua nõ erũt ab afflatu fauonii de
fẽdit: purgari hærbas: malaſ radicitus erui: ſic⁊ iterpurgari: ſemiaria fieri: & uetera ſarciri. Hæc
anteq̃ uinea florere icipiat. Itẽq; pyro florẽte arare incipiat macra harenoſaq;. Poſtea utiq; gra
uiſſima & aquoſiſſima. Ita poſtremo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas lẽtiſci primũ fruc
tum oſtendentis ac pyri florentis. Erit & tertio in bulboꝝ ſatu ſcyllæ. Itẽ in coronamẽtoꝝ nar
ciſſi. Nãq; & hæc ter florent. Primoq; flore primã arationẽ oſtendũt: medio ſecũda: tertio no
uiſſimã: quãdo inter ſeſe alias notas prebent. Ac nõ in nouiſſimis cauetur: ne fabis florẽtibus at
tingatur hedera. Id eni noxiũ & exitiale eſt ei tẽpus. Quædã uero & ſuas habẽt notas ſicuti fi
cus. Cũ folia pauca in cacumine acetabuli mõ germinẽt: tunc maxime ſerẽdas ficus. Aequinocti
um uernum ad viii. Kalen̄. aprilis pagi uidetur. Ab eo ad uergiliaꝝ exortum matutinũ: Cæſari
ſignificãt chalen. aprilis. iii. nonas aprilis. In attica uergiliæ ueſperi occultãtur. Eædẽ poſtridie
in boetia. Cæſari ãt & chaldæis nonis ægypto oriõ & gladius eius incipiunt abſcõdi: Cæſari vi.
idus ſignificatur hymber libræ occaſu. xiiii. chalen. maii. Aegypto ſuculæ occidunt ueſpi: ſydus
uehemens: & terra mariq; turbidũ. xvi. atticæ. Xv. Cæſari cõtinuoq; triduo ſignificat. Aſſyriæ
aũt xii. chalen. hoc eſt uulgo appellatũ ſydus palilicium: quoniã xi. chalen. maii urbis romæ na
talis: quo fere ſerenitas reddiẽ. Claritatẽ obſeruationi dedit nimboꝝ argumẽto: hyadas appel
lantibus græcis has ſtellas. Quod noſtri a ſimilitudine cognois: græci ꝓpter ſues impoſitũ ar
bitrãtes imperitia appellauere ſuculas. Cæſari ad viii. chalen. notatur dies. vii. chalen. Aegyp
to hedi exoriuntur vi. chalen. Boetiæ & atticæ canis ueſpi occultatur. Fidicula mane oritur. v.
chalen. Aſſyriæ oriõ totus abſcõditur. Tertio ãt caniſ. Vi. nonaſ maii Cæſari ſuculæ matutino
exoriũtur. Et viii. idus capella pluuialis. Aegypto ãt eodẽ die canis ueſpi occultatur. Sic fere in
vi. idus maii q eſt uergiliaꝝ exortus decurrũt ſydera. In hoc tẽporis ĩteruallo xv. diebus prius
agricolæ rapiẽda ſunt ea: quibus pagẽdis ante æquinoctiũ nõ ſuffecerit. Dũ ſciat inde natam ex
probrationẽ fœdã putãtium uites per imitationem cantus alitis tẽporarii: quẽ cuculum uocãt.
Dedecus enim habetur: obprobriũq; maritũ: falcẽ ab illa uolucre in uite deprehẽdi: ut ob id pe
tulantiæ ſales etiã cũ primo uere ludantur. Auſpicio tamen deteſtabiles uidẽtur. Adeo minima
quoq; in agro naturalibus trahũtur argumẽtis. Extremo ãt panici miliiq; ſatioẽ ſt. Iuſtũ ẽ hoc
ſeri maturato hordeo: atq; etiã in eodẽ aruo. Eſtq; ſignũ illius maturitatis: & hoꝝ ſationis cõe.
Lucẽtes ueſpe per arua cicedelæ. Ita appellãt ruſtici ſtellãtes uolatus Græci uero lampyridas:
incredibili benignitate naturæ.

INe agricolæ aſpiciant ſtellas: ſed magis tempora ſerendæ frugiſ: & ortus occaſuſq;
ſyderis in quibuſdam hærbis: & de ſtellaꝝ ortu & occaſu. Ca. xxvii.

iAm uergilias in cælo notabiles natura fecerat: nõ tamẽ iis cõtenta terreſtres fecit alias ue
luti uociferãs. Cur cælum intueris agricola? Cur ſydera quæris ruſtice? Iã te breuiore ſõno feſ
ſum premũt noctes. Ecce tibi inter hærbas tuas ſpgo peculiares ſtellas: eaſq; ueſpe & ab opere
diſurgenti oſtẽdo. Ac ne poſſis præterire miraculo ſollicito. Vides ne ut fulgor igni ſimilis ala
rum cõpreſſu tegatur? ſecũ lucẽ habeat & nocte? Dedi ecce tibi herbas horaꝝ indiceſ: & ut ne ſic
quidem oculos tuos a terra reuoces. Heliotropiũ ac lupinum circũagũtur cũ ſole. Cur etiã nũc
altius ſpectas: ipſũq; cælum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce uergilias. In certis eæ dieb⁹
ꝓueniunt: durãtq; fœdere ſyderis huiuſce. Partũq; eas illius eſſe certum eſt. Proĩde qſqs æſti
uos fructus ante illas ſeuerit: ipſe fruſtrabitur ſeſe. Hoc interuallo & apicula ꝓcedẽs fabã flore
re indicat: fabaq; floreſcẽs eã euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indiciũ. Cũ germinare uide
ris moꝝ: iniuriam poſtea frigoriſ timerĩ noſtro. Ergo opator. Taleas oliuaꝝ poner. Ipſaſq; oleas

interradere. Rigare prata æquinoctii diebus primis. Cum herba creuerit ĩ feſtucã: arceř aquaſ.
Vineas pãpinare. Et huic lex ſua cũ pãpini quattuor digytos lõgitudine expleuerint. Pampinat
una opa iugeꝝ. Segetes iterare. Seritur uero diebus. xx. Ab æqnoctio iartura nocere & uineæ
& ſegeti exiſtimatur. Et oues lauãdi hoc idem tẽpus eſt. A uergiliaꝝ exortu ſignificant Cæſari
poſtridie arcturi occaſus matutini. iii. idus maii. Fidiculæ exortus. xii. Kaleñ. iunii capella ueſpe
occidens. Et in attica canis xi. Kaleñ. Cæſari orionis gladius occidere ĩcipit. iii. nonas iunii. Cæ
ſari & aſſyriæ aquila ueſperi oritur viii. idus. Arcturus matutino occidit italiæ. viii. &. iiii. idus.
Delphinus ueſperi exoritur. Xvii. chalen. iulii gladius orionis exoritur. Quod in ægypto poſt
quatriduũ. xi. chalen. eiuſdem orionis gladius Cæſari occidere incipit. viii. chal. iulii uero lõgiſſi
ma dies totius ãni & nox breuiſſima ſolſtitiũ cõficiunt. In hoc tẽporis interuallo uineæ pãpinan
tur: curaturq; ut uinea uetus ſemel foſſa ſit: bis nouella. Oues tõdentur. Lupinũ ſtercorãdi cau
ſa uertitur. Terra proſcinditur. Vicia in pabulum ſecatur. Faba metitur: deinde cõcutitur.

De pratis & repatiõe prati: & cotib⁹ & falcibus & deſcriptio frugũ & ſydeꝝ. Ca. xxviii.

PRata circa chalen. iunii cædũtur: quoꝝ facillima agricolis cura: ac minimi ĩpẽdii: hæc de ſe
poſtulat dici. Relinq debẽt in læto ſolo: uel humido: uel riguo: eaq; aqua pluuia rigari uia
publica. Vtiliſſimũ ſimul & hærbæ arare: deinde cratire: ſereř florẽ ex fœnilibus: atq; ex præ
ſepibus fœno dilapſum ſpargere: priuſq; cratiãtur. Nec primo anno rigari: nec paſci ante ſecũda
fœniſecia: nec hærbæ uellãtur: obtrituq; hebetẽtur. Seneſcũt prata: reſtituiq; debent: faba in
iis ſata: uel rapis: uel milio. Mox in ſequẽte ãno frumẽto: rurſuſq; in prata tertio relinq. Præte
rea quotiens ſecta ſint ſicilire: hoc eſt quæ fœniſeces prætereũt ſecari: Eſt enim ĩ primis inutile
enaſci hærbas ſemẽtaturas. Hærba optima in prato trifolii: proxima graminiſ: peſſima nimmu
li. Siliqua etiã dira ferendis: inuiſa & equiſelis eſt: a ſimilitudine equinæ ſetæ. Secãdi tẽpus cum
ſpica deflóreſcere cœperit: atq; roborari. ſecãdũq; anteq; inareſcat. Cato fœnũ inquit nõ ſeces:
priuſq; ſemẽ matuꝝ ſit. Quidã pridie rigãt ubi ſũt rigua. Noctibus roſcidis ſecari meliuſ. Quæ
dam partes italiæ poſt meſſem ſecãt. Fuit hoc quoq; maioris impendii apud priores creticis tã-
tum: trãſmariniſq; cotibus notis: nec niſi oleo falcis aciem excitãtibus. Igitur cornu ꝑpter oleũ
ad crus ligato fœniſeca incedebat. Italia aquarias cotes dedit: limæ uice ĩpantes ferro. Sed aqua
ria ꝑtinus uirent. Falcium duo genera. Italicũ breuius: ac uel ĩter uepres quoq; tractabile. Gal
liaꝝ latifũdia maioris cõpendii: quippe medias cædunt hærbas: breuioreſq; prætereũt. Itali fœ
num ex una dextera manu ſecant. Iuſtũ eſt una opa iugeꝝ ĩ die deſecari: alligariq; manipulos tria
milia. cc. quaternoꝝ põdo. Sectum uerti ad ſolem: nec niſi ſiccũ conſtrui oportet. Ni fuerit hoc
obſeruatum diligenter: exhalare matutino nebulã quãdam: metaſq; mox ſole accẽdi. & cõflagra
ri certum eſt. Rurſus rigari deſecta oportet: ut ſeceř autũnale fœnũ: quod uocant cordum. In-
terãnæ in umbria quater ãno ſecãtur etiã nõ rigua. Ter uero pleriſq; in locis: & poſtea ĩ ipſo pa
bulo nõ minus emolumẽti eſt q̃ a fœno. Armẽtoꝝ id cura: iumẽtoꝝq; ꝑgeneratio ſuum cuiq;
cõſilium dabit. Optimũ maxime quadrigaꝝ quæſtus. Solſtitiũ peragi in viii. parte cãcri & viii.
Kaleñ. iulii diximus. Magnus hic anni cardo: magna res mũdi. Ex hoc uſq; ad brumã decreſcunt
dies: qui creuerũt ſex mẽſibus. At ſol ipſe ad aqlonẽ ſcãdens aſper: ardua emẽſus ab ea meta ici-
pit flecti: & digredi ad auſtrũ: aucturus noctes aliis ſex mẽſibus: ablaturuſq; diei menſuram. Ex
hoc deinde cõuehendi rapiendiq; fructus alios atq; alios tẽpus: & præparãdi ſe cõtra ſæuam fe-
ramq; hyemẽ: dicebatq; hoc diſcrimẽ indubitatis notis ſignaſſe naturã. Quã ob rẽ eas manibuſ
ipſis agricolaꝝ ingeſſit: uertiq; iuſſit ipſa die folia: & eſſe cõfecti ſyderiſ ſignum. Nec ſilueſtrium
tantũ arboꝝ remotaꝝq;: ne in ſaltus deuios mõteſq; eundũ eſſet quærẽtibus ſigna. Non rurſus
ꝑximaꝝ urbanaꝝq;: & quæ topiario tantũ uſu colũtur: quãq; & in iis illa uiſantur. Vertit oleæ
ante pedes ſatæ. Vertit tiliæ ad mille uſus petẽdæ. Vertit populi albæ: etiam uitibus nuptæ.
Adhuc paꝝ eſt inquit: ulmũ uite dotatã habes. Et huius ueterinoꝝ pabulo uerſa folia ſtringis.
Stringens ãt deputas. Aſpice & tenebis ſydus. Alia parte cælũ reſpiciũt q̃ qua ſpectauere pri-
die. Salice omia alligas. Humillima arboꝝ ipſe toto capite altior: & huius folia circũagũť: qd te
ruſticũ quereris: Nõ ſtat per me quo minus cælum ĩtelligas: & cæleſtia ſcias. Dabo & auribus ſi
gnum. Palumbiũ utiq; exaudi gemitus. Trãſiſſe ſolſtitiũ cãtu ne putes: niſi cũ incubãtem uide-
ris palumbẽ. A ſolſtitio uſq; ad fidiculæ occaſũ. vi. chalen. iulii Cæſari orion exoriť. Zona autẽ
eius. iiii. nonas aſſyriæ. Aegypto uero procyon matutino æſtuoſus: quod ſydus apud romanoſ
nõ habet nomẽ: niſi caniculam hãc uelimus intelligi: hoc eſt minorẽ canẽ. Sane ut ĩ aſtris pingi-
tur. Eſt ãt magnope ptinẽs ſicut mox docebimus. iii. nonas chaldæis corona occidit matutino.
Atticæ oriõ totus eo die exoritur. Pridie idus iulii & ægyptiiſ oriõ deſinit exoriri. Xvi. chalen.
augufti aſſyriæ procyon exoritur. Deinde poſtridie fere ubiq; cõfeſſũ inter omẽſ ſydus ĩdicabiſ:
quod canis ortũ uocamus ſole primã partẽ leonis ingreſſo. Hoc fit poſt ſolſtitium xxiii. dies. Sẽ
tiunt id maria & terræ: multæ uero & feræ ut ſuis locis diximus. Neq; ẽ ei minor ueneratio: q̃
deſcriptis in deos ſtellis. Accenditq; ſolem: & magnam æſtus optinet cauſam. Xviii. chalen. au-

©BIUM

guſti ægypto aquila occidit matutino:eteſiarꝫq; prodromi flatus incipiūt.quod Cæſar.x.Kal.
ſentire italiā exiſtimauit. Aquila atticæ matutino occidit.iii.chalen.regia ĩ pectore leonis ſtella
matutino Cæſari ĩmergitur.viii.idus auguſti. Arcturus medius occidit.iii.idus fidicula occaſu
ſuo autūnum incohat uti is adnotat. Sed & uera rō id fieri inuenit.vi.idus eiuſdē. In hoc tẽporiſ
ĩteruallo res ſūma uitiū agit̃ decretorio uuis ſyderẽ illo:qđ caniculā appellamus. Vñ carbuncula
re dicũt̃ ut quodā uredinis carbone exuſtæ:nō cōpantur huic malo gradinis ꝓcellæ:nec quæq;
unq; ānonæ intulere caritatē. Agrorꝫ quippe mala ſũt illa. Carbūculos aũt regionū latepatenti
um:nō difficili remedio:niſi calūniari magis naturā rerꝫ hoīes q̃ ſibi ꝓdeſſe mallent. Ferũt De-
mocritum qui primus intellexit oſtēditq; cū terris cæli ſocietatem:ſpernētibus hāc curam eius
opulentiſſimis ciuibus prouiſa olei caritate ex futuro uergiliarꝫ ortu qua diximus rōne:oſtende-
muſq; iam plenius.magna utilitate tunc ꝓpter ſpem oliuæ coemiſſe ĩ toto tractu omē oleū: mi
rātibus qui paupta tē & q̃etem doctrinarꝫ ei ſciebāt ĩ primis cordi eſſe. Atq; ut apparuit cā & ĩ-
gens diuitiarꝫ curſus:reſtituiſſe mercedē anxiæ & auidæ dominorꝫ pœnitētiæ:cōtentus ita pro
baſſe opes ſibi(cū uellet)in facili fore. Hoc Seſtius poſtea e romanis ſapiētiæ ſectatoribus athe
nis fecit eadem rōe. Tāta litterarꝫ occaſio eſt. Quas equidem miſcebo agreſtibus negociiſ q̃ po
tero dilucide atq; perſpicue. Pleriq; dixere rorē inuſtū ſole agri frugibus rubiginis cām eſſe:&
carbūculi uitibus. Quod ex parte falſū eſſe arbitror:oēmq; uredinē frigore tantū inoxio cōſtarẽ
ſole. Id manifeſtū fiet attēdentibus. Nā primū oīum hoc nō euenire niſi noctibus:& ante ſolis
ardorem:deprehēditurq;:totūq; lunari rōe cōſtat:quoniā talis iniuria nō fit niſi interlunio: ple
na ue luna:hoc eſt præualente utroq; enim habitu plena eſt:ut ſæpius diximus. Sed interlunio
oē lumē quod a ſole accipit cælo regerit. Differētia utriuſq; habit⁹ magna:ſed manifeſta. Nāq;
interlunio æſtate calidiſſima eſt:hyeme gelida. E cōtrario in plenilunio æſtate gelidas facit noc
tes:hyeme tepidas. Cauſa euidēs. Sed alia redditur a Fabiano græciſq; auctoribus. Aeſtate enĩ
interlunio neceſſe eſt ut cū ſole nobis ꝓximo circulo currat:igne eius cominus recepto cādēs:ea
dem interlunio abſit hyeme:quādo abſcedit & ſol. Itē plenilunio æſtiuo ꝓcul abeat auerſa ſoli.
Hyeme aũt ad nos per æſtiuū circulū accedat. Ergo p ſe roſcida:quotiẽſ alget:infinitū quātum
illo tẽpore cadētes pruinas cōgelat. Ante oīa aũt duo genera cæleſtis iniuriæ meminiſſe debe-
mus. Vnum quod tẽpeſtates uocamus:in quibus grādines:ꝓcellæ:cæteraq; ſimilia intelligun
tur. Quæ cū acciderint uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſyderibus exeũt:ut ſæpius dixi
muſ ueluti arcturo:orione:hædis. Alia ſunt illa:quæ ſilēte cælo ſereniſq; noctibus fiunt:nullo
ſentiente:niſi cum facta ſunt. Publica hæc:& magnæ differētiæ a prioribus:aliis rubiginē:aliis
uredinem:aliis carbūculū appellātibus. Omnibus uero ſterilitatem:De his nunc dicemus:a nul-
lo ante nos prædicta:priuſq; cauſas reddemus.

De tempeſtatibus utriuſq; tẽporis:& remediis ſterilitatum. Ca.xxix.

Væ ſunt præter lunarem pauciſq; cæli locis eſſe cōſtat. Nāq; uergiliæ priuati attinent ad
fructus:ut quarꝫ exortu æſtas incipiat:occaſu hyems ſemeſtri ſpatio:intra ſe meſſes uinde
miaſq;:& oīum maturitatem cōplexæ. Eſt præterea in cælo qui uocatur lacteus circulus etiā ui
ſu facilis. Huius defluuio uelut ex ubere aliquo ſata cūcta lacteſcũt:duorꝫ ſyderꝫ obſeruatione:
aqlæ in ſeptētrionali parte:& in auſtrina caniculæ. Cuius mētionē ſuo loco fecimus. Ipſe circu-
lus fertur per ſagittariū & geminos:ſolis centrum infra æquinoctialem circulum ſecans:cōmiſſu
ras eorꝫ optinēte hinc aquila:illinc canicula. Ideo effectus utriuſq; ad omēs frugiferas ꝑtinet ter
ras. Quoniā in iis tantū locis ſolis terræq; cētra cōgruunt. Igit̃ horꝫ ſyderꝫ diebus ſi purus atq;
mitis aer genitalē illū lacteūq; ſuccū trāſmiſerit in terras læta adoleſcūt ſata. Si luna qua dictū ē
rōe roſcidum frigus aſpſerit:admixta amaritudo:ut in lacte:puerperiū necat. Modus ĩ terris hu
ius iniuriæ quā fecit in quacūq; cōuexitate comitatus utriuſq; cauſæ. Et ideo nō ꝑiter ĩ toto or-
be ſentit̃:ut nec dies. Aquilā dixim⁹ in italia exoriri ad.xiii.chalen.ianuarii. Nec patit̃ rō natu
ræ quicq; in ſatis ante eū diem ſpei eſſe certæ. Si uero interluniū incidat:oēs hybernos fructus
& præcoces lædi neceſſe eſt. Rudis fuit priſcorꝫ uita:atq; ſine litteris. Nō minus tamē ingenio
ſam fuiſſe in illis obſeruationē apparebit:q̃ nūc eſſe rōem. Tria nāq; tempora fructibus metue
bant:propter quod iſtituerũt ferias:dieſq; feſtos:rubigalia:floralia:uinalia. Rubigalia Numa
cōſtituit āno regni ſui xi.quæ nūc agũtur ad vii.chalē.maii. Quoniā tūc ferẽ ſegetes rubigo oc
cupat. Hoc tẽpus Varro determinat ſole tauri partē decimā optinēte:ſicut tūc ferebat rō. Sed
uera cā eſt ꝙ poſt dies undeuiginti ab æqnoctio uerno:per id quatriduū:uaria gentiū obſerua-
tione.in.iiii.chalen.maii canis occidit:ſydus & per ſe uehemēs:& cui præoccidere caniculā ne-
ceſſe ſit. Idem itaq; floralia.iiii.chalen.eaſdem inſtituerũt urbis āno qngenteſimo ſextodecimo
ex oraculis ſybillæ:ut oīa bene defloreſcerent. Hūc diem Varro determinat:ſole tauri partē
quartādecimā optinēte. Ergo ſi in hoc quatriduū inciderit pleniluniū:fruges & oīa quæ flore
bunt lædi neceſſe erit. Vinalia priora quæ ante hos dies ſunt.xi.chalen.martii deguſtādis uinis
inſtituta nihil ad fructus attinēt. Nec quæ adhuc diximus ad uites oleaſq;:quoniā earꝫ cōceptuſ

exortu uergiliaꝝ incipit ad.vi.idus maii:ut docuimus. Aliud hoc quatriduū eſt: quod neqꝫ rore
ſordere uelint. Exhorrēt enī frigidum ſydus arcturi poſtridie occidēs: & multo minus pleniluni
um incidere. IIII. nonas iunii iteꝝ aqla exoritur ueſpi: decretorio die florētibus oleis uitibuſque
ſi pleniluniū in eum incidat. Eqdē & ſolſtitiū. viii. chalen. iunii in ſimili caſu dixerim: & canis or/
tum poſt dies a ſolſtitio. xxiii. Sed interlunio accidēte: quoniā uapore cōſtat culpa: aciniqꝫ præ/
coquūtur in callum. Rurſus pleniluniū nocet ad. iiii. nonas iulii cū ægypto canicula exorit̃. Vel
certe. xvi. chalen. auguſti cū italiæ. Itē. iiii. chalen. auguſti cū aqla occidit: uſqꝫ in. x. chalen. ei⁹
dem. Extra has cauſas ſunt uinalia altera quæ agunt̃ ad. xiii. chalen. ſeptēbris. Et Varro a fidicu
la incipiēte occidere mane determinat ꝙ uult initium autūni eſſe. Et hūc diem feſtum tēpeſtatu
bus leniendis eſſe inſtitutū. Nūc fidiculā occidere ad. vi. idus auguſti ſeruat̃. Intra hæc conſtat
cæleſtis ſterilitas. Neqꝫ negauerim poſſe eā permutari arbitrio legētium: locoꝝ æſtimātiū na/
turas. Sed a nobis rōem demōſtratam eſſe ſatis ē. Reliqua obſeruatiōe cuiuſqꝫ cōſtabūt. Alte/
rutrū quidē fore in cā: hoc ē plenilunium: aut iterluniū nō erit dubiū. Et in hoc mirabilem admi
rari benignitatē naturæ ſuccurrit. Iam primū hanc iniuriam omibus ānis accidere nō poſſe prop
ter ſtatos ſydeꝝ curſus. Nec niſi paucis noctibus āni. Idqꝫ quādo futuꝝ ſit facile noſci. Ac ne p
omēs menſes timeret̃ eaꝝ quoque lege diuiſum. Aeſtate interlunia præterqꝫ biduo ſecura eſſe.
Hyeme plenilunia. Nec niſi æſtiuis breuiſſimiſque noctibus metui. Nō diebus item ualer̄. Præ
terea tam facile itelligi: ut formica minimum aīal interlunio quieſcat. Plenilunio etiam noctibus
opetur. Auem param oriente ſirio ipſo die nō appere: donec & occidat. E diuerſo uiriorem ꝓdi
re ipſo ſolſtitii die. Neutꝝ uero lunæ ſtatum noxium eſſe: nec noctibus qdem: niſi ſerenis: & oī
aura qeſcente: quoniā neque in nube: neque in flatu cadunt rores. Sic quoque non ſine ṙmedio.
Sarmēta aut paleaꝝ aceruos & euulſas hærbas frutices per uineas cāpoſque cum timebis incēdi
to. Fumus medebit̃. Hic e paleis & cōtra nebulas auxiliatur: ubi nebulæ nocent. Quidam tres
cācros uiuos cremari iubent in arbuſtis: ut carbūculi nō noceant. Alii ſiluri carnem leuiter uri a
uento: et per totam uineam fumus diſpgatur. Varro auctor ē: ꝙ fidiculæ occaſu quod ē initium
autūni uua picta cōſecretur inter uites minus nocere tempeſtates. Archibius ad Antiochum ſy/
riæ regem ſcripſit: Si fictili nouo obſerata obruatur rubeta rana in media ſegete nō eſſe noxias
tempeſtates. Opera ruſtica huius interualli. Tertiam iterare. Vbi æſtiua regio poſcat: accumu/
lare. Germinātia niſi in ſolo luxurioſo fodiēda nō ſunt. Seminaria purgari ſarculo. Meſſem hor/
deaceā facer̄. Areā ad meſſē creta præpare Catonis ſētētia amurca tēpata Virgilii opoſius. Ma
iore ex pte æquāt tātū: & fimo bubulo dilutior̄ illinunt. Id ſatis ad pulueris remedium uidet̃.

¶ De meſſe & tritico & palea & frumento ſeruando. Ca. xxx.

m Eſſis ipſius rō uaria. Galliaꝝ latifundus ualli prægrādes dētibus ī margine infeſtis: duabuſ
rotiſ per ſegetem impellūtur: iumento in cōtrariū iūcto. Ita directæ in uallū cadunt ſpicæ.
Spiculæ alibi media falce præcidūtur: atqꝫ inter duas mergites ſpica deſtringitur. Alibi ab ra/
dice euellunt. Quod qui faciunt ꝓſcindi ab ſe obiter agrum interpretāt̃: cū extrahāt ſuccū. Dif
ferentia hæc. Vbi ſtipula domos cōtegunt: ꝗ lōgiſſimā ſeruant. Vbi fœni inopia eſt: ſtramēto
paleā quærunt. Panici culmo nō tegunt. Milii culmū fere inurunt. Hordei ſtipulā bubus gratiſ
ſimā ſeruāt. Panicū & milium pectine manuali ſigillatim legunt galliæ. Meſſis ipſa alibi tribulis
in area: alibi equoꝝ greſſibus exteritur: alibi perticis flagellatur. Triticū quo ſerius metitur: co
pioſius inuenitur. Quo celerius uero eo ſpecioſius & robuſtius. Lex aptiſſima ante ꝗ granū in
dureſcat: & cū iam traxerit colorem. Oraculū uero biduo celerius meſſem facere: potius ꝗ tri/
duo ſerius. Siliginis & tritici etiā rō in area horreoqꝫ. Far quia difficulter excutit̃ cōuenit cū pa/
lea ſua cōdi & ſtipula tantū: & ariſtis liberatur. Palea plures gentium ꝓ fœno utūtur. Melior ea
quæ tenuior: minutiorqꝫ: & pulueri ꝓpior. Ideo optima e milio. Proxima hordeo. Peſſima ex
tritico: præterqꝫ iumētis opere laborātibus. Culmū ſaxoſis locis cum inaruerit: baculo frangūt
ſubſtratu aīalium. Si palea deficit: & culmus teritur. Ratio hæc maturius defectus muria diu aſp
gitur. Dehinc in manipulos ſiccatus cōuoluitur: atqꝫ ita ꝓ fœno bubus datur. Sūt qui accēdunt
in aruo & ſtipulas magno Virgilii preconio. Sūma aūt rō: ut hærbaꝝ ſemē exurant. Ritus diuer
ſitatem magnitudo facit meſſium: & raritas opařioꝝ. Cōnexa ē rō frumēti ſeruādi. Horrea ope
roſa: tripedali craſſitudine: pariete lateritio exædificari iubent aliqui. Præterea ſupne īpleri: nec
afflatus admittere: aut feneſtras habere ullas. Alii ab exortu tātū æſtiuo aut ſeptētrione: eaqꝫ
ſine calce cōſtrui: quoniā ſit frumēto inimiciſſima. Nā quæ de amurca præceperint indicauimus
Alibi cōtra: ſuſpēdunt granaria lignea colūnis: & perflari undiqꝫ malūt: atqꝫ etiam a fundo. Ali
oīo pendūt: & ab afflatu extenuari granū arbitrāt̃: & ſi tegulis ſubiaceat: cōferueſcere. Multi
uentilare quoqꝫ uetant. Gurgulionē enim nō deſcēdere infra quattuor digytos: nec āplius peri
clitari. Columella & fauoniū uētum cōferre frumēto prædicit: quod miror equidē ſicciſſimū ali
oquin. Sunt qui rubetā ranā in limine horrei pede ē lōgioribus ſuſpēſam inuehere iubeāt. No/
bis referre plurimū tempeſtiuitas cōdēdi uidebitur. Nā ſi paꝝ toſtum atqꝫ robuſtū collectū ſit:

BIUM

aut calidum cōditū: inimica inaſci neceſſe eſt. Diuturnitatis cauſæ plures. Aut in ipſius grani co
rio: cū eſt numeroſius ut milio: aut ſucci pinguedine: qui ꝓ humore ſufficit tātum ut ſiſamæ: aut
amaritudine ut lupino & cicerrulæ. In tritico maxime creſcūt aīalia: quoniā ſpiſſitate ſua concale
ſcit: & furfure craſſo ueſtitur. Tenuior hordeo palea exilis & legumini: ideo non generant. Faba
craſſioribus tunicis opitur. Ob hoc efferueſcit. Quidā ipſum triticū diuturnitatis gratia aſpgunt
amurca mille modios quadrantali. Alii chalcidica aut careotica creta: aut etiam abſinthio. Eſt &
olynthi ac perinthi: euboeæ terra: quæ corrūpi nō ſinat. Nec fere cōdita in ſpica lædūtur. Vti-
liſſime tamē ſeruātur in ſcrobibus: quos ſyrios uocāt ut in cappadocia: & in thracia: & hiſpania:
africa. Ante omīa ut ſicco ſolo fiant curatur. Mox ut palea ſuſternātur. Præterea cū ſpica ſua cō
duntur. Ita frumēta ſi nullus ſpiritus penetret: certū eſt nihil maleficū naſci. Varro auctor eſt ſic
cōditum triticum durare ānis quinquaginta: milium uero centum. Fabam & legumina in oleariis ca
dis oblita cinere lōgo tēpore ſeruari. Idem fabā a pyrrhi regis ætate in quodā ſpecu ambraciæ
uſq; ad piraticum Pōpeii magni bellū duraſſe annis circiter. cxx. Ciceri tātum nullæ beſtiolæ in
horreis inaſcūtur. Sūt qui urceis cinere ſubſtratis & illitis acetū habētibus leguminū aceruos ſu
peringerāt: ita nō naſci maleficia credētes. Alii q in ſalſamētariis cadis gypſo illinūt. Alii q len-
tem aceto laſerpitiato reſpergant: ſiccatamque oleo inungant. Sed breuiſſima obſeruatio quod
uitiis carere uelis: interlunio legere. Quare plurimum refert: condere quis malit: an uendere.
Creſcente enim luna frumenta grandeſcunt.

## ¶ De uindemia & autūni temporibus. Ca. xxxi.

SEquitur ex diuiſione tempoꝝ. Autūnus a fidiculæ occaſu ad æquinoctiū: ac deinde uergiliaꝝ
occaſum: initiumq; hyemis iis interuallis ſignificatur. Pridie idus auguſti atticæ equus ori-
ens. Veſpera ægypto & Cæſari delphinus occidēt. XI. Kaleñ. ſeptēbris Cæſari & aſſyriæ ſtella
quæ uindemiator appellatur exoriri mane incipit: uindemiæ maturitatem promittēs. Eius argu
mētum erūt acini colore mutati. Aſſyriæ. v. chalen. & ſagitta occidit: & eteſiæ deſinūt. Vinde-
miator ægypto nō exoritur. Atticæ arcturus matutino: & ſagitta occidit mane. V. idus ſeptem
bris Cæſari capella oritur ueſperi. Arcturus uero medis pridie idus uehementiſſimo ſignificatu
terra mariq; per dies quinq;. Rō eius hæc traditur. Si delphino occidēte hymbres fuerint: nō fu
turos p arctuꝝ. Signū oriētis eius ſyderis ſeruet hirūdinū abitus: nāq; deprehenſæ intereunt.
Xvi. chalen. octobris ægypto ſpica: quā tenet uirgo: exoritur matutino: eteſiæq; deſinūt. Hoc
idem Cæſari. xiiii. chalen. Xiii. aſſyriæ ſignificāt & xi. chalen. Cæſari cōmiſſura piſcium occidēt.
ipſumq; æquinoctii ſydus. viii. chalen. octobris. Deinde cōſentiunt (quod eſt raꝝ) Philippus: Ca
lippus: Doſitheus: Parmeniſtus: Conō: Critō: Democritus: Eudoxus: Ion. iiii. chalen. octobris
capellam matutino exoriri. Et. iii. chalen. hædos. Vi. nonas octobris atticæ corona exorit. Ma
ne aſiæ & Cæſari. V. chalen. eniochus occidit matutino. III. chalen. Cæſari corona exoriri inci-
pit. Et poſtridie occidūt abditi ueſperi. Viii. idus octobris Cæſari fulgens in corona ſtella orit.
Et. iii. idus uergiliæ ueſperi. Idibus corona tota. Vi. chalend. nouembris ſuculæ ueſperi exo-
riuntur. Pridie chalen. Cæſari arcturus occidit: & ſuculæ exoriūtur cum ſole. IIII. nonas arctu-
rus occidit ueſperi. V. idus nouēbris gladius orionis occidere incipit. Deinde tertio idus uergi-
liæ occidunt. In his tēpoꝝ interuallis opa ruſtica napos: raphanos ſerere quibus diebus diximus.
Vulgus agreſte & rapā poſt ciconiæ diſceſſū male ſeri putat. Nos oīo poſt uulcanalia & præco-
cia cū panico. A fidiculæ āt occaſu uiciā: faſiolos: pabulū. Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Et fron
dis præparādæ tempus hoc eſt. Vnus frōdator quattuor frōdarias fiſcinas cōplere ī die iuſtum
habet. Si decreſcēte luna prepareť nō putreſcit. Aridā colligi nō oportet. Vindemiā ātiq nūq;
exiſtimauere maturā ante æquinoctiū. Iam paſſim rapi cerno. Quā ob rē & huius tēpora notis
argumētiſq; ſignētur. Leges ita ſe habent. Vuā calidā ne legito: hoc eſt in eius ſiccitate. Ac niſi
hymber interuenerit: Hāc ne legito rorulentā: hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit. Nec prius quā ſo
le diſcutiatur. Vindemiare incipito: cum ad palmitē pāpinus procūbere cœperit: aut cū exēpto
acino ex denſitate interuallū nō compleri apparuerit acinum nō augeri. Acino plurimū refert: ſi
contingat creſcente luna uindemiare. Preſſura una culleos. xx. implere debet. Hic ē pes iuſtus.
Ad totidem culleos & lacus. Xx. iugeribus unū ſufficit torculum. Premūtq; aliqui ſingulis: Vti
lius binis: licet magna ſit uaſtitas ſingulis. Lōgitudo in iis refert: nō craſſitudo. Spatioſa melius
premūt. Antiqui funibus uittiſq; loreis ea detrahebāt: & uectibus intra cauos: īuēta græcanica:
mali rugis per cocleas bullātibus palis: affixa arbori ſtella: a palis arcas lapidū attollente ſe cū ar
bore: quod maxime probatur. Intra. xxii. hos ānos inuētum paruis prælis: & minori torcularis
ædificio breuiore: & malo in medio decreto: tympana impoſita uinaceis: ſupne toto pōdere ur-
gere. & ſuper præla cōſtruere cōgeriem. Hoc & poma colligendi tempus & obſeruatio: cum ali
quod maturitate nō tēpeſtate deciderit. Hoc & fæces exprimēdi. Hoc & defrutū coquēdi: ſilē-
te luna noctu: aut ſi interdiu plena. Cæteris diebus aut ante exortū lunæ: aut poſt occaſū. Nec
de nouella uite aut paluſtri. Nec niſi e matura uua. Nec niſi e foliis deſpumādum. Quia ſi ligno

BIUM

cõtingatur uas aduſtum ac fumoſũ fieri putant. Iuſtum uindemiæ tempus ab æquinoctio ad uergiliaꝝ occaſum dies.xliiii. Ab eo die oraculũ occurrit: frigidũ picari ꝓ nihilo ducẽtium. Sed iam & chalen. ianuarii defectu uaſoꝝ uindemiantes uidi: piſcinisqꝫ muſta cõdi: aut uina effundi priora ut dubia reciperentur. Hoc nõ tam ſæpe ꝓuentu nimio euenit: q̃ ſegnicia inſidiãtium caritati ciuili. Sed æqui patrisfamilias modus eſt ãnonæ cuiuſqꝫ ãni utilitate. Id pæque lucroſiſſimũ. Reliqua de uinis affatim dicta ſunt. Item uindemia facta oliuam eſſe rapiendam: & quæ ad oleum ꝑtinent: quæqꝫ a uergiliaꝝ occaſu agi debent.

De lunari ratione. Ca.xxxii.

HIs quæ ſunt neceſſaria adiicientur de luna uentiſqꝫ & præſagiis: ut ſit tota ſyderalis rõ ꝑfecta. Nãqꝫ Virgilius etiã ĩ numeros lunæ quædã digerẽda putauit: Democriti ſecutus oſtentationem. Nos legum uilitas quæ in toto õpere: in hac quoqꝫ mouet ꝑte. Omia quæ cædũtur & carpunt: tunduntur ĩnocẽtius decreſcẽte luna q̃ creſcẽte fiunt. Stercus niſi decreſcente luna ne tangito. Maxime aũt inter mẽſtrua dimidiaqꝫ ſtercorato. Verres: iuuẽcos: arietes: hædos decreſcẽte luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arboꝝ radices luna plena opito. Humidis locis interlunio ſerito: & circa interluniũ quatriduo. Vẽtilari quoqꝫ frumẽta: ac legumina: & cõdi circa extremã lunã iubent. Seminaria cũ luna ſupra terrã ſit fieri. Calcari muſta cũ luna ſub terra. Itẽ materies cædi: quæqꝫ alia locis ſuis diximus: neqꝫ facilior eſt obſeruatio: ac iam dicta a nobis ſecũdo uolumine: ſed quod intelligere uel ruſtici poſſint. Quotiens ab occidente ſole cernitur: prioribuſqꝫ noctis horis lucebit: creſcens erit. Et oculis dimidiata iudicabitur. Cum uero occidente ſole orietur ex aduerſo: ita ut pariter aſpiciãtur: tũc erit plenilunium. Quotiens ab ortu ſolis oritur: prioribuſqꝫ noctis horis detrahet lumẽ: & ĩ diurnas extendet: decreſcẽs erit. Iteꝝqꝫ dimidia. In coitu uero quod interluniũ uocãt: cum appere deſierit Supra terras ãt erit: quãdiu & ſol. Interlunio & prima tota die ſecũda hora noctis: uno diſtãte ſicilico: ac deinde tertia uſqꝫ ad qntãdecimã multiplicatis horaꝝ iiſdẽ portionibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit: eadẽqꝫ ſub terris tota die.xvi. ad primæ horæ nocturnæ dextantẽ ſicilicum ſub terra aget: eaſdemqꝫ portiones horaꝝ ꝑ ſingulos dies adiicit uſqꝫ ad interluniũ. Et quãtum primis ꝑtibus noctis detraxerit: quod ſub terris agat: tãtũdem nouiſſimis ex die adiiciet ſuper terram. Alternis autem menſibus.xxx. implebit numeros. Alternis uero detrahet ſingulos. Hæc ert ratio lunaris.

De uentoꝝ ratione. Ca.xxxiii.

VEntoꝝ paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu quocunqꝫ libeat die: ſtantibus hora diei ſexta: ſic ut ortum eum a ſiniſtro humero habeant. Cõtra mediam faciẽ meridies: a uertice ſeptẽtrio erit: qui ita limes ꝑ agrum currit: cardo appellatur. Circũagi deinde melius eſt: ut umbrã ſuam quiſqꝫ cernat: alioquin poſt hoiem erit. Ergo ꝑmutatis lateribus ut ortus illius diei a dextro humero fiat: occaſus a ſiniſtro: tunc erit hora ſexta: cũ minima umbra cõtra mediũ fiat hoiem.. Per huius mediam lõgitudinem duci ſarculo ſulcum: uel cinere lineã: uerbi gratia: pedum.xx. cõueniet: mediãqꝫ menſuram: hoc eſt in.x. pede circũſcribi circulo puo: qui uocetur umbilicus.. Quæ pars fuerit a uertice umbræ: hæc erit uẽtus ſeptẽtrionalis. Illo tibi putator arboꝝ plagæ ne ſpectẽt: ne ue arbuſta uineæ ue niſi in africa: cyrenis: ægypto. Illinc flante ne arato: quæqꝫ alia præcipimus. Quæ pars lineæ fuerit a pedibus umbræ meridiẽ ſpectãs: hæc uentũ auſtrum dabit: quẽ a græcis notum diximus uocari. Illinc flatu ueniente materiã uineãqꝫ agricola ne tractes. Humidus aut æſtuoſus italiæ eſt. Africæ qdem ĩcendia cũ ſerenitate affert. In hũc italiæ palmites ſpectent: ſed nõ plagæ arboꝝ uitium ue. Hunc oliueti metator uergiliaꝝ quatriduo. Hunc caueat inſitor calamis: gẽmiſqꝫ inoculator. De ipſa regionis eius ora præmonuiſſe cõueniet. Frõdẽ medio die arborator ne cædito. Cũ meridiẽ adeſſe ſenties paſtor: æſtate cõtrahẽte ſe ũbra pecudẽ a ſole ĩ opaca cogito. Cũ æſtate paſces ĩ occidẽtẽ ſpecta ãte meridieꝫ poſt meridiẽ in oriẽtẽ. Aliter noxiũ: ſicut hyeme & uere in rorulẽtum duceres. Nec cõtra ſeptẽtrionẽ paueris ſupra dictũ. Clodunt ita: lippiunt ue ab afflatu: & aluo cita pereũt. Qui fœminas cõcipi uoles: in hunc uẽtum ſpectãtes iniri cogito.

De limitatione agroꝝ. Ca.xxxiiii.

DIximus ut in media linea deſignaretur ũbilicus. Per hũc medium trãſuerſa currat alia. Hæc erit ab exoru æquinoctiali ad occaſũ æquinoctialem. Et limes qui ita ſecabit agrũ decumanus uocabit̃. Ducãtur deinde aliæ duæ lineæ inde his obliquæ: ita ut a ſeptẽtrionis dextera leuaqꝫ ad auſtri dextrã leuãqꝫ deſcendat. Omẽs per eũdem currãt umbilicum. Omẽs inter ſe pares ſint. Oĩum interualla paria. Quæ rõ ſemel in quoqꝫ agro ineunda erit: uel ſæpius: ſi libeat: ita uite ligno facienda: regulis paribus in tympanũ exiguũ: ſed circinatum adactis. Ratione qua doceo occurrendũ ingeniis quoqꝫ imꝑitoꝝ eſt. Meridiem excuti placet: quoniã ſemꝑ eſt idẽ. Sol aũt quottidie ex alio cæli momẽto q̃ pridie oritur. Ne qs forte ad exortũ capiẽdã putet lineã. Ita cæli exacta parte quod fuerit lineæ caput ſeptẽtrioni proximũ: a parte exortiua ſolſtitialem habebit exortũ: hoc eſt lõgiſſimi diei: uẽtumqꝫ aqlonem: boreã a græcis dictũ. In hunc ponito

©BIUM

arbores uitesq;. Sed hoc flãte ne arato. Frugem ne ſerito. Semen ne iacito. Præſtrigit enĩ atq;
præcellit hic radices arboꝝ: quas politurus afferes. Præmonitus eſto. Alia robuſtiſ ꝓſunt: alia
infantibus. Nec ſum oblitus in hac parte uentum a græcis poni: quẽ cæciã uocãt. Sed idẽ Ari-
ſtotiles uir ĩmenſæ ſubtilitatis qui ipſũ fecit rõem cõuexitatis mũdi reddit: quia cõtrarius aquilo
africo flat. Nec tamẽ eũ toto ãno in prædictis timet agricola. Mollit ſydera æſtate media: mu
tatq; nomẽ: & eteſias uocatur. Ergo cũ frigidum ſenties: caueto. Ac quacũq; aquilo prædicit:
tanto pniciosior ſeptẽtrio eſt. In hũc aſiæ: græciæ: hiſpaniæ: maritimæ italiæ: cãpaniæ apuliæ
arbuſta uineæq; ſpectant. Qui mares cõcipi uoles: in hũc paſcito: ut ſic in eũdem ineant. Ex ad-
uerſo aquilonis ab occaſu brumali africus: quẽ græci lyba uocãt. In hũc a coitu cũ ſe pecus circũ
egerit: fœminas cõceptaſ eſſe ſcito. Tertia a ſeptẽtrione linea quã per latitudinẽ ũbræ duximuſ
& decumanã uocamus exortũ habebit æquoctialem: uẽtumq; ſubſolanum a græcis apeliotem
dictũ. In hũc ſalubribus locis uillæ uineæq; ſpectent. Ipſe leniter pluuius: tamẽ eſt ſiccior fauo
nio. Ex aduerſo eius ab æquoctiali occaſu zephyruſ a græcis noiat̃. In hũc ſpectar̃ oliueta Cato
iuſſit. Hic uer incohat: apitq; terras tenui frigore ſaluber. Hic uites putãdi: frugeſq; curãdi: ar
bores ſerẽdi: poma inſerendi: oleas tractãdi ius dabit: afflatuq; nutricũ exercebit. Quarta a ſep
tẽtrione linea: eadẽ auſtro ab exortiua pte proxima brumalem hẽbit exortũ uentũq; uulturnũ:
eũq; a græcis dictũ: ſicciorem & ipſum tepidiorẽq;. In hũc apiaria & uineæ italiæ galliaꝝq; ſpec-
tare debent. Ex aduerſo uulturni flabit chorus: ab occaſu ſolſtitiali & occidẽtali latere ſeptẽtrio
nis: a græcis dictus argeſtes: ex frigidiſſimis & ipſe: ſicut omẽs qui a ſeptẽtrionis parte ſpirant.
Hic & grãdines infert: cauẽdus & ipſe nõ ſecus ac ſeptẽtrio. Vulturnus ſi a ſerena cæli pte cœ-
perit flare nõ durabit in noctem. At ubi ſubſolanus in maiorem ptem noctis extendit̃: qſqs erit
uentus: ſi feruidus ſentietur: pluribus diebus permanebit. Aquilonẽ prænũtiat terra ſicceſcẽs.
ſed roreſcens repente: auſtrũ ĩmiſcet humeſcẽs in rore occulto.

## Prognoſtica tempeſtatum. Ca. xxxv.

Etenim prædicta rõe uẽtoꝝ ne ſæpius eadem dicãtur tranſire cõuenit ad reliqua tẽpeſtatũ
præſagia: quoniã & hoc placuiſſe Virgilio magnope uideo. Siqdẽ in ipſã meſſem ſæpe oc-
currere prœlia uẽtoꝝ dãnoſa imperitis refert. Tradũt enĩ eũdẽ Democritũ metente fratre eius
Demaſo ardentiſſimo æſtu oraſſe ut reliquæ ſegeti parceret: raperetq; deſecta ſub tectũ: paucis
mox horis ſæuo hymbre uaticinatione approbata. Quinimo & harũdinẽ nõ niſi impẽdẽte plu-
uia ſeri iubent: & fruges inſecuturo hymbre. Quã ob rẽ & hæc breuiter cõtingemuſ ſcrutati ma
xime ptinẽtia. Primũq; a ſole capiemus præſagia. Purus oriẽs atq; nõ feruẽs ſerenũ diẽ nũtiat.
At hybernã pallidus grãdinẽ. Si & occidit pridie ſerenus: & oritur: tanto certior fides ſerenita-
tis. Cõcauus oriens pluuias prædicit. Item uẽtos: cũ ante exorientẽ eũ nubes rubeſcũt. Quod
ſi & nigræ rubẽtibus interuenerint: & pluuias. Cũ orientis atq; occidẽtis radii rubent: coire plu
uias. Si circa occidentẽ rubeſcũt nubes: ſerenitatem futuræ diei ſpõdent. Si in exortu ſpargent̃:
partim ad auſtꝝ: partim ad aqlonẽ: pura circa eũ ſerenitas ſit licet: pluuiã tamẽ uẽtoſq; ſignifica
bunt. Si in exortu aut in occaſu cõtracti cernẽtur radii hymbrem. Si in occaſu eius pluet: aut ra-
dii in ſe nubem trahent: aſperã in proximũ diem ſignificabũt tempeſtatẽ. Cũ oriente radii nõ il-
luſtres eminebũt: qͣuis circũdati nube nõ ſint: pluuiam portẽdent. Si ãte exortũ nubes globa-
buntur: hyemẽ aſpam denũtiabũt. Si ab exortu repellentur: & ad occaſũ abibunt: ſerenitatẽ. Si
nubes ſolem circũcludent: quãto minus luminis relinquẽt: tanto turbidior tempeſtas erit. Si ue
ro etiã duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod ſi in exortu fiet ita ut rubeſcãt nubes: maxĩa oſtẽ
detur tempeſtas. Si nõ abibũt: ſed incũbent: a quocũq; uento fuerint: eum portẽdent. Si a meri
die: & hymbrem. Si oriens cingetur orbe: ex qua pte is ſe apit: expectetur uentus. Si totus de-
fluxerit: æqualiter ſerenitatem dabit. Si in exortu lõge radios p nubes porriget: & medius erit
inanis: pluuiam ſignificabit. Si ante ortum radii ſe oſtendent: aquã & uentũ. Si circa occidentem
cãdidus circulus erit: noctis leuem tempeſtatem. Si nebula: uehementiorem. Si candente ſole:
uentũ. Si ater circulus fuerit: ex qua regione is eruperit: uentũ magnũ. Proxima ſunt iure lunæ
præſagia. Quartã eam maxime obſeruat ægyptus. Si ſplendens exorta puro nitore fulſerit: ſe-
renitatem. Si rubicũda: uentos. Si nigra pluuias portendere creditur. In qnta cornua eius obtu-
ſa pluuiam. Erecta & infeſta uentos ſemper ſignificãt. Quarta tamen maxime. Cornu eiuſ ſeptẽ
trionale acuminatum atq; rigidum illũ præſagit uentũ. Inferius auſtrum. Vtraq; recta noctẽ uẽ
toſã. Si quartum orbis rutilus cinget: uentos & hymbres præmonebit. Apud Varronem ita ẽ.
Si quarto die luna erit directa: magnã tempeſtatem in mari præſagiet: niſi ſi coronã circa ſe ha-
bebit: & eam ſinceram: quoniã illo mõ nõ ante plenã lunã hyemãdũ oſtendit. Si plenilunio per
dimidiũ pura erit: dies ſerenos ſignificabit. Si rutila: uentos. Nigreſcens hymbres. Si caligo or-
bis nubem incluſerit: uentos qua ſe ruperint. Si gemini orbes cinxerit: maiorem tempeſtatem.
Et magis ſi tres erũt: aut nigri: aut interrupti atq; diſtracti. Naſcẽſ luna ſi cornu ſupiore obatro
ſurget: pluuias decreſcens dabit. Si inferiore ante pleniluniũ. Si ĩ media nigricia illa fuerit hym

BIUM

brem in plenilunio. Si plena circa ſe habebit orbē: ex qua parte is maxime ſplendebit: ex ea uen
tum oſtendet. Si in ortū cornua craſſiora fuerint: horridam tēpeſtatem. Si ante quartā nō appa
ruerit uento fauonio flāte: hyemalis toto menſe erit. Si. xvi. uehementius flāmea apparuerit:
aſperas tempeſtates præſagiet. Sunt & ipſius lunæ octo articuli: quotiens in angulos ſolis inci/
dit: pleriſq; inter eos tantū obſeruātibus præſagia eius: hoc eſt. iii. vii. xi. xv. xix. xxiii. xxvii. &
interlunium. Tertio loco ſtellaꝝ obſeruationem eſſe oportet. Diſcurrere eæ uident interdum:
uentiq; ꝓtinus ſequūtur. In quaꝝ parte ita præſagauere. Cælū cum æqualiter totū erit ſplendi
dum articulis tempoꝝ quos ꝓpoſuimus: autūnum ſerenū præſagabūt & frigidū. Si uer & æſtas
nō ſine riguo aliquo trāſierint: autūnum ſerenū & denſū minuſq; uentoſum facient. Autūni ſere
nitas uentoſam hyemem facit. Cum repente ſtellaꝝ fulgor obumbrat: ut neq; nubilo neq; cali/
gine fluitans: graues denūtiātur tempeſtates. Si uolitare plures ſtellæ uidebuntur: quo ferunt
albeſcentes uentos ex iis partibus nuntiāt/ At ſi circa puræ ſtabunt: certos. Si id in ꝑtibus plu/
ribus fiet: incōſtātes uentos effundent. Si ſtellaꝝ errātium aliquā orbes incluſerint: hymbres.
Sūt in ſigno cācri duæ ſtellæ paruæ aſelli appellatæ: exiguum inter illas ſpatium obtinente nu/
becula: quam præſepia appellāt. Hæc cū cælo ſereno apparere deſierit: atrox hyems ſequit. Si
alterā eaꝝ aquiloniā caligo abſtulerit: auſter ſæuit. Si auſtrinā: aqlo. Arquus cū ſunt duplices:
pluuias nuntiāt. A pluuiis ſerenitatem nō perinde certā. Circuli noui circa ſydera aliqua: pluui/
am. Cum æſtate uehementius tonuerit q̄ fulſerit: uentos ea ꝑte denūtiat. E cōtra ſi minus to/
nuerit: hymbrē. Cū ſereno cælo fulget: pluuiæ erūt & tonitrua: & hyemabit. Atrociſſime āt cū
ex oībus quattuor ꝑtibus cæli fulgurabit. Cum ab aqlone tantum i poſteꝝ diem aquam porten
dit. Cum a ſeptentrione uentum. Cum ab auſtro uel choro aut fauonio nocte ſerena fulguraue/
rit: uentum & hymbrem ex iiſdem regionibus demonſtrabit Tonitrua matutina uentum ſignifi/
cant: hymbrem meridiana. Nubes cū ſereno cælo ferunt: a quacūq; ꝑte id fiet: expectent uen
ti. Si eodem loco globabunt: appropiquāte ſole diſcutient. Et hoc ſi ab aqlone fiat: uentos: ſi
ab auſtro: hymbres portendent. Sole occidente ſi ex utraq; parte eius cælum patet: tempeſta
tem ſignificabunt. Vehementiuſ atræ ab oriente in noctem aquam minātur. Ab occidente i po
ſteꝝ diē. Si nubeſ ut uellera lanæ ſpgēt multæ ab oriēte: aquā ī triduū ꝑſagiēt. Cū i cacumib⁹
mōtiū nubes cōſidēt: hyemabit. Si cacumia pura fiēt: diſſerenabit. Nube grauida cādicāte qđ
uocāt tēpeſtatē albā grādo īminebit. Cælo q̄uis ſereno nubecula q̄uis ꝑua uētū ꝓcelloſū da
bit. Nebulæ e mōtib⁹ deſcēdētes aut cælo cadēteſ uł in uallib⁹ ſedētes ſerenitatē ꝓmittūt. Ab
hiſ terreni igneſ ꝓxime ſignificāt. Pallidi nāq; murmurāteſq; tēpeſtatū nūtii ſētiūt. Pluuiæ ēt
ſi in lucernis fūgi. Si flexuoſe uolitet flāma: uētū. Et lumina cū præ ſe flāmas elidūt: aut uix ac/
cēdūtur. Itē cū in eo pēdētes coaceruantur ſintillæ: uel cū tollētib⁹ ollas carbo adhæreſcit: aut
cū cōtentus ignis e ſe fauillā diſcutit: ſintillam ue emittit: uel cū cinis in foco cōcreſcit: & cū car/
bo uehemēter plucet. Eſt & aquaꝝ ſignificatio. Mare ſi in trāquillo portu a curſu ſtabit: & mur
murauerint intra ſe: uētum prædicit. Si idētidēq;: & hyemē & hymbrē. Littoris ripæq; ſi reſo/
nabūt trāqlla: aſperā tēpeſtatem. Item maris ipſius trāqllus ſonitus ſpumæ ue diſpſæ aut aquæ
bullātes. Pulmones marini in pelago plurimū dieꝝ hyemē portēdunt. Sæpe & ſilentio intume
ſcit: flatuq; altius ſolito iam intra ſe eſſe uētos fatetur. Equidem & mōtiū ſonitus nemoꝝq; mu/
gitus prædicūt. Et ſine aura quæ ſētiat folia ludētia. Lanugo populi aut ſpinæ uolitās: Aquiſq;
pluma īnatās. Atq; ēt ī cāpis tēpeſtatē uēturā præcedēs ſuus fragor: & cæli qdē murmur nō
dubiā hēt ſignificatōnē. Præſagiūt & aīalia. Delphini trāqllo mari laſciuiētes flatū ex qua ueni
unt parte. Itē ſpgentes aquā. Item turbātes trāqllitatem. Loligo uolitās. Cōchæ adhæreſcen/
tes. Echini affligentes ſeſe: aut harena ſaburrantes tēpeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſoli
tum uocales. Et fulicæ matutino clangore. Itē mergi anateſq; pēnas roſtro purgātes uentum.
Cæteræq; aquaticæ aues cōcurſātes. Grueſ ī mediterranea feſtinantes. Mergi maria aut ſtagna
fugientes. Grues ſilentio per ſublime uolātes ſerenitatem. Sic noctua in hymbre garula: at ſere
no tāpeſtatem. Coruiq; ſingultu quodā latrantes: ſeq; cōcutientes ſi cōtinuabūt: uentos. Si ue/
ro carptim uocem reſorbebūt: uentoſum hymbrē. Gracculi ſero a pabulis recedētes hyemem.
Et albæ aues cū cōgregabūtur. Et cū terreſtres uolucres cōtra aquā clāgores dabūt perfūdētes
ſeſe: ſed maxime cornix. Hirūdo tā iuxta aquā uolitās ut pēna ſæpe percutiat. Quæq; in arbori
bus habitant fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres continuo clāgore intēpeſtiui. Ardea ī mediis ha
renis triſtis. Nec miꝝ aquaticas aut in totum uolucres præſagia aeris ſentire. Pecora exultantia
& indecora laſciuia ludentia eādem ſignificationē habent. Et boues cælū olfactātes: ſeq; lābētes
cōtra pilum. Turpeſq; porci alienos ſibi manipulos fœni lacerātes. Segniterq; & cōtra induſtri
am ſuam formicæ abſcōditæ cōcurſātes aut ꝓgerentes oua. Item uermes terreni erūpētes. Tri
foliū quoq; īhorreſcere & folia cōtra tēpeſtātē ſubrigere certū ē. Necnō & ī cōuiuiiſ mēſiſq; no
ſtris uaſa qbus eſculētū addit: ſudorē repoſitoriis linquētia diras tēpeſtates prænūtiant.



Historiae naturalis - page 284 sur 530

©BIUM

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER .XVIIII. IN QVO LINI NATVRA CONTINETVR ET MIRABILIA.

## PROHEMIVM

SYDERVM QVOQVE TEMPESTATVMQVE RA
tio uel impitis facili atq; indubitato mō mōſtrata eſt. Veꝝ qa in/
telligentibuſ nō minus cōferunt rura deprehendendo cælo ꝗ ſy
deralis ſcientia. Agro colendo ꝓximā multi hortoꝝ curam fece/
re. Nobis nō protinus tranſire ad iſta tempeſtiuū uidetur. Mira
murq; quoſdam ſcientiæ gratia eruditioniſ ſuæ gloriam ex his pe
tentes tam multa præteriſſe nulla mētiōne habita tot reꝝ ſponte
cura ue prouenientium: præſertim cum pleriſq; eaꝝ precio uſuq;
uitæ maior etiā ꝗ frugibus ꝓhibeatᷣ auctoritas. Atq; ut a cōfeſ/
ſis ordiamur utilitatibus: quæq; nō ſolum terras omēs: ueꝝ etiā
maria repleuere: ſeritur: ac dici neq; inter fruges neq; inter hor/
tenſia poteſt linum. Sed in qua nō occurrere uitæ parte? Quod
ue miraculum maius? Hærbā eſſe quæ admoueat ægyptū italiæ: in tantū ut Galerius a freto ſi
ciliæ alexādriā ſeptima die ꝑuenerit: Babillus ſexta: ambo præfecti. Aeſtate uero ꝓxima Vale
rius Marianus ex prætoriiſ ſenatoribus a puteolis nono die leniſſimo flatu. Hærbā eſſe quæ ga
dis Herculis colūnas ſeptimo die hoſtiā afferat: & citeriorem hiſpaniā quarto: ꝓuintiā narbonē
ſem tertio: africā altero. Quod etiā molliſſimo flatu cōtingit. C. Flacco legato Vibii Criſpi pro
cōſulis. Audax uita: ſceleꝝ plena: aliquid ſeri ut uētos procellaſq; recipiat. Et paꝝ eſſe fluctibus
ſolis uehi. Iā uero nec uela ſatis eſſe maiora nauigiis. Sed ꝗuis amplitudini antēnaꝝ ſingulæ ar/
bores ſufficiant: ſup eas tamē addi ueloꝝ alia uela. Præterq; alia in proris & alia ī puppibus pā/
di: ac tot mōis prouocari mortem. Deniq; tā paruo ſemine naſci quod orbē terraꝝ ultro citroq;
portet: tam gracili auena: tam nō alte a terra tolli: neq; id uiribus ſuis necti: ſed paſſū tuſūq; & ī
molliciem lanæ coactū iniuria naturæ: ac ſūma audacia: & quo ꝑuenire nulla execratio ſufficit cō
tra inuētorem dictū ſuo loco a nobis: cuiſatis nō fuit hoīem in terra mori: niſi periret & inſepul/
tus. At nos priore libro hymbres & flatus cauēdos frugū cā uictuſq; præmonebamus. Ecce ſe
ritᷣ hoīs manu: metitᷣ eiuſdē hoīſ igenio quod uētos ī mari optet. Præterea ut ſciamꝰ fauiſſe poe
nas: nihil gignitᷣ facilius. Vt ſētiamus nolēte id fieri natura: urit agrū: deteriorēq; ipſū facit.

De lini ſatione: & generibus eius: & quomodo perficiatur: & de mappis & lino non ardente: & quando primum in theatris uela. Ca. I.

SEritur ſabuloſis locis maxime: unoq; ſulco: nec magis feſtinat aliud. Vere ſatum æſtate uel
litur: & hanc quoq; terræ iniuriā facit. Ignoſcat tamē aliquis ægypto ſerenti: ut arabiæ in
diæq; merces apportet. Ita ne & galliæ cēſentur hoc reditu? Mōteſq; mari oppoſitos eſſe nō ē
ſatis: & a latere oceani obſtare ipſū quod uocāt inane. Cadurci: caleti: ruteni: bituriges: ultimiq;
hoīum exiſtimati morini: īmo uero galliæ uniuerſæ uela texunt. Iam qdē & trāſrhenani hoſteſ.
Nec pulchriorē aliā ueſtē eoꝝ fœminæ nouerᷣ. Qua āmonitione ſuccurrit quod M. Varro tra
dit in Serranoꝝ familia gentilitiū eſſe fœminas linea ueſte nō uti. In germania aūt defoſſi & ſub
terra id opus agūt. Similiter in italia a ratione alia. Nā inter padū ticinūq; āнes ſubiacēt abiter/
na. In europa lino palma ſecūda. In uicino enim halionis capeſſunt retouina. Et in æmilia uia fa/
uentina candore. Halionis ſēper crudis fauētina præferūtᷣ. Retouinis tenuitas ſūma denſitaſq;.
Candor æque ut fauētinis: ſed lanugo nulla. Quod apud alios gratiā: apud alios offenſionē ha/
bet. Neruoſitas filo æqualior pene ꝗ cotoneis: tinnituſq; cū dente libeat experiri. Ideo duplex
ꝗ cæteris precium. Et hiſpania citerior habet ſplēdorem lini præcipuum torrētis: in quo pol/
tur natura: qui abluit terraconē. Et tenuitas mira ibi primū carbaſis reptis. Nā dudū ex eadē hi
ſpania zoelicum uenit in italiā plagis utiliſſimū. Ciuitas ea gallaciæ & oceano propinqua. Eſt ſua
gloria & cumano in cāpania ad piſcium & halitum capturam. Eadē & plagis materia. Neq; enim
minores cūctis animalibus inſidias: ꝗ nobiſmetipſis lino tendimus. Sed cumanæ plagæ cōcidūt
apros: & hæ caſſes ue aſperi ferri aciem cōuincūt. Vidimuſq; iam tantæ tenuitatis: ut ānulū ho/
minis cū epidromibus trāſirent: uno portāte multitudinē qua ſaltus cingerētur. Nec id maxime
miꝝ: ſed ſingula eaꝝ ſtamina centeno qnquageno filo cōſtare: ſicut paulo ante Iulio Lupo qui in
præfectura ægypti obiit. Mirentᷣ hoc ignorātes in ægyptii quōdā r̄gis quē amaſyn uocāt: tho
race in rhodioꝝ inſula oſtendi in tēplo Mineruæ .ccclxv. filis ſingula fila cōſtare. Quod exēplū
per ſe expertum nup romæ prodidit Mutianus ter cōſul: paruaſq; iam reliquias eius ſupereſſe:
hac expimētum iniuria. Italia ex pelignis etiānum linis honorē habet: ſed fullonū tantū in uſu.
Nullum eſt cādidius lenæ ue ſimiliuſ: ſicut in culcitris præcipuā gloriā cadurci optinēt. Galliaꝝ
hoc ad tomēta pariter inuētū. Italiæ qdē mos etiā nūc durat in appellatiōe ſtramēti. Aegypto

lino minimum firmitatis:plurimū lucri.Quattuor ibi genera:tainicium.ac peluſiacū:buticū:tē
tiriticū:cum regionū nominibus in qbus naſcunť.Supior pars ægypti in arabia uergens gignit
fruticem quē aliqui goſſipiō uocant.Plures xylō:& ideo lina inde facta xylina. Paruulus eſt:ſi/
milemqꝫ barbatæ nucis defert fructū.Cuius in exteriore bōbice lanugo netur.Nec ulla ſunt eis
in candore mollicia ue præferenda Veſtes inde ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ. Quartū genus
orthominum appellāt.Fit e paluſtri uelut harūdine dūtaxat panicula eius.Aſia geniſta facit li/
na ad retia præcipua:in piſcando durantia frutice madefacto.x.diebus.Aethiopes indiqꝫ e ma/
lis.Arabes cucurbitis in arboribus ut diximus geniſtis.Apud nos maturitas eius duobus argu/
mentis intelligitur :intumeſcente ſemine:aut colore flaueſcēte.Tūc euulſum & in faſciculos ma
nuales colligatum ſiccať in ſole pēdens cōuerſis ſupne radicibus uno die:mox qnqꝫ aliis in con/
trarium inter ſe uerſis faſcium cacuminibus ut ſemen in mediū cadat.Inter medicamina huic uis:
& in quodam ruſtico ac prædulci italiæ tranſpadanæ cibo:ſed iam pridē ſacroꝝ tantū gratia.De
inde poſt meſſem triticeam uirgæ ipſæ merguntur in aquam ſolibus tepefactam:pōdere aliquo
depreſſæ.Nulli enim leuitas maior.Maceratas indicio ē mēbrana laxatior.Iteꝝqꝫ uniuerſæ ut
prius ſole ſiccantur.Mox arefactæ in ſaxo tūduntur ſtupario malleo.Quod ꝓximū cortici fuit
ſtuppa appellatur:deterioris lini:lucernaꝝ fere luminibus aptior.Et ipſa tamē pectitur ferreis
ahenis:donec omnis mēbrana decorticetur.Medullæ numeroſior diſtinctio candore:mollicia.
Linūqꝫ nere & uiris decoꝝ eſt:Cortices quoqꝫ decuſſi clibanis & furnis præbēt uſū.Ars depec/
tēdi digerēdiqꝫ.Iuſtū eſt e qnquagenis faſcium libris qnas denaſ carminari.Iteꝝ deinde ī filo po
litur illiſum crebro in ſilice ex aqua.Tectūque rurſus tūditur clauis:ſemp iniuria melius.Inuen/
tum iam eſt etiam quod ignibus nō abſumereť.Viuū id uocant:ardenteſque in focis conuiuioꝝ
ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis ꝙ poſſent aqs.Regū inde fu
nebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſepant cinere.Naſcitur in deſertis aduſtiſque ſole in
diæ:ubi nō cadūt hymbres:inter diras ſerpentes:aſſueſcitque uiuerē ardēdo.Raꝝ inuētu:diffici
le textu ꝓpter breuitatem.Ruffus de cætero colos ſplendeſcit igni.Cū inuentū eſt æquat pre/
cia excellentium margaritaꝝ.Vocať aūt a græcis aſſueſtinum ex argumēto naturæ. Anaxilaus
auctor ē:lintheo eo circūdatam arborem ſurdis ictibuſ & q nō exaudiantur cædi.Ergo huic lino
principatus in toto orbe.Proximus byſſino:mulieꝝ maxime deliciis circa elim in achaia genito:
quaternis denariis ſtipula eius ꝑmutata quōdam ut auri.Reptaque lintheoꝝ lanugo e uillis na/
uium maritimaꝝ maxime in magno uſu medicinæ eſt:& cinis ſpodii uim habet.Eſt & inter papa
uera genus quoddā:quo candorē linthea præcipuū trahunt.Tētatum eſt tingi linū quoque:&
ueſtium inſaniam accipere in Alexandri magni primū claſſibus indo amne nauigantis:cum duces
eius ac præfecti in certamine quodam uariaſſēt inſignia nauium.Stupuerūtque littora flatu uer
ſicoloria ſplēdēte.Velo purpuro ad accium cū.M.Antonio Cleopatra uenit:eodemqꝫ effugit.
Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne.Poſtea in theatris tantū ūbrā fecere.Quod primus oīum
inuenit Q.Catulus cū capitolium dedicaret.Carbaſina deinde uela primus ī theatro duxiſſe tra
ditur Lentulus Spinter appollinaribus ludis.Mox Cæſar dictator totum foꝝ romanum ītexit.
Viamqꝫ ſacrā ab domo ſua ad cliuum uſqꝫ in capitolium:quod munere ipſo gladiatorio mirabili/
us uiſum tradūt.Deinde & ſine ludis marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus in ædilitate ſua
auunculo xi.cōſule chalen.auguſti uelis foꝝ umbrauit:ut ſalubrius litigātes cōſiſterent. Quan
tum mutatis moribus Catonis Cēſorii q ſternēdū quoqꝫ ī foꝝ muricibus cēſuerat.Vela nup co
lore cæli ſtellata per rudentes terræ etiā in amphitheatris principis Neronis rubēt ī cauis ædi
um.& muſcū ac ſolem defendunt.Cætero māſit cādori ꝑtinax gratia.Honor ēt & troiano bel/
lo.Cur enim nō & prœliis interſit ut naufragiis:Thoracibus lineis paucos tamē pugnaſſe teſtis
eſt Homerus.Hinc fuiſſe & nauiū armamēta apud eundem interpretati ſunt eruditiores quoniā
cum ſparta dixit ſignificauerit ſata.

De ſparti natura.& quādo primum uſus eius:& quomodo perficiatur
& quæ ſine radice naſcantur:& uiuant. Ca.ii.

SParti quidē uſus multa poſt ſæcula cœptus eſt.Nec ante pœnoꝝ arma:quæ primū hiſpa
niæ intulerūt.Hærba & hæc ſpōte naſcens:& quæ non queat ſeri:iūcuſqꝫ ꝓprie aridi ſoli
uni terræ dato uitio.Nāqꝫ id malum telluris ē:nec aliud ibi ſeri aut naſci pōt.In africa exiguū &
inutile gignitur.chartaginēſis hiſpaniæ citerioris portio.Nec hæc tota:ſed quatinus pit mon/
tes quoqꝫ ſparto opit.Hinc ſtrata ruſticis:eoꝝ hinc ignes faceſqꝫ.Hinc calceamina & paſtoꝝ ue
ſtis:aialibus noxiū præterqꝫ cacuminū teneritate.Ad reliquos uſus laborioſe euellitur. Ocrea
tis cruribus manibuſqꝫ tectis manicis cōuolutum oſſeis ligneis ue conamētis.Nunc iā in hyemē
uix.Facillime tamē ab idibus maiis in iunias hoc maturitatis tempus.Vulſum faſcibuſ in aceruo
adunatum biduo tertio reſolutum.Spargitur in ſole ſiccaturqꝫ:& rurſus in faſcibus redit ſub tec
ta.Poſtea maceratur aqua marina optime ſed & dulci ſi marina deſit.Siccatūqꝫ ſole iteꝝ rigať:ſi
repēte urgeat deſiderium:perfuſum calida in ſolio:ac ſiccatū ſtans cōpendiū opæ fateť. Hoc āt

tunditur: ut fiat utile præcipue in aquis: mariq; inictum. In ſicco præferunt e canabi funes. Et
ſpartum alitur etiam diuerſum: ueluti natalium ſit impenſa. Eſt quidẽ eius natura iterpolis. Rur
ſuſq; q̃ libeat uetuſtum nouo miſceẽ. Verũtamẽ cõplectetur aio: qui uolet miraculũ æſtimare:
quanto ſit in uſu omibus terris nauiũ armamẽtis: machinis ædificationũ: aliiſq; deſideriis uitæ.
Ad hos oẽs uſus quæ ſufficiant minus. xxx. paſſuum in latitudinem. A littore carthaginis nouæ
minuſq; in lõgitudine eſſe reperientur. Lõgius enim uehi impendia ꝓhibent. Iũco græcos ad fu
nes uſos noi credamus: quo hærbã eam appellãt. Poſtea Palmaꝝ foliis phyllyraq; manifeſtum
eſt: Et inde trãſlatum a pœnis ſparti uſum pq; ſimile eſt ueri. Theophraſtus auctor eſt eſſe bul
bi genus circa ripas amnium naſcẽs: cuius inter ſũmũ corticem eãq; partem qua ueſcũtur eſſe la
neam naturam: ex qua mapalia ueſteſq; quondam cõficiebãtur. Sed neq; regionẽ in qua id fiat:
neq; q̃cq̃ diligentius: præterq̃ eriophorõ id appellari in exemplaribus quæ eq̃dẽ inueneri tra
dit. Neq; omio ullam mẽtionẽ habet bulbi generꝭ circa ripas amniũ naſcentis: cuius inter ſũmũ
corticem eãq; partem qua ueſcũẽ ſemp habet ſpartum. Cuncta cura magna perſecutus. cccc xc.
ãnis ante nos: ut alio iã loco diximus. Quo apparet poſt id tẽporis ſpatium in uſũ ueniſſe ſpar
tum. Et quoniã a miraculis reꝝ cœpimus: ſequemur eoꝝ ordinẽ: i quibus uel maximũ eſt aliq̃d
naſci: aut uiuere ſine ulla radice. Tubera uocãtur hæc undiq; terra circũdata: nulliſq; fibris nixa
aut ſaltem capillamẽtis: nec utiq; extuberãte loco in quo gignũẽ: aut rimã agẽte. Neq; ipſa ter
ræ cohærent. Cortice etiã includũtur: ut plane nec terrã eſſe poſſimus dicerẽ: neq; aliud q̃ ter
ræ callum. Siccis hæc fere & ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcũtur. Excedũt ſæpe magnitudinem
mali cotonei: etiã librali põdere. Duo eoꝝ genera: harenoſa dentibus inimica: & altera ſincera.
Diſtinguntẽ & colore ruffo nigroq;: & intus cãdido. Laudatiſſima quæ africæ creſcũt. An ne uiti
um id terræ: Neq; enim aliud intelligi poteſt: malũ ne id ea ꝓtinuſ globeẽ magnitudine qua fu
tuꝝ eſt. Et uiuat ne: an nõ haud facile arbitror intelligi poſſe. Putreſcendi enim iõ cõis eſt iis cũ
ligno. Lartio licinio prætorio uiro iura reddẽte in hiſpania carthagine paucis his ãnis ſcimus ac
cidiſſe mordẽti tuber: ut deprehenſus inde denarius primos dentes inflecteret. Quo manifeſtũ
erit terræ naturã in ſe globari. Quod certum eſt ex iis quæ naſcũtur: & ſeri nõ poſſunt.

De myſi: & tuberibus: de fungis pezicis: laſerpitio: & magyderi
& rubia & radicula. Ca. iii.

Simile eſt quod in cyrenaica prouintia uocãt myſi: præcipuũ ſuauitate: odore: ac ſapore: ſed
carnoſius. Et quod in thracia ceraunium. De tuberibus hæc traduntẽ peculiariter. Cum fue
rint hymbreſ autũnales ac tonitrua crebra: tũc naſci: & maxime e tonitribus: nec ultra ãnũ dura
re: tenerrima aũt uerno eſſe. Quibuſdã locis acceptãẽ riguis & feruntur ſicut mytilenis. Ne
gant naſci niſi exundatione fluminũ inuecto ſemine aptiaris. Eſt aũt is locus in quo plurima naſcũ
tur. Aſiæ nobiliſſima circa lãpſacũ & alopeconeſũ: græciæ uero circa elin. Sũt & in fũgoꝝ gene
re a græcis dicti pezicæ: q ſine radice aut pediculo naſcũtur. Ab his ꝓximũ dicetur auctoritate
clariſſimũ. laſerpitium: quod græci ſiliphion uocãt: in cyrenaica ꝓuintia reptum: cuius ſuccũ uo
cant laſer magnificũ in uſu medicamẽtiſq;: & ad põdus argẽtei denarii penſum. Multis iã annis
in ea terra nõ inuenitẽ: quoniã publicani qui paſcua cõducũt: maius ita lucꝝ ſẽtientes depopulan
tur pecoꝝ pabulo. Vnus ãt caulis noſtra reptus memoria Neroni pricipi miſſus eſt. Si quando
incidit pecus in ſpem naſcẽtis: hoc deprehẽditur ſigno: cũ comederit dormiẽte ꝓtinus capra &
ſternutãte. Diuq; iam nõ aliud ad nos inuehitur: q̃ quod in pſide aut media & armenia naſcitur
laſer: multo infra cyrenaicum. Id quoq; adulteratum gũmi: aut ſagopenio: aut ſaba fracta. Quo
minus omittẽdum uideẽ. C. Valerio. M. Herẽnio cõſ. cyrenis aduecta romã publice laſerpitii
põdo. xxx. Cæſarem uero dictatorem initio belli ciuilis inter auꝝ argentũq; ꝓtuliſſe ex ærario
laſerpitii pondo. cxi. Id apud auctores græciæ euidẽtiſſimos inuenimuſ. Natũ hymbre piceo re
pẽte madefacta tellure circa heſperidum hortos ſyrtinq; maiorẽ. vii. ãniſ ãte oppidum cyrenaꝝ
quod cõditum ẽ urbis noſtræ ãno. cxliii. Vim ãt illã p quattuor ſtadioꝝ ſpatiũ i africa ualuiſſe.
In ea laſerpitium gigni ſolitum rẽ feram ac cõtumacẽ: & ſi coleretẽ in deſerta fugientem. Radice
multa craſſa q;: caule ferulaceo: haud ſimili craſſitudine. Huius folia maſpetũ uocabãt: apio ma
xime ſimilia. Semen erat foliaceum. Folium ipſum uero deciduum. Veſci pecora ſolita: primoq;
purgari: mox pingueſcere: carne mirabilem i modũ iucũda. Poſt folia amiſſa caule ipſo & homi
nes ueſcebãẽ decocto: aſſo: elixoq;. Eoꝝ quoq; corpora. xl. primis diebus purgante a uitiis. Ex
iis omnibus ſuccus duobus mõis capiebatur: e radice: atq; caule. Et hæc duo erãt nomina rhizi
as atq; caulias. Vilior ille ac putreſcẽs radice: cortex niger: & ad mercis adulteria. Succũ ipſũ in
uaſa cõiectũ admixto furfure ſubinde cõcutiendo ad maturitatẽ perducebãt: ni ita feciſſẽt putre
ſcentẽ. Argumẽtum erat maturitatis color: ſiccitaſq; ſudore finito. Alii tradũt laſerpitii radicẽ
fuiſſe maiorẽ cubitali: tuberq; in ea ſuper terrã. Hoc inciſo ꝓfluere ſolitum ſuccũ ceu lactis ſup
nato caule: quẽ magydarin uocarũt. Folia aurei coloris ꝓ ſemine fuiſſe: cadẽtia a canis ortu: au
ſtro flãte. Ex iis laſerpitium naſci ſolitum annuo ſpatio & radice & caule cõſumẽtibus ſeſe. Hoc

& circūfodi ſolitum ꝓdidere. Nec purgari pecora: ſed ægra ſanari: aut ꝓtinus mori: quod ī pau
cis accidere. Perſico Silphio prior opinio cōgruit. Alteꝝ genus eſt quod magydaris uocatur te/
nerius & minus uehemens: ſine ſucco. Quod circa ſyriā naſcit̄: non ꝓueniēs ī cyrenaica regiōe.
Gignitur & in pnaſo mōte copioſius: quibuſdā laſerpitium uocātibus: pq; oīa adulterat̄ ei ſalu/
berrimæ utiliſſimæq; auctoritas. Rō ſinceri prima in colore modice ruffo: & cū frāgitur: cādido
intus. Mox trāſlucente gutta aquæ ſaliuaq; liqueſcit. Vſus in multis medicaminibus. Sūt etiam
nū duo genera nō niſi ſordido nota uulgo: cū quæſtu nullo polleāt. In primis rubia tinguēdis la
nis & coriis neceſſaria. Laudatiſſima italica: & maxime ſuburbana: & omēs peñ ꝓuintiæ ſcatent
ea. Sponte ꝓuenit: ſeriturq; ſimilitudine eruiliæ. Veꝝ ſpinoſus ei caulis & geniculatus hic ē qui
nis circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubia eſt. Quot in medicina uſus habet ſuo dicemꝰ
loco. At quæ uocatur radicula lauādis demū lanis ſuccū habet: miꝝ quātū cōferēs cādore: mol
liciaq;. Aeque naſcitur ſatiua ubiq;: ſed ſpōte præcipua ī aſia ſyriaq; ſaxoſis & aſperis locis. Trās
euphratem tamē laudatiſſima caule ferulaceo tenui: & ipſis cibis indigenaꝝ expetito: & ungenti
qcqd ſit: cū quo decoquat̄ folio oleæ. Iſatin græci uocāt: floret æſtate: grata aſpectu: ueꝝ ſine
odor̄ ſpinoſa & caule lanuginoſo. Semē ei nullū: radix magna: quæ cōcidit̄ ad quē dictū ē uſū.

De hortoꝝ cura: & digeſtio terræ naſcētiū præter fruges & frutices. Ca. iiii.

a AB his ſupereſt reuerti ad hortoꝝ curā: & ſuaptenatura memorādam. Et quoniā antiqtas ni
hil prius mirata eſt: q̄ & heſperidū hortos: ac regum Adonis & Alcinoi. Itēq; pēſiles: ſi/
ue illos Semiramis ſiue aſſyriæ rex Cyrus fecerit: de quoꝝ ope alio uolumine dicemus. Roma/
ni qdem reges ipſi coluere. Quippe etiā Supbus Tarquinus nūtium illū ſæuum atq; ſanguinari
um remiſit ex horto. In xii. tabulis legum noſtraꝝ nuſq; noīatur uilla: ſēper in ſignificatione ea
hortus. In horti uero hæredium. Quā rem comitata eſt & religio quædā: hortoſq; & fores tan/
tum cōtra inuidentium faſcinationes dicari uidemus. In remedio ſatyrica ſigna quāq; hortos tu/
telæ Veneri aſſignāte Plauto. Iā quidē hortoꝝ noīe ī ipa urbe delicias: agros uillaſq; poſſidēt.
Primus hoc inſtituit athenis Epicurus hortoꝝ magiſter. Vſq; ad eū moris nō fuerat in oppidis
haberi rura. Romæ qdē p ſe hortꝰ ager pauperis erat. Ex horto plebei macellū q̄to inocētior̄
uictu. Mergi enim credo in ꝓfunda ſatius eſt: & oſtreaꝝ genera naufragio exquiri. Aues ultra
phaſidē amnē peti: & fabuloſo qdē terror̄ tutas: imo ſic p̄cioſiores. Alias in numidia atq; æthi/
opia in ſepulchris aucupari: aut purgari cū feris mādi ab eo cupiētem quod mādat alius. At her/
cule q̄ uilia hæc q̄ parata uoluptati ſatietatiq;: niſi eadem quæ ubique indignatio occurreret:
Ferēdū ſane fuerit exqſita naſci poma: alia ſapore: alia magnitudine: alia monſtro: paupibus in/
terdicta. Inueterari uina ſacciſq; caſtrari. Nec cuiq; adeo lōgam eſſe uitā: ut nō āte ſe genita po
tet. E frugibus quoq; quoddā alimētū excogitaſſe luxuriam: ac medullam tantū eaꝝ: ſuperque
piſtrinaꝝ operibus & ex celaturis: uiuere alios pane proceꝝ: alios uulgi: tot generibus uſque ad
infimam plebem deſcendente aīa. Et iam ne in hærbis diſcrimen inuentum eſt: Oluſque diffe/
rentiam facere in cibo: etima uno aſſe uenali: Et in his aliqua quoq; ſibi naſci tribus negant. Cau
le in tantū ſignato: ut paupis mēſa nō capiat. Silueſtres fecerat natura horridos: ut quiſq; deme
teret paſſim. Ecce altiles ſpectantur aſparagi. Et rauēna ternis libris repēdit. Heu prodigia uen
tris: miꝝ eſſet nō licere carduis pecori ueſci: nō licet plebei. Aquæ quoq; ſepantur. Et ipſa natu
ræ elemēta ui pecuniæ diſcreta ſunt. Hi niues: illi glaciem potant: pœnas mōtium in uoluptatē
gulæ uertūt. Seruatur algor æſtibus: excogitaturq; ut alienis mēſibus nix algeat. Decoquūt ali
as quas mox & illas hyemant. Nihil itaq; hoī ſic: qūo reꝝ naturæ placet. Etiā ne hærba aliqua
diuitiis tantū paſcit̄. Nemo ſacros auētinoſq; mōtes & iratæ plebis ſeceſſus circūſpexerit: Mōs
enim certe æquabit quos pecunia ſupauerit. Itaq; hercule nullum macelli uectigal maius fuit ro
mæ clamore plebis incuſātis apud omēs principes: donec remiſſū eſt portoriū mercis huius: cō
pertūq; nō aliter quæſtuoſius cēſū haberi aut tutius: ac minore fortunæ iure: cū credat̄ pēſio ea
paupeꝝ. Is in ſolo ſpōſor eſt: & ſub die redditus: ſuperficieſq; cælo quocūq; gaudens. Hortoꝝ
Cato prædicat callētes. Hic primū agricolæ exiſtimabāt̄ priſci: & ſic ſtatim faciebāt judiciū: rū
quæ eſſet in domo materfamilias. Etenim hæc cura fœminæ dicebat̄: ubi indiligens eſſet hor/
tus. Quippe e carnario aut macello uiuēdū eſt. Nec caules ut nūc maxime probabāt: dānantes
pulmētaria quæ egerent alio pulmētario. Id erat oleo parcere. Nā carnis deſideria etiā erāt in
exprobratione. Horti maxime placebāt quia nō egerent igni: parcerētq; ligno. Expetita res &
parata ſemper. unde & acetaria appellabātur. Facilia cōcoqui: nec oneraturo ſenſū cibo: & quæ
minime accēderent ad deſiderium panis. Pars eoꝝ ad cōdimēta pertinēs fatet̄ non domi uerſurā
fieri ſolitam. Atq; nō indicū piper quæſitum: quæq; trāſmara petimus. Iam quoq; in feneſtris
ſuis plebs urbana in imagine hortoꝝ quottidiana oculis rura præbebāt: anteq̄ præfigi ꝓſpec/
tus omīs coegit multitudinis īnumeræ ſæua latrocinatio. Quā ob rem ſit aliqs: & his honos: ne
ue auctoritatem rebus uilitas adimat. Cū præſertim etiā cognoīna proceꝝ inde nata uideamus.
Lactucinoſq; ī ualeria familia nō puduiſſe appellari: & cōtigat aliqua gratia opi curæq; noſtræ.

Virgilio quocꝫ cõfeſſo ꝗ̃ ſit difficile uerboꝝ honorem tam paruis ꝓhibere. Hortos uillæ tingẽ
dos nõ eſt dubium: riguoſcꝫ maxime habẽdos: ſi contingat ꝓfluo amne. Si minus: e puteo per/
tica organis ue pneumaticis tollẽdo: nõ hauſtu rigando. Solũ proſcindẽdũ a fauonio: ĩ autũnum
præparãdum eſt poſt. xiiii. dies: iterãdumcꝫ ante brumã. Octo iugeꝝ opis palari iuſtũ eſt. Fi/
mum tres pedes alte cũ terra miſceri. Areis diſtingui: eaſcꝫ reſupinis puluinoꝝ toris ambiri ſin/
gulis tramitum ſulcis: qua detur acceſſus homini: ſcatebriſcꝫ decurſus. In hortis naſcẽtiũ alia bul
bo cõmẽdantur: alia capite: alia caule: alia folio: alia utrocꝫ: alia ſemine: alia cortice: alia cute aut
carthilagine: alia carne: alia tunicis carnoſis. Alioꝝ fructus in terra eſt: alioꝝ & extra: alioꝝ non
niſi extra. Quædã iacent creſcuntcꝫ ut cucurbitæ & cucumis. Eadẽ & pendent quãꝗ̃ grauiora
multo etiã iis quæ in arboribus gignuntur. Sed cucumis carthilagine. Cortex huic uni maturita
te tranſit in lignum. Terra cõduntur raphani: napique: & rapa: atque alio mõ inulæ: cicer: paſti/
nacæ. Quædã uocauimus ferulacea ut anetum: maluas. Nãcꝫ tradũt auctores in arabia maluas
ſeptimo mẽſe arboreſcere: baculoꝝ uſum præbere exẽplo. Sed & arbor eſt malua in mauritania
lixi oppidi æſtuario: ubi heſperidum horti fuiſſe produntur. cc. paſſibuſ ab oceano iuxta delubꝝ
Herculis antiquius gaditano ut ferunt. Ipſa altitudinis pedes. xx. craſſitudinis quam circumplec
ti nemo poſſit. In ſimili genere habebitur & canabis. Necnon & carnoſa aliqua appellabimus: ut
ſpongias in humore pratorum enaſcentes.

¶ Natura & genera & hyſtoria naſcentium in hortis reꝝ. Ca. v.

Hungoꝝ enim callum in ligni arboꝝque natura diximus: & alio gñre tuberꝝ pauloante. Car
thilaginei generis extraque terrã eſt cucumis: mira uoluptate Tiberio principi expetitus.
Nullo qppe nõ die cõtigit ei: pẽſiles eoꝝ hortos ꝓmouẽtibus ĩ ſoles rotis olitoribus. Rurſuſcꝫ
hybernis diebus intra ſpecularium munimẽta reuocantibus. Quin & lacte mulſo ſemine eoꝝ bi/
duo macerato: apud antiquos græciæ auctores ſcriptum eſt ſeri oportere ut dulcioꝛs fiant. Cre
ſcunt qua coguntur forma. In italia uirides & ꝗ̃minimi. In prouintiis ꝗ̃ maximi & citrini aut ni/
gri. Placent copioſiſſimi africæ ac grandiſſimi. Aſt cum magnitudine exceſſere pepones uocant.
Viuunt hauſti in ſtomacho in poſteꝝ diẽ: nec ꝑfici queunt. In cibis nõ inſalubres: tamẽ plurimũ
natãt. Oleum odere mire. Nec minus aquas diligũt. Deſecti quoque ad eas modice diſtãtes ad/
repunt. Cõtra oleum refugiunt. Aut ſi qd obeſt: uel ſi pẽdeant: curuantur. Idcꝫ uel una nocte
deprehẽditur. Si uas cum aqua ſubiiciatur a quattuor digytoꝝ interuallo deſcẽdentibus ãte po/
ſteꝝ diem. At ſi oleũ eodem mõ ſit ĩ hamos curuatis. Iidẽ in fiſtula flore dimiſſo mira lõgitudiñ
creſcũt. Ecce cũ maxime noua forma eoꝝ in cãpania ꝓuenit mali cotonei effigie. Forte primo na
tum ita audio unum: mox ſemine ex illo genus factũ: melopeponas uocãt. Nõ pẽdẽt hi: ſed hu/
mi rotũdantur. Miꝝ in his præter figurã: colorẽcꝫ & odorem: ꝙ maturitatẽ adepti quãꝗ̃ non
pẽdentes ſtatim a pediculo recedũt. Columella tradit ſuũ cõmẽtum ut toto ãno cõtingant. Fru
ticem rubi ꝗ̃uaſtiſſimũ in apricũ locum trãſferre: & recidere duũ digytoꝝ ĩlicta ſtirpe circa æq
noctium uernũ. Ita in medulla rubi ſemine cucumeris inſito terra minuta fimocꝫ circũageratas re
ſiſtere frigori radices. Cucumeꝝ græci tria genera fecere. . Laconicũ: ſcitalicũ: boeticũ. Ex iis tã
tum laconicũ aqua gandere. Sũt qui hærba quæ uocat̃ culix noĩe trita ſemẽ eoꝝ maceratum ſeri
iubeant: ut ſine ſemine naſcãt̃. Similis & cucurbitis natura dũtaxat ĩ naſcẽdo. Aeque hyemẽ ode
re. Amant rigua ac fimũ. Serunt̃ ãmbo ſemine in terra ſexcꝑedali: foſſura inter æquinoctiũ uer
num & ſolſtitium. Parilibus tamẽ aptiſſime. Aliqui malũt ex chalen. martii cucurbitas: & nonis
cucumeres: & per qnquatros ſerere ſimili modo reptãtibus flagellis ſcãdentes parteſum aſpera
in tectum uſcꝫ natura ſublimitatis auida. Vires ſine adminiculo ſtãdi nõ ſunt: uelocitas ꝑnix: leui
umbra cameras ac ꝑgulas operientes. Inde hæc duo prima genera. Camerariũ: & plebeiũ: quod
humi creditur. In priore mire tenui pediculo libratur põdus ĩmobile aure. Cucurbita quocꝫ omĩ
mõ faſtigatur uaginis maxime uitilibus: cõiecta in eas poſtꝗ̃ defloruit: creſcit qua cogit̃ forma.
Pleꝝcꝫ & draconis intorti figura. Libertate uero pẽſili cõceſſa: iam uiſa eſt nouẽ pedũ longitudi
nis. Particulatim cucumis floret: ſibi ipſe ſupfloreſcẽs: & ſicciores locos patitur: cãdida lanugine
obductus: magiſcꝫ dũ creſcit. Cucurbitaꝝ numeroſior uſus. Et primus caulis in cibo. Atcꝫ ex eo
in totum natura diuerſa. Nuꝑ in balneaꝝ uſum uenere urceoꝝ uice. Iã pridẽ uero etiã cadoꝝ ad
uina cõdẽda. Cortex uiridi tener. Deraditur nihilominus cibis. Cibos ſalubres ac leues pluribus
modis exiſtimãt: ꝗ perfici humano uentre nõ queãt: ſed nõ intumeſcãt. Semina quæ ꝓxima col
lo fuerint proceras pariunt. Item ab imis: ſed nõ cõpandas ſupradictis: quæ in medio rotundas:
quæ lateribus craſſas brevioreſcꝫ. Siccant̃ in umbra: & cũ libeat ſerere in aqua macerant̃. Cibis
quos longiores tenuioreſcꝫ eo gratiores. Et ob id ſalubriores quæ pẽdendo creuere: minimũcꝫ
ſeminis tales habẽt: duricia eius in cibis gratiam terminãte. Eas quæ ſemini ſeruantur ante hye
mẽ præcidi nõ eſt mos. Poſtea fumo ſiccant̃ cõdẽdis hortenſioꝝ ſeminibus ruſticæ ſupellectili.
Inuenta eſt rõ qua cibis quocꝫ ſeruarẽt̃. Eodẽcꝫ mõ cucumis uſcꝫ ad alioſ pene prouentus: & id
qdẽ iniuria fit. Sed & ſcrobe opaco in loco harena ſubſtrato fœnocꝫ ſicco optos: ac deinde terra

uirides ſeruari tradunt. Sunt & ſiluestres in utroq; genere & oĩbus fere hortenſibus. Sed & his
medica tantũ natura eſt. Quã ob rem differẽtur in ſua uolumina. Reliqua chartilaginum natura
terra occultãtur omĩa. In qbus de rapis abũde dixiſſe poteramus uideri: niſi medici maſculini ſe/
xus facerent in his rotunda. Latiora uero & cõcaua fœminini: præſtãtiora ſuauitate: & ad cõdiẽ
dum faciliora: quæ ſæpius ſata trãſeunt in marem. Iidẽ napoꝝ quoq; genera fecere. Corinthium
cleoneũ: lyothaſium: boeticũ: & quod ꝑ ſe uiride dixerũt. Ex iis in ãplitudinẽ adoleſcit corinthi
um nuda fere radice. Solum enim hoc genus ſupne tẽdit: nõ ut cætera in terrã. Lyothaſiũ qdã
thraciũ appellãt: frigoꝝ patiẽtiſſimũ. Ab eo boeticũ dulce eſt: rotunditate etiã breui notabile.
Neq; ut cleonæum prælõgum in totum qdem. Quoꝝ tenuiora folia ipſi quoq; dulcioꝛs. Quo
rũ ſcabra & anguloſa & horrida amariores. Eſt præterea genus ſiluestre: cuius folia ſunt erucæ
ſimilia. Palma romæ amiterninis datur: inde murſiis: tertia noſtratibus. Cætera de ſatu eoꝝ in
rapis dicta ſunt. Cortice & chartilagine cõſtant raphani. Multiſq; eoꝝ cortex craſſior etiã q̃ q/
buſdã arborũ. Amaritudo plurima illi eſt: & ꝓ craſſitudine corticis. Cætera quoq; aliquãdo li/
gnoſa. Et uis mira colligẽdi ſpiritũ: laxandiq; ructũ. Ob id cibus illiberalis utiq; ſi ꝓxime olus
mãdatur. Si uero cũ oliuis diruptis rarior fructus fit: minuſq; fœtidus. Aegypto mire celebrat̃
ꝓpter olei fertilitatem: quod de ſemine eius faciũt. Hoc maxime cupiũt ſerere: ſi liceat: quoniã
& quæſtus plus q̃ e frumẽto & minus tributi eſt: nullũq; copioſius oleũ. Genera raphani græ
ci fecere tria foliorũ differẽtia: criſpi: atq; lenis: & tertium ſilueſtre. Atq; huic leuia qdem folia:
ſed breuiora ac rotũda: copioſaq;: atq; fruticoſa. Sapor aũt aſp: & medicamẽti inſtar ad eliciãdos
aluos. Et in prioribus tamẽ differẽtia ſeminis eſt: quoniã aliqua admodũ exiguũ ferunt. Hæc ui
tia nõ cadũt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera. Algidenſe a loco lõgum atq; tranſluci/
dum. Alteꝝ rapi figura: quod uocant ſyriacum: ſuauiſſimũ fere ac tenerrimũ: hyemiſq; patiens.
Præcipuum tamẽ eſt quod e ſyria nõ pridem aduectum apparet: quoniã apud auctores nõ repi
tur. Id aũt tota hyeme durat. Etiãnũ unum ſilueſtre græci cheriam uocãt: põtici armõ: alii leu/
cem: noſtri armoratiam frõde copioſius q̃ corpore. In oĩbus aũt ꝓbãdis maxime ſpectãtur cau
les: in initio enim rotũdiores craſſioreſq; ac lõgis canalibus. Folia ipſa triſtiora: & angulis horri
da. Seri uult raphanus terra ſoluta: humida. Fimũ odit: palea contentus. Frigore adeo gaudet:
ut in germania infantiũ pueroꝝ magnitudinem æquet. Seritur poſt idus febru. ut uernuſ ſit. Ite
rumq; circa uulcanalia quæ ſatio melior. Multi & martio & aprili ſerũt & ſeptẽbri. Incipiẽte in/
cremẽto cõfert alterna folia circũobruere: ipſos uero accumulare. Nã qui extra terrã emerſerit
durus fit atq; fungoſus. Ariſtomachus detrahi folia per hyemẽ iubet: & ne lacunæ ſtagnẽt accu
mulare. Ita in æſtate grãdeſcere. Quidã ꝓdidere ſi palo adacto cauerna palea inſternat̃ in ſex
digytoꝝ altitudine: deinde ſemẽ fimũq; & terra cõgeratur ad magnitudinẽ ſcrobis creſcer̃. Præ
cipue tamẽ ſalſis aluntur. Itaq; etiã talibus aquis irrigãtur. Et in ægypto nitro ſpargũt̃: ubi ſũt
ſuauitate præcipui. In totũ quoq; ſalſugine amaritudo eoꝝ eximit̃: fiuntq; coctis ſimiles. Nãq;
& coctiſ dulceſcũt: & in napoꝝ uicem trãſeũt. Crudos medici ſuadẽt: ad colligẽda acria uiſceꝝ dã
dos cũ ſale ieiunis eſſe: atq; ita uomitionibus præparãt meatũ. Tradũt & præcordiis neceſſariũ
hunc ſuccũ: quãdo phtheſin cordi intus inhærentem nõ alio potuiſſe depelli cõpertũ ſit in ægyp
to regibus corpora mortuoꝝ ad ſcrutãdos morbos inſecãtibus. Atq; ut eſt græca uanitas: fert̃
in tẽplo Apollinis delphis adeo cæteris cibis prælatus raphanus: ut ex auro dicaret̃ raphanus:
beta ex argento: rapum e plumbo. Scires nõ ibi genitũ Mãnium Curium impatorẽ: quẽ ĩ hoſpi
tio legatis auꝝ repudiaturo afferentibus rapũ torrentem in foco inuẽtum ãnales noſtri ꝓdide/
re. Scripſit & Marchion græcus de raphano unũ uolumẽ. Vtiliſſimi ĩ cibis hyberno tẽpore exi
ſtimãtur. Iidẽq; dentibus ſemp inimici: quoniã atterant. Ebora certe poliunt. Odiũ iis cũ uite
maximũ: refugitq; iuxta ſatos. Lignoſiora ſunt reliqua in carthilaginũ genere a nobis poſita. Mi
rumq; oĩbus uehemẽtiã ſaporis ineſſe. Ex iis paſtinacæ unũ genus agreſte ſpõte prouenit: ſta/
phylinos græce dicit̃. Alteꝝ ſeritur radice uel ſemine primo uere uel autũno. Vt Hygino pla/
cet februario: auguſto: ſeptẽbri: octobri: ſolo q̃altiſſime refoſſo. Annicula utilis eſſe incipit: bi
ma utilior: gratior autũno: patiniſq; maxime. Et ſic quoq; uirus illi intractabile eſt. Hibiſcum a
paſtinaca gracilitate diſtat. Dãnatum cibis: ſed medicinæ utile. Eſt & quartũ genus in eadẽ ſimi
litudine paſtinacæ damnatum in cibis: ſed medicinæ utile. Eſt & quartum genus in eadem ſimi/
litudine paſtinacæ: quã noſtri gallicã uocant: græci uero glaucon. Cuius genera etiã quattuor
fecere: inter medica dicendũ. Siſer & ipſum Tyberius princeps nobilitauit flagitãs omĩbus ãniſ
a germania Gelduba appellatur caſtellũ rheno impoſitũ: ubi generoſitas præcipua. Ex quo ap/
paret frigidis locis cõuenire. Ineſt lõgitudine neruus: qui in decoctis extrahitur: amaritudiniſ ta
men magna parte relicta: quæ mulſo in cibis tẽpata etiã in gratiã uertitur. Neruus idẽ & paſti/
nacæ maiori dũtaxat ãniculæ. Siſer his ſeritur mẽſibus: februario: martio: aprili: auguſto: ſep/
tẽbri: octobri. Breuior his eſt: ſed toroſior amariorq; inula per ſe ſtomacho inimiciſſima. Eadẽ
dulcibus mixtis ſaluberrima. Pluribus mõis auſteritas euicta gratiã inuenit. Nãq; & in pollinẽ

tunditur arida: liquidoq; dulci tēpatur: & decocta poſtea aut aſſeruata uel macerata pluribus mo
dis. & tūc mixta defruto: aut ſubacta melle: uuiſq; paſſis: aut piguibus cariotis. Alio rurſus mō
coroneis: malis: uel ſorbis: aut prunis. Aliquādo pipe aut thymo uariata defectus præcipue ſto
machi excitat. Illuſtrata maxime Iuliæ Auguſtæ quottidiano cibo. Superuacuū eius ſemē: quo
niam oculis ex radice exciſis ut harundo ſeritur. Et hæc aūt ſerit & ſiler & paſtinaca utroq; tēpo
re uere & autūno magnis ſeminū īteruallis. Nulla ne minus ꝙ ternoꝝ pedū: quoniā ſpatioſe fru
ticat. Siſer āt trāſferre melius. Proxima his eſt bulboꝝ natura: quos Cato ī primis ſerēdos præ
cipit: celebrāſq; megaricos. Veꝝ nobiliſſima eſt ſcylla: quāq; medicamini nata acetoq; exacuen
do. Nec ulli amplitudo maior: ſicut nec uis aſperior. Duo genra medicæ. Maſculus albis foliis.
fœmina nigris. Et tertiū genus eſt cibis gratū. Epimenidū uocat̃ anguſtius folio: ac minus aſpe/
ro. Seminis plurimū omibus. Celerius tamē ꝓueniunt ſatæ bulbis circa latera natis. Et ut cre/
ſcant: folia quæ ſunt in his ampla: deflexa circa obruūtur. Ita ſuccū oēm in ſe trahūt capita. Spō
te naſcunt̃ copioſiſſime in balearibus ebuſoq; inſulis: ac p hiſpanias. Vnū de iis uolumē condidit
Pythagoras philoſophus: colligens medicas uires: quas ꝓximo reddemus libro. Reliqua bulbo
rum genera differūt colorē: magnitudine: ſuauitate. Quippe cū qdam crudi mādant̃: ut in cherō
neſo taurica. Poſt hos in africa nati maxime laudāt̃. Mox apuli gēnra græci hæc fecer̃. Balbinō:
ſitaniō: pithyō: acrocorion: egylops: ſiſorrynchiō. In hoc miꝝ imas eius radices creſcere hyeme.
Verno āt cum apparuerit uiola: minui ac cōtrahi: tum deinde bulbum pingueſcer̃. Eſt inter ge/
nera quod in ægypto aron uocāt: ſcyllæ ꝓximū amplitudine: foliis lapati: caule recto: duū cubi
toꝝ baculi craſſitudine: radice mollioris naturæ: quæ edat̃ & cruda. Effodiunt̃ bulbi ante uer.
At deteriores illico fiunt ſi finduntur. Signū maturitatis folia inareſcentia ab imo. Vetuſtiores ī
probāt. Item partuos & lōgos. Cōtra rubicūdis rotūdioribuſq; laus & grādiſſimis. Amaritudo
pleriſq; in uertice eſt. Media eoꝝ dulcia. Bulbus nō naſci niſi ex ſemine priores tradiderūt. Sed
& in preneſtinis campis ſpōte naſcūtur: ac ſine mō etiā in remoꝝ aruis.

De hortēſium hærbaꝝ radicibus: foliis: floribus: coloribus. Ca. v.

HOrtēſibus omibus fere ſingulæ radices: ut raphano: betæ: apio: maluæ. Ampliſſima aūt
lapato: ut quæ deſcendat ad tria cubita. Siluestri minores tumidæ. Effoſſa quoq; diu uiuit.
Quibuſdā tāmē capillatæ: ut apio: maluæ. Quibuſdam ſurculoſæ: ut ocimo. Aliis carnoſæ: ut
betæ: aut magis etiānum croco. Aliqbus ex cortice & carne cōſtant: ut raphano & rapis. Quo/
rūdam geniculatæ ſunt: ut gramis. Quæ rectā nō habēt radicē ſtatim plurimis nitūt̃ capillamē
tis: ut atriplex: & blitum. Scylla āt & bulbi & cepe & allium nō niſi in rectū radicāt̃. Sponte na/
ſcentiū quædam numeroſiora ſunt radice ꝙ folio: ut calax: perdiotum crocū. Florēt uero cū fra
xino ſerpillum: ambrotonum: napi: raphani: mēta: ruta: & cætera qdem deflorēſcūt cū cœpe.
Ocimū āt particulatim & ab imo incipit. Qua de cā diutiſſime floret. Hoc & in heliotropio hær
ba euenit. Flos aliis cādidus: aliis luteus: aliis purpureus. Folia cadunt a cacuminibus origano:
inulæ: & aliquādo rutæ iniuria læſæ. Maxime cōcaua ſunt cepe. getio. Allium cepaſq; īter deos
iureiurādo habet ægyptus. Cepe gēnra apud græcos ſarda: ſamothracia: halſidena: ſetania. Itē
ſcirta. Aſcalonia ab oppido iudææ noīata. Omibus etiā odor lachrymoſus & præcipue cypriis:
minime gnidiis. Omibus corpus totū pinguitudinis eaꝝ carthilagine. E cunctis ſetania minima:
excepta tuſculana. ſed dulcis. Scirta āt & aſcalonia cōdūtur. Scirtā hyeme cū coma ſua r̄linquūt.
Vere folia detrahūt: & alia ſubnaſcūtur iiſdē diuiſuris: unde & nomē. Hoc exēplo reliqs quoq;
generibus detrahi iubent: ut in capita creſcāt potius ꝙ in ſemetipſa. Aſcaloniaꝝ ꝓpria natura.
Etenim uelut ſteriles ſunt ab radice: & ob id ſemine ſeri illas nō deponi iuſſere græci. Præterea
ſerius circa uer cum germināt transferri: Ita craſſeſcere. Et tūc ꝓperare præteriti tēporis pēſita
tione. Feſtinandū aūt in his eſt: quoniam natura celeriter putreſcunt. Si deponant̃: caulē amit/
tunt: & ſemen: ipſæq; euaneſcūt. Eſt & coloꝝ differētia. Samo enim & ſardibus cādidiſſimæ pro
ueniunt. Sunt in honore & creticæ: de qbus dubitant an eædem ſint: quæ aſcaloniæ: quoniā ſa/
tis capita craſſeſcūt: depoſitis caulibus & ſemine. Diſtant ſapore tantū dulci. Apud nos duo pri/
ma genera. Vnum cōdimētarium: quod illi getion: noſtri pallacanam uocant. Seritur menſibus
martio: aprili: maio. Alteꝝ capitatum æque ab æqnoctio autūni uel fauonio. Genera eius auſte
ritatis ordine africana: gallica: tuſculana: amiternina. Optima aūt quæ rotūdiſſima. Itē ruffa acri
or ꝙ candida: ſicca ꝙ uiridis: & cruda ꝙ cocta: ſicca ꝙ cōdita. Seritur amiternina frigidis & hu
midis locis: & ſola allii mō capite: reliquæ ſemine. Proximaq; æſtate nullum ſemē emittunt: ſed
caput tantum quod inareſcit. Sequēti autē anno ꝑmutata rōe ſemē gignit̃. Caput ipſum corrūpi
tur. Ergo omibus annis ſepatim ſemē cepe cā ſeritur. Sepatim cepe ſeminis: Seruant̃ autē opti/
me in paleis. Getium pene ſine capite eſt: ceruicis tantum longæ: & ideo totū in frōde: ſæpiuſq;
reſecat̃ ut porrum. Ideo & illud ſerunt nō deponūt. Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubēt: extir
patis radicibus hærbaꝝ. In iugero denas libras. Intermiſceri ſatureiam: quoniā melius proueni/
at. Runcari præterea: & ſarriri ſi nō ſæpius quater. Aſcaloniam menſe februario ſerunt noſtri.

Semen cepaꝝ nigreſcere incipiens anteq; marceſcat metūt. Et de porro in hanc cognationē dici
cōuenit: præſertim cū ſectiuo nup auctoritatē dederit princeps Nero: uocis gratia ex oleo æſta
tis mēſiū omibus diebus. Nihilq; aliud ac ne pane qdem ueſcēdo. Serit̃ ſemine ab æquinoctio au/
tūno ſi ſectiuum facere libuerit denſius. In eadē area ſecatur donec deficiat: ſtercoratq; ſemp: ſi
nutritur in capita anteq; ſecetur: cū increuerit: in aliā aream trāſſeratur ſūmis foliis leniter reci/
ſis ante medullam & capitibus retractis tunicis ue extremis. Antiqui ſilice uel tegula ſubiecta ca
pita dilatabant. Hoc item de bulbis. Nūc ſarculo leniter cōuellūtur radices ut delūbatæ alant.
neq; diſtrahant. Inſigne q cū fimo lætoq; ſolo gaudeat: rigua odit: & tamē ꝓprietate quadā ſo
li cōſtat. Laudatiſſimus in ægypto: mox orchiæ atq; aritiæ. Sectiui duo genera. Hoc hærbace
um folio inciſuris eius euidentibus: quo utunt̃ medicamētarii. Alteꝝ genus ſuauidioris folii ro/
tundioriſq;: inciſuris leuioribus. Fama eſt Melā equeſtris ordinis reꝝ ex procuratione a Tybe/
rio pricipe accerſitum in ſūma deſpatione ſucco porri ad trium denarioꝝ argēteoꝝ pōduſ hauſto
cōfeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Ampliorē modū negant noxiū eſſe. Allium ad multa ruris præ
cipue medicamēta prodeſſe credit̃. Tenuiſſimis & quæ ſepantur ī uniuerſum uelatur mēbranis:
mox pluribus coagmentatur nucleis: & iis ſepatim ueſtitis. Aſperi ſaporis: & quo plures nuclei
fuere hoc eſt aſperius. Tedium huic quoq; halitu ut cepis: nullum tamē coctis. Generꝝ differen
tia in tempore. Præcox matureſcit. lx. diebus tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc gene
re græci appellauere allium cyprium: alii antiſcordō: præcipue africæ celebratum inter pulmen
taria ruris grādius. Allio trito in oleo & aceto mirꝝ quātum increſcat ſpuma. Quidā & alliū ulpi
cum in plano ſeri uetant: caſtellatimq; grumulis īponi diſtantibus īter ſe pedes ternos. Inter gra
na quattuor digyti intereſſe debent: ſimul atq; tria folia erupint ſarriri. Grandeſcunt quo ſæpi/
us ſarriuntur. Matureſcentium caules depreſſi in terram obruuntur. ita cauet ne in frondem
luxurient. In frigidis utilius uere ſeri quam autumno. Cæterum ut odore careant omnia hæc
iubentur ſeri cum luna ſub terra ſit: colligi cum in coitu. Sine iis Menander e græcis auctor
eſt: allium edentibus ſi radicem betæ in pruna toſtā ſupederint: odorē extingui. Sūt qui & alliū
& ulpicum inter cōpitalia ac ſaturnalia ſeri aptiſſime putent. Allium & ſemine ꝓuenit ſed tarde.
Primo enim āno porri craſſitudine capite efficitur: ſequēti diuidit̃: tertio cōſumatur. Pulchriuſq;
exiſtimatur tale. A quibuſdā in ſemē exire uetatur. Sed intorqueri caulis ſatiōis gratia: uti caput
ualidius fiat. Quod ſi diutius allium cepeq; inueterari libeat: aqua ſalſa tepida capita intinguēda
ſunt. Ita diuturniora fient: melioraq; uſui: ſed in ſatu ſterilia. Alii cōtēti ſunt primo ſup prunas
ſuſpēdiſſe: abūdeq; ita ꝓfici arbitrantur: ne germinēt. Quod facere allium cepāq; extra terram
quoq; certū ē: & cauliculo acto euaneſcere. Aliq & alliū palea optime ſeruari putāt. Alliū ē in
aruis ſpōte naſcēs: alum hoc uocāt: quod aduerſus improbitatē alitum depaſcentiū ſemina: coc/
tū ne renaſci poſſit: abiicit̃: ſtatiq; quæ deuorauere aues ſtupētes manu capiūtur. : & ſi paulū cō
morauer̃ ſopitæ. Eſt & ſilueſtre qđ urſinū uocāt odor̃ molli: capite p̄tenui: foliis grādibus.

Quoto die quæq; hærbæ naſcuntur ſatæ: & quomodo quæq; formantur:
uel digerantur: & quoꝝ ſingula genera: & quoꝝ plura. Ca. vi.

IN hortu ſatoꝝ celerrime naſcūtur ocimū: blitū: napus: eruca. Tertio enim die erūpunt ane
tum quarto: lactuca qnto: raphanus ſexto: cucumis & cucurbitæ ſeptimo: prior cucumis:
naſturtium ac ſinapi qnto: beta æſtate ſexto: hyeme decimo: atriplex octauo: cepe. xix: aut. xx.
getium. x. aut. xii. Cōtumacius coriādrū. Cunila quidem & origanū poſt. xxx. diē. Omium diffi
cillime apium. xl. enī die cū celerrime maiore ex pte emergit. Aliquid & ſeminum ætas cōfert:
quoniam recētiora maturius gignūtur. In porro: getio: cucumere: cucurbita. Ex uetere aūt cele
rius proueniunt apiū: beta: cardamū: cunila: origanū: coriādrū. Mirꝝ in betæ ſemine nō enī tota
eo āno gignitur: ſed aliqd ſequēte: aliquid tertio. Itaq; ex copia ſeminis modice naſcit̃. Quædā
anno tantū ſuo pariunt: quædā ſæpius: ſicut apium: porrū: getiū: Hæc enim ſemel ſata pluribuſ
ānis reſtibili fertilitate ꝓueniūt. Semina plurimis rotunda: aliqbus oblōga: paucis foliacea & la
ta: ut atriplici. Quibuſdā anguſta & canaliculata: ut cumino. Differūt & colore nigro candidoq;
item duricie. Surculacea in folliculo ſunt raphano: ſinapi: rapo. Nudū ſemē apii: coriādri: aneti
fœniculi: cumini. Cortice obducta bliti: betæ: atriplicis: ocimi. At lactucis ī lanugie. Nihil oci
mo fœcūdius. Cū maledictis ac ꝓbris ſerendū præcipiunt: lætius ꝓueniet. Satū etiā paſcit̃ ter/
ra adacta cuminū: & qui ſerūt precātur ne exeat. Quæ in cortice ſūt difficillime matureſcūt: ma/
ximeq; ocimū: & gyt. Siccātur omīa ac ſunt fœcunda. Vtiq; meliora naſcūtur aceruatim ſato ſe
mine: q̄ ſparſo. Ita certe porrū & allium ſerunt in laciniis colligatū. Apium etiā paxillo cauerna
facta ac fimo ingeſto. Naſcūtur aūt omīa aut ſemine aut auulſione. Quædā ſemine & ſurculo:
ut ruta: origanū. Ocimū præcidūt enim & hoc cū peruenit ad palmæ altitudinē. Quædā & radi
ce & ſemine: ut cepa: allium: bulbi: & ſi quoꝝ radicē minimi floꝝ relinquūt. Eoꝝ uero quæ a ra/
dice naſcūtur radix diuturna & fruticoſa eſt: ut bulbi: getii: ſcyllæ. Fruticāt alia & nō capite: ut
apium: & beta. Caule reciſo fere quidē omīa regermināt: exceptis quæ nō ſcabrū caulē habēt.

Eſt in uſu uero ocimũ:raphanus:lactuca. Hanc etiã ſuauiorẽ putant a regerminatione. Rapha/
nus utiq; iucũdior detractis foliis anteq̃ decauleſcat. Hoc & in rapis. Nã & eadẽ direptis foliis
cooperta terra creſcunt:durãtq; in æſtate. Singula genera ſunt ocimo:lapato:blito: naſturtio:
erucæ:atriplici:coriandro aneto. Hæc enim ubiq; eadẽ ſunt:neq; aliud alio melius uſq;. Rutã
furtiuã tantũ ꝓuenire fertilius putant:ſicut apes furtiuas peſſime. Naſcũt̃ ẽt nõ ſata mẽtaſtrũ:
nepeta:intubũ:pulegiũ. Cõtra plura genera ſũt eoꝝ quæ diximus:dicemuſq; ĩ primis de apio.

¶Natura & gñra & hyſtoriæ ad cõdimẽta ĩ horto ſataꝝ reꝝ. xxxvi. Ca. vii.

Idenim quod ſpõte in humidis naſcitur helioſelinũ uocat̃ uno folio:nec hirſutũ. Rurſus in
ſiccis hippoſelinũ:plurib⁹ foliis:ſimile helioſelino. Tertiũ ẽ oreoſelinũ cicutæ foliiſ:radice
tenui:ſemine aneti:minutiore tamẽ. Eſt ãt ſatiuis differentia in folio denſo criſpo:aut rariore &
leuiore. Itẽ caule tenuiore ac craſſiore. Et caulis alioꝝ cãdidus eſt:alioꝝ purpureus:alioꝝ uari/
us. Lactucæ græci tria fecere genera. Vnum lati caulis:adeo ut urceola & olitoria ex iis factita
ri ꝓdiderint. Folium his paulo maius hærbaceo & anguſtiſſimũ:ut alibi cõſũpto incremẽto: al/
teꝝ rotundi caulis. Tertium ſeſſile:quod laconiõ uocant. Alii coloris & tẽporis ſatus genera di/
ſcreuere. Eſſe enim nigras:quaꝝ ſemẽ menſe ianuario ſeratur:albas quaꝝ martio:rubẽteſ quaꝝ
aprili. At oĩum eaꝝ plãtas poſt binos mẽſes differri. Diligẽtiores plura genera faciunt:purpu/
reas:criſpas:cappadocas:græcas. Lõgiora his folia cauleſq; lati. Præterea lõgi & anguſti intu/
bis ſimiles. Peſſimũ ãt genus cũ exprobratione amaritudinis appellauere picrida. Eſt etiãnũ alia
diſtinctio atræ:quæ miconis uocat̃ a copia lactis ſoporiferi:quãq; omẽs ſõnum parere credãt̃.
Apud antiquos italiæ hoc ſolum genus eaꝝ fuit:& ideo lactucæ nomẽ adeptæ. Purpureã maxi
mæ radicis cecilianã uocãt. Rotũdam uero ac minime radicis:latis foliis artylida. Quidãq; eu/
mechion:quoniã hæc maxime refragetur ueneri. Eſt qdẽ natura omibus refrigeratrix: & ideo
æſtate gratæ a ſtomacho faſtidium auferunt:cibiq; appetẽtiã faciũt:Diuus certe Auguſtus lac
tuca cõſeruatus in ægritudine fertur prudẽtia Muſæ medici:cũ prior eſſet eſca e melle. Religio
minime omine caret:in tantũ recepta cõmẽdatione:ut ſeruari etiã in alienos mẽſes eas oxymeli/
te reptum ſit. Sãguinẽ quoq; augere credũtur. Eſt etiãnum quæ uocat̃ caprina lactuca:de qua
dicemus inter medicas. Et ecce cũ maxime cœpit irrepere ſatiuis admodũ ꝓbata:quæ cilicia uo
catur:folio cappadocæ niſi criſpũ latiuſq; eſſet. Nec ex eodẽ genere poſſunt dici:neq; ex alio itu
bi hyemis impatiẽtiores:uiruſq; præferẽtes:ſed caule nõ minus grati. Serũtur uerno plãtæ eo
rum:ultimo uere trãſferũtur. Eſt & erraticũ intubum:quod in ægypto cichoriũ uocãt. De quo
plura alias. Inuẽtum omẽs thyrſos uel folia lactucaꝝ ꝓrogare urceis cõditos ac recentes in pati
nis coquere. Serũtur lactucæ ãno toto lætis & irriguis ſtercoratiſq; binis menſibus inter ſemen
plãtamq; & maturitatem. Legittimũ tamẽ a bruma ſemẽ iacere:plãtã in fauonio trãſferre. Aut
ſemẽ fauonio:plantã æqnoctio uerno. Albæ maxime hyemẽ tolerãt. Humore omia hortenſia
gaudent & ſtercore:præcipue lactucæ:& magis intubi. Seri etiã radices illitas fimo intereſt:&
repleri ablaqueatas humo. Quidã & aliter amplitudinẽ augent:reciſis cũ ad ſemipedẽ excreue/
rint:fimoq; ſuillo recenti illitis. Candore uero putant cõtingere iis dũtaxat:quæ ſunt ſeminis al
bi:ſi harena de littore a primo incremẽto cõgeratur ĩ medias:atq; in creſcẽtia folia contra ipſas
religentur. Beta hortenſioꝝ leuiſſima eſt. Eius quoq; a colore duo genera græci faciunt:nigrã:
& candidã: quã præferunt:pciſſimi ſeminis:appellãtq; ſiculũ:cãdoris ſane diſcrimine præferen
tes ut lactucã. Noſtri betæ genera faciũt uernum & autũnale:a tẽporibus ſatiuis: quãq; & iu/
nio ſerat̃: Transferuntur ãt in plãta hæ quoq;: & oblimi fimo radices ſuas locũq; ſimiliter madi
dum amant. Vſus iis & cũ lente ac faba. Idẽq; q oleris & præcipuus:ut lenitaſ excitet̃ acrimonia
ſinapis. Medici ĩnocentiorem q̃ olus eſſe iudicauere. Quã ob rẽ appoſitas nõ memini: deguſta
re etiã religio eſt:utq; ualidis potius in cibo ſint. Gemina iis natura & oleris & capite ipſo exiliẽ
tis. Bulbis ſpẽs ſũma in latitudine. Ea cõtingit ut in lactucis:cũ cœperint colorem trahere ĩpo/
ſito leui põdere. Neq; alii hortẽſioꝝ latitudo maior. In binos pedes aliquãdo ſe pandunt:multũ
& ſoli natura cõferente eis. Et in circelenſi agro ampliſſimæ ꝓueniũt. Sũt q betas punico malo
florẽte optime ſeri exiſtimẽt:transferri aũt cum qnq; folioꝝ eſſe cœpint. Mira differẽtia ſi uera
eſt:candidis ſolui aluos:modice nigris inhiberi. Et cum braſſica corrumpatur ĩ dolio uini ſapor:
odore betæ foliis demerſis reſtitui. Olus cauleſq; qbus nunc principatus hortoꝝ:apud græcos
ĩ honore fuiſſe nõ reperio. Sed Cato braſſicæ miras canit laudes:quas ĩ medẽdi loco reddemuſ.
Genera eius facit tria. Vnã extẽtis foliis:caule magno. Alterã criſpo folio:quã apianã uocat.
Tertiã minutis caulib⁹ lenẽ teneram minimeq; ꝓbat. Braſſica toto ãno ſerit̃ qm̃ & toto ſecat̃.
Vtiliſſime tũ ab æqnoctio autũni. Transfertur cum qnq; folioꝝ ẽ. Cima a prima ſectione præ
ſtat ꝓximo uere. Hic eſt quidam ipſoꝝ caulium delicatior teneriorq; cauliculus Apitii luxuria.
Et ꝑ eum Druſo Cæſari blãditus non ſine caſtigatione Tiberii patris. Poſt cimã ex eadẽ braſſica
cõtingunt æſtiui autũnaleſq; cauliculi:mox hyberni:iteꝝq; cimæ:nullo æque genere multife/
ro:donec ſua fertilitate conſumatur. Tertia circa ſolſtitium:ex qua ſi humidior locus eſt æſtate

ſiccior autũno plantatᷣ. Humor fimuſq; ſi defuere: maior ſaporis gratia eſt. Si abũdauere lætior
fertilitas. Fimũ aſininũ maxime cõuenit. Eſt hæc quoq; res inter opa ganeæ. Qua ꝓpter nõ pi/
gebit uerboſius pſequi. Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine. Primũ oĩum ſi in repaſtina/
to ſeras: dein ſi terrã fugiẽtes cauliculos ſeces: a terraq; ꝓceritate luxurioſa attollẽtes ſe exage/
rando aliã accumules ita: ne plus ꝙ cacumẽ emineat. Tritianũ hoc genus uocatᷣ: bis cõputabili
impẽdio tedioq;. Cætera genera cõplura ſunt. Cumanũ: ſeſſile folio: capite patulum: aricinũ alti
tudine nõ excelſius: folio numeroſius ꝙ tenuius. Hoc utiliſſimũ exiſtimatᷣ: quia ſub omibus ferᷣ
foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Põpeianum ꝓcerius caule ab radice tenui: intra folia craſſe
ſcit. Rariora hæc anguſtioraq;: ſed teneritas in dote fit. Frigora nõ tolerat. Quibus etiã alunᷣ
brutiani: prægrãdes foliis: caule tenues: ſapore acuti. Sabellico uſq; in admirationẽ criſpa ſũt fo
lia: quoꝝ craſſitudo caulẽ ipſum extenuat: ſed dulciſſimi ꝓhibẽtᷣ ex oĩbus. Nup ſubiere lacutur/
res ex cõualle aricina: ubi quõdã fuit lacus turriſq; quæ ꝑmanet: capite prægrãdes: folio ĩnume
ri. Alii in orbem porrecti. Alii in latitudinẽ toroſi. Nec plus ullis capitis poſt tritianũ: cui peda
le aliquãdo cõſpicitᷣ. Et cima nullis lenior. Cuicũq; ãt generi pruinæ plurimũ ſuauitatis cõferũt.
Et niſi obliquo uulnere defendatᷣ medulla plurimũ nocet. Semini deſtinati nõ ſecãtur. Eſt etiam
ſua gratia nõnunꝙ plãtæ habitu excellẽtibus. Halmyrida uocant: quoniam niſi in maritimis nõ
ꝓueniunt. Nauigatione quoq; lõginqua uiridibus adſeruatis. Statim deſecta ita ne humũ attin/
gant: in cados olei quãꝙ ꝓxime ſiccatos obturatoſq; cõdũtur: oĩ ſpiritu excluſo. Sũt q plantam
in transferẽdo alga ſubdita pediculo nitro ue trito: quod tribus digytis capiatᷣ: celeriors ad ma/
turitatem fieri putent. Sũt q ſemẽ trifolii nitrũq; ſimul tritũ aſpgant foliis. Nitꝝ etiam ĩ coquẽ/
do uiriditatẽ cuſtodit. Aut apiciana coctura oleo ac ſale priuſq; coquantᷣ maceratis. Eſt ĩter hær
bas genus inſerendi præciſis germinibus caulis: & in medullam ſemine ex aliis addito. Hoc & ĩ
cucumere ſilueſtri. Necnon olus quoq; ſilueſtre eſt triũ folioꝝ: Diui Iulii carminibus præcipue
iocis militaribus celebratum. Alternis qppe uerſibus exprobrauerᷣ lapſana ſe uixiſſe apud dyrra
chiũ præmioꝝ pſimoniã cauillantes. Eſt aũt id cima ſilueſtris. Oĩum hortẽſioꝝ laudatiſſima cura
aſparagis. De origine eoꝝ in ſilueſtribus curis abũde dictũ: & qũo eos iuberet Cato in harũdine
tis ſeri. Eſt & aliud genus incultius: aſpago mitius corruda paſſim etiam in mõtibus naſcens: re/
fertis ſupioris germaniæ campis: nõ inſcito Tyberii Cæſaris dicto hærbã id quandã naſci ſimil/
limam aſpago. Nã quod in neſide campaniæ inſula ſponte naſcitur lõge optimũ exiſtimatur hor
tenſium. Seritur ſpõgiis. Eſt enim plurimæ radicis: altiſſimeq; germinat. Viret thyrſo primum
emicante. Qui caulem educens tẽpore ipſo quo faſtigatus eſt in toros ſtringitur. Poteſt & ſemi
ne ſeri. Nihil diligentius cõprehẽdit Cato. Nouiſſimũq; libri eſt: ut appeat ꝑpentinam ac noui/
tiam uiro curam fuiſſe. Locũ ſubigi iubet humidũ aut craſſum. Semipedali undiq; interuallo ſeri
ne calcetᷣ. Præterea ad lineã grana bina aut terna paxillo dimitti. Videlicet ſemine tũ tantũ ſere
bantur. Id fieri ſecũdum æquinoctium uernũ. Stercore ſatiari. Crebro purgari. Caueri ne cũ hær
bis euellãtur aſparagi. Primo ãno ſtramẽto ab hyeme ꝓtegi. Vere apiri: ſarriri: rũcari. Tertio
incẽdi uerno. Quo maturius incẽſus eſt: hoc melius ꝓuenit. Itaq; harũdinetis maxime cõuenit
quæ feſtinãt incẽdi. Sarriri iubet idem nõ ante ꝙ aſpagus natus fuerit: ne ĩ ſarriẽdo radices ue/
xentur. Ex eo uelli aſparagum ab radice. Nã ſi defringatur: ſtirpeſcere: & intermori. Velli donẽc
in ſemẽ eat. Id aũt matureſcere ad uer: incẽdiq;: ac rurſus cũ apparuerint aſpagi ſarriri ac ſterco/
rari. Ac poſt ãnos nouẽ cũ iam uetus ſit: digeri ſubacto ſolo ſtercoratoq;. Tũ ſpõgiis ſeri ſingu/
loꝝ pedum interuallo. Quin & ouillo fimo noĩatim uti: quoniã aliud hærbaſceret: nec qcq; po/
ſtea tẽtatum utilius apparuit: niſi ꝙ circa idus februarii defoſſo ſemine aceruatis puolis ſcrobi/
bus ſerunt: plurimũq; maceratum fimo. Dein nexis inter ſe radicibus ſpõgias factaſ poſt æquoc
tium autũni diſponũt pedalibus interuallis: fertilitate in denos ãnos durante. Nullũ gratius iis
ſolum ꝙ rauẽnatium. Hortoꝝ indicauimus corrudã. Hunc intelligimus ſilueſtrẽ aſpagũ: quem
græci orminũ aut myacanthõ uocãt aliis ue noibus. Inuenio naſci & arietis cornibus tuſis atque
defoſſis. Poterãt uideri dicta oĩa quæ in precio ſunt: niſi reſtaret res maximi quæſtus nõ ſine
pudore dicenda. Certum ẽ quippe carduos apud carthaginẽ magnã cordubãq; præcipue ſeſter
tia ſena milia e puis iis reddere: quoniã portẽta quoq; terraꝝ in ganeã uertimus. Etiã ea quæ re
fugiunt quadrupedes cõſciæ. Carduos ergo duobus mõis ſerũt autũno: plãta & ſemine ante no
nas martias. Plantæq; quæ ex eo diſponẽtur ante idus nouẽbris aut in locis frigidis circa fauo/
nium. Stercorãtur etiã ſi placet: latiuſq; ꝓueniũt. Ocimũ parilibus optime ſeri ferũt. Quidã &
autũno: iubẽtq; cũ hyeme ſeratur: aceto ſemẽ perfũdi. Eruca quoq; & naſturtiũ uel æſtate uel
hyeme facillime naſcũtur. Eruca præcipue frigoꝝ cõtẽptrix diuerſæ eſt ꝙ lactuca naturæ. Con
citatrix ueneris. Iccirco iungitur illi fere in cibis: ut nimio frigori par feruor ĩmixtus temperamẽ
tum æquet. Naſturtium nomẽ accepit a narium tormẽto. Et inde uigoriſ ſignificatio prouerbio
id uocabulo uſurpauit ueluti torporem excitãtis. In arabia mire amplitudiniſ dicitur gigni. Rura
quoq; ſeritur fauonio & ab æquinoctio autũni: odit hyemẽ & humorẽ ac fimũ. Apricis gaudet &

ſiccis: terra ꝗ maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcet̃: ut careat erucis. Auc/
toritas etiã peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtũ rutatum populo datum a Cornelio
Cethego in cõſulatu collega Q. Flaminii comitiis pactis. Amicitia eſt ei & cum fico in tantum
ut nuſꝙ lætior ꝓueniat ꝙ ſub hac arbore. Seritur & ſurculo melius in pforatã fabam: inditoqꝫ
ſucco nutrit cõprehẽdẽdo ſurculum. Seritur & a ſe ipſa. Nãqꝫ incuruato cacumine alicuius rami
cum attigerit terrã ſtatim radicatur. Eadem & in ocimo natura: niſi ꝙ difficilius creſcit. Sed du/
rata runcatur nõ ſine difficultate ꝓueniẽtibus ulceribus: ni munitis manibus id fiat: oleo ue defẽ
ſis. Cõciduntur ãt & eius folia: ſeruãturqꝫ faſciculis. Ab æqnoctio uerno ſerit̃ apiũ ſemine pau/
lum in pila pulſato. Criſpius ſic putant fieri: aut ſi ſatum calcetur cylindro pedibuſ ue. Proprium
ei ꝙ colorem mutat. Honos ipſi in achaia coronar̃ uictores ſacri certaminis nemeæ. Eodẽ tẽpo
re ſerit̃ menta planta: uel ſi nõdum germinat: ſpõgia: minus hæc humido gaudet. Aeſtate uirt.
Hyeme flaueſcit. Genus eius ſilueſtre mẽtaſtꝶ eſt. Et hoc ꝓpagatur ut uitis: uel ſi inuerſi rami
ſerãtur. Mentæ nomẽ ſuauitas odoris apud græcos mutauit: cũ alioquin mintha uocaretur. Vn
de ueteres noſtri nomen declinauerunt. Grato menta menſas odore pcurrit in ruſticis dapibus
Semel ſata diutina ætate durat. Cõgruit pulegio cuius natura in coronariis refloreſcẽs ſæpius
dicta eſt. Hæc quoqꝫ ſeruãtur ſimili genere: mentam dico pulegiumqꝫ & nepitã. Cõdimentoꝶ
tamen omniũqꝫ faſtidiis ciminum amiciſſimum. Naſcitur in ſũma tellur̃ uix hærẽs: & in ſublime
tendens. In putribus & calidis maxime locis medio ſerendum uere. Alteꝶ eius genus ſilueſtre:
quod ruſticum uocant: alii thebaicum: ſi tritum ex aqua potetur: in dolore ſtomachi prodeſt. In
carpẽtina noſtri orbiſ maxime laudatur. Alioqn æthiopico africoqꝫ palma ē. Quidã huic ægyp
tium præferunt. Sed præcipue oluſatꝶ miræ naturæ eſt.. Hipposelinũ græci uocãt: alii ſmy/
nion. E lachryma caudicis ſui naſcitur. Seritur & radice. Succũ eius q colligũt murræ ſaporẽ ha/
bere dicũt. Auctor eſt Theophraſtus murra ſata natum. Hipposelinũ ueteres præcepant in lo
cis incultis lapidoſis iuxta maceriã ſeri. Nunc & repaſtinato ſeritur: & a fauonio poſt æqnoctiũ
autũnum. Quippe cũ capparis quoqꝫ ſeratur ſiccis maxime: area in defoſſu cauata: ripiſqꝫ undiqꝫ
circũſtructis lapide: alias euagatur p agros: & cogit ſolum ſterileſcere. Floȓt æſtate. Viret uſqꝫ
ad uergiliaꝶ occaſum. Sabuloſis familiariſſimũ. Vitia eius quod trans maria naſcitur diximus in/
ter pegrinos frutices. Peregrinum & careũ gentis ſuæ noĩe appellatũ culmis principale. In qua
cũqꝫ terra ſeri uult rõe eadẽ qua oluſatꝶ. Laudatiſſimũ tamẽ in caria: ꝓximũ phrygia. Liguſticũ
ſilueſtre eſt. In liguriæ ſuæ mõtibus ſeritur. Vbiqꝫ ſuauius ſatiuum: ſed ſine uiribus. Panacẽ ali/
qui uocant. Crateias apud græcos cunilã bubulã eo noĩe appellat. Cæteri fere cunizamidẽ: cu/
nilaginẽ. Thymbrã uero quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet uocabulũ & aliud ſatureia dicta ĩ
cõdimẽtario genere. Seritur mẽſe februario: origano æmula: Nuſꝙ utꝶqꝫ addit̃: quippe ſimi/
lis effectus. Sed cunilæ ægyptium origanum tantũ præfertur. Peregrinũ fuit & lepidũ. Seritur
a fauonio. Dein cum fruticauerit: iuxta terrã præciditur. Tũc runcat̃: ſtercoraturqꝫ. Per biẽniũ
hæc. Poſtea iiſdẽ fruticibus utuntur: ſi nõ ſæuitia hyemis ingrauat: quãdo impatiẽtiſſimum eſt
frigoꝶ. Exit & in cubitalẽ altitudinẽ: foliis laurinis ſed mollibus. Vſuſqꝫ eius nõ ſine lacte. Gyt
piſtrinis: aniſum & anetũ culinis & medicis naſcuntur. Sagapenũ & ipſum in hortis qdẽ: ſed me/
dicinæ tantum. Sunt quædã comitãtia alioꝶ ſatus: ut papauer: nãqꝫ cũ braſſica ſeritur. Ac por/
culaca & eruca cum lactuca. Papaueris ſatiuſ tria genera. Cãdidum cuius ſemẽ toſtum in ſecunda
mẽſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpgitur adfuſo ouo ihæ
rens. Vbi inferiorẽ cruſtã apio: gytqꝫ cerilai ſapoȓ cõdiunt. Alteꝶ genus papaueris nigꝶ: cuius
ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur. Tertium genus rhyan uocãt græci: id noſtri erraticum.
Spõte quidem: ſed maturius: cũ hordeo maxime naſcitur: erucæ ſimile: cubitali altitudine: flore
ruffo & ꝓtinus deciduo: unde & nomẽ a græcis accepit. De reliquis generibus papaueris ſpon
te naſcentis docebimus in medicinæ loco. Fuiſſe ãt in honore apud romanos ſemp indicio ē Tar
qnius Supbus. qui legatis a filio miſſis decutiẽdo papauera in horto altiſſima ſanguinarium illud
reſponſum hac facti ambage reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autũni ſeruntur corian/
drum: anetum: atriplex: maluæ: lapati: cerefolium: quod pederotã græci uocant: & acerrimum
ſapore: ignei effectus ac ſaluberrimum corpori. Sinapi nulla cultura: melius tamẽ planta rela/
ta. Quin e diuerſo uis eſt ſato ſemel eo liberare locum: quoniã ſemen cadens ꝓtinus uiret. Vſuſ
eius etiã ꝓ pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniæ. Coquunt̃ & folia ſicut
reliquoꝶ oleꝶ. Sunt ãt trium geneꝶ. Vnum gracile: alteꝶ rapi foliis ſimile: tertium erucæ. Se/
men optimum ægyptium. Atheniẽſes napi appellauerunt: alii tapſii: alii ſaurion. Serpylo & ſi/
ſimbrio mõtes pleriqꝫ ſcatent: ſicut thracia. Aut aquæ deferunt ex iis auulſos ramos: ſeruntqꝫ.
Item ſicyone ex ſuis mõtibus: & athenis: & hymeto. Simili mõ & ſiſimbrium ſerunt. Lætiſſimũ
naſcitur in puteoꝶ pietibus & circa piſcinas & ſtagna.

## De fœniculo & can.be. Ca. viii.

R Eliqua ſunt ferulacei generis ceu fœniculum: anguibus (ut diximus) gratiſſimum: ad cõdien

da plurima cũ inaruerit. Ei℞ ꝓ℞ſimilis tapſia: de qua diximus inter externos frutices. Deide uti
liſſima funibus canabis ſerit a fauonio. Quo denſior eſt eo tenerior. Semẽ eius cũ eſt maturũ ab
æquinoctio autũni defringit: & ſole aut uẽto aut fumo ſiccatur. Ipſa canabis uellit poſt uindemiã:
ac lucubratiõibus decorticata purgatur. Optima alabãdica: plaga℞ præcipue uſibus. Tria ibi ei⁹
genera. Improbat cortici ꝓximũ aut medullæ. Laudatiſſimũ eſt e medio: quæ meſa uocat. Se/
cunda milaſea. Quod ad ꝓceritatẽ quidẽ attinet: roſea agri ſabini arbo℞ altitudinẽ æquat. Fe
rulæ duo genera in ꝑegrinis fruticibus diximus. Semẽ eius in italia cibus eſt. Conditur quippe
duratq℞ in urceis uel anni ſpatio. Duo ea genera. Caules & racemi. Corymbiam hanc uocant: co
rymboſq℞ quos condiunt.

De morbis horto℞: & remedia circa formicas & erucas & culices. Ca. ix.

MOrbos hortẽſia quoq℞ ſentiunt: ſicut reliqua terræ ſata. Nanq℞ & ocimum ſe necat: dege
neratq℞ rite in ſerpillum: & ſiſimbriũ in calamintham. Et ex ſemine braſſicæ ueteris rapæ fi
unt. Atq℞ inuicẽ enecatur cyminũ ab uno dorſo niſi repurgetur. Eſt ãt unicaule: radice bulbo ſi/
mili: nõ niſi in ſolo gracili naſcẽs. Alias priuatim cymini morbus ſcabies. Et ocimũ ſub caniſor/
tu palleſcit. Omĩa uero acceſſu mulieris mẽſtrualis flaueſcunt. Beſtiola℞ quoq℞ genera inaſcun/
tur. Napis culices: raphano erucæ: & uermiculi. Itẽ lactucis & oleri. Vtriſq℞ hoc amplius lima/
ces & cocleæ. Porro uero priuatim aĩalia: quæ facillime ſtercore iniecto capiuntur: cõdẽtia ĩ id
ſe. Ferro quoq℞ nõ expedire tangi rutam cunilam mẽtam ocimũ auctor ẽ Sabinus Tyro in libro
cepuricõ. quem Mœcenati dicauit. Item cõtra formicas nõ minimũ horto℞ exitium: ſi nõ ſint ri/
gui: remedium mõſtrauit. Limo marino aut cinere obturatis ea℞ foraminibus. Sed efficaciſſime
heliotropio herba necãtur. Quidam & aquã diluto latere crudo inimicã eis putant. Napo℞ me
dicinæ ſunt: ſiliquas una ſeri: ſicut ole℞ cicer. Arcet enim erucas. Quæ ſi omiſſo iã natæ ſint: re
mediũ abſinthii ſuccus decocti inſpſus ſedi: quã anago℞ uocãt. Genus hoc hærbæ diximus. Se/
men ole℞ ſi ſucco eius madefactũ ſerat: olera nulli aĩalium obnoxia futura tradunt. In totum ue
ro nec erucas ſi palo imponãtur in hortis oſſa capitis ex equo genere fœminæ dũtaxat. Auer/
ſus erucas & cãcrum fluuiatilem in medio horto ſuſpẽſum auxiliari narrãt. Sũt q ſanguineis uir/
gis tangant ea: quæ nolunt his obnoxia eſſe. Infeſtant & culices hortos riguos præcipue ſi ſunt
arbuſculæ aliquæ. Hi galbano accenſo fugantur.

Quæ magis ſint fortia uel minus: & quibus ſalſæ aquæ ꝓſint. Ca. x.

NAm quod ad ꝑmutationem ſeminũ attinet: quibuſdam ex iis firmitas maior ẽ: ut coriãdro:
betæ: porro: naſturtio: ſinapi: erucæ: cunilæ: & fere acribus. Infirmiora aũt ſunt atriplici:
ocimo: cucurbitæ: cucumi: & æſtiua omĩa hybernis magis durãt: minime autẽ getiũ. Sed ex iis
quæ ſunt fortiſſima nullũ ultra quadrimatũ utile eſt dũtaxat ſerendo. Cunilis & ultra tẽpeſtiua
ſunt. Peculiaris medicina raphano: betæ: rutæ: cunilæ: in ſalſis aqs quæ plurimũ ſuauitati & fer
tilitati cõferũt. Cæteris dulcium aqua℞ rigua ꝓſũt. Vtiliſſimæ ex iis aquæ frigidiſſimæ: & quæ
potu ſuauiſſimæ. Minus utilis e ſtagno: & quas ſilices ĩducũt: quoniã hærba℞ ſemina inuehũt.
Præcipue tamẽ hymbres alunt. Nã & beſtiolæ ĩnaſcentes necantur.

Rõ rigãdo℞ horto℞: & quæ trãſlata meliora fiãt: & de ſuccis hortẽſio℞ & ſaporib⁹ Ca. xi.

HIs horæ rigandi matutina atq℞ ueſpa: ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tantum & meridiana
etiã. Satum celerrime erũpere putãt inter initia feruẽti aqua aſpſum. Oĩa aũt trãſlata me
liora grãdioraq℞ fiunt: maxime porri napiq℞. In trãſlatione & medicina eſt: deſinũtq℞ ſentire iniu
rias: ut getium: porr℞: raphani: apium: lactucæ. rapa: cucumis. Omĩa ãt ſilueſtria fere ſũt: & fo/
liis minora & caulibus: ſucco acriora: ſicut cunila: origanũ: ruta. Solũmõ ex omĩbus lapatũ ſilue
ſtre melius. Hoc inſatiuũ rumex uocatur: naſciturq℞ fortiſſimũ. Tradit ſemel ſatũ durare: nec un
quã uitiari terra maxime iuxta aquã. Vſus eius cũ ptiſana tantũ in cibis leuiorem gratiorẽq℞ ſa/
porem præſtat. Silueſtre ad multa medicamenta utile eſt. Adeoq℞ nihil amiſit cura ut carmine
quoq℞ cõprehẽſum repperim: in fabis caprini fimi ſingulis cauatis: ſi porri: erucæ: lactucæ: apii:
intubi: naſturtii ſemina incluſa ſerãtur: mire ꝓuenire. Quæ ſunt ſilueſtria eadẽ ĩ ſatiuis ſicciora
intelligunt & acutiora. Nãq℞ & ſucco℞ ſapo℞q℞ dicenda differẽtia eſt: uel maior in iis q̃ pomis.
Sunt aũt acres cunilæ: origani: naſturtii: ſinapis. Amari abſinthii: centaureæ. Aquatiles cucu/
meris: cucurbitæ: lactucæ. Acuti tantũ cunilæ. Acuti & odorati apii: aneti: fœniculi. Salſus tã/
tum e ſaporibus nõ naſcit: aliquãdo extra inſidit pulueris mõ: & circulis tantũ aquæ ut intelliga
tur uana ceu ple℞q℞ uitæ pſuaſio. Panax pipis ſaporem reddit: magis etiã ſiliquaſtrũ: ob id pipi
tidis noĩe accepto. Libanotis odorẽ thuris: murra myrrhæ. De panace abũde dictũ eſt. Libano
tis locis putridis & macris ac roſcidis ſerit. Radicẽ habet oluſatri: nihil a thure differẽtẽ. Vſus
eius poſt ãnum ſtomacho ſaluberrimus. Quidã eam noĩe alio roſmarinũ appellãt. Et ſmyrniu℞
olus ſeritur iiſdem locis. Murraq℞ radicem recipit. Eadẽ & ſiliquaſtro ſatio. Reliqua a cæteris &
odore & ſapore differunt: ut anetum. Tãtaq℞ eſt diuerſitas atq℞ uis. ut nõ ſolum aliud alio mute
tur: ſed etiã in totũ auferatur. Apio eximi in coctis auſoniis aceto: in eodẽ cellario in ſaccis odo

rem uino grauem. Et hactenus hortenſia dicta ſint ciboꝝ gratia dũtaxat. Naximũ ꝗdem opus ĩ iiſdẽ naturæ reſtat: quoniã ꝓuentus tantũ adhuc ſũmaſqꝫ quaſdã tractauimus. Vera aũt cuiuſqꝫ natura nõ niſi medico effectu prænoſci poteſt: opus ingens occultũqꝫ diuinitatis: & quo nullũ reperiri poſſit maius. Ne ſingulis id rebus cõtexeremus. iuſta fecit rõ: cum ad alios medendi deſideria ptinerẽt: lõgis utriuſqꝫ dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus. Nũc ſuis quæqꝫ partibus cõſtabunt: poterunt a uolẽtibus iungi.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER .XX. PROHEMIVM

AXIMVM HINC OPVS NATVRAE ORDIEMVR & cibos ſuos hoĩ narrabimuſ: fateriqꝫ cogemus ignota eſſe ꝑ quæ uiuat. Nemo id paruũ ac modicũ exiſtimauerit noĩum uilitate deceptus. Pax ſecum ĩ his aut bellum naturæ diceť: odia amicitiæqꝫ reꝝ ſurdaꝝ ac ſenſu carentiũ. Et quo magis miremur oĩa ea hominũ cã quod græci ſimpathiam appellauere: ꝗbus cũcta cõſtãt: ignes aquis reſtinguẽtibus: aquã ſole deuorãte: luna pariẽte: altero alterius iniuria deficiẽte ſydere. Atqꝫ ut a ſublimioribus recedamus: ferrũ ad ſe trahẽte magnete lapide: & allio rurſus abigẽte a ſeſe. Adamãtem opum gaudiũ infragilẽ oĩ cætera ui & inuictũ ſãguine hircino rũpente. Quæqꝫ alia ĩ ſuis dicemus locis paria uel maiora mira. Tantum uenia ſit a minimis: ſed a ſalutaribus ordiemur. Primumqꝫ ab hortenſibus.

De cucumere ſilueſtri & elaterio. C. i.

CVcumim ſilueſtrẽ eſſe diximus multo infra magnitudinẽ ſatiui. Ex eo fit medicamẽtũ quod uocatur elateriũ ſucco expreſſo e ſemine. Cuius cauſa niſi maturius incidať: ſemẽ exilit ocu loꝝ ẽt piculo. Seruatur aũt decerptus una nocte. Poſtero die incidiť harũdine. Semẽ quoqꝫ cinere cõſpgitur ad coercendã ſucci abũdantiã. Qui expreſſus ſuſcipitur aqua cæleſti: atqꝫ ſubſidet. Deinde ĩ ſole cogiť in paſtillos ad magnos mortaliũ uſus. Obſcuritates & uitia oculoꝝ ſanat: genarumqꝫ ulcera. Tradunt hoc ſucco tactis radicibus uitiũ nõ attigi uuas ab auibus. Radix ãt ex aceto cocta podagris illiniť. Succoqꝫ dẽtiũ dolori medetur. Arida cũ reſina ĩpetiginẽ & ſcabiẽ quã pſorã & lichenas uocãt. Parotidas & panos ſanat. Et cicatricibus colorẽ reddit. Et folioꝝ ſuccus auribus ſurdis cũ aceto inſtillatur. Elateriũ tẽpeſtiuũ eſt autũno. Nec ullum ex medicamẽtis lõgiore æuo durat. Incipit a trimatu. Si ꝗs recentiore uti uelit: paſtillos in nouo fictili igne lento ĩ aceto domet. Idqꝫ melius quo uetuſtius erit. Quẽ iã ducentis annis ſeruatũ eſſe auctor ẽ Theophraſtus. Et uſqꝫ ab ꝗnquageſimũ lucernaꝝ lumina extinguit. Hoc enĩ ueri expimentũ eſt: ſi ad motũ priuſqꝫ extinguat ſintillare ſurſũ ac deorſũ cogat: Pallidũ ac leue hærbaceo: ac ſcabro melius: ac leniter amaꝝ. Putãt cõceptus adalligato ſemine adiuuari: ſi terrã nõ attigerit. Partus uero ſi in arietis lana alligatũ inſcientis lũbis fuerit: ita ut ꝓtinus ab ea eximatur: & rapiatur extra domũ ipſam. Cucumim q magnificant naſci præcipuũ in arabia: mox cyrenis. Alii in arcadia tradunt ſimilẽ heliotropo. Cuius inter folia & ramos ꝓuenire magnitudine nucis iuglandis ſemẽ. Eſſe ãt ad ſpẽm ſcorpionis cauda reflexa: ſed cãdida. Aliqui ẽt ab eo ſcorpionũ cucumim uocãt: efficaciſſimũ cõtra ſcorpionũ ictus: & ſemine & elaterio. Et ad purgãdum uteꝝ aluoſqꝫ. Modus portione uiriũ ab dimidio obolo ad ſolitũ. Copioſius necat. Sic & contra phthiriaſin bibitur. Et hydropiſes illitum. Anginas & arterias cum melle & oleo uetere ſanat.

De anguino cucumere: ſiue erratico: & de ſatiuo: & de pepone. Ca. ii.

MVlti hunc eſſe apud nos qui anguinus uocať: ab aliis erraticus arbitrãť. Quo decocto ſpſa mures de eius medicina nõ attingunt. Idẽ podagris cũ articuloꝝ morbis decoctũ in aceto illinunt præſẽtaneo remedio. Lũboꝝ uero dolori ſemine ſole ſiccato dein trito. xxx. denarioꝝ põdere in hemina dato aquæ. Sanat & humores ſubitos illitũ cũ lacte mulieꝝ. Purgat eas elaterium. Sed grauidis abortũ facit. Suſpirioſis ꝓdeſt. Morbo uero regio in nares cõiectũ. Lẽtigines & maculas e facie tollit in ſole illitũ. Multi eadẽ oĩa ſatiuis attribuunt. Magnũ ẽt in eis momenti. Nãqꝫ & eoꝝ ſemen quãtũ tres digyti apprehẽderint cũ cumino tritũ potũqꝫ in uino tuſſiẽtibus auxiliatur. Sed & phreneticis in lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli menſura. Purulẽta ãt expuentibus cũ cumino pari pondere. Et iocineris uitiis in aqua mulſa. Vrinã mouet ex uino dulci. Et in renũ dolore clyſteribus ſimul cũ cumino infundiť. Pepones refrigerant maxime in cibo: & emolliunt aluũ. Caro eoꝝ epiphoris oculoꝝ aut doloribus ĩponiť. Radix ſanat ulcera concreta in modũ faui: quẽ cæreõ uocãt. Eadẽ cõtra uomitiones ſiccatur ĩ farina tuſa. Dať quattuor ꝗbolis in aqua mulſa: ita ut q biberit ꝗngentos poſtea paſſus ãbulet. Hæc farina & ĩ ſmegmata

©BIUM

adiicit. Cortex quoqꝫ uomitionẽ mouet: faciẽ purgat. Hoc & folia cuiuſcunqꝫ ſatiui illita. Eadẽ
cũ melle epinyctidas ſanãt. Cũ uino canis morſus. Itẽ multipedẽ: ipa græci uocant: oblõgã: pi/
loſis pedibus: pecori præcipue nociuã. Morſum tumor īſeqtur: & putreſcit locus ipſe. Cucumis
odore defectũ al. Coctos deraſo cortice ex oleo aceto & melle iucundiores eſſe certũ eſt.

De cucurbita ſilueſtri & rapo. Ca. iii.

CVcurbita ſilueſtris quoqꝫ inuenitur ſõphos a græcis appellata manis: unde & nomẽ: digy
tali craſſitudine: nõ niſi in ſaxoſis naſcens. Huius cõmãducatæ ſuccus ſtomacho admodum
prodeſt. Colocinthis uocatur alia: ipſa plena: ſed minor ꝙ ſatiua. Vtilior pallida: quando eius
ſunt medicinæ: Hærbacea areſacta ꝑ ſe inanit aluum. Infuſa quoqꝫ clyſteribus inteſtinoꝝ oium
uitiis medetur & renũ: & lũboꝝ: & paraliſi eiecto ſemine. Aqua mulſa in ea coqtur ad dimidias:
ſic tuſſienti infundit obolis quattuor. Prodeſt & ſtomacho farinæ aridæ pilulis cũ decocto mel/
le ſũptis. In morbo uero regio utiliter ſemina eius inſumuntur & ꝓtinus aqua mulſa. Carnes ei⁹
cũ abſinthio & ſale dentium dolorẽ tollunt. Succus uero cum aceto calefactus mobiles ſiſtit. Itẽ
ſpinæ & lumboꝝ ac coxaꝝ dolores: cum oleo ſi infricet. Præterea miꝝ dictu. Semina eius ſi fue
rint pari numero adalligata febribus ſanaꝛ dicuntur: quas græci pihodicas uocãt. Satiuæ quoqꝫ
raſæ ſuccus tepefactus auribus medetur. Caro eius interior ſine ſemine clauis dedum & ſuppu/
rationibus: quæ græci uocãt apoſtemata. Decoctæ ãt uniuerſæ ſuccus dẽtium motus ſtabilit.
Dolores inhibet. Vinum cum ea feruefactum oculoꝝ etiã ĩpetus. Folia eius etiã cum recẽtibus
cupreſſi cõtuſa & ĩpoſita. Ipſa quoqꝫ toſta in argilla ac trita cum adipe anſeris uulneribus mede/
tur. Necnõ ramẽtis corticis recentes podagras refrigerat: & ardores capitis: & maxĩe ĩfantum.
Et ignes ſacros de ſtrigmẽtis uelis ĩpoſitis uel ſeminibus. Succus ex ſtrigmẽtis illitus cum roſa/
ceo & aceto febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis ĩpoſitus mire combuſta ſanat. Chryſippus
medicus dãnabat eas in cibiſ. Sed oĩum cõſenſu ſtomacho utiliſſimæ iudicãtur: & interaneoꝝ ue
ſicaꝝqꝫ exulceratiõibus. Eſt & rapo uis medica. Perniones feruẽs ĩpoſitum ſanat. Itẽ frigus pel/
lit e pedibus aqua decoctus. Et ius feruens podagris etiã frigidis medet. Et crudum tuſum cum
ſale cuicunqꝫ uitio pedum. Semẽ illitum & potum in uino cõtra ſerpẽtes & toxica ſalutare eſſe ꝓ
ditur. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democritus in totum eum abdicauit
in cibis ꝓpter inflationes. Diocles magnis laudibus extulit: etiã uenerẽ ſtimulari ab eo ꝓfeſſus
Item Dionyſius. Magiſqꝫ ſi eruca condiretur. Toſta quoqꝫ articuloꝝ dolori cum adipe ꝓdeſt.
Silueſtre rapum in aruis maxime naſcitur: fruticoſum: ſemine candido: duplo maiore ꝙ papaue
ris. Hoc ad albicandã cutẽ in facie totoqꝫ corpore utunt mixta urina pari menſura. Nã (ut ſupra
diximus) erui: bordei: & tritici: & lupini radix ad oĩa ĩutilis.

De napoꝝ differẽtiis: & raphano ſilueſtri: & raphano ſatiuo: & paſtinaca. Ca. iiii.

NApoꝝ duas differentias & in medicina græci ſeruant. Anguloſis folioꝝ caulibus florẽtes:
& quod bunion uocant: purgationibus fœminaꝝ & ueſicæ. Et urinæ utile decoctũ potũ ex
aqua mulſa: uel ſucci drachma. Semẽ dyſentericis toſtũ tritũ in aqua calida e cyathis quattuor.
Sed urinã inhibet: ſi nõ lini ſemen una bibat. Alteꝝ genus buniada appellant: & raphano & ra/
po ſimile. Seminis præclari cõtra uenena: ob id & ãtidotis utunt illo. Raphanũ & ſilueſtre ẽe di
ximus. Laudatiſſimũ in arcadia: quãqꝫ & alibi naſcit: utilior urinæ dũtaxat eiiciendæ. Cætero bi
lem detrahit. Præterea cortices in uino. Præterea quæ circa eos dicta ſunt ſtomachũ purgant.
pituitã extenuant: urinam cõcitant. Eſt æſtiuoſus in italia & armoratiã uocant ſatiuã. Satiui ue/
ro decocti mane poti ad ternos ciathos cõminuunt & eiiciunt calculos. Idẽ in poſca decocti con/
tra ſerpẽtiũ morſus illinuntur. Ad tuſſim etiã mañ ieiunis raphanus ꝓdeſt cũ melle. Semẽ eoꝝ
toſtũ ipſũqꝫ cõmanducatũ ad lagaraponõ. In aqua foliis eius decoctis bibere uel ſuccũ ipſius cy
athis binis. Cõtra phlegmoni ipſos illinere tuſos utile. Inchoãtibus uero recẽtẽ corticẽ cũ mel/
le. Veternoſis ãt ꝙ acerrimos mandere. Semenqꝫ toſtũ dein cõtritũ cũ melle ſuſpirioſis. Iidẽ &
cõtra uenena ꝓſunt. Cæteꝝ ceraſtis ſcorpionibus aduerſat: uel ipſo ſemine infectis manibus im
pune tractabilibus. Impoſito raphano ſcorpionibus moriunt. Salutares & cõtra fungoꝝ aut hy
ſtriominæ uenena æque ut Nicander tradit. Et cõtra uiſcũ quoqꝫ dari Apollodori duo iubent
ſcyllæus & tarentinus. Scyllæus ſemen ex aqua tritũ: tarentinus ſuccũ. Lyenẽ itẽ extenuat. Io/
cineri ꝓſunt: & lũboꝝ doloribus. Hydropicis quoqꝫ ex aceto aut ſinapi ſũpti & lethargicis. Pra
xagoras & ilioſis dandos cenſet. Pliſtonices & colicis. Inteſtinoꝝ ulcera ſanãt. At purulẽta præ
cordioꝝ ſi cũ melle edant. Quidã ad hæc coquere eos in luto illitos malunt. Sic & fœminas pur
gari. Ex aceto & melle ſũpti inteſtinoꝝ aĩalia detrahũt. Itẽ ad tertias decocto eoꝝ poto cũ uino
entherocelis ꝓſunt. Sanguinẽ quoqꝫ inutilẽ ſic extrahunt. Medius ad hæc & ſanguinẽ excrean/
tibus coctos dari iubet. Et puerperis ad lactis copiã augẽdã. Hippocrates capillos macieꝝ de/
fluos fricari raphanis: & ſuper ũbilicũ ĩponi cõtra tormenta uuluæ. Reducũt & cicatricẽ ad colo
rẽ. Semen quoqꝫ ex aqua ĩpoſitũ ſiſtit ulcera. quæ phagedenas uocant. Democritus uenerẽ hoc
cibo ſtimulari putat. Ob id fortaſſis uoci nocere aliq tradiderũt. Folia quæ in oblõgis tantũ na/

©BIUM

ſcuntur excitare oculoꝝ aciē dicuntur. Vbi uero acrior raphani medicina admota ſit: hyſopū dari
ꝓtinus īperant. Hæc antipathia ē. Et auriū grauitati ſuccū raphani inſtillant. Nā uomituris ſū
mo cibo eſſe eos utiliſſimū eſt: Paſtinacæ ſimile hibiſcum: quod molochen agrian uocant: & aliq
pliſtolochiā. Vlceribus: chartilagini oſſibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum ſol/
uunt: ſerpentes abigunt. Apum: ueſpaꝝ: crabronū ictibus illita medētur. Radicē eius ante ſoliſ
ortū erutā inuoluunt lana coloris quē natiuū uocant. Præterea ouis quæ fœminā pepit. Stru
miſqꝫ uel ſuppuratis alligant. Quidā ad hunc uſū auro effodiendā cenſent. Cauēdūqꝫ ne terram
attingant. Celſus podagris quæ ſine tumore ſunt radicē eius in uino decoctā īponi iubet.

## De ſtaphylino ſiue paſtinaca & gigidio & ſiſere & ſeſili & inula & de cepe ſilueſtri. Ca. v.

ALteꝝ genus eſt ſtaphylinos: quod paſtinacā erraticā uocant. Eius ſemē cōtritū & ī uino po
tū tumentē aluū & ſuffocationes mulieꝝ doloreſqꝫ lenit: in tantū ut uuluas corrigat. Illitū
quoqꝫ paſſionibus uētris eaꝝ ꝓdeſt. Viris uero ꝓdeſt cū panis portiōe æqua tritū. Ex uino po
tū cōtra uentris dolores. Pellit & urinā: & phagedenas ulceꝝ ſiſtit recens cū melle īpoſitū. Vel
aridæ farinæ inſpſā radicē eius. Dieuces cōtra iocineris ac lyenis: iliū: lumboꝝ: & renū uitia ex
aqua mulſa dari iubet. Cleophantus & dyſentericis ueteribus. Philiſton in lacte coqt: & ad ſtrā/
guriā dat radicis uncias quattuor. Ex aqua hydropicis: ſimiliter & opiſtotonicis: & pleureticis:
& comitialibus. Habentes eā feriri a ſerpentibus negantur. Aut q āte guſtauerint nō lædi. Per
cuſſis īponitur cū axungia. Folia cōtra cruditates manduntur. Orpheus amatoriū ineſſe ſtaphyli
no dixit: fortaſſis quoniā uenerē ſtimulari hoc cibo certū eſt. Ideo cōceptus adiuuare aliq ꝓdi/
derunt. Ad reliqua & ſatiua pollet. Efficacior tamē ſilueſtris: magiſqꝫ in petroſis nata. Semen ſa
tiuæ quoqꝫ cōtra ſcorpionū ictus ex uino aut poſca ſalutare eſt. Radice eius circūſcalpti dentes
dolore liberantur. Syria in hortis opoſiſſima. Inde quoqꝫ ē ꝓuerbiū græcis. Multa ſyroꝝ ole
ra. Simillimā ſtaphylino hærbā ſerit: quā alii gigidiō uocant: tenuius tamē & amarius: eiuſdēqꝫ
effectus eſt. Coctū crudūqꝫ ſtomachi magna utilitate. Siccat enī ex alto omēs humores eius. Si
ſer erraticū ſatiuo ſimile eſt & effectu. Stomachū excitat. Faſtigiū aſtergit. Ex aceto laſerpitiato
ſūptū: aut ex pipe & mulſo: uel ex garo urinā ciet (ut Opinion credit) & uenerē. In eadē ſentētia
eſt Diocles. Præterea cordi cōuenire cōualeſcentiū. Aut poſt multas uomitiones pꝗutile. He
raclides cōtra argentū uiuū dedit. Et ueneri ſubinde offenſantē ægriſqꝫ ſe recolligentibus. Hūc
Heſius ideo ſtomacho utile uideri dixit: quoniā nemo tres ſiſeres edendo cōtinuaret. Eſſe tamē
utile cōualeſcentibus: & ad uitā tranſeuntibus. Satiui priuatim ſuccus cū lacte caprino potus ſi/
ſtit aluū. Et quoniā pleroſqꝫ ſimilitudo nominū græcoꝝ cōfundit: cōteximus & de ſeſili: ſed hoc
eſt uulgaris notitiæ. Optimū maſilienſe. Lato enim grano & fuluo eſt. Secundum æthiopicū ni
grius. Creticū odoratiſſimum omnium. Radix iucundi odoris eſt. Semē eius eſſe & uultures di/
cuntur. Prodeſt homini ad tuſſim ueterē. Rupta: cōuulſa: & in uino albo potum. Itē opiſtotho
nicis: & iocineꝝ uitiis: & torminibus: & ſtranguriæ: duaꝝ aut trium ligulaꝝ menſura. Sunt & fo/
lia utilia: ut quæ ptus adiuuent etiā quadrupedum. Hoc maxime paſci dicuntur ceruæ pituræ.
Illinitur & igni ſacro. Multum in ſūmo cibo cōcoctionibuſ confert uel folio uel ſemine. Quadru
pedum quoqꝫ aluum ſiſtit: ſiue tritum potui infuſum: ſiue mandendo cōmanducatum e ſale. Bo/
um morbis medeť: uel ſi cōtritum infundiť. Inula quoqꝫ a ieiunis cōmāducata dentes cōfirmat:
ſi ut eruta eſt terrā nō attingit. Cōdita tuſſim emundat. Radicis uero decoctæ ſuccus tineas pel
lit. Siccata āt in umbra farina tuſa & cōuulſis & inflationibus & arteriis medeť. Venenatoꝝ mor
ſus abigit. Folia ex uino lumboꝝ dolori illinuntur. Cepæ ſilueſtres nō ſatiuæ olfatu ipſo & dela
chrymationi & caligini medentur. Magis uero ſucci inūctione. Sōnum etiā facere traduntur. Et
ulcera oris ſanare cōmanducatæ cum pane. Et canis morſus uirideſ ex aceto illitæ: aut ſiccæ cum
melle & uino: ita ut poſt diē tertium ſoluātur. Sic & tritæ ſanāt. Toſtā in cinerē epiphoris mul/
ti impoſuere cum farina hordeacea. Et genitalium ulceribus. Succo & cicatrices oculoꝝ & albugi
nes & argemas inunxere: & ſerpentium morſus: & omnia ulcera cum melle. Item auriculaꝝ cum
lacte mulieꝝ. Eſt in iiſdē ſonitum ac grauitatē emēdantes cum adipe anſerino aut cum melle ſtil
lauere. Et ex aqua bibendum dederunt repēte obmuteſcētibus. In dolore quoqꝫ ad dentes col/
luendos inſtillauere: & plagis beſtiaꝝ omnium priuatim ſcorpionum. Alopecias fricuere & pſo/
ras tuſis cepis. Coctas dyſētericis ueſcēdas dederē. Et cōtra lumboꝝ dolores. Purgamēta quoqꝫ
eaꝝ cremata in cinerē illinentes ex aceto ſerpētium morſibus. In ipſas quoqꝫ multipedes ex ace/
to. Reliqua inter medicos mira diuerſitas. Proximi inutilia eſſe præcordiis & cōcoctioni. Inflati
onēqꝫ & ſitī facere dixerunt. Aſclepiadis ſchola ad ualidū quoqꝫ colorē profici in cibo. Et ſi ſuccū
ieiuni quottidie edāt firmitatē ualitudinis cuſtodiri. Stomacho utilia eſſe: ac ſpiritus agitationi.
Ventrē mollire. Hæmorrhoidas pellere ſubditas ꝓ balanis. Succū cū ſucco fœniculi cōtra inci
pientes hydropiſes mire ꝓficere. Itē contra anginas rutæ & melle. Excitari eiſdē lethargicos.
Varro quæ ſale aut aceto piſa eſt areſactaqꝫ uermiculis nō infeſtari auctor eſt.

## De porro ſectiuo & capitato: & de allio. Ca. vi.

PORro ſectiuo profluuia ſanguinis ſiſti in naribus cõtrito eo obturatis: uel gallæ mixto: aut
mētæ. Item ex abortu ꝓfluuia poto ſucco cū lacte mulierꝝ. Tuſſi etiā ueteri: ac pectoris &
pulmonis etiā uitiis medetur. Illitis foliis ſanātur ambuſtæ epinyctides: ita uocat̃ ulcus aciē he
betās: & in angulo oculi ꝑpetim humor emanās. Quidā eodē noīe appellāt puſtulas liuētes: ac
noctibus inquietantes. Et alia ulcera cū melle trito. Vel beſtiarꝝ morſuſ ex aceto. Itē ſerpentiū
aliorꝝ uitia cū felle caprino uel pari menſura mulſi. Stridores cū lacte mulieris. Capitis dolores:
ſi in nares fundatur. Dormituris ue in aurē duobus ſucci coclearib⁹: uno mellis. Succus & ad ſer
pentiū ſcorpionūqꝫ ictus in potū bibit̃ cū mero: & ad lūborꝝ dolores cū uino hemina potus. San
guinē uero excreātibus & phthiſicis diſtillatiōibus lōgis uel ſuccis: uel ex ipſo cibo ꝓdeſt. Item
morbo regio uel hydropicis. Et ad renū dolores cū ptiſanæ ſucco acetabuli mēſura. Idē modus
cum melle uuluas purgat. Toſtus uero edit̃ & cõtra fungorꝝ uenena. Imponitur & uulneribus.
Venerē ſtimulat. Sitim ſedat. Ebrietates diſcutit. Sed oculorꝝ aciē hebetare traditur. Inflationē
quoqꝫ facere: quæ tamen ſtomacho nō noceat: uentrēqꝫ molliat. Voci ſplendorem affert. Capi
tato maior eſt ad eadem effectus. Sāguinē reiicientibus ſuccus cū caule aut thuris farina uel aca
cia datur. Hippocrates & ſine alia mixtura dari iubet. Vuluaſqꝫ cõtractas aperiri putat. Fœcun
ditatē etiā fœminarꝝ hoc cibo augeri. Cõtritum ex melle ulcera purgare. Tuſſi & diſtillationes
thoracis. Pulmonis & arteriæ ſanat uitia datū in ſorbitione ptiſanæ. Vel crudū præter capita ſiīi
pane ita ut alternis diebus ſūmat̃. Vel ſi purulenta excreāt̃. Sic & uoci uel ueneri ſōnoqꝫ multū
cõfert. Capita bis aqua mutata cocta aluū ſiſtūt: & inflationes ueterēs. Cortex decoctus illituſqꝫ
inficit canos. Allio magna uis: magnæ etiā utilitates cõtra aquarꝝ & quorꝝlibet locorꝝ mutatiōeſ
Serpentes abigit & ſcorpiones odore. Atqꝫ ut aliq tradidere ad beſtiarꝝ oīum ictibus medetur.
Potu uel cibo uel illitu priuatim cõtra hemorrhoidas ꝓdeſt. Cū uino reddit uomitū. Ac ne con
tra araneorꝝ aut muriū uenenatū morſū ualere miremur: aconitū quod alio noīe pardaliāches uo
catur depellit. Itē hyoſcyamū cõtra canis morſus. Inqꝫ uulnera cū melle īponit̃. Ad ſerpētiū q
dē ictus potū cū reſtibus ſuis. Efficaciſſime ex oleo illinit̃. Attritiſqꝫ corporꝝ ptibus. Vel ſi ueſi
ca intumuerit. Quin & ſuffitu eo ſecundos partus euocari exiſtimauit Hippocrates: cinere eorū
cū oleo capitis ulcera manātia ſanitati reſtituens. Suſpirioſis coctū aliq crudū id dedere. Diocles
hydropicis cū centaurea aut in fico duplici ad euacuādā aluū. Quod efficacius præſtat uiridi cū
coriādro in mero potū. Suſpirioſis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra mor
bū regiū uino miſcuit. Et cõtra ileū in oleo & pulte ſic illinēs. Strumis quoqꝫ. Antiq & inſaniēti
bus dabāt crudū. Diocles phreneticis elixū. Cõtra anginas tritū imponi & gargarizare prodeſt.
Dentiū dolorē tribus capitibus in aceto tritis īminuit. Vel ſi decocta aqua colluāt̃: addaturqꝫ ip
ſum in caua dētiū. Auribus etiā inſtillatus ſuccus cū adipe anſerino. Phthiriaſes & prurigineſ po
tum. Tuſum itē cū aceto & nitro. Cõpeſcit diſtillationes cū lacte coctū uel tritū ꝑmixtū ue caſeo
molli. Quo genere & raucitatē extenuat. Vel phthiſin in fabæ ſorbitione. In totū aūt coctū uti
lius eſt crudo: elixumqꝫ toſto. Sic & uoci cõfert. Tineas & reliqua aīalia interaneorꝝ pellit ī ace
to mulſo coctū. Tenaſmo in pulte medet̃. Tēporꝝ doloribus illitū elixū & puſtulis coctū cū mel
le: deinde tritum. Tuſſi cū adipe uetuſto decoctū uel cum lacte. Aut ſi ſanguis etiā excreet̃: uel
purulenta ſint. Et pituitæ ſub pruna coctum potum & cum mellis pari mō ſumptum. Conuulſis
& ruptis cum ſale & oleo. Nā cum adipe tumores ſuſpectos ſanat. Extrahit fiſtulis uitia cum ſul
phure & reſina etiā harundines cum pice. Lepras: lichenas: lētigines exulcerat: ſanatqꝫ cum ori
gano. Vel cinis eius ex oleo & garo illituſ. Sic & ſacros ignes. Sugillata aut liuentia ad colorē re
ducit. Cõbuſtum ex melle credunt & comitialē morbum ſanare: ſi qs eo in cibo utat̃ ac potione.
Quartanas quoqꝫ excuterē potum caput unum cum laſerpitii obolo. In uino auſtero tuſſi: & alio
mō acceptum. Suppurationes qꝫtaſlibet ſanat: fractæ incoctum fabæ atqꝫ ī cibo ſumptum do
nec ſanitatē reſtituat. Facit & ſōnos: atqꝫ in totum rubicundiora corpora. Venerē quoqꝫ ſtimu
lat cum coriādro uiridi tritum potumqꝫ e mero. Vitia eius ſunt ꝙ oculos hebetat. Inflatiões fa
cit: Stomachum lædit copioſius ſumptum. Sitī gignit. Cæterꝝ cõtra pituitā & gallinæ & gallina
ceis prodeſt. Mixtum farre in cibo iumentis urinam reddere: atque non torqueri tradunt: ſi eo
trito natura tangatur

De lactuca ſiluatica ſiue caprina: & eſopo: & iſati: & lactuca ſiluestri. Ca. vii.

LActucæ ſpōte naſcentis primum eſt genus eius quā caprinā uocāt. Qua piſces in mare de
iecta ꝓtinus necātur qui ſunt in ꝓximo. Huius lac expiſſatum mox in aceto pōdere obolo
rum duum adiecto aquæ uno cyatho hydropicis dat̃. Caule & foliis cõtuſis aſpſo ſale nerui inciſi
ſanātur. Eadē trita ex aceto colluta matutinis bis e mēſe dentium dolorē ꝓhibet. Alterꝝ eſt ge
nus quod græci eſopon uocāt. Huius folia trita & cum polenta illita ulceribus medent̃. Hæc in
aruis naſcit̃. Tertium genus eſt ī ſiluis naſcens iſatin uocāt. Huius folia trita cum polenta uulne
ribus ꝓſunt. Quarto infectores lanarꝝ utuntur: quod ſiluaticum uocāt. Simile erat lapato foliis
niſi ꝙ plura habet: & nigriora. Sanguinē ſiſtit. Phagedenas & putreſcentia ulcera quæ ſerpunt

ſanat. Item tumores ante ſuppurationem. Contra ignem ſacrum radice uel foliis prodeſt uel ad
lyenes pota. Hæc ꝓpria ſingulis. Cōia aūt ſpōte naſcētibus: cādor caulis: iterdū cubitali lōgitu
dine: thyrſo & foliis ſcabricia. Ex his rotunda folia & breuia habētē ſunt ꝗ hieraciā uocēt: quo
niā accipitres ſcalpēdo eā: ſuccoqꝫ oculos tingēdo obſcuritatē cū ſenſere diſcutiāt. Succus oibus
cādidus: uiribus quoqꝫ papaueri ſimilis. Carpit̃ per mēſes inciſo caule. Cōditur ī fictili nouo ad
multa præclarus. Sanat oīa oculoꝝ uitia cum lacte mulieꝝ. Arcet nubeculas: cicatrices aduſtio
neſqꝫ oēs: præcipue caligines. Imponit̃ etiā oculis ī lana cōtra epiphoras. Itē ſuccus aluum pur
gat ī poſca potus ad duos obolos. Serpētiū ictibus medet̃ ī uino potus. Et folia toſta thyrſiſqꝫ
triti ex aceto bibūtur. Vulneri illinūtur maxime cōtra ſcorpionū ictus. Veꝝ cōtra lōgiā cōmix
to uino ex aceto. Aliis quoqꝫ uenenis reſiſtūt: exceptis quæ ſtrāgulādo necāt: aut iis quæ ueſi
cæ nocēt: Itē pſimythio excepto. Imponūt̃ & uētri ex melle atqꝫ aceto ad detrahēda uitia alui.
Vrinæ difficultates ſuccus emēdat. Cratenas eum & hydropicis obolis duobus in aceto cyatho
uini dari iubet. Quidā & e ſatiuis colligūt ſucco minus efficaci. Peculiares eaꝝ uires ꝑtim iā dic
tæ ſūt. Sōnū faciēdi: uenerēqꝫ ihibēdi: æſtū r̄frigerādi: ſtōachū purgādi: ſāguinē augēdi. Nūc
ñ paucæ r̄ſtāt qm̄ & īflatiōes diſcutiūt: ructuſqꝫ leneſ faciūt. Cōcoctiōes adiuuāt. Cruditatē ip
ſæ nequāqꝫ faciūt: nec ulla reſ maiorē ī cibiſ auiditatē incitat ihibetqꝫ. Eadē ī cā alterutriqꝫ mo
dus eſt. Sic & aluū copioſiores ſoluūt. Modicæ ſiſtunt. Lēticiā pituitæ digerūt. Atqꝫ ut aliq tra
diderunt: ſēſum purgāt. Stomachos diſſolutos utiliſſime adiuuāt. Vrinæ uſus adiuuāt: & oxy
poroboli aſpitatē addito dulci acrementū aceti tempātes. Si craſſior pituita ſit: ſcyllite aut uino
abſinthite. Si & tuſſis ſētiatur hyſopite admixto. Dātur cœliacis cū intubo erratico: & ad durici
am præcordioꝝ. Dātur & melācholicis cādidæ copioſiores: & ad ueſicæ uitia. Praxagoras & dy
ſētericis dedit. Ambuſtis quoqꝫ ꝓſunt recētibus prius ꝗ puſtulæ fiāt cum ſale illitæ. Vlcera
etiā quæ ſerpunt coercēt initio cū aſſo nitro. Mox in uino tritæ. Igni ſacro illinūtur. Cōuulſa &
luxata caulibus tritis cum polēta ex aqua frigida leniunt. Eruptiōes papulaꝝ ex uino & polēta.
In colera quoqꝫ coctas patellis dederunt. Ad quod utiliſſimæ ꝗ maxime caule: ſed amaræ. Qui
dā lacte īfundunt. Deferueſecti ii cauleſ & ſtomacho utiliſſimi traduntur. Sicut ſōno & ſatiua ma
xime lactuca & amara lactēſqꝫ: quā miconidē uocauimus. Hoc lac & oculoꝝ claritati cum mulie
bri lacte utiliſſimum eſſe præcipitur: dum tēpeſtiue capiti inungunt̃. Oculoꝝ quoqꝫ uitiis quæ
frigore in iis facta ſunt. Miras & alias inuenio laudes. Thoracis etiā uitiis prodeſſe nō ſecus ꝗ
ābrotonum cum melle attico. Purgari & fœminas hoc cibo. Semē ſatiuaꝝ cōtra ſcorpiōes dari.
Semīe trito ex uino poto & libidinum imaginatiōes ī ſōno cōpeſcit. Tētātes aquas nō nocer̃ lac
tucā edētibus. Quidā tamē frequētiores in cibo officere claritati oculoꝝ tradiderunt.

De generibus betæ & intubis & cichorio & ſeri genera duo. Ca. viii.

NEc beta ſine remedio eſt utraqꝫ. Siue cādidæ ſiue nigræ radix recēs & madefacta ſuſpēſa fu
niculo cōtra ſerpētium morſus efficax ēe dicitur. Cādida beta cocta & cum allio crudo ſump
ta cōtra tineas. Nigræ radices ita ī aqua coctæ pruriginē tollunt. Atqꝫ in totum efficatior eſſe
traditur nigra. Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines. Itē ſonitum aurium ſedat īfuſus
iis. Ciet urinā. Medetur dyſētericis iniecta & morbo regio. Dolores quoqꝫ dētium ſedat illituſ
ſuccus. Et cōtra ſerpētium ictus ualet: ſed huic radici duntaxat expreſſus. Ipſa uero decocta ꝑnio
nibus occurris: Albæ ſuccus epiphoras ſedat fronte illita. Aluminis ꝑuo admixto ignē ſacrum.
Sine oleo trita licet aduſtis medetur. Et cōtra eruptiōes papulaꝝ cocta. Eadē cōtra ulcera quæ
ſerpunt. Illinit̃ & alopetiis cruda. Et ulceribus quæ ī capite manāt. Succus eius cum melle nari
bus inditus caput purgat. Coqtur & cum lēticula addito aceto: ut uētrem molliat. Validiuſ coc
ta fluctuatiōes ſtomachi ſiſtit & uētris. Eſt & beta ſilueſtris quā limoniō uocāt. Alii neuroden:
multum minoribus tenuioribuſqꝫ ac dēſioribus foliis. Vndecim ſæpe caulium. Huius folia am
buſtis utilia: guttātia aſtrīgunt. Semē acetabuli mēſura dyſētericis ꝓdeſt. Aquæ e radice coc
tæ maculas ueſtium eluere dicuntur: itēqꝫ mēbranaꝝ. Intubi quoqꝫ nō extra remedia ſunt. Suc
cus eoꝝ cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Idēqꝫ cū uino potus iocineribus & ueſicæ &
epiphoris īponitur. Erraticum apud nos quidā ambugiā appellauere. In ægypto cichorium uo
cāt quod ſilueſtre ſit. Satiuum āt ſerin: quod eſt minus & uenoſius. Cichoriū refrigerat. Inde ci
bum ſūptum & illitum collectiōes: ſuccuſqꝫ decocti uētrē ſoluit. Iocineri & renibus & ſtomacho
ꝓdeſt. Item ſi in aceto decoquat̃: urinæ tormina diſcutit. Itē morbū regiū e mulſo ſi ſine febre
ſit. Veſicā adiuuāt. Mulieꝝ purgatiōibus quidem decoctū in aqua adeo ꝓdeſt: ut emortuos par
tus trahat. Adiiciunt magi ſucco totius cū oleo punctos fauorabiles fieri: & quæ uelint facilius ī
petrare. Quod quidē ꝓpter ſingulatem ſalubritatem aliq chreſtō appellāt: alii pancratiō. Et ſil
ueſtre genus alii edypnioda uocant: latioris folii: Stomachū diſſolutū aſtringit cocta. Crudaqꝫ ſi
ſtit aluum. Et dyſentericis ꝓdeſt magis cū lente. Rupta & cōuulſa utroqꝫ genere iuuātur. Item
qbus genitura ualitudinis morbo effluat. Seris & ipſa lactucæ ſimillima duū geneꝝ eſt. Silueſtriſ
melior. Nigra iſta & æſtiua. Deterior hybernas & cādidior. Vtraqꝫ tamē ſtomacho utiliſſima

præcipue quem humor uexat. Cum aceto in cibo refrigerãt uel illitæ: diſcutiũtqꝫ & alios q̃ ſto machi. Cũ polenta ſiluestriũ radices ſtomachi cã ſorbẽt. Et cardiacis illinũtur ſup ſiniſtrã mãmã & ex aceto. Omnes hæ & podagricis utiles: & ſanguinem reiicientibus. Item qbus genitura fluit alterno dieꝝ potu. Petronius Diodotus qui antilegomena ſcripſit in totum dãnauit: ſeriã multis mõis arguens. Sed alioꝝ oĩm opinio reſiſtit.

De braſſica & lapſana: & de braſſica marina & ſcylla & de bulbis & bulbine. Ca. ix.

Braſſicæ laudes lõgum eſt exeq: cũ & Chryſippus medicus priuatim uolumen ei dicauerit ꝑ ſingula mẽbra hoĩs digeſtũ & Dieuches. Ante oẽs ãt Pythagoras & Cato nõ ꝑcius celebrarint. Cuius ſentẽtiam uel eo diligẽtius pſequi par eſt: ut noſcat̃ qua medicina uſus ſit ãnis ſexcentis. In tres ſpẽs diuiſer̃ eaꝫ græci antiqſſimi: Criſpã: quã ſelinada uocauerũt a ſimilitudie apii folioꝝ: ſtomacho utilẽ: aluũ modice mollientẽ. Alterã elean latis foliis e caule exeũtibus. Vnde cauloden qdã uocauere: nullius in medicina momẽti. Tertia eſt ꝓprie appellata carãbe: tenuioribus foliis: & ſimplicibus: denſiſſimiſqꝫ amarior: ſed efficaciſſima. Cato criſpã maxime ꝓbat: dein lenẽ: grãdibus foliis: caule magno. Prodeſſe tradit capitis doloribus: oculoꝝ caligini: ſintillatiõibuſqꝫ: uel ſtõachi præcordiis. Crudã ex aceto & melle: coriãdro: ruta: mẽta. Lateris radicula ſũpta acetabulis duobus matutino. Tantãqꝫ eſſe uim: ut qui terãt hæc ualidiores fieri ſe ſẽtiant. Ergo uel cũ uino tritã ſorbẽdã: uel ex olei intinctu ſũmẽdam. Podagræ ãt morbiſqꝫ articulariis illini cũ rutæ coriandri & ſalis mica hordei farina. Aqua quoque eius decocta neruos articuloſqꝫ mire iuuari. Si foueãtur uulnera & recentia & uetera. Etiã carcinomata quæ nullis aliis medicamentis ſanari poſſint. Foueri prius aqua calida iubet: & bis die tritã imponi. Sic etiã fiſtulas eluxatas & tumores reuocari: quæqꝫ diſcuti opus ſit. Inſõnia etiã uigiliaſqꝫ tollere decoctã ſi ieiuni edant q̃plurimã ex oleo & ſale. Tormina ſi decocta iteꝝ decoquat̃: addito oleo & ſale cumino polẽta. Si ita ſumatur ſine pane magis ꝓfuturã. Inter reliqua bilẽ detrahit per uinũ nigrũ pota. Quin & urinã eius i braſſicã potandã æſtimauerit: aſſeruari iubet: calefactamqꝫ neruis ĩmedio eſſe. Verba ipſius ſubiiciã ad exprimẽdã ſentẽtiam. Pueros puſillos ſi laues illa urina: nũqꝫ debiles fieri. Auribus quoqꝫ ex uino ſuccũ braſſicæ tepidũ iſtillari ſuadet. Idqꝫ etiã tarditati audientiũ ꝓdeſſe aſſeuerat. Et impetigines eadẽ ſanare ſine ulcere. Græcoꝝ quoqꝫ opiniões iã & Catonis cã poni cõuenit in iis dũtaxat quæ ille prætermiſit. Biles detrahere nõ ꝑcoctã putant. Itẽ aluũ ſoluere. Eadẽqꝫ bis coctã ſiſtere. Vino aduerſari: ut inimicã uitibus. Antecedẽte q cibis caueri ebrietatẽ. Poſtea ſũpta crapulã diſcuti. Hũc cibũ & oculoꝝ claritati cõferre multum. Succo uero crudæ angulis uel tantum tactis cũ attico melle plurimũ. Faciliime concoq. Ciboqꝫ eo ſẽſũ purgari. Eraſiſtrati ſchola clamat: nihil eſſe utilius ſtomacho neruiſqꝫ. Ideo paralyticis & tremulis dari iubet. & ſanguinẽ excreantibus. Hippocrates cœliacis dyſentericis bis coctam cũ ſale. Itẽ ad teneſmõ & renũ cãs. Lactis quoqꝫ ubertatẽ puerperis hoc cibo fieri iudicans. Et purgationẽ fœminis. Crudus qdẽ caulis ſi edat̃: partus quoqꝫ emortuos pelli. Apollodorus aduerſus fungoꝝ uenena ſemen aut ſuccũ bibẽdum cenſet. Philiſtiõ opiſtotonicis ſuccũ ex lacte caprio cũ ſale & melle. Inuenio & a podagra liberatus edendo eã: decoctæqꝫ ius bibendo. Hoc & cardiacis datum & comitialibus morbis addito ſale. Itẽ ſpleneticis in uino albo ꝑ dies. xl. Ictericis necnõ & phreneticis radicis crudæ ſuccũ gargarizãdũ bibẽdũqꝫ demõſtrat. Cõtra uero ſingultus cũ coriãdro & aneto & melle ac pipere & aceto. Illitam quoqꝫ ꝓdeſſe inflatiõibus ſtomachi. Itẽ ſerpentiũ ictibus. Et ſordidis ulceribus ac uetuſtis: uel ipſa aqua cũ hordeacea farina. Succũ ex aceto uel cũ fœnogræco. Sic aliq & articulis podagris imponũt. Epinyctidas ac qcquid aliud ſerpit in corpore impoſita leuat. Itẽ repentinas caligines. Has & ſi mandit̃ ex aceto. Sugillata uero & alios liuores. Pura illita lepras & pſoras cũ alumine rotũdo ex aceto. Sic & fluẽtes capillos retinet. Epicharmus teſtium & genitalium malis hanc utiliſſime ĩponi aſſerit. Efficacius eãdem cũ faba trita. Item cõuulſis cũ ruta. Cõtra ardorem febriũ & ſtomachi uitia cũ rutæ ſemine & ad ſecũdas. Et muris aranei morſus folioꝝ aridoꝝ farina alterutra ꝑte exinaniuit. Ex oĩbus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt qn & inutilis habet̃: difficilis in coquendo: & renibus cõtraria. Illud quoqꝫ nõ eſt omittendũ: aquam decoctæ ad tot uſus laudatam fetere humi effuſã. Stirpiũ braſſicæ aridoꝝ cinis inter cauſtica intelligitur. Ad coxendicũ dolores cũ adipe uetuſto. At cũ laſere & aceto in uicem pſilotri euulſis illitus pilis naſci alios ꝓhibet. Bibitur & cũ oleo ſubferuefactus uel ꝑ ſe elixus ad cõuulſa & rupta intus lapſũqꝫ ex alto. Nulla ergo ſunt crimina braſſicæ: Immo uero apud eoſdem aĩæ grauitatem facere. Dentibus & gingiuis nocere: & in ægypto ꝓpter amaritudinem nõ eſtur. Silueſtris ſiue erratice ĩmenſo plus effectus laudat Cato: adeo ut aridæ quoqꝫ farinam in olfatorio collectam uel odore tantum naribus adhibito uitia oriũ graueolentiãqꝫ ſanare affirmet. Hanc alii petreã uocant: inimiciſſimã uino: quã præcipue uitis fugiat. Aut ſi nõ poſſit fugere: moriat̃. Folia habet bina: rotũda: parua: lenia: plantis oleris ſimilior: candidior ſatiua & hirſutior. Hanc inflationibus mederi. Melancholicis quoqꝫ ac uulneribus recentibus cum melle ita ne ſoluantur ante diem ſeptimum. Strumis fiſtulis in aqua contritam Chryſippo auctore. Et

alĩi cõpeſcere mala corporis quæ ſerpũt:nomas uocant.Itẽ excreſcẽtia abſumere.Cicatrices ad
planũ reducere.Oris ulcera & tõſillas mãducatam & coctã ſucco gargarizato cũ melle tollere.
Item pſoras & lepras ueteres ipſius tribus ptibus cũ duabus aluminis ĩ aceto acri illitis.Epichar
mus ſatis eſſe eam cõtra canis rabioſi morſũ ĩponi.Melius ſi cũ laſere & aceto acri.Necari quocꝫ
canes ea ſi detur ex carne.Semen eius toſtũ auxiliat̃ cõtra ſerpentes:fungoꝝcꝫ uenena.In tauri
ſanguine folia cocta ſpleneticiſcꝫ in cibo data & cruda illita cum ſulphure & nitro ꝓſunt.Itẽ mã/
maꝝ duriciæ.Radicũ cinis uuæ in faucibus tumẽti tactu medet̃.Et parotidas cũ melle illitus re
primit.Serpentiũ morſus ſanat.Viriũ braſſicæ unũ & magnũ argumentũ addemus & mirabile.
Cruſtæ ſi occupent intus uaſa oĩa in qbus aquæ feruent in tantũ ut nõ ſit eas auellere:ſi braſſica
in iis decoquatur abſcedũt.Inter ſiluestres braſſicas & lapſana eſt:pedalis altitudinis:hirſutis fo
liis:ſinapi ſimillimis:niſi cãdidior eſſet flore.Coqtur in cibo.Aluũ leniter emollit.Marina braſſi
ca uehementiſſime ex oĩbus aluum ciet.Coqtur ꝓpter acrimoniã cũ pingui carne:ſtomacho ini
miciſſima.Scyllaꝝ in medicina alba eſt quæ maſculus:fœminæ nigræ.Scylla quæ candidiſſima
fuerit utiliſſima erit.Huic aridis tunicis direptis quod reliquũ e uino eſt cõlutũ ſuſpenditur lino
modicis interuallis.Poſtea arida fruſta in cadũ aceti q̃ꝫaſprimi pendẽntia ĩmergũt:ita ne ulla p
te uas cõtingãt.Hoc fit ante ſolſtitiũ diebus.xlviii.Gypſo deinde oblitus cadus ponitur ſub te
gulis totius diei ſolẽ accipientibus.Poſt eũ numeꝝ dieꝝ tollit̃ uas.Scylla eximitur.Acetũ trãſ/
funditur.Hoc clariorem oculoꝝ aciem facit.Salutare eſt ſtomachi lateꝝcꝫ doloribus paꝝ ſũptũ
binis diebus.Sed tanta uis eſt:ut auidius hauſtũ extinctæ animæ momento aliquo ſpeciẽ præ/
beat.Prodeſt & gingiuis & dentibuſ uel p ſe cõmãducata.Tineas & reliqua uentris animalia pel
lit ex aceto & melle ſumpta.Linguæ quocꝫ recens ſubiecta præſtat ne hydropici ſitim ſentiant.
Coqtur pluribuſ mõis in olla quæ coniiciatur in clibanũ aut furnum:uel adipe aut luto illita:aut
fruſtatim in patinis.Et cruda ſiccat̃:deinde cõciditur.Coquiturcꝫ in aceto.Tũ ſerpentium icti/
bus imponitur.Toſta quocꝫ purgatur:& mediũ eius iteꝝ in aqua coquit̃.Vſus ſic coctæ ad hy/
dropicos:urinam ciẽdam tribus obolis cũ melle & aceto potæ.Item ſpleneticos & ſtomachicos
ſi nõ ſentiant ulcus:quibus innatet cibus.Ad tormina:regios morbos:tuſſim ueterem cũ ſuſpi
rio.Diſcutit & ex foliis ſtrumas:quadrinis diebus ſoluta.Furfures capitis ad ulcera manantia il/
lita ex oleo cocta.Coquitur & in melle cibi gratia:maxime uti coctionem facias.Sic & interiora
purgat.Rimaſ pedum ſanat in oleo cocta:& mixta reſinæ.Semen eius lumboꝝ dolori ex melle
imponit̃.Pythagoras ſcyllam in limine quocꝫ ianuæ ſuſpenſam maloꝝ medicamentoꝝ introitũ
pellere tradit.Cæteꝝ bulbi ex aceto & ſulphure uulneribus in facie medentur.Per ſe uero triti
neruoꝝ cõtractionem.Et ex uino porrigines.Succũ cum melle canum morſibus.Eraſiſtrato pla
cet cum pice.Sanguinem idem eos ſiſtere tradit illitos cũ melle.Alii ſi e naribus fluat coriãdrũ
& farinam adiiciunt.Theodorus et lichenaſ ex aceto bulbis curat.Erũpentia in capite cum uino
auſtero aut ouo.Et bulbos epiphoris idem illinit:et ſic lippitudini medet̃.Eoꝝcꝫ uitia quæ ſũt
facie rubentes maxime in ſole illitis cum melle et nitro emendat.Lentiginem cũ uino aut cũ cu/
mino coctis.Vulneribus quocꝫ mire ꝓſunt per ſe.Aut ut Damion ex mulſo:ſi qnto die ſoluan
tur.Iiſdem et auriculas fractas curat:& teſtium pituitas.In articuloꝝ doloribus miſcent farinã.
In uino cocti illiti uẽtri duriciã præcordioꝝ emolliũt.Dyſentericis in uino ex aqua cæleſti tem/
perato dantur.Ad cõuulſa intus cũ ſilphio pilulis fabæ magnitudĩe.Ad ſudorẽ tuſi illinũt̃.Ner
uis utiles.Ideo & paralyticis dãtur iuxta ĩ pedibus.Qui ſunt ruffi ex his citiſſime ſanãt cũ melle
& ſale.Venerẽ maxime megarici ſtimulãt.Hortẽſii ptũ cũ ſapa aut paſſo ſũpti.Silueſtres ĩtera/
neoꝝ plagas & uitia cũ ſilphio pilulis deuoratis ſedãt.Et ſatiuoꝝ ſemen cõtra phalãgia bibitur ĩ
uino.Ipſi ex aceto illinũt̃ cõtra ſerpẽtium ictus.Semẽ antiqui bibẽdũ inſaniẽtibus dabant.Flos
bulboꝝ tritus cruꝝ maculas:uarietateſcꝫ igne factas emẽdat.Diocles oculos hebetari ab iis pu/
tat.Elixos aſſis minus utiles adiciũt eſſe:& difficile cõcoqui ex ui uniuſcuiuſcꝫ naturæ.Bulbinẽ
græci uocant hærbam paracæ foliis:rubicundo bulbo.Hæc traditur uulneribus mire utilis dũ
taxat recentibus.Bulbus quem uomitorium uocant ab effectu folia habet nigra:cæteris longio
ra utiliſſimus ſtomacho cibus.

¶ De aſparagis & corruda & libyco & horminio. Ca.x.

ASparagi(ut tradit̃)cumino qdem addito inflationes ſtomachi colicꝫ diſcutiunt.Ventrẽ le/
niter molliunt.Pectoris & ſpinæ doloribus inteſtinoꝝcꝫ uitiis ꝓſunt.Vino cũ coquũt̃ ad/
dito ad lũboꝝ & renũ dolores.Semẽ trium oboloꝝ põdere pte cumini bibit̃.Venerẽ ſtimulãt.
Vrinam cient utiliſſime:prætercꝫ ꝙ ueſicã exulcerãt.Radix quocꝫ plurimoꝝ prædicatione tri
ta & in uino albo pota calculos quocꝫ exturbat.Lũboꝝ & renũ dolores ſedat.Quidã ad uuluæ
dolorẽ radicem cũ uino dulci ꝓpinãt.Eadem in aceto decocta cõtra elephãtiam ꝓficit.Aſpago
trito cũ oleo punctum pungi ab apibus negãt.Silueſtrẽ aſpagum aliq corrudã:aliq libycum uo/
cant:attici horminium.Huius ad ſupradicta oĩa efficacior uis:& cãdidiori maior.Regiũ morbũ
extenuãt.Veneris cã aquã eoꝝ decoctã bibi iubẽt ad heminã.Ad idẽ & ſemẽ ualet cum aneto

tritum. Ternis utꝛqꝫ obolis datur. Et ad ſerpētium ictus ſuccus decoctus. Radix quoqꝫ miſcet̃ radici marathri inter efficaciſſima auxilia. Si ſāguis ꝑ urinā reddatur: ſemē aſpagi & apii & cumini ternis obolis in uino cyathis duobus q̄nis diebus Chryſippus dari iubet. Sic & hydropicis cōtrarium eſſe q̃uis urinā moueat: docet. Itē ueneri. Veſicæ quoqꝫ niſi coctū aqua. Si canibus det̃: occidit eos. In uino decoctæ radicis ſuccus ſi ore cōtineat̃ dētibus mederi.

De apio & apiaſtro: & helioſelino: & oreoſelino. Ca. xi.

APio gratia uulgo eſt. Nāqꝫ rami largis portionibus ꝑ iura ināt āt: & in cōdimētis peculiarē gratiā habēt. Præterea oculis illitū cū melle: ita ut ſubinde foueāt̃ feruēti ſucco decocti: aliiſqꝫ mēbroꝝ. Epiphoris ꝑ ſe tritum aut cū pane aut polēta ipoſitū mire auxiliat̃. Piſces quoqꝫ ſi ægrotēt in piſcinis apio uiridi recreātur. Veꝝ apud eruditos nō aliud erutū terra ī maiore ſententiaꝝ auctoritate eſt. Diſtinguit̃ ſexu. Chryſippus fœminā eſſe dicit criſpioribus foliis & duris: craſſo caule: ſapore acri & feruido. Dionyſius marē nigriorē: breuioris radicis: uermiculos gignētē. Ambo neutꝝ ad cibos admittēdū: īmo omio nefas. Nā id defunctoꝝ epulis feralibus ducatum. Ipſius quoqꝫ uſus claritati inimicū. Caule fœminæ uermiculos gigni. Ideoqꝫ eos qui ederint ſterileſcere mares fœminas ue. In puerpiis uero ab eo cibo comitiales fieri q ubera hauriunt. Innocētiorē tamē eſſe marē. Eaqꝫ cā eſt ne inter nefaſtos frutices dānet̃. Māmaꝝ duriciā impoſitis foliis emollit: Suauiores aquas potui incoctū præſtat. Succo maxime radicis cum uino lūboꝝ dolores mitigat. Eodē iure inſtillato grauitatē aurium. Semine urinā ciet: mēſtrua ac ſecundos ꝑtus. Et ſi foueātur ſemine decocto ſugillata reddit colori: cum oui albo illitum. Aut ex aqua coctum potūqꝫ renibus medetur. In frigida tritum oris ulceribus. Semen cū uino uel radix cum ueteri uino ueſicæ calculos frāgit. Semē datur ex tribus cyathis ex uino albo. Apiaſtꝝ Higinus quidē meliſſophylō appellat. Sed ī cōfeſſa dānatiōe eſt uenenatum ī ſardinia. Cōtexenda enī ſunt omīa ex eodē noīe: apud græcos pēdentia. Oluſatꝝ quod hippoſelinum uocāt aduerſatur ſcorpionibus. Poto ſemine torminibus interaneis medetur. Itēqꝫ difficultatibus urinæ ſemē eius decoctum ex mulſo potum. Radix eius in uino decocta calculos pellit & lumboꝝ ac lateris dolores. Canis rabioſi morſibus potum & illitum medetur. Succus eius algētes calefacit potus. Quartum genus ex eodē faciunt aliqui oreoſelinō alio frutice recto ſemine cumino ſimile. Vrinæ & mēſtruis efficax. Helioſelino uis priuata cōtra araneas. Sed de oreoſelino fœminæ purgātur e uino.

De petroſelino & ocimo. Ca. xii.

ALio genere petroſelinō quidā appellāt in ſaxis natum. Præcipuum ad uomicas coclearibus binis ſucci additi in cyathum marrubii ſucci: atqꝫ ita aquæ calidæ tribus cyathis. Addidere quidā buſelinō differēs breuitate caulis a ſatiuo & radicis colore ruffo eiuſdē effectus. Præualere cōtra ſerpētes potum & litum. Ocimum quoqꝫ Chryſippus grauiter īcrepuit. Inutile eſſe dicens ſtomacho: urinæ. oculoꝝ quoqꝫ claritati. Præterea inſaniā facere & lethargicos & iocineris uitia. Ideoqꝫ capras id aſpernari. In hoībus quoqꝫ fugiēdum cēſet. Adiiciūt quidam tritum ſi opiatur lapide: ſcorpionē gignere. Cōmāducatum & ī ſole poſitum uermes afferre. Alii uero ſi eo die feriatur quiſpiā a ſcorpiōe qui ederit ocimum ſanari nō poſſe. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cācris. x. marinis uel fluuiatilibus trito: cōuenire ad eū ſcorpiōes a ꝓximo oēſ Diodotus in emitericis etiā pediculos facere ocimum cibum. Secuta ætas alacriter defēdit. Nā id eſſe capras. Nec minus q̃ mētam & rutam ſcorpionum terreſtrium ictibus marinoꝝqꝫ uenenis mederi cum uino addito aceto exiguo. Vſu quoqꝫ comptū deficientibus ex aceto odoratu ſalutarē eſſe. Itē lethargicis & inflāmatis refrigeratiōi: illitū capitis doloribus cū roſaceo: aut myrteo: aut aceto. Itē oculoꝝ epiphoris impoſitū ex uino. Stomacho quoqꝫ eſſe utile. Inflactiōes & ructū ex aceto diſſoluere ſūptum. Aluū ſiſtere impoſitū. Vrinā ciere. Sic & morbo regio & hydropicis ꝓdeſſe etiā colericis. Diſtillationes eo coli & ſtomachi ībiberi. Ergo etiā cœliacis Philiſto dedit: & coctum dyſētericis: & cōtra pliſtonicū. Aliq & in tenaſmo: & ſāguinē excreātibus in uino. Duriciāqꝫ præcordioꝝ illinitur māmis. Extinguit quoqꝫ lactis ꝓuētum. Auribus utiliſſimū: infantiū præcipue cū adipe anſerino. Semē tritū & hauſtū naribus ſternutamēta: & diſtillationes capitis quoqꝫ illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto. Verrucas mixto cerametō ſutorio tollit. Venerē ſtimulat. Ideoqꝫ & equis aſiniſqꝫ admiſſuræ tēpore ingeritur.

De ſilueſtri ocimo: & eruca: & naſturtio & ruta. Ca. xiii.

SIlueſtri ocimo uis efficacior ad eadē oīa. Peculiaris ad uitia quæ uomitiōibus crebris concontrahuntur. Vomiciſqꝫ uuluæ: contraqꝫ beſtiarum morſuſ radix in uino eſt efficaciſſima. Erucæ ſemē ſcorpionū uenenis & muris aranei medet̃. Beſtiolas omēs inaſcētes corpori arcet. Vitia cutis in facie cū melle illitū. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad cādorē cum felle bubulo. Aiunt uerbera ſubituris potū ex uino duriciam quādā cōtra ſenſū induere: In cōdiendis obſoniis tāta eſt ſuauitas: ut græci euzomō appellauerint. Putāt ſubtrita eruca ſi foueant̃ oculi: claritatē reſtitui. Tuſſim infantium ſedare. Radix eius in aqua decocta fracta oſſa extrahere. Nā de uenere ſtimulāda diximus tria folia ſilueſtris erucæ ſiniſtra manu decerpta & trita in

©BIUM

aqua mulſa ſi bibãtur. E cõtrario naſturtiũ venerẽ inhibet. Animũ exacuit. Vt diximuſ duo eius
genera. Aluum purgat. Detrahit bilẽ potũ in aqua. x. denarioꝝ põdo. Cũ lomẽto ſtrumis illitũ
optumq; braſſica præclare medetur. Alteꝝ eſt nigrius: quod capitis uitia purgat. Viſũ clariſi-
cat. Cõmotas mentes ſedat ex aceto ſũptum. Lyenẽ ex uino potũ uel cũ fico. Tuſſim ex melle:
ſi quottidie ieiuni ſũmãt. Semẽ ex uino oĩa inteſtinoꝝ aĩalia expellit. Efficacius addito menta-
ſtro. Prodeſt & cõtra ſuſpiria & tuſſim cũ origano & uino dulci. Pectoris doloribus decoctum in
lacte caprino. Panos diſcutit cũ pice: extrahitq; corpori aculeos. Et maculas illitũ ex aceto. Con
tra carcinomata adiicitur ouoꝝ albũ. Et lyenibus illinit̃ ex aceto. Infãtibus uero e melle utiliſſi
me. Seſtius adiicit hoc ſerpẽtes fugare: ſcorpiõibus reſiſtere. Capitis dolores cõtritũ: & alope-
cias emẽdare. Sinapi grauitatem auriũ trito impoſito auribus cũ fico. Dentium dolores infuſo in
auris ſucco. Prurigiñe & ulcera capitis cũ adipe anſerino. Furũculos cõcoq̃t cũ fermẽto. Carbũ-
culos ad ſuppurationẽ ꝑducit: & rumpit. Phagedenas ulceꝝ expurgat cũ melle. Coxendicibus &
lumbis cũ polenta ex aceto illinitur. Item licheni. Itẽ unguibus ſcabriſ. Quippe natura eius cau
ſtica eſt. Optimum aũt babylonium. Silueſtri uero ad omnia ea effectus maior. In præcipuis au
tem ꝓmedicaminibus ruta ẽ. Latiora ſatiuæ folia. Rami fruticoſiores. Silueſtris horrida ad effec-
tũ eſt: & ad omnia acrior. Succuſ exprimit̃ tuſa ea & aſpſa modice aqua. Et in pyxide cypria aſſer
uat̃. Hic copioſior datus ueneni noxiã obtinet. Macedõia maxime iuxta flumẽ anacimũ. Miꝝq;
cicutæ ſucco extinguitur: adeo etiã uenenoꝝ uenena ſunt. Quãdo cicutæ ſuccus ꝓdeſt manibꝰ
colligẽtiũ rutã. Cæteꝝ inter prima immiſcet̃ antidotis præcipueq; galaciæ. Quæcunq; ãt ruta
aut per ſe aut ꝓ antidoto ualet foliis tritis & ex uino ſũptis. Cõtra aconitũ maxime & uiſcũ. Itẽ
fungos ſiue in potu detur: ſiue in cibo. Simili mõ cõtra ſerpentiũ ictus: utpote cũ muſtellæ dimi
caturæ cũ iis rutã prius edendo ſe muniãt. Sed ualent & cõtra ſcorpionũ ictus: & araneoꝝ: apũ:
crabronũ: ueſpaꝝ aculeos. Et cãtaridas: ac ſalamãdras: canis ue rabioſi morſus: acetabuli menſu-
ra ſi ſuccuſ e uino bibitur. Et folia trita uel cõmãducata imponũtur cum melle & ſale uel cum ace
to & pice decocta. Succo uero punctos aut etiã habentes negãt feriri ab iis maleficiis. Serpen-
teſq; ſi uratur ruta nidorem fugere. Efficaciſſima tamẽ eſt ſilueſtris radix cum uino ſũpta. Eãdẽ
adiiciunt efficaciorem eſſe ſub diuo potã. Pythagoras & in hac marem minoribus hærbaceiq; co
loris foliis a fœmina diſcreuit: etiã latioribus foliis & colore. Idemq; oculis noxiã putauit falſo:
quoniã ſculptoꝛs & pictores hoc cibo utũt̃ oculoꝝ cã. Cũ pane quoq; uel naſturtio ſatiuæ atq;
ſilueſtris ꝓpter uiſũ. Vt aiũt multi: ſucco eius cum melle attico inuncti diſcuſſerunt caligines:
uel cum lacte mulieris pueꝝ enixæ: uel puro ſucco ãgulis oculoꝝ tactis. Epiphoras cum polẽta
impoſita. Lenit ãt capitis dolores pota cũ uino aut cũ aceto: & roſaceo illita. Si uero ſint cepha-
lea: cũ farina hordeacea uel aceto. Eadẽ cruditates diſcutit: mox inflatiões: dolores ſtomachi ue
teres. Vuluas apit. Corrigitq; cõuerſas illita in melle toto uẽtre & pectore. Hidropicis cũ ficu
& decocta ad dimidias partes potaq; ex uino. Sic bibitur & ad pectoris dolores: lateꝝq; & lũbo-
rum. Tuſſes: ſuſpiria: pulmonũ: iocineꝝ: renũ uitia: horrores frigidos. Ad crapulæ grauedineſ:
Decoquũtur folia poturis. Et in cibo uel cruda uel decocta cõdita ue ꝓdeſt. Item torminibus in
hyſopo decocta. Et cũ uino. Sic & ſanguinẽ ſiſtit interiorẽ: & nariũ indita. Sic & collutis dẽtibus
ꝓdeſt. Auribus quoq; in dolore ſuccus infũdit̃: cuſtodito ut diximus mõ. E ſilueſtri uero cõtra
tarditatẽ & ſonitũ cũ roſaceo uel cũ lauro oleo aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex ace
to tritæ ĩſtillatur ĩ tẽpora & cerebꝝ. Adiecerũt aliqui & ſerpillũ & lauꝝ illinẽtes capita & colla.
Dederũt & lethargicis ex aceto olfaciendũ. Dederũt & comitialibus bibẽdũ decoctæ ſuccũ ĩ cya
this quatuor ante acceſſiões: quaꝝ frigus intolerabile eſt. Alſioſiſq; crudã dari in cibo. Vrinam
quoq; uel cruentã pellit. Fœminaꝝ etiã purgatiõeſ: ſecũdaſq;: etiã emortuos partus: ut Hippo
crati uidet̃: ex uino dulci nigro pota: itaq; illitã & uuluaꝝ cã etiã ſuffire iubet. Diocles & cardia-
cis imponit ex aceto & melle cũ farina hordeacea. Et cõtra ileũ decocta farina ĩ oleo ac uelleribus
collecta. Multi uero & cõtra purulentas excreationes ſiccæ drachmas duas: ſulphuris unã & di-
midiã ſumi cẽſent. Et cõtra cruẽtas ramos tres in uino decoctos. Datur & dyſentericis cũ caſeo
ĩ uino cõtrita. Dederũt & cũ bitumine infrictã potiõi ꝓpter anhelitũ. Ex alto lapſis ſeminis tres
uncias: olei libra: uiniq; ſextario illinit̃. Cũ oleo coctis foliis ptibus quas frigus aduſſerit. Si uri-
nam mouet (ut Hippocrati uidet̃) miꝝ eſt quoſdã dare uelut inhibẽtẽ potui cõtra incõtinẽtiã uri
næ. Pſoras & lepras cũ melle & alumine illita emẽdat. Itẽ uitiligines uel rugas: ſtrumas & ſimi-
lia cũ hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo. Ignẽ ſacrũ ex aceto & oleo: uel pſimythio. Carbũcu
lum ex aceto. Nõnulli laſerpitium una illini iubẽt: ſine quo epinyctidas puſtulas curant. Impo-
nũt & mãmis turgẽtibus decoctã & pituitæ eruptiõibuſ cũ cæra: Teſtiũ uero epiphoris cum ra
mis laureæ teneris: adeo peculiari in uiſceribus his effectu: ut ſilueſtri ruta cũ axũgia ueteri illi-
toſ ramiceſ ſanari ꝓdãt. Fracta quoq; mẽbra ſemĩe trito cũ cæra impoſito. Radix rutæ ſãguinẽ
oculis ſuffuſum: & ĩ toto corpore cicatrices aut maculas illita emẽdat. Ex reliquis quoq; quæ tra
dũtur: miꝝ eſt: cum feruẽtem rutæ naturã eſſe cõueniat. Faſciculũ eius ĩ roſaceo decoctũ addita

uncia aloes perunctis ſudorem reprimere. Itemqꝫ generatiões impediri hoc cibo. Ideo ꝓfluuio
genitali datur: & uenerē crebro ꝑ ſõnia imaginātibus. Præcauēdū eſt grauidis abſtineāt hoc ci/
bo. Necari enim partus inuenio. Eadē ex oībus ſatis quadrupedū quoqꝫ morbis in maximo uſu
eſt: ſiue difficile ſpirātibus: ſiue cõtra maleficioꝝ aīalium ictus infuſa per nares ex uino: aut ſi ſan
guiſugā exhauſerit: ex aceto: & quocūqꝫ in ſimili morboꝝ genere: ut in homine tēperato.

De mentaſtro & menta & pulegio: & nepeta & de cumino. Ca. xiiii.

M Entaſtrū ſilueſtris mēta eſt: differens ſpecie folioꝝ quaſi figura ocimi: pulegii colore. Prop
ter quod qdā ſilueſtre pulegiū uocāt. Iis cõmāducatis & īpoſitis ſanari elephātiā: ſicut ma/
gni Põpeii ætate fortuito cuiuſdā expimēto ꝓpter putorē in facie illita cõptū eſt. Eadē illinun/
tur bibūtqꝫ aduerſus ſcolopēdras & ſerpentium ictus drachmis duabus in uini cyathis duobus.
Aduerſus ſcorpionum ictus cum ſale oleo & aceto. Item aduerſus ſcolopēdras ius decocti. Ad/
uerſuſqꝫ omnia uenena ſeruantur folia arida ad farinæ modū. Subſtratū uel accēſum fugat ſcorpi
ones: Potū fœminas purgat a partu: ſed partus necat. Ortopnoicis: torminibus colericis effica/
ciſſimū. Itē lumbis. Podagris īpoſitum. Succus naribus uerminoſis inſtillaẜ. In regio morbo bi/
bitur. Strumis illinitur. Omīa ueneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potū. Cõtra pruriginē ex
aceto infūditur capiti in ſole. Mētæ ipſius odor animū excitat: & ſapor auiditatē in cibis. Ideo in
māmaꝝ mixtura familiares ipſæ acceſſere: ut coire deſeriqꝫ lac nō patiātur. Quare lactis potio
nibus additur: ne huius coagulati potu ſtrangulentur. Data in aqua & mulſo eadē ui reſiſtere &
generationi crediẜ: cohibēdo genitalia denſari. Aeque maribus ac fœminis ſiſtit ſāguinē: & pur
gatiões fœminaꝝ inhibet. Cū amylo ex aqua pota cœliacoꝝ impetus. Syratiõ & uomicas uul/
uæ curauit: Ille & iocineꝝ uitia ternis obolis ex mulſo datis. Itē ſāguinē excreātibus in ſorbitio/
nem. Vlcera in capite infātiū mire ſanat. Arterias humidas ſiccat. Siccas aſtringit. Pituitas cor/
ruptas purgat in mulſo & aqua. Voci ſuccus ſub certamine utilis dūtaxat: & qui gargarizaẜ uua
tumēte adiecta ruta & coriādro ex lacte. Vtilis & contra tõſillas cum alumine. Linguæ aſpæ cū
melle. Et cõuulſa intus ꝑ ſe uitiiſqꝫ pulmonis. Singultus & uomitiões ſiſtit cum ſucco granati ut
Democritus mõſtrat. Recētis ſuccus narium uitia. Spiritus ſubductos emēdat. Ipſa trita chole/
ras in aceto quidem pota. Sāguinis fluctiões intus. Ileum etiā impoſita cū polēta: & ſi māmæ tē
dantur. Illinitur & tēporibus in capitis dolore. Sumitur & cõtra ſcolopēdras: & ſcorpiões mari/
nos & ad ſerpētes. Epiphoris illiniẜ & oībus in capite eruptiōibus. Itē ſedis uitiis. Impetigines
quoqꝫ uel ſi teneatur tantum ꝓhibet. Auribus cum mulſo inſtillaẜ. Aiunt & lyeni mederi eā in
horto guſtatā ita ne uellaẜ: ſi is ꝗ momorderit dicat ſe lyeni mederi ꝑ dies nouē. Aridæ quoqꝫ
farinæ tribus digytis apprehēſam & ſtomachi dolorem ſedare in aqua: & ſimiliter aſperſa ī poti
onē uētris aīalia expellere. Magna ſocietas cum hac ad recreādos defectos aīo pulegio cum ſur
culiſ ſuis ī āpullas uitreas aceti utriſqꝫ deiectis. Qua de cā dignior e pulegio corona uertigini ꝙ
e roſis cubiculis noſtris ꝓnuntiata eſt. Nā & capitis dolores impoſita diciẜ leuare. Quin & olfa
tu capita tueri contra frigoꝝ æſtuſqꝫ iniuriā: & ab ſiti traditur. Neqꝫ æſtuare eos ꝗ duos e pule
gio ſurculos impoſitos auribus in ſole habeāt. Illinitur ēt in doloribus cum polēta & aceto. Fœ
mina efficacior. Eſt āt hæc flore purpureo. Mas cādidum habet. Nauſeas cum ſale & polēta ī fri
gida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac uētris dolorē. Stomachi āt ex aqua intercīſiões ſiſtit:
& uomitiões cum aceto & polenta. Inteſtinoꝝ uitia melle decocta & nitro ſanat. Vrinā pellit ex
uino: & ſi amineum ſit: & calculos & interiores omēs dolores. Ex melle & aceto ſedat mēſtrua:
& ſecundas. Vuluas cõuerſas corrigit. Defunctos ꝑtus eiicit. Semē obmuteſcentibus olfatu ad
mouetur. Comitialibus in aceto cyathi mēſura datur. Si aquæ inſalubres bibēdæ ſint: tritum in
ſpergitur. Salſitudines corporis ſi cum uino tradaẜ minuit. Neruoꝝ cā & in contractiōe cum ſale
& aceto & melle cõfricatur epiſtotono. Imbibitur ad ſerpētium ictus decoctum. Ad ſcorpionuꝫ
in uino tritum: maxime quod in ſiccis naſcitur. Ad oris exulceratiões: ad tuſſim efficax habetur.
Flos recētis incenſus pulices necat odore. Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum ī tertianis
ante acceſſionē olfactādum dari: aut ſtragulis ſubiici: & ita collocari ægrum īter remedia tradit:
Silueſtri ad eadem uis efficacior eſt: quod ſimile eſt origano minoribus foliis ꝙ ſatiuum: & a q/
buſdā dictamus uocatur. Guſtatum a pecore capriſqꝫ balatum cõcitat. Vnde qdā græci litteras
mutātes blechõ uocauerunt. Natura tam feruēs eſt: ut illitas partes exulceret. Tuſſi inter fricti
ones fricari ante balnea cõuenit & ante acceſſionum horrorē cõuulſis & torminibuſ. Podagris mi
re ꝓdeſt. Epaticis cum melle & ſale bibendum datur. Pulmonum uitia excreabilia facit. Ad lye
nem cum ſale utile eſt: & ueſicæ & ſuſpiriis & inflationibus decoctum ſucco æqualiter: & uuluaſ
corrigit: et cõtra ſcolopēdrā terreſtrē uel marimā. Itē ſcorpiones. Priuati ue ualet contra oēm
morſum. Radix cõtra increſcentia ulcera recens potentiſſima. Arida uero cicatricibus decorem
affert. Item pulegio eſt nepetæqꝫ ſocietas. Decocta enī in aqua ad tertias diſcutiūt frigora. Mu
lierqꝫ mēſtruis ꝓſunt. Et æſtate ſedāt calores. Nepeta quoqꝫ uires cõtra ſerpētes habet. Fu/
mū ex ea nidorēqꝫ fugiunt: quā & ſubſternere in metu obdormituris utile eſt. Tuſa egilopis im

ponitur:& capitis doloribus recens cũ tertia parte panis tẽpata aceto illinitur. Succus eius ĩſtil/
latus naribus ſupinis ꝓfluuiũ ſãguinis ſiſtit. Itẽ radix cũ myrti ſemine in paſſo tepido gargariza/
ta anginis medeẽ. Cuminũ ſilueſtre eſt prætenue quaternis aut qnis foliis ueluti ſerratis. Et ĩ ſa
tiuo magnus uſus in ſtomachi præcipue remediis. Diſcutit pituitas & inflatiões. Tritũ & cũ pan̄
ſũptum uel potum ex aqua uinoq̃ꝫ tormina quoq̃ꝫ & inteſtinoꝝ dolores. Veꝝtamẽ oẽm pallo/
rem bibẽtibus gignit. Ita certe ferunt. Portii Latronis clari inter magiſtros dicẽdi adſectoꝛ̃s ſi
militudnẽ coloris ſtudiis cõtra æmulos imitatos:& pauloan̄ Iuliũ Vindicẽ adſectorẽ illũ a Ne/
rone libertatis captatiõe teſtamẽtis ſic lenocinatũ. Nariũ ſanguinẽ paſtillis inditũ uel ex aceto r̃
cens ſiſtit. Et oculoꝝ epiphoris p ſe impoſitũ tumẽtibus cũ melle ꝓdeſt. Infantibus imponi ĩ uẽ
tre ſatis eſt. Morbo regio in uino albo ab alienis datur.

De cũmino æthiopico:quæ urinam ſtringit:& de cappari:& de
liguſtico:ſiue panace:& cunila bubula. Ca.xv.

a Ethiopicũ maxime in poſca illinitur cũ melle. Africano priuatim urinæ incõtinentiã cohi/
beri putant. Satiuum datur & ad iocineris uitia toſtum tritum in aceto. Item ad uertiginẽ.
Iis uero quos acriore ui urina mordeat in dulci tritum uino. ad uuluarum uitia in uino. Præterq̃ꝫ
impoſtis uellere foliis teſtium tumoribus toſtum tritumque cum melle aut roſaceo & cæra. Sil/
ueſtre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad ſerpentes cum oleo: ad ſcorpiones: ad ſcolopen/
dras. Siſtit & uomitiõem nauſeaſque ex uino:quãtum apprehẽderint tres digyti. Propter colũ
quod bibiẽ. Illiniẽq̃ꝫ uel penicillis feruẽs:uel aſtringiẽ faſciis. Strãgulatiões uuluæ potũ ĩ uino
apit trib⁹ drachmis ĩ trib⁹ cyathis uini. Auribus inſtillaẽ ad ſonitus atq̃ꝫ tĩnitus cũ ſeuo uitulĩo
uel melle. Sugillatis illiniẽ cũ melle & uua paſſa & aceto. Lẽtigini nigræ ex aceto. Eſt cumino ſi
millimũ qd' græci uocãt ami. Quidã uero æthiopicũ cuminũ id ẽe exiſtimãt. Hippocrates r̃gi
um appellat:uidelicet quia efficacius in ægypto iudicauit. Pleriq̃ꝫ alterius naturæ in totum pu/
tant:quoniã ſit exilius & cãdidius. Similis autẽ & huic uſus. Nã & panibus alexãdrinis ſubigiẽ:
& cum alimẽtis interponitur. Inflatiões & tormina diſcutit. Vrinã et menſtrua ciet. Sugillata &
oculoꝝ epiphoras mitigat. Cum lini ſemine ſcorpionum ictus in uino potum drachmis duabus.
Priuatimq̃ꝫ ceraſtaꝝ cum pari portiõe myrrhæ. Colorem quoq̃ꝫ bibentium ſimiliter mutat ĩ pal
lorem. Suffitum cum uua paſſa aut reſina uuluas purgat. Tradunt facilius cõcipe eas quæ odorã
tur id per coitũ. De cappari ſatis diximus inter pegrinos frutices. Nõ utẽdũ trãſmarino. Innocẽ
tius italicũ eſt. Ferũt eos qui quottidie id edũt paralyſi nõ periclitari:nec lyenis doloribus. Ra/
dix eius uitiligines albas tollit:ſi tritæ in ſole fricentur. Spleneticis ꝓdeſt in uino pota:Radicis
cortex duabus drachmis dempto balneaꝝ uſu. Ferũtq̃ꝫ trigintaq̃ꝫ diebus per urinã & aluum
totum lyenem emitti. Bibiẽ in lũboꝝ doloribus ac paralyſi. Dẽtiũ dolores ſedat tritum ex aceto
ſemẽ decoctũ:uel mãducata radix. Infũdiẽ auriũ dolori decoctũ oleo. Vlcera quæ phagedenas
uocãt folia & radix recẽs cum melle ſanãt. Sic & ſtrumas diſcutit radix. Parotidas uermiculoſq̃ꝫ
cocta in aqua. Iocineris quoq̃ꝫ malis medeẽ. Dãt & ad tineas in aceto & melle. Oris exulceratio
nes in aceto decocta tollit. Stomacho inutiles eſſe inter auctores cõuenit. Liguſticũ aliq panacẽ
uocãt:ſtomacho utile eſt. Itẽ cõuulſiõibus & inflatiõibus. Sũt & qdam q cunilã bubulã appella
uerũt uti diximus falſo. Cunilæ præter ſatiuã plura ſunt in medicina gen̄ra. Quæ bubula appel
latur:ſemẽ pulegii habet:utile ad uulnera cõmãducatum impoſitũq̃ꝫ:ut qnto poſt die ſoluatur.
Cõtra ſerpẽtes quoq̃ꝫ in uino bibitur:ac tritũ plagæ imponiẽ. Vulnera ab iis facta pfricaẽ. Itẽ
teſtudines cũ ſerpentibus pugnaturæ hac ſe muniũt. Quidãq̃ꝫ in hũc uſũ panacẽ uocant. Sedat
& tumores & uirilium mala:ſicca uel foliis tritis in omĩ uſu mire cõgruens ex uino.

Item de cunila:ſiue origano:& de cunilagine:& cunila molli:&
libanotide:& de cunila ſatiua. Ca.xvi.

EſSt alia cunilæcea appellata a noſtris:a græcis origanũ heracleoticũ. Prodeſt oculis trita ad/
dito ſale. Tuſſim quoq̃ꝫ emẽdat & iocineꝝ uitia. Lateꝝ dolores cũ farina oleo & aceto ĩ ſor
bitiõem tẽpata. Præcipue uero ſerpẽtiũ morſus. Tertiũ genus eſt eius:quæ a græcis maſcula a
noſtris cunilago uocaẽ:odoris fœdi:radicis lignoſæ:folio aſpo. Vires eius uehementiſſimas in
omĩbus iis generibus eaꝝ tradũt. Manipulo quoq̃ꝫ eius adiecto oẽs ẽt a tota domo blattas con
uenire ad eam. Priuatim aduerſus ſcorpiones ex poſca tollere. Tribus foliis ex oleo puncto ho/
mine fugari ſerpẽtes. E cõtrario quæ mollis uocatur. piloſioribus ramis & aculeatis. Trita mel
lis odorem habet digytis tactu eius cohærentibus. Altera thuris quã libanotidẽ appellauimuſ
Medeẽ utraq̃ꝫ cõtra ſerpentes ex uino uel aceto. Pulices etiã cõtritæ cum aqua ſparſæ necãt. Sa
tiua quoq̃ꝫ ſuos uſus habet. Succus eius cũ roſaceo auriculas iuuat. Ipſa ad ictos bibiẽ. Fit & ex
ea mõtana ſerpillo ſimilis:efficax cõtra ſerpentes. Vrinam mouet. Purgat & a ptu mulieres. Cõ
coctionẽ mire adiuuat:& ad cibos auiditatem. Vtraq̃ꝫ uel in cruditate ieiunis in potione aſperſa.
Luxatis quoq̃ꝫ utilis. Cõtra ueſpaꝝ & ſimiles ict⁹ ex farina hordeacea & poſca utiliſſima. Libano
tidis alia genera ſuis diceẽ locis.

¶ De piperiti & origano: & othimine: praſio: & tragorigano: &
heraclio: & lepido: & de gith: ſiue melāthio: & aniſo. Ca.xvii.

PIperitis quā & ſiliquaſtrū appellauimus cōtra morbos comitiales bibitur Caſtor taliter de
mōſtrāte. Caule rubro & lōgo: denſis geniculis: foliis lauri: ſemine albo: tenui: guſtu pipe
ris. Vtilis gingiuis: dentibus: oris ſuauitati: & ructibus. Origanū quod in ſapore cunilā æmula
tur(ut diximus)plura genera in medicina habet. Othimin uel praſiō appellāt: nō diſſimile hyſo/
po. Priuatim eius uſus cōtra torſiōes ſtomachi in tepida aqua: & cruditates. Cōtra araneos ſcor
piōeſq; in uino albo. Luxata & incuſſa in aceto & oleo & lana. Tragoriganō ſimilis eſt ſerpillo ſil
ueſtri. Vrinā ciet. Tumores diſcutit cōtra uiſcū potū uiperæq; ictū efficaciſſimū: ſtomachoq; aci
da ructāti & præcordiis. Tuſſiētibus quoq; cū melle datur: & pleureticis: & peripneumonicis.
Heracliū quoq; tria genera habet nigrius latioribus foliis glutinoſum. Alteꝝ exilioribus molli/
buſq; ſanſuco nō diſſimile: quod aliqui praſiō uocare malunt. Tertiū eſt inter hæc mediū: minus
q; cætera efficax. Optimū aūt creticū. Nā & iucunde olet. Proximū ſmyrneū. Deinde heracleo
ticū ad potū utilius: quod othimin uocāt. Cōis aūt uſus ſerpētes fugare. Percuſſis eſui dare de/
coctum. Potu urinā ciere. Ruptis cōuulſis mederi cū panacis radice. Hidropicis cū fico aut cum
hyſopo acetabuli mēſuris decoctū ad ſextam. Itē ſcabiē: pruriginē: pſoras in decliōe balnearū.
Succus auribus infunditur cū lacte mulieris. Tōſillis quoq; fluuiis medeť. Capitis ulceribuſ. Ve
nena opii & gypſi extinguit decoctū: ſi cū cinere & uino bibať. Aluū mollit acetabuli menſura.
Sugillatis illinitur: Itē dentiū dolori: quibus etiā & cādorem facit cū melle & nitro. Sāguinē na
rium ſiſtit. Ad parotidas decoqtur cū hordeacea farina. Ad arterias aſpas cum galla & melle te/
ritur. Ad lyenē folia cum melle & ſale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctū cum aceto &
ſale ſūptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo & nares infūditur. Laſſi pungūtur ex eo:
ita ut ne uēter attingatur. Epinyctidas cum pice ſanat. Furunculos apit cum fico trita. Strumas
cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitū. Fluctiōes ſanguinis in ge
nitalibus tuſum ex aceto illitū. Reliqas purgationum a partu. Lepidum inter urentia intelligiť.
Sic & in facie cutem emēdat exulcerādo: ut tamē cæra & roſaceo facile ſaneť. Sic lepras & pſo/
ras tollit ſemper facile: & cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dētium adalligatum brachio qua
doleat: cōpeſcere dolorem. Gith ex græcis alii melāthiō: alii melaſpmō uocāt. Optimū q; exci/
tatiſſimi odoris: & q; nigerrimum. Medeť ſerpētium plagis & ſcorpionū. Illini ex aceto & melle
repio. Incēſoq; ſerpētes fugari. Bibiť drachma una cōtra araneos. Diſtillationē nariū diſcutit tu
ſum in linteolo olfatum. Capitis dolores illitum ex aceto & infuſum naribus. Cum murrino ocu
loꝝ epiphoras & tumores. Dentium dolores coctū cū aceto. Vlcera oris tritū aut cōmāducatū.
Itē lepras & lētigines ex aceto. Difficultates ſpirādi addito nitro potum. Duricias tumoreſq; ue
teres & ſuppurationes illitū. Lac milieꝝ auget cōtinuis diebus ſūptum. Colligitur ſuccus eius
ut hyoſcyami. Similiter largius uenenum eſt quod miremur. cum ſemē gratiſſime panes etiā cō
diat: Oculos quoq; purgat. Vrinā & mēſtrua ciet. Quinimo litheolo illigatis tātū granis xxx.
ſecundas trahi repio. Aiunt & clauis in pedibus mederi tritū in urina: Culices ſuffitu necare. Itē
muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiōes ex uino bibiť: a Pythagora inter pauca laudatum ſiue cru/
dum ſiue decoctum. Itē uiride aridum ue oibuſ quæ cōdiuntur: quæq; intiguntur deſideratum.
Panis etiā cruſtis īferioribus ſubditum. Sagis quoq; additur. Cū amaris nucibus uina cōmēdat.
Quin ipſum oris halitum iucundiorē facit. Fetorēq; tollit māducatum matutinis cum ſmyrneo
& melle exiguo. Mox uino collutum uultum iuniorē præſtat. In ſōnia leuat ſuſpēſum ī puluino
ut dormiētes olfaciāt. Appetētiā ciboꝝ præſtat: quādo id quoq; īter artificia deliciæ fecere: ex
quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cās qdā anicetum id uocauere. Laudatiſſimum ē creticū.
Proximum ægyptium. Hoc liguſtici uicē præſtat in condimētis. Dolores capitis leuigat ſuffitū
naribus. Epiphoris oculoꝝ radicē eius tuſā imponit Iollas. Ipſum cum croco pari mō & uino: &
per ſe tritū cum polēta ad magnas fluctiōes: extrahēdaq; ſi quæ ī oculis īciderint. Nariū quoq;
cardines cōſumit illitum ex aqua. Sedat āginas cum melle & hyſopo ex aceto gargarizatum. Au
ribus īfunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cū
acetabolo aniſi nuces amaras. I. purgatas tere ī melle ad tuſſī. Facillīe uero aniſi drachmæ tres:
papaueris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinē: & ternis diebus ſumunť. Præcipuum āt
ructus. Ideo inflatiōibus ſtomachi & inteſtinoꝝ torminibus & cœliacis medeť. Singultus & ol/
fatum decoctum potumq; inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates ſuccus decocti. Ipſum cum
apio olfatum ſternutamēta inhibet. Potum ſōnum cōcitat. Calculos pellit. Vomitiōes cohibet:
& præcordioꝝ tumoꝝ & pectoꝝ uitiis. Neruis quoq; qbus ſucc inctum eſt corpus utiliſſimum.
Prodeſt eius & capitis doloribus inſtillati ſuccum cum oleo decocti. Nō aliud utilius uētri & īte
ſtinis putant. Ideo dyſētericis & tenaſmis datur toſtum. Aliq addunt & opium pilulis in die ter/
nis lupini magnitudine & in uini cyatho dilutis. Dieuches & ad lumboꝝ dolores ſucco uſus eſt.
ſemē hydropicis & cœliacis dedit tritum cum mēta. Veꝝ & radicē ad renes. Darion hærbarius

parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cũ apio. Itẽ uuluarꝫ dolorũ. Deditqꝫ bibendũ cũ anetõ ꝑturiẽtibus. Phreneticis quoqꝫ illinũt recẽs cũ polenta. Sic & infãtibus comitiale uitiũ: ut contractiões ſentiẽtibus. Pythagoras q̃dẽ nõ corripi uitio comitiali ĩ manu habẽtes. Ideoqꝫ q̃ plurimũ domi ſerẽdum. Parere quoqꝫ facilius olfãtes. Et ſtatim a ꝑtu dãdum potui polenta aſpſa. Soſimenes cõtra oẽs duricias ex aceto uſus eſt. Eo & cõtra laſſitudines in oleo decoquẽs addito nitro. Semine eius poto laſſitudinis auxiliũ uiatoribus ſpopõdit. Heraclides ad inflatiões ſtomachi ſemẽ tribus digytis cum caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad uẽtris aut inteſtinorꝫ inflatiões. Et ortopnoicis quod ternis digytis prebẽderit ſeminis: tãtũdẽ hyoſcyami cũ lacte aſinino. Multi uomituris acetabula eius & folia lauri decẽ trita ĩ aqua bibẽda ĩter cœnã ſuadent. Strangulationes uuluæ ſi manducentur: & linatur calidum: uel ſi bibatur cum caſtoreo in aceto & melle ſedat. Vertigines a ꝑtu cum ſemine cucumeris & lini pari mẽſura trinũ digytorꝫ uini albi tribus cyathis diſcutit. Cleopolemus ad quartanas trinis digytis ſeminis aniſi & fœniculi uſus eſt in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos cũ amaris nucibus illitũ. Sũt & q aſpidũ uenenis aduerſari naturã eius putẽt. Vrinã ciet. Sitim cobibet. Venerẽ ſtimulat. Cum uino ſudorẽ leniter præſtat. Veſtes quoqꝫ a tineis defendit. Efficacius ſemper recens & quo nigrius. Stomacho tamẽ inutile eſt præterq̃ inflato.

De aneto & ſagapenio: & de papauere albo & nigro: & quomodo ſuccus hærbarum colligendus eſt: & de opio. Ca. xviii.

PRæter hos contigit eius coronæ honos M: Calphurnio Flāmæ Tribuuo militum in ſicilia. Centurioni uero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati cimbrico bello. Primum pilūm is capeſſens ſub Catulo excluſam ab hoc legionem ſuam hortatus tribunū ſuum dubitātem per caſtra hoſtium erumpere interfecit: legionēque eduxit. Inuenio apud auctores eūdē præter hunc honorem aſtantibus Mario & Catulo conſulibus prætextatū īmolaſſe ad tibicinem foculo poſito. Scripſit & Scylla dictator ab exercitu ſe quoque donatum apud nolā legatum bello marſico. Idq; in uilla ſua tuſculana: quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit. Quod ſi uerū eſt: hoc execrabiliorem eum dixerim: quandoquidem eam capiti ſuo ꝓſcriptione detraxit. Ipſe tanto paucioribus ciuium ſeruatis: q; poſtea occiſiſ. Addat etiā nunc huic gloriæ ſuperbum cognomen fœlicem. Ipſe tamen obſeſſus in toto orbe proſcriptus. Hæc corona Sertorio etiā ceſſit. Aemilianū quoque Scipionem Varro auctor eſt donatum obſidionali in africa. Manilio conſule cohortibus ſeruatis totidemque ad ſeruandas eas eductis. Quod & ſtatuæ eius in foro ſuo Diuus Auguſtus ſcripſit. Ipſum Auguſtum cū M. Cicerone filio conſulem idibus ſeptembribus ſenatus obſidionali donauit. Adeo ciuica nō ſatis uidebatur. Nec præterea quēq; hac inuenimus donatum. Nullæ ergo hærbæ fuere certe in hoc honore: ſed quæcunque fuerant in periculi ſede quāuis ignobiles ignotæque honorem nobilem faciebant. Quod latere apud nos minuſ quidē miror: cernens negligi ea quoq; quæ ad ualitudinem cōſeruandam: cruciatuſq; corporis propulſandos: & mortem arcendam pertinent. Sed quis nō mores iure caſtiget? Addidere uiuendi precia deliciæ luxuſque. Nunquā fuit cupido uitæ maior: nec minor cura. Alioꝝ hanc operam eſſe credimus: ac ne mandato quidē noſtro alios id agere: mediciſq; ꝓuiſū eſſe. Proh bonis ipſi fruimur uoluptatis. Et quo nihil eqdē ꝓbroſius duco. Viuimus aliena fiducia. Immo uero pleriſq; ultro etiam in riſu ſumus iſta cōmentantes atque friuoli operis arguimus. Magna quāq; īmenſi laboris ſolatia ſperni cum reꝝ natura: quam certe non defuiſſe nobis docebimus: & inuiſis quoque hærbis inſeruiſſe remedia. Quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxime reſtant ex iis quas priore libro nominauimus: in quibus ipſius prouidentia naturæ ſatis admirari amplectiq; non eſt. Dederat & quas diximus molles: cibiſq; gratas. Pinxerat & remedia floribus: uiſuq; ipſos animos inuitauerat: etiam deliciis auxilia permiſcens. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas: tactu truces: ut cantum nō uocem ipſius fingentis illas: rationemq; reddentis exaudire uideamur: ne ſe depaſcat auida quadrupes: nec procaces manus rapiant: nec neglectu ueſtigia obterant: ne inſidens ales infrigat: Has muniendo aculeis tæliſq; armando remediis ut tuta ac ſalua ſint. Ita hoc quoq; quod ī iis odimus hominū cauſa excogitatū eſt.

### Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. Ca. vii.

ET clara ī primis aculeatarum erynge eſt ſiue eryngion cōtra ſerpenteſ & uenenata omnia naſcens. Aduerſus ictus morſuſq; radix eius bibitur drachmæ pōdere in uino. Aut ſi plerunq; tales iniurias comitatur & febris ex aqua. Illinitur plagis peculiariter efficax cōtra chryſodos ac ranas. Omnibus uero cōtra toxica & aconita efficatiorem Heraclides medicus in iure anſeris decoctam arbitratur. Apollodorus aduerſus toxica cum rana decoquit: cæteri ī aqua. Ipſa dura: fruticoſa: ſpinoſis foliis: caule geniculato: cubitali & maiore aliquando. Alia albicās alia nigra: radice odorata. Et ſatiua qdem eſt: ſed & ſpōte naſcitur in aſperiſ & ſaxoſis & in littoribus maris: durior: nigriorq; folio apii.

De hærba quam centumcapita uocant. Ca.viii.

EX iis candidam nostri centũcapita uocant. Omẽs eiusdem effectus caule & radice in cibos græcoꝝ receptis utroque modo siue coquere libeat: siue cruda uesci. Portẽtosũ est quod de ea tradit̃. Radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre rara inuentu. Et si uiris cõtigerit mas: etiam amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem lesbium dilectum a Sappho. Multæqꝫ circa hanc non magoꝝ solum uanitates: sed etiã pythagoricoꝝ. Sed in medico usu præter supradicta auxiliatur inflationibus: torminibus: cordis uitiis: stomacho: iocineri: præcordiis in aqua mulsa. Lyeni in posca. Item ex mulsa renibus: stranguriæ: opistothonicis: spasmis: lumbis: hydropicis: comitialibus: mulieꝝ mensibus siue subsidant: siue abundent: uuluaꝝ omnibꝰ uitiis. Extrahit infixa corpori cum melle: strumas: parotidas: panos. Recedentes ab ossibus carnes sanat cum axungia salsa & cærato: item fracturas. Crapulam præsumpta arcet: aluum sistit. Aliqui e nostris sub solstitio colligi eam iussere. Ex aqua cælesti imponi omnibus ceruicis uitiis. Oculoꝝ quoqꝫ albugines sanare adalligatã tradiderunt.

De achano & glycyrrhiza & stomachice. Ca.ix.

SVnt qui & achanon eryngio ascribant spinosam breuemqꝫ ac latam hærbam spinisque latioribus. Hanc impositam sanguinem mire sistere. Alii eryngen falso eandem putauerũt esse & glycyrrhizam: quare subiungi eam protinus refert. Et ipse sine dubio inter aculeatas ẽ: foliis echinatis: pinguibus: tactuque gũmosis: fruticosa: binoꝝ cubitoꝝ altitudine: flore hiacynthi: fructu pilulaꝝ platani magnitudinis. Præstãtissima in cilicia: ponto secunda: radice dulci. Et hæc tantum in usu. Capiturque ea uergiliaꝝ occasu: longa ceu uitiũ: coloris buxei. Melioꝝ nigra: quæqꝫ lenta: q̃ quæ fragilis. Vsus in subditis decocta ad tertias: cætero ad mellis crassitudinẽ: aliquando & tusa. E quo genere & uulneribus imponitur & faucium uitiis oĩbus. Item uoci utilissimo succo sic ut spissatus est: linguæ subdito. Item thoraci: iocineri. Hac diximus sitim famemqꝫ sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam: & hydropicis dedere: ne sitirent. Ideo & cõmanducata stomachica est: & ulceribus oris insperla sæpe & ptericis. Sanat & uesicæ scabies: renum dolores: condilomata: ulcera genitalium. Dedere eam quidã potui in quartanis drachmaꝝ duaꝝ põdere & pipere: hemina aquæ. Cõmãducata sãguinẽ sistit. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius: & medicinis. Ca.x.

TRibuli unum genus in hortis nascitur: alterum in fluminibus tantum. Succus ex iis colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ: & ideo utilis contra inflammationes collectionesqꝫ. Vlcera per se erumpentia & præcipue in ore cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces qui ad strymona habitant foliis tribuli equos saginant. Ipsi nucleo uiuunt panem facientes prædulcem: & qui contrahat uentrem. Radix caste pureque collecta discutit strumas. Semen ad alligatum uaricum dolores sedat. Tritum uero & in aquam sparsum pulices necat.

De stoebe & medicinis eius Ca.xi.

STоebe quã aliqui peon uocant: decocta in uino præcipue auribus purulentis medetur. Itẽ oculis ictu cruẽtatis. Hemorrhoiæ quoqꝫ & dysẽteriæ infusa.

De hippophye & medicinis eius. Ca.xii.

HIppophyes in sabulosis maritimisque nascitur: spinis albis. Hederæ modo racemosa ẽ: candidis & ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet: qui aut p se conditur: aut pastillis farinæ. Hæc bilem detrahit obolo ponderis saluberrime cum mulso. Altera hippope sine caule: sine flore: foliis tantum minutis. Huius quoqꝫ succus hydropicis mire prodest. Debent accomodatæ esse equorum naturæ: neque ex aliis causis nomen accepisse. Quippe quædam animalium remediis nascuntur: locupleti diuinitate ad gerenda præsidia: ut non sit mirari satis ingeniũ eius disponẽtis auxilia in genera: in causas: in tempora. ut aliis prosit atqꝫ aliis ab horis: diesqꝫ nullus ꝓpe sine præsidiis reperiatur.

De urtica & medicinis eius. Ca.xiii.

VRtica quid esse inuisius potest: At illa præter oleum quod in ægypto ex ea fieri diximꝰ uel plurimis scatet remediis. Semen eius cicutæ contrarium esse Nicãder affirmat. Item fungis in argento uiuo. Apollodorus & salamandris cum iure decoctæ testudinis. Item aduersari hyoscyamo: & serpentibus: & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax uuas in ore procidentesque uuluas & infantium sedes tactu resilire cogit. Lethargicos expergiscit tactis cruribus: magisque fronte. Eadem canis morsibus addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit & magis radice. Carcinomata & sordida ulcera sale admixto. Item luxata. Sanat & panos: parotidas: carnesqꝫ ab ossibus recedentes. Semen potum cum sapa uuluas strangulantes aperit. Et profluuia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptum

a cœna faciles præſtat duobus obolis. Vno autem in uino poto laſſitudines recreat. Vuluæ ui tiis toſtum acetabuli menſura. Potum in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus. Ortopnoicis prodeſt cum melle & thoracem purgat eodem eligmate. Et lateri medetur cum ſemine lini. Addunt byſopū & piperis aliquid. Illinitur lyeni. Difficilem uentrem toſtum cibo emollit. Hippocrates uuluā purgari poto eo pronuntiat. Dolores leuari toſto acetabuli menſura dulci poto: & impoſito cum ſucco maluæ. Inteſtinoꝝ animalia repellit cū hydromelite & ſale. Defluuia capitis ſemine illito cohoneſtari. Articularibus morbis & podagricis plurimi cū oleo uetere: aut folia cū urſino adipe trita imponūt. Ad eadem radix tuſa cū aceto non minus utilis. Itē lyeni. Et cocta in uino diſcutit panos cum axungia uetere ſalſa. Eadē pſilothrū exiccat. Condit laudes eius Phanias phiſicus: utiliſſimā cibis coctam conditā ue profeſſus: arteriæ: tuſſi: uentris diſtillationi: ſtomacho: panis parotidis: pernionibus cū oleo. Sudorē coctam cū conchyliis ciere. Aluum cū ptiſana. Pectus purgat: mulieꝝqꝫ menſes cū ſale. Vlcera quæ ſerpūt prohibere. Succus quoqꝫ in uſu eſt. Expreſſus illituſqꝫ fronti ſanguinem narium ſiſtit. Potus urinam ciet. Calculos rumpit. Vuuam gargarizatus reprimit. Semen colligi meſſibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad omnia hæc. Et minores quidem teneræqꝫ efficaces. Sed præcipue ſilueſtris illa. Et amplius lepras e facie tollit in uino pota. Si quadrupedes fœtum nō admittant: urtica naturam fricandam monſtrat.

¶ De lamio & medicinis eius. Ca. xiiii.

EA nunc quoqꝫ quam lamium inter genera eaꝝ appellauimus: mitiſſima & foliis non mordentibus: medetur cū mica ſalis contuſis: incluſiſque: uſtis: & ſtrumis: tumoribus: podagris: uulneribus. Album habet in medio folio: quod ignibus ſacris medeť. Quidam e noſtris tempore diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam in tertianis: ita ut ægri nūcupentur: cū eruitur ea radix: & dicatur quæ & cui & quoꝝ folio eximatur: liberari morbo tradiderunt. Hoc idem & contra quartanas pollere. Idē urticæ radice addito ſale infixa corpori extrahi. Foliis cū axungia ſtrumas diſcutit. Vel ſi ſuppurauerint erodi complerīqꝫ.

¶ De ſcorpione: generibuſqꝫ ac medicinis eius. Ca. xv.

EX argumento nomen accepit ſcorpius hærba. Semen enim habet ad ſimilitudinē caudæ ſcorpionis: folia pauca. Valet & aduerſus animal nominis ſui. Eſt & alia eiuſdem nominis effectuſqꝫ eius: ſine foliis: aſparagi caule: in cacumine aculeū habens.

¶ De leucacanthia: ſiue phinio: ſiue iſchada: & medicinis eius. Ca. xvi.

ET inde nomen leucacanthia: quam alii phinion: alii iſchada: alii polygonaton appellant: radice cyperi: quæ cōmanducata dentium dolorem ſedat. Item laterum & lūboꝝ: ut Hiceſius tradit ſemine poto drachmis octo: aut ſucco. Eademqꝫ ruptis cōuulſiſqꝫ medetur.

¶ De helxine: perdicio: parthenio: ſyderite: & medicinis eius. Ca. xvii.

HElxinem aliqui perdicium uocant: quoniā perdices ea precipue ueſcantur. Alii ſyderitē: nōnulli parthenium. Folia habet mixtæ ſimilitudinis plantagini & marrubio: cauliculos denſos: leuiter rubentes. Semina in capitibus lippaceis adhærentia ueſtibus: unde helxinem dictam uolunt. Sed nos qualis uera eſſet helxine diximus priore libro. Hæc autem inficit lanas: ſanat ignes ſacros: & tumores: collectioneſqꝫ omnes: & aduſta. Panos ſuccus eius cū pſimithio. Ignes ſacros: tumores: collectioneſque: & guttura incipientia turgeſcere. Item ueterem tuſſim cyatho hauſto. Et omnia in humido. Sicut tonſillas & uarices cum roſaceo. Imponitur & podagris cum caprino ſeuo cæraqꝫ cypria. Perdicium ſiue parthenium (nam ſyderitis alia eſt) a noſtris herba urceolaris uocatur: ab aliis aſtericum: folio ſimilis ocimo: nigrior tantum: naſcens in tegulis: parietiniſqꝫ. Medetur cum mica ſalis trita iiſdem omnibus quibus lamium: & eodem modo. Item uomicæ calefacto ſucco pota. Et contra ulcera rupta: lapſuſque: & præcipitia: aut uehiculoꝝ euerſiones ſingularis. Vernula carus Pericli athenienſium principi cum is in arce templum ædificaret: repſiſſetqꝫ ſuper altitudinē faſtigii: & īde cecidiſſet: hac hærba dicitur ſanatus monſtrata Pericli ſōno a Minerua. Quare parthenium uocari cœpta ē: aſſignataqꝫ ei deæ. Hinc eſt uernula: cuius effigies ex ære fuſa ē & nobilis ille Sparginoptes.

¶ De chameleone generibuſqꝫ & medicinis eius. Ca. xviii.

CHameleonē aliq ixion uocant. Duo genera eius. Cādidior aſperiora folia habet: ſerpit ī terra echini mō: ſpinas erigens: radice dulci: odore grauiſſimo: quibuſdā in locis uiſcū gignit albū ſub alis folioꝝ: maxime circa canis ortū. Quo mō thura naſci dicūtur: unde & ixia appellať: Hac & maſtice utunť mulieres. Quare & chameleon uoceť a uarietate folioꝝ euenit. Mutat enī cū terra colores. Hic niger: illic uiridis: alibi cyaneus: alibi croceus: atqꝫ aliis coloribus. Ex iis cādidus hydropicos ſanat ſucco radicis decoctæ. Bibiť drachma ī paſſo. Pellit & interaneoꝝ aīalia acetabuli menſura ſucci eiuſdē in uino auſtero cū origani ſcopis: facit difficultatē urinæ. Hic ſuccus occidit canes ſueſqꝫ in polēta. Addita aqua & oleo cōtrahit ī ſe mures:

ac necat niſi ꝓtinus aquã ſorbeãt. Radicẽ eius aliq cõciſã ſeruari iubẽt funiculis pendentẽ: decoquũtq in cibo cõtra fluxiões: quas græci rheumatiſmos uocãt. Ex nigris aliq marẽ dixere: cui flos purpureus eſſet: & fœminã cui uiolaceus. Vno naſcunt̃ caule cubitali: craſſitudine digytali. Radicibus eaꝝ lichenes curant̃ cũ ſulphure & bitumine una coctis. Cõmãducatis uero dentes mobiles aut in aceto decoctis. Succo ſcabiẽ etiã quadrupedũ ſanãt. Et ricinos canũ necant. Iuuencas quoq anginæ mõ. Quare a quibuſdam olophitõ uocatur. Eſt & cynizolõ ꝓpter grauitatem odoris. Ferunt & hæc uiſcum ulceribus utiliſſimum. Omium autem generum earum radices ſcorpionibus aduerſantur.

De coronopo: & medicinis eius. Ca. xix.

Coronopus oblonga hærba eſt cũ fiſſuris. Seritur interim: quoniã radix cœliacis præclare facit in cinere toſta.

De anchuſa & pſeudanchuſa: & medicinis eaꝝ. Ca. xx.

ET anchuſæ radix in uſu eſt: digytali craſſitudine. Findit̃ papyri mõ: manuſq ĩficit ſãguineo colore: præparat lanas precioſis coloribuſ. Sanat ulcera ĩ cærato: præcipue ſenũ: itẽ adusta. Liquari nõ põt in aqua: oleo diſſoluit̃. Idq ſincere expimẽtũ eſt: & ad renum dolores drachma eius in uino. Aut ſi febris ſit ĩ decocto balani. Item iocineꝝ uitiis: & lyeni: & bile ſuffuſis. Lepris & lẽtigini illinit̃ ex aceto. Folia trita cum melle & farina luxatis ĩponũt̃. Et pota drachmis duabus ĩ mulſo aluũ ſiſtũt. Pulices necare radix in aqua decocta tradit̃. Eſt & alia ſimilis pſeudanchuſa ob id appellata: a qbuſdã uero enchiſa: aut doris: & multis aliis noibus: lanuginoſior & minus pinguis: tenuioribus foliiſ: & lãguidioribus. Radix oleũ nõ fundit: ſed rubẽtẽ ſuccũ. Et hoc ab ãchuſe diſcernit̃. Cõtra ſerpẽteſ efficaciſſima potu folioꝝ uel ſeminis. Folia ictibus imponunt̃. Virus ſerpentium fugat. Bibitur & propter ſpinã. Foliũ eius ſiniſtra decerpi iubent magi: & cuius cauſa ſumatur dici: tertianiſq febrib⁹ alligari.

De onichilo: anthemi: loto: & lotometra: heliotropio: tricocco: & callitricho. Ca. xxi.

EST alia hærba ꝓprio noĩe onichylõ: quã aliq anchuſã uocãt: alii archeuiõ: alii onochelin aliq rhexiã: multi enchryſõ: puo frutice: flore purpureo: aſpis foliis & ramis: radice meſſibus ſãguinea: cætero nigra. In ſabuloſis naſcẽs: efficax cõtra ſerpẽtes: maxime uipas & radice & foliis: eq cibo ac potu. Vires hẽt meſſibus. Folia trita odorẽ cucumeris reddunt. Dat̃ in cyathis tribus uulua ꝓcidẽte. Pellit & tineas cũ hyſopo: & ĩ dolore renũ aut iocineris in aqua mulſa ſi febris ſit. Sin aliter ex uino bibit̃. Lẽtigini ac lepris radix illinit̃. Habẽtes eã a ſerpẽtibuſ feriri negãt̃. Eſt & alia huic ſimiliſ flor̃ rubro: minor: & ĩpa ad eoſdẽ uſuſ. Tradũtq cõmãducata ea ſi ĩſpuat̃ mori ſerpẽtẽ. Anthemis magnis laudib⁹ celebrat̃ ab Aſclepiade. Aliq leucãthemida uocãt. Alii leucãthemũ: alii arethemida: quoniã uere floreat. Alii themimalõ: q̃m odorẽ mali habeat. Nõnulli melãthiõ uocãt. Genera eius tria frõde tãtũ diſtãt: palmũ nõ excedẽtia: paruiſq foliis: ut rutæ cãdidis aut melinis aut purpureiſ. In macro ſolo aut iuxta ſemitas colligit̃ uere: & ĩ coronamẽta reponit̃. Eodẽ tẽpore & medici folia tuſa ĩ paſtilloſ digerũt. Itẽ florẽ & rãdicẽ. Dãt̃ oĩa mixta drachmæ unius põder̃ cõtra ſerpẽtiũ ictus. Pellit mortuos ptus. Item menſtrua in potu: & urinam: calculoſq: inflationes: iocineꝝ uitia: bilem ſuffuſam: egilopiam. commanducata ulcerum eruptiones manantes ſanat. Ex omnibus iis generibus ad calculos efficaciſſima eſt: quæ florem purpureum habet: cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hanc proprie quidam hieranthemin uocant. Loton qui arborem putant tantum eſſe uel Homero auctore argui poſſunt. Is enim inter hærbas ſubnaſcentes deorum uoluptati loton primam nominauit. Folia eius cum melle oculorum cicatrices argemata: nubeculas diſcutiunt. Eſt & lotometra quæ fit ex loto ſata. Ex cuius ſemine ſimillimo porri fiunt panes in ægypto a paſtoribus: maxime aqua uel lacte ſubacto. Negatur quicquam illo pane ſalubrius eſſe: aut leuius dum caleat. Refrigeratus difficilius concoquitur: fitque ponderoſius. Conſtat eos qui illo uiuant ne dyſenteria: nec tenaſmo: neque aliis morbis uentris infeſtari. Itaq inter remedia eoꝝ habetur. Heliotropii miraculum ſæpius diximus cum ſole ſe circũagẽtis: etiã nubilo die: tantũ ſyderis amor eſt. Nocte uelut deſiderio contrahit cæruleum florẽ. Genera eius duo. Tricoccum: & helioſtrophium. Hoc altius: quanquam utrunque ſemipedalem altitudinem non excedat. Ab ima radice ramoſum. Semen ĩ folliculo meſſibus colligitur. Naſcitur non niſi in pingui ſolo: cultoq maxime. Tricoccum ubiq. Si decoquatur inuenio cibis placere. Et in lacte iocundius aluum mollit. Et ſi decocti ſuccus bibatur: efficaciſſime exinaniri. Maioris ſuccus excipitur æſtate: hora ſexta: miſcetur cum uino: ſic firmior. Capitis dolores ſedat roſaceo admixto. Verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri uerrucariam hærbã appellauere: aliis cognoĩari effectibus digniorẽ. Nãq & ſerpẽtibus & ſcorpiõib⁹ reſiſtit ex uino & aqua mulſa: ut Apollophanes & Apollodorus tradunt. Folia infãtium diſtillationibuſ quod ſyriaſin uocãt illita medẽtur. Itẽ cõtractionibus etiam ſi id comitialiter accidat.

Decocto quoq; foueri eos ſaluberrimũ eſt. Potũ id pellit tineas: & renum harenas. Si cuminum adiiciat̃: calculos frangit. Decoq; cũ radice oportet. Que cũ foliis & hircino ſeuo podagris illinit̃
Alterꝝ genus qd tricoccũ appellauim⁹: & alio nomine ſcorpiuron uocat̃: foliis nõ ſolũ minoribus ſ; ẽt in terram uergentib⁹. Semẽ ei eſt effigie ſcorpionis caudæ: quare nomẽ. Vis ad omnia uenenata & phalangia: & contra ſcorpiones præcipue illita. Nõ feriunt̃ habẽtes. Et ſi terrã ſurculo helioſtrophii circũſcribat aliqs: negãt ſcorpionẽ egredi. Impoſita uero herba aut inde oio reſperſũ ꝓtin⁹ mori. Sic ſeminis grana quattuor pota quartanis ꝓdeſſe dicunt̃. Tria uero tertianis
Vel ſi herba ter circunlata ſubiiciat̃ capiti. Semẽ & uenerẽ ſtimulat. Cũ melle panos diſcutit. Et uerrucas hoc utiq; helioſtrophiũ radicitus extrahit: & excreſcentia in ſedibuſ. Spinæ quoq; ac lũboꝝ ſanguinẽ corruptũ trahit illitũ ſemẽ & potũ in iure gallinacei decoctũ: aut in beta & lente.
Cortex uero liuẽtib⁹ colorẽ r̃ddit. Magi helioſtrophiũ quartanis quater: in tertianis ter alligari iubẽt ab ipſo ægro: precariq; cũ ſole iterꝝ ſe: & cũ nodis liberandũ: & ita facere nõ exempta herba. Aliud adianto miraculũ: æſtate uiret: bruma nõ marceſcit: aquas reſpuit: pfuſum merſumq; ſicco ſimile ẽ: tãta diſſotiatio ꝺprehendit̃: unde & nomẽ a græcis. Alioqn frutici topiario. Quidam callithricon uocant: alii polytricon. Vtrũq; ẽ ab effectu. Tingit enim capillũ: & ad hoc decoquit̃ in uino cũ ſemine apii adiecto oleo copioſe: ut criſpum dẽſumq; faciat. Defluere ãt ꝓhibet
Duo genera eius candidius: & nigꝝ breuiuſq;. Id qd breuius ẽ polythricon: aliq trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro colore uirent foliis filicis: ex quib⁹ inferiora aſpera ac fuſca ſt̃. Omnia ãt contrariis pediculis denſa inter ſe ex aduerſo radix nulla: umbroſas petras: parietũq; aſpergines: ac fontiũ maxime ſpecus ſequit̃ & ſaxa manantia: qd' miremur: cũ aquas nõ ſentiat. Calculos e corpore mire pellit: frangitq;: utiq; nigꝝ. Qua de cauſa potius q̃ ꝙ in ſaxis naſceret̃: & a noſtris ſaxifragũ appellatũ crediderim. Bibit̃ e uino quantũ terni decerpſere digyti. Vrinã cient
Serpentiũ & araneoꝝ uenenis reſiſtunt. In uino ꝺcocti aluũ ſiſtunt. Capitis dolor̃s corona ex iis ſedat. Cõtra ſcolopendræ morſus illinũt̃ crebro auferendi ne pereant. Hoc & in alopeciis. Strumas diſcutiunt: furfureſq; in facie: & capitis manantia ulcera. Decoctũ ex iis ꝓpeſt ſuſpirioſis: & iocineri: & lyeni: & felle ſuffuſis: & hydropicis. Strangurie illinunt̃: & renib⁹ cũ abſinthio. Secũdas cient & mẽſtrua. Sanguinẽ ſiſtunt ex aceto: aut rubi ſucco poti. Infantes quoq; ulcerati pungunt̃ ex iis cũ roſaceo & uino priuſ. Folium in urina pueri impubis triũ quidẽ cũ afronitro & illitũ uẽtri mulieꝝ: ne rugoſus fiat: præſtare dicit̃. Perdices & gallinaceos purgatiores fieri putant in cibũ eoꝝ additis: pecoriq; eẽ utiliſſimoſ.

De picride: theſio: & aſphodelo: Halimo: & acantho: & bupreſti: elaphoboſcho: Scãdice: & laſina: & ꝺ caucalide: Sio: ſyllibo. Scolymo ſiue lymonio: ſoncho: codrilo ſiue condrili & boletis

Cap. xxii.

Picris ab inſigni amaritudinis cognominat̃: ut dixim⁹ rotundo folio. Tollit eximie uerrucas. Theſium quoq; nõ diſſimili amaritudine ẽ: ſ; purgat aluũ: in quẽ uſum terit̃ ex aqua.
Aſphodelum ꝺ clariſſimis herbaꝝ: quã heroion aliq appellauerunt. Heſiodus & in ſiluis naſci dixit. Dionyſius marẽ ac fœminã eẽ. Defectis corporib⁹ & ptyſicis conſtat bulbos eius cũ ptiſana ꝺcoctos aptiſſime mederi: panemq; ex iis cum farina ſubactũ ſaluberrimũ eẽ. Nicander & contra ſerpentes & ſcorpiones: uel caulẽ quẽ mathericem uocauimus: uel ſemẽ: uel bulbos dedit in uino trib⁹ drahmis. Subſtrauitq; ſomno contra metus. Dat̃ & cõtra uenenata marina: & cõtra ſcolopendras terreſtres. Cochleæ mire in campania caulẽ eum pſequuntur: & ſuggendo arefaciunt
Folia quoq; illinunt̃ uenenatoꝝ uulnerib⁹ ex uino. Bulbi neruis articuliſq; cũ polenta tuſi illinũtur. Prodeſt & conciſis ex aceto lichenas fricare. Item ulcerib⁹ putreſcentibus ex aqua imponere. Mammaꝝ quoq; & teſtium inflammationibus. Decocti in fæce uini oculoꝝ epiphoris ſuppoſito lintheolo medent̃. Foliis in quocũq; morbo ꝺcoctis magis medici utunt̃. Itẽ ad tibiaꝝ tetra ulcera: rimaſq; corpoꝝ quacunq; in parte farina arefactoꝝ. Autumno ãt colligunt̃: cum plurimũ ualent. Succus quoq; ex tuſis expreſſus aut ꝺcoctus utilis fit corporis dolori cũ melle. Item odorẽ corporis iucundũ affectantibus cũ iri arida & ſale exiguo. Folia etiam ſupradictis medent̃
Et ſtrumis: panis: ulceribus in facie ꝺcocta cũ uino. Cinis e radice alopecias emẽdat: & rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo ſuccus pniones & ambuſta. Et ad grauitatẽ aurium infundit̃. A cõtraria aure in dolore dentium. Prodeſt & urinæ pota modice radix: & menſtruis: & lateris doloribus. Item ruptis conuulſis: tuſſibus drachmæ pondere in uino pota. Eadem & uomitiones adiuuat cõmanducata. Semine ſumpto turbat̃ uenter. Chryſermus & parotidas in uino ꝺcocta radice curauit. Itẽ ſtrumas ammixta cacia ex uino. Quidam aiunt: ſi impoſita radice ps eius in fumo ſuſpendat̃ & quarta die ſoluat̃: una cum radice areſcere ſtrumam. Sophocles ad podagras utroq; modo cocta crudaq; uſus eſt. Ad perniones ꝺcoctam ex oleo dedit: & ſuffuſis felle in uino & hydropicis. Venerem quoq; concitari cũ uino & melle periũctis aut bibentibus tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pſoras radice in aceto ꝺcocta tolli dicit. Item ſi cocta ſit cum hyoſcyamo &



Historiae naturalis - page 332 sur 530

pice liquida:alaꝝ quoq; & fœminũ uitia. Et capillũ criſpiorem fieri raſo prius capite:ſi radice ea
fricet̃. Simus lapides renũ in uino dcocta atq; pota eximit. Hippocrates ſemẽ eius ad impetus
lyenis dari cenſet. Iumentorum quoq; ulcera ac ſcabiem radix illita aut dcoctæ ſuccus ad pilum
reducit. Mures ẽt eadem fugant. Cauerna præcluſa moriunt. Aſphodelon ab Heſiodo quidam
halimon appellari exiſtimauere:qđ falſum arbitror. Eſt enim ſuo nomine halimon non parui &
ipſum erroris inter auctores. Alii enim fruticem eſſe dicunt denſum:candidum:ſine ſpina:foliis
oleæ:ſed mollioribus. Coquit̃ ãt hoc ciboꝝ gratia. Radix tormina diſcutit drachmæ pondere
in aqua mulſa pota. Itẽ conuulſa rupta. Alii olus maritimũ eẽ dixere ſalſum:& inde nomẽ foliis
in rotunditate longis laudatũ in cibis. Duoꝝ præterea geneꝝ ſilueſtre:& mitius:utrunq; ꝓdeſ/
ſe dyſentericis & exulceratis cũ pane:ſtomacho uero ex aceto. Vlceribus uetuſtis illinit crudũ:
& uulneꝝ recentiũ impetus lenire perhibet̃:& luxatoꝝ pedum ac ueſicæ dolores. Silueſtri te/
nuiora folia:ſed in iiſdem remediis effectus maiores:& in ſananda hominũ ac pecoꝝ ſcabie. Præ
terea nitorẽ corpori fieri:dentibuſq; candorẽ:ſi fricent̃ radice ea. Semine linguæ ſubdito ſitim
nõ ſentiri. Hoc quoq; mandi. Et utraq; etiam condiri. Crateias ẽt tertium gen⁹ tradidit longio/
ribus foliis & hirſutioribus:odore cupreſſi:naſci ſub hedera:maxime ꝓdeſſe opiſtothonicis:cõ
tractionibus neruoꝝ tribus obolis in ſextariũ aquæ. Acanthos ẽ topiaria & urbana herba:elato
longoq; folio crepidines marginũ adſurgentiumq; puluinoꝝ toros ueſtiens. Duo genera eius ſſt
aculeatũ & criſpũ:quod breuius. Alteꝝ lene:qđ aliqui pederoton uocant:alii melamphyllum.
Huius radices uſtis luxatiſq; mire ꝓſunt. Itẽ ruptis conuulſis:ptyſin metuentibus incoctæ ci/
bo:maxime ptiſana. Podagris quoq; illinunt̃ tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron in ſponte na
centiũ herbaꝝ numero græci habẽt:caule cubitali:foliis multis:longiſq;:capite anethi:lauda/
tum in cibis:Hippocrate in medicina:Glaucone:& Nicandro. Semẽ cõtra ſerpentes ualet. Fo
lia ad ſecundas fœminaꝝ uel ſuccũ ex uino illinunt. Et ſtrumis folia cũ ſale & uino. Radix contra
ſerpentes dat̃ in uino:& urinæ ciendæ. Bupreſtin magna in conſtantia græci in laudib⁹ ciboꝝ ẽt
habuere. Idemq; remedia tanquã cõtra uenenũ ꝓdiderunt. Et ipſum nomen indicio ẽ boum eẽ
uenenum:quos diſſilire diguſtata fatent̃. Quapropter nec đ hac plura dicemus. Eſt uero cã qua
ꝓpter uenena monſtrem⁹ inter gramineas coronas:niſi libidinis cã expetenda alicui uidet̃:quã
nõ aliter magis accendi putant ꝙ potu. Elaphoboſchon ferulaceũ ẽ geniculatũ digiti craſſitudi
ne:ſemine corimbis đpendentibus:ſilis effigie:ſed nõ amaris:foliis oluſatri:& hoc laudatũ in ci
bis. Quippe ẽt conditum ꝓrogatur ad urinã ciendam:lateris dolores ſedandos:rupta conuulſa
ſananda:inflationes diſcutiendaſ:coli quoq; tormenta. Contra ſerpentiũ omniũq; aculeatoꝝ ict⁹
Quippe fama ẽ hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus. Fiſtulas quoq; radix nitro addito illita
ſanat. Siccanda ãt in eos uſus prius ẽ ne ſucco eius madeat:qui contra ſerpentiũ ictus facit eã de
teriorẽ. Scandix quoq; in olere ſilueſtri a græcis ponit̃:ut Opion & Eraſiſtratus tradunt. Item
dcocta aluũ ſiſtit. Semine ſingultus confeſtim ex aceto ſedat. Illinit̃ ambuſtis:urinas cit. Deco/
ctæ ſuccus ꝓdeſt ſtomacho:iocineri:renibus:ueſicæ. Hæc ẽ quã Ariſtophanes Euripidi poe
tæ obiicit iocalariter matrẽ eius ne olus qdem legittimũ uenditaſſe:ſed ſcandiciem. Eadem erat
enteriſcus:ſi tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus eius:ꝙ fatigato uenere corpo
ri ſuccurrit:marceſcenteſq; ſenio iam coitus excitat. Siſtit ꝓfluuia alba fœminaꝝ. Et laſine olus
ſilueſtre habet̃ in terra repens cũ lacte multo:florem fert candidũ:cõcilium uocãt. Et huius ea/
dem commendatio ad ſtimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo ſumpta mulierib⁹ lactis uber/
tatem præſtat. Salutaris ẽ ptyſin ſentientibus. Infantium capiti illita nutrit capillum:tenacio/
remq; eius cutem efficit. Eſt & caucalis feniculo ſimilis:breui caule:flore candido:cordi utilis.
Succus eius bibit̃ ſtomacho perq; comodatus & urinæ:calculiſq; & harenis pellendiſ:& ueſicæ
pruritib⁹. Extenuat & lyenis iocineris renumq; pituitas. Semen menſes fœminaꝝ adiuuat:bi/
lemq; a partu ſiccat. Dat̃ & contra ꝓfluuia genituræ uiris. Chryſippus & conceptionibus eã pu
tat conferre multũ. Bibit̃ in uino ieiunis. Illinit̃ & contra uenena marinoꝝ:ſicut Petricus in car/
mine ſuo ſignificat. His adnumerant ſion latius apio in aqua naſcens:pinguius:nigrius:copioſũ
ſemine:ſapore naſturtii. Prodeſt urinis renibus:lyenibus:mulieꝝq; menſibus:ſiue ipſũ in cibo
ſumptum:ſiue ius dcocti:ſiue ſemẽ eſt e uino drachmis duabus. Calculos rumpit:aquiſq; quæ
gignunt eos reſiſtit. Dyſentericis ꝓdeſt infuſum. Item lentigini illitũ:& mulieꝝ uitiis ĩ facie noc
ctu illitum momento cutẽ emendat:et ramices lenit:et ſcabiẽ equoꝝ. Syllibum chameleonti al
bo ſimilẽ æque ſpinoſam ne in cilicia quidẽ:aut ſyria:aut phœnice:ubi naſcit̃: Coquer̃ tanti ẽ:
ita operoſa eius culina tradit̃. In medicina nullum uſum habet. Scolymon quoq; in cibos recipit
oriens:et alio nomine limonion appellat. Frutex ẽ nunq; cubitali altior:criſtiſq; folioꝝ ac radi/
ce nigra:ſed dulci. Eratoſtheni quoq; laudata in pauperis cœna. Vrinam ciere præcipue tradit̃
Sanare lichenas et lepras ex aceto. Venerẽ ſtimulari in uino:Heſiodo et Alceo teſtibus:q flo
rẽte ea cicadas acerrimi cant⁹ eẽ:et mulieres libidinis auidiſſimas:uiroſq; ĩ coitum pigerrimos

ſcripſere:uelut ꝓuidentia naturæ hoc adiumento tunc ualentiſſimo. Item graueolentiam alaꝝ
emendat:radicis emedullatæ uncia in uini falerni heminis trib⁹ ↄcocta ad tertias:& a balneo
ieiuno. Itemq; poſt cibū cyathis ſingulis pota. Miꝝ ē quod Xenocrates ꝓmittit experimento
uitium id ex aliis ꝑ urinam effluere. Eſtur & ſonchos:ut quem Theſeo apd' Callimachū appo
nat Hecate caule uterq; albus & niger:lactucæ ſimiles ambo:niſi ſpinoſi eſſent:caule cubita-
li anguloſo:intus cauo:ſed q̄ fractus copioſo lacte manet. Albus q̄ e lacte nitor utilis ortop-
noicis lactucaꝝ modo. Eraſiſtratus calculos ꝑ urinam pelli eo monſtrat:& oris graueolentiam
commanducato corrigi. Succus trium cyathoꝝ menſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat
partus:ita ut a potu ambulēt grauidæ. Daē & in ſorbitiōe. Ipſe caulis ↄcoctus facit lactis abū
dantiam nutricibus:colorēq; meliorem infantium. Vtiliſſimus iis quæ lac ſibi coire ſentiant.
Inſtillaē aurib⁹ ſuccus:calidusq; in ſtranguria bibitur cyathi mēſura:& in ſtomachi roſionib⁹
cum ſemine cucumeris nucleiſq; pineis. Illiniē & ſedis collectionib⁹. Bibiē cōtra ſerꝑentes ſcor
pioneſq;:radix uero illiniē. Eadēq; ↄcocta in oleo punici mali calice aurium morbis præſidiū
eſt. Hæc omnia ex albo. Cleomporus nigro ꝓhibet ueſci:ut morbos faciente:ↄ albo conſen-
tiens. Agothocles ēt contra ſanguinē tauri demonſtrat ſucco eius uti. Refrigeratoriam ta-
mē uim eē conuenit nigro:ex hac cauſa imponendū cum polenta. Zenon radice albi ſtrangu-
riam docet ſanari. Chondrilon ſiue condrile folia habet intubi circū roſis ſimilia:caulē min⁹ pe
dali ſucco madentem amaro:radice fabæ ſimili:aliquando numeroſam. Habet ꝓximam terræ
maſticē tuberculo fabæ:quæ appoſita fœminaꝝ menſes traheē dicitur. Tuſa cum radicib⁹ to-
ta diuidiē in paſtillos contra ſerpentes argumēto ꝓbabili. Siquidē mures agreſtes læſi ab iis
hanc eſſe dicunē. Succus ex uino coctæ aluū ſiſtit. Eadem palpebraꝝ pilos inordinatiſſimos ꝓ
gummi efficaciſſime regit. Dorotheus ſtomacho & concoctionibus utilē ſuis carminib⁹ ꝓnun
tiauit. Aliq̄ fœminis & oculis:generationiq; uiroꝝ contrariam putauerē. Inter ea quæ temere
mandunē boletos merito poſuerim. Optim⁹ quidē eſt iis cibus:ſed immenſo exemplo in cri-
mē adductus ueneno Tiberio Claudio principi ꝑ hanc occaſionem a coniuge dato Agrippina:
quo facto illa terris uenenū alteꝝ ſibiq; ante omnes Neronē ſuum dedit. Quorundam ex iis
facile noſcunē uenena:diluto rubore:rancido aſpectu:liuido intus colore:rimoſa ſtri pallido ꝑ
ambitū labro. Non ſunt hæc in quibuſdam:ſiccaq; & nitri ſimiles ueluti guttas in uertice albas
ex tunica ſua gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit:ipſum poſtea in uolua ceu ī ouo
ē luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantib⁹ boleti. Rumpiē hoc primo naſcēte:mox
creſcente in pediculo corp⁹ abſumiē:raroq; unq̄ geminis ex uno pede. Origo prima cauſaq; li
mo:& aceſcente ſucco mandentis terræ:aut radicis ferme glandiferæ:initioq; ſpuma lētior.
Dein corp⁹ mēbranæ ſimile:mox partus:ut dixim⁹ illa ꝑnitialia prorſus improbanda:ſi.n.ca
ligaris clau⁹:ſi ferri uel calybis aliqua rubigo:aut panni marcor affuerit:omnē ilico ſuccū alie-
nū ſaporē ꝓ in uenenū ↄcoquit:ↄprehendiſſeq; niſi agreſteſ pñt:atq; q̄ colligūt. Ducūt ipi alia
uitia. Nūc qdē ſi ſꝑentis cauerna iuxta fuerit:ſi pateſcentes primo adhalauerit capaci ueneno-
rū cognatione ad uirus accipiendū. Itaq; caueri cōueniet pri⁹ q̄ ſe cōdant ſꝑentes. Signa erūt
tot herbæ tot arbores fruticeſq; ab emerſu eaꝝ ad latebrā uſq; uernātes & uel fraxini tm̄ fo-
lia nec poſtea naſcentia:nec ↄcidētia. Et boletis qdē ort⁹ occaſuſq; omnis intra dies ſeptē ē.

De fūgis & ſilphio:& ↄ laſere medo Cap. xxiii.

Fungoꝝ lætior natura:& numeroſa genera:& origo nō niſi ex pituita arboꝝ. Tutiſſimi q̄
rubēt callo min⁹ diluto rubore q̄ boleti. Mox cādidi:uelut apice flaminis inſignib⁹ pe-
diculis. Tertiū gen⁹ ſuillis uenenis accomodatiſſimū. Familias nuꝑ interemerē:& tota cōuiuia.
Anneū Serenū præfectū Neronis uigilū & tribunos & cēturiones quoſq;. Voluptas tāta an-
cipitis cibi. Quidam diſcreuere arboꝝ generib⁹:fico ferula:& gummi ferentib⁹. Nos itē fago
aut robore aut cupreſſo ut dixim⁹. Sȝ iſta qs ſpondet in uenabulis:Omniū colos liuidus. His
aberit ueneni argumētū:quo ſimilior fuerit abortū fici. Aduerſus hæc dixim⁹ remedia:dice-
muſq;:Interim ſē aliqua & in iis Claudi⁹ ſtomacho utiles putat boletoſ. Siccāē pēdentes ſuilli
iunco tranſfixi:quales a bithinia ueniūt. Hi fluxionibus alui quas rheumatiſmos uocant:me-
dēē:excreſcentib⁹q; in ſede carnib⁹:minuunt.n.eas:& tēpore abſumunt. Itē lētigines & mu-
lieꝝ uitia in facie leuāt. Leuāē ēt ut plumbū in oculoꝝ medicamēta. Sordidis ulcerib⁹:& capi-
tis eruptionib⁹:canū morſib⁹ ex aqua illiniūē. Libet & coquēdi daē aliquas cōes ī omni eoꝝ ge
nere obſeruationes:qn̄ ipſæ ſuis manib⁹ ↄlitiæ præparant hūc cibū ſolū:& cogitatione añ pa
ſcūē:ſuccineis nouaculis aut argēto apparatu comitante. Noxii erūt fūgi:q̄ in coquēdo durio-
res fiūt. Innocētiores q̄ nitro addito coquēē:ſi utiq; ꝑcoquanē. Tutiores fiēt cū carne coctis:
aut cū pediculo pyri. Proſūt & pyra cōfeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura cōtraria his
Hymbrib⁹ ꝓueniūt omnia hæc. Hymbre & ſilphion uenit primo e cyrenis:ut dictū ē. Ex ſy
ria nūc hoc maxīe importaē ↄteri⁹ pthico:ſȝ medico meli⁹:extīcto omni cyrenaico ut dixim⁹.

Vſus ſilphii in medicina. Nam folia ad expurgandas uuluas: pellendosq; emortuos ꝑtus dcoi/
quunt in uino albo odorato: ut bibat mēſura acetabuli a balneis. Radix ꝓdeſt arteriis exaſpe
ratis: & collectionib⁹ ſanguinis illinit. Sz & i cibis cōcoqt ægre. Inflatiōes facit & ructus. Vri
næ quoq; noxia. Sugillatis cū uino & oleo amiciſſima: & cū cæra ſtrumis. Verrucæ ſedis cre/
briore eius ſuffitu cadunt. Laſer e ſilphio ꝓfluens quo dixim⁹ modo: inter eximia eſt naturæ
dona numeratū. Plurib⁹ compoſitionib⁹ inferit. Per ſe āt algores excalfacit. Potū neruoꝝ ui/
tia extenuat. Fœminis dat in uino. Et lanis mollib⁹ admouet uuluæ ad mēſes ciendos. Pedū
clauos circūſcarificatos ferro mixtū ceræ extrahit. Vrinā ciet ciceris magnitudine dilutū. An/
drias ſpōdet copioſius ſūptū: nec inflationes facere: & cōcoctiōi plurimū cōferre ſenib⁹ & fœ
minis. Itē hyeme q̄ æſtate utilius. Verūtamē aquā bibentibus: cauēdūq; ne qua ſit exulcera/
tio intra. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempeſtiue. n. datum cauteriū optinet:
aſſuetis ēt utilius q̄ expertib⁹. Extera corpoꝝ indubitatas confeſſiones hz. Venena teloꝝ &
ſpentium extinguit potū ex aqua uulneribus iis circunlinit. Scorpionū tantū plagis ex oleo.
Vlceribus uero nō matureſcentibus cū farina hordeacea uel fico ſicca. Carbunculus cū ruta uł
cū melle: uel p ſe uiſco ſuperlitū ut hæreat: Sic & ad canis morſus. Excreſcentibus circa ſemen
cū germine punici mali ex aceto dcoctum. Clauis pedū q uulgo morticini appellāt nitro mix/
to. Ante ſubactas carnes replet cū uino & croco: aut pipere: aut muriū fimo & aceto. Pernio/
nes ex uino fouet: & ex oleo coctū imponit. Sic & callo. Clauis pedū ſuperraſis præcipue utili
tatis. Contra aquas malas: peſtilentes tractus: uel dies. In tuſſi: uua: fellis ueteris effuſione:
hydropicis raucitatib⁹. Confeſtim enim purgat fauces: uocēq; reddit. Podagras in ſpongia di
lutū poſtea lenit. Pleureticis i ſorbitiōe uinū poturiſ dat: cōtractionib⁹: epiſthotonicis: ciceris
magnitudine cæræ circunlitū. In angina gargarizat. Anhelatoribus & i tuſſi uetuſta cū porro
ex aceto dat: atq; ex aceto iis q coagulū lactis ſorbuerint. Præcordioꝝ uitiis: ſyntecticis: co/
mitialib⁹ cū uino i aqua mulſa: linguæ: paralyſi. Coxēdicibus lūboꝝ dolorib⁹ cū dcocto melle
illinit. Nō cēſuerim qđ auctores ſuadēt: cauernis dētiū i dolor̄ iditū cæra includi: magno ex/
perimento hominiſ: q ſe eadē cā præcipitauit ex alto: qppe tauros inflammat naribus illitis ſer
pentes auidiſſimas uini admixtum rūpit: ido nec inungi ſuaſerim cū atticco melle: licet præci/
piant. Quas habeat utilitates admixtum aliis immenſum ē referre: & nos ſimplicia tractamuſ.
qm̄ in iis naturā eē apparet: in illis coniecturam ſæpe fallacē: nulli ſatis cuſtodita in mixturis
concordia naturæ ac repugnantia: Qua đ re mox plura dicem⁹.

De natura mellis ex aqua mulſa. Et quare genere ciboꝝ mores immutent: & đ me/
litide & cæra Cap. xxiiii.

NOn eſſet mellis auctoritas in precio minor: q̄ laſeris: ni ubiq; naſceret. Illud ipſa fabrica/
ta ſit natura. Sz huic gignēdo animal ut diximus innumeros ad uſus ſi quotiēs miſceatur:
æſtimemus. Prima propolis alueorum đ qua diximus: aculeos & omnia infixa corpori extra/
hit: tubera diſcutit: dura concoqt: dolores neruoꝝ mulcet: ulceraq; iam dſperantia cicatrice in
cludit. Mellis qđē ipſius natura talis ē: ut putreſcere corpora nō ſinat iucundo ſapore atq; nō
aſpero. Alia q̄ ſalis natura faucib⁹: tonſillis: anginæ: omnibuſq; oris dſideriis utiliſſimū: are/
ſcentiq; in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis pleureticis dcoctum: Itē uulnerib⁹: a
ſpente percuſſis. Et contra uenena fungoꝝ. Paralyticis in mulſo: q̄q̄ ſuæ mulſo dotes con/
ſtant. Mel aurib⁹ inſtillatum cū roſaceo lendes & fœda capitis animalia necat. Vſus deſpuma/
ti ſemp aptior: ſtomachum tamē inflat: bilē auget: faſtidiū creat: & oculis p ſe inutile aliq ar/
bitrant. Rurſus qdam angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differen/
tias nationeſq; & iudicationē in apiū ac deinde floꝝ natura dixim⁹: cū ratio opis diuidi cogeret
miſcenda. Rurſus naturā reꝝ pnoſcere uolentib⁹ in mellis opibus & aqua mulſa tractari dbet
Duo genera eius ſubitæ ac recentis. Alteꝝ inueteratæ. Repentina dſpumato melle præclarā
utilitatē hz i cibo ægrotātiū leui: hoc ē alicæ elutæ: uirib⁹ r̄creādis: ore ſtōachoq; mulcēdo:
ardor̄ refrigerādo. Frigidā. n. utili⁹ dari uētri moliēdo. Inuenio ēt apđ auctoreſ hūc potū bi/
bēdū alſioſis. Itē animi humilis & ꝑparci: quos illi dixere micropſycos. Eſt & ratio ſubtilitatis
immenſæ a Platone dſcēdēs. Corpuſculis reꝝ leuib⁹ ſcabris anguloſis rotundis magis aut mi/
nus ad alioꝝ naturā accedentib⁹: ido nō eadē omnib⁹ amara aut dulcia eē. Sic & in laſſitudine
ꝓniores eē ad iracūdiam & in ſiti. Ergo & hæc animi aſperitas ſeu potius animæ dulcior̄ ſucco
mitigat. Lenit tranſitū ſpiritus: & molliores facit meatus: ne ſcindant euntē redeuntēq;. Expe
rimēta i ſe cuiq;. Nulli⁹ nō ira luctuſq; triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollit: Idoq; ob
ſeruanda ſunt quæ nō ſolū corpoꝝ medicinā: ſed & moꝝ hn̄t. Aqua mulſa & tuſſientibus uti/
lis tradit. Calefacta incitat uomitiones. Contra uenenū pſimythii ſalutaris addito oleo. Itē cō
tra hyoſcyamū cū lacte maxime aſinino: & cōtra halicacabin ut diximus: Infundit & aurib⁹ &
genitaliū fiſtulis. Vuluis imponit cū pane molli. Subitis tumorib⁹: luxatis: leniēdiſq; omnib⁹

Inueteratæ ãt uſum damnauer̃ poſteri. Minꝰ innocente aqua: minuſq; uino firmũ. Longa tamẽ uetuſtate tranſit in uinũ: ut conſtat inter omnes ſtomacho inutiliſſimum: neruiſq; contrariũ. Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum facillimeq; cũ melle concorporat̃: qđ in dulci nũq; euenit. Ex auſtero factũ nõ implet ſtomachum: neq; ex dcocto melle: minuſq; inflat: qđ fere euenit. Appetentiũ quoq; reuocat auiditatẽ cibi. Aluũ mollit frigido potu pluribꝰ: calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectã longam mulſi tantũ nutritu tolerauere: neq; alio ullo cibo. Celebri Pollionis Romuli exemplo quẽ centeſimũ annum excedentẽ cũ Diuus Auguſtus hoſpes interrogaret: quanam ratione maxime uigorẽ illũ animi corporiſq; cuſtodiſſet: ille reſpondit: Intus mulſo: foris oleo. Varro regiũ morbũ cognominatũ aquatoꝝ tradit: quoniã curet̃ mulſo. Melitides quo fieret modo ex muſto & melle docuimꝰ in ratione uini. Sæculis iam fieri nõ arbitror. Hoc genꝰ inflationibus obnoxium. Solebat tamẽ inueterataꝝ alui cãdari in febre. Item articulario morbo: & neruoꝝ infirmitate laborantibꝰ: & mulieribꝰ uini abſtemiis. Mellis naturæ adnexa cæra ẽ: đ cuius origine & bonitate nationibuſq; ſuis diximꝰ locis. Omnis aũt mollit: calfacit: explet corpora: recẽs melior. Dat̃ in ſorbitione dyſentericis. Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſat̃ lactis naturæ: ac milii magnitudine decẽ grana cære hauſta: nõ patiunt̃ coagulari lac in ſtomacho. Si inguẽ tumeat: albam cæram in pube fixiſſe remedio ẽ. Nec huius uſus: quos mixta aliis præſtat: enumerare medicina poſſit: ſicuti nec cæteroꝝ quæ cũ aliis ꝓſunt. Iſta ut diximus ingeniis conſtant. Non fecit cærata: malagmata: emplaſtra: collyria: antidota: Parens illa ac diuina reꝝ artifex. Officinaꝝ immo uerꝰ auaritiæ commenta ſunt. Naturæ qdẽ opera abſoluta atq; pfecta gignunt̃: paucis ex cauſa nõ ex coniectura rebus abſumptis: ut ſucco aliquo ſicca temperant̃ ad meatus aut corpore alio humentia ad nixus. Scrupulatim qdem colligere ac miſcere uires: nõ coniecturæ humanæ opꝰ ẽ: ſed impudentiæ ẽ. Nos nec indicaꝝ arabicaꝝq; merciũ: aut externi orbis attingimus medicinas. Nõ placẽt remediis tam longe naſcentia. Nõ nobis gignunt̃. Immo ne illis qdem: alioqn nõ uenderent. Odoꝝ cauſa unguentoꝝq;: & delitiaꝝ: ſi placet ẽt ſuperſtitionis gratia emant̃: qm̃ thure ſupplicamꝰ & coſto. Salutẽ qdem ſine iis poſſe conſtare: uel ob id ꝓbabimus: ut tãto magis ſui đlitias pudat. Sꝫ medicinas e floribus coronamentiſq; & hortenſiis: quæq; manduntur herbis proſecuti: quonam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare conueniet.

## Contra compotiones medicorum medicinæ ex frugibus

Cap. xxv.

IN primis ſapientiſſima animaliũ eẽ conſtat: quæ fruge ueſcant̃. Siliginis grana combuſta & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedãt. Tritici uero ferro combuſta iis: quæ frigus uſſerit: præſentaneo ſunt remedio: Farina tritici ex aceto cocta neruoꝝ contractionibꝰ cũ roſaceo uero & fico ſicca mixiſq; dcoctis. Furfures tonſillis faucibuſq; gargarizatione proſunt. Sex. Pompeius prætorii uiri pater hiſpaniæ citerioris princeps cũ horreis ſuis uẽtilandis præſideret: correptus dolore podagræ merſit in triticũ ſeſe ſup genua: leuatuſq; ſiccatis pedibꝰ mirabili modo hoc poſtea remdio uſus ẽ. Vis tanta eſt: ut cados plenos ſiccet. Paleam quoq; tritici uel hordei calidam imponi ramicũ incommodis experti iubẽt: quaq; dcoctæ ſunt aqua foueri. Eſt ĩ farre uermiculus teredini ſimilis: quo cauis dẽtium cæra incluſo cader̃ uitiati dicunt̃: etiam ſi fricent̃. Olyram aricam diximꝰ uocant. Hac dcocta fit medicamentum: qđ ægyptii ateram uocant: infantibus utiliſſimũ: ſꝫ & adultos illinũt eo. Farina ex hordeo & cruda & dcocta collectiones impetuſq; diſcutit: lenit & concoqt. Decoquit̃ alias in mulſa aqua aut fico ſicca. Ad iocineris dolores eam in poſca poſitam concoq opus ẽ aut cũ uino. Cũ uero inter cõcoquẽdĩ diſcutiẽdĩq; cura ẽ: tũc ĩ aceto meliꝰ: aut in fæce aceti: aut cotoneis pyris ue dcoctis. Ad multipedã morſus cũ melle: ad ſerpentium in aceto: & contra ſuppurantia: ad extrahẽdas ſuppurationes ex poſca: addita reſina & galla. Ad concoctiones uero & ulcera uetera cum reſina. Ad duritias cũ fimo columbaꝝ: aut fico ſicco: aut cinere. Ad neruoꝝ inflammationes: aut inteſtinoꝝ: uel aurium: uel uirilium dolores cũ papauere aut meliloto: & quotiẽs ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas cũ pice & impubis pueri urina. Cum oleo & fœnogreco cõtra tumores præcordioꝝ: uel in febribꝰ cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cũ hyoſcyami ſucco illinit̃. Ex aceto & melle lẽtigini. Zea ex qua alicam fieri diximꝰ efficacior ẽt hordeacea uidet̃: trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionũ ictꝰ tepida: & ſãguinẽ excreãtibꝰ. Itẽ arteriæ. Tuſſi cũ caprino ſeuo aut butyro. Ex fœnogreco molliſſima omniũ. Vlcera manantia ſanat: & furfures corporis: ſtomachi dolores: pedes & mãmas cũ uino & nigro cocta. Herina magis cæteris purgat ulcera uetera & grangrænas. Cum raphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cũ ſulphure uiuo. Et capitis dolores cũ adipe anſerino impoſita fronti. Strumas & panos concoquit in fimo columbino & lini ſemine dcocta in uino. De

z 3

polentæ generib⁹ in frugum loco ſatis diximus: locoꝝ ratione: quæ a farina hordei diſtat eo
ꝙ torreť. Ad ſtomachum utilis: aluum ſiſtit: impetuſq; rubicundi tumoris. Et oculis illiniť &
capitis dolori cū menta: aut alia refrigerante herba. Item ꝑnionibus & ſerpentium plagis. Itē
ambuſtis ex uino. Inhibet quoq; puſtulas. Farina in pollinē ſubacta uim extrahendi humoris
habet: Ideo & cruore ſuffuſis in faſcias uſq; ſanguinē ꝑducit: Efficacius in ſapa. Imponiť & pe-
dum callo clauiſq;. Nam cū oleo uetere ac pice đcocta polline condylomata: & alia omnia ſe-
dis uitia ꝗ maxime calido mirabilē in modū curanť. Pulte corpus augetur. Farina qua chartæ
glutinanť ſanguinē excreantibus dať tepida ſorbenda: efficaciter ꝓdeſt. Halica res romana ē:
& nō pridem excogitata: alioquin non ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſent græci. Nondum ar-
bitror Pompeii magni ætate ī uſu fuiſſe: & ideo uix quicq̄ đ ea ſcriptum ab Aſclepiadis ſchola
Eſſe quidem eximie utilē nemo dubitat: ſiue eluta deť ex aqua mulſa: ſiue in ſorbitiones deco-
cta: ſiue in pulte. Eadem in aluo ſiſtenda torreť: dein fauoꝝ cæra coquiť: ut ſupra diximuſ. Pe
culiaris tamē longo morbo ad tabitudinem redactis ſubuenit: ternis eius cyathis in ſextarium
aquæ ſenſim đcoctis: donec omnis aqua conſumať. Poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini ad-
dito ꝑ continuos dies mox adiecto melle. Tali ſorbitionis genere emendanť ſyntheſes: quæ
ſunt ex iis ſumptæ. Milio ſiſtiť aluus. Diſcutiuntur tormina in quē uſum torreť ante. Neruo-
rum doloribus & aliis feruens in ſacco poniť: Neq; aliud utilius: qm̄ leuiſſimū molliſſimumq;
eſt: & caloris capaciſſimum. Itaq; talis uſus eius ē ad omnia quib⁹ calor ꝓfuturus eſt. Farina
eius cū pice liquida ſerpentiū & multipede plagis imponiť. Panicū Diocles medicus mel frugū
appellauit. Effectus h; quos miliū. In uino potū ꝓdeſt dyſentericiſ. Similiter iis quae uapora-
da ſunt excalfactum imponiť. Siſtit aluū in lacte caprino đcoctum: & bis die hauſtū. Sic ꝓdeſt
& ad tormina. Seſama trita in uino ſumpta inhibet uomitiones. Aurium inflammationi illiniť
& ambuſtis. Eadem efficit & dū in herba ē. Amplius hoc oculis imponiť đcocta in uino: Sto-
macho inutilis cibus: & animæ grauitatē facit. Stellionū morſibus reſiſtit. Itē ulceribus quae
cocoethe uocant. Et auribus oleū qđ ex ea fit: ꝓdeſſe dixim⁹. Seſamoides a ſimilitudine no-
mē accipit: grano amaro: folio minore. Naſciť in glarioſis. Detrahit bilē in aqua potū. Semen
illiniť igni ſacro. Diſcutit panos. Eſt ēt nunc aliud ſeſamoides anticyræ naſcens: qđ ideo aliq
anticyricon uocant: cætera ſimile erigeronti herbæ: đ qua ſuo dicem⁹ loco. Granū ſeſamæ da
tur ī uino dulci ad đtractiones quantū trinis digytis capiť. Miſcēt & hellebori albi & dimidiū
obolū. Purgationē eam adhibentes maxime inſanæ melancholiæ: comitialibus: podagris. Et
ꝑ ſe drachmæ pōdere exinanit. Hordeum optimū qđ candidiſſimū. Succus đcocti in aqua cæ
leſti digeriť in paſtillos: ut infundať exulceratus intraneis & uuluis. Cinis eius ambuſtis illiniť
& carnibus: quæ recedūt ab oſſibus: & eruptionib⁹ pituitæ: muris aranei morſib⁹. Idē aſper-
ſo ſale ac melle candorē dentib⁹ & ſuauitatem oris facit. Eos q pane hordeaceo utunť morbo
pe lū t ētari negāt. Nouēq; granis ſi furunculū qs circunducat: ſingulis ter manu ſiniſtra & oīa
in ignē abiiciat: confeſtim ſanari aiunt. Eſt & herba phœnicea appellata a græcis: a nr̄is uero
hordeū murinū. Hæc trita ex uino pota præclare ciet mēſes. Ptiſanæ quae ex hordeo fit: lau
des uno uolumine condidit Hippocrates: quae nūc omēs in halicā tranſeunt. Contra quanto
innocentior ē halica: Hippocrates tm̄ ſorbitionis gratia laudauit: qm̄ lubrica ex facili hauriret
qm̄ ſitim arceret: qm̄ in aluo nō tumeſceret: qm̄ facile reddereť: & aſſuetis hic ſolus cib⁹ in fe
brib⁹ die poſſet dari: tm̄ remot⁹ ab iſtis q medicinā fame exercēt. Sorbitiōe tn̄ dari tm̄ uetuit
Aliud ue q̄ ſuccū ptiſanæ. Itē uetuit q̄diu pedes frigidi eēnt: tunc qdē nec potionē dandam.
Fit & ex tritico glutinoſior: arteriæq; exulceratæ utilior. Amylon hebetat oculos: & gulæ
inutile contra q̄ crediť. Itē ſiſtit aluū. Epiphoras oculoꝝ inhibet: & ulcera ſanat. Itē puſtulas
& fluitiones ſanguinis. Genas duras emollit. Dať cū ouo iis q ſanguinem reiecerint. In ueſicæ
uero dolore ſemuncia amyli cū ouo & paſſis trib⁹ ſuffertefacta a balneo. Quin & auenæ fari-
na đcocta ī aceto tollit neruoſ. Panis ipſe quo uiuiť innumeras pene cōtinet medicinaſ: ex aqua
enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones: ex aqua mulſa duritias ualde mitigat. Dať ex ui-
no ad diſcutiēda ualēſ: aut quæ ꝑſtringi op⁹ ſit: & ſi magis etiānū ex aceto. Aduerſus acutaſ pi
tuitæ fluxiones: quas greci rheumatiſmos uocāt: Itē ad ꝑcuſſa luxata. Ad oīa āt hæc fermēta
tus: q uocať autopyrus: utilior. Illiniť & parononichiis: & callo pedū in aceto ueteri. Nautic⁹
panis tuſus atq; iteꝝ coct⁹ ſiſtit aluū. Vocis ſtudioſis & cōtra diſtillationes ſuccū eē primo ci-
bo utiliſſimū ē. Sitani⁹ hoc ē trimeſtris incuſſa ī facie: aut diſquāmata cū melle aptiſſime curat
Cādidus ægris aqua calida frigida ue madefact⁹ leuiſſimū cibū ꝑbet. Oculoꝝ tumori ex uino
imponiť: ſic & puſtulis capitis: aut adiecta arida myrto. Tremulis panē ex aqua eē ieiunis ſta-
tim a balneis đmonſtrat. Quin & grauitatē odoꝝ cubiculis uſtus emēdat: & uini in ſaccis addi
to. Auxiliať & faba. Nanq; ſolida fricta feruenſq; in acri aceto coniecta tormnib⁹ medeť. In
cibo freſſa & cū allio cocta contra đploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectoꝝ quottidiano cibo

ſumiť:& cōmanducata ieiuno ore ēt ad furunculos maturandos:diſcutiendos ue imponiť:& in
uino ḋcocta ad teſtiū tumores & genitaliū. Lomento quoqꝫ ex aceto ḋcocto tumores maturat
atqꝫ aperit. Itē liuorib⁹ combuſtis medeť. Voci eam ꝓdeſſe auctor eſt. M. Varro. Fabaliū ēt
ſiliquaꝝqꝫ cinis ad coxendices:& ad neruoꝝ ueteres dolores cū adipis ſuilli uetuſtate ꝓdeſt:&
ꝑ ſe cortices ḋcocti ad tertias ſiſtunt aluū. Lens optima quae facillime coqť:eaqꝫ quæ maxime
aquā abſorbet. Aciē quidē oculoꝝ obtundit:& ſtomachū inflat:ſed aluū ſiſtit in cibo:magiſqꝫ
diſcocta cæleſti aqua. Eadē ſoluit min⁹ ꝑcocta. Puſtulas ulceꝝ rumpit:eaqꝫ quæ intra os ſunt
purgat & aſtringit. Collectiones omēs impoſita ſedat:maximeqꝫ exulceratas & rimoſas. Ocu
loꝝ āt epiphoras cū meliloto aut cotoneo. Contra ſuppurantia cū polēta imponiť. Decoctæ
ſuccus ad oris exulcerationes & genitaliū adhibeť. Ad ſedē cū roſaceo aut cotoneo. In iis que
acrius r̃mediū exigūt cū putamine punici melle modico adiecto. Ad id demū ne celeriter inare
ſcat:adiiciūt & betæ folia. Imponiť & ſtrumis paniſqꝫ uľ maturis uľ matureſcētib⁹ ex aceto di
ſcocta. Rimis ex aqua mulſa:& grāgrenis cū punici germine. Itē podagris cū polēta:& uuluis
& renib⁹:& ꝑnionib⁹: Vlcerib⁹ difficile cicatricē trahētib⁹: Propter diſſolutionē ſtōachi. xxx.
grana lentis deuorāť. In choleris quoqꝫ & dyſenteria efficacior eſt in trib⁹ aquis cocta. In quo
uſus melius ſemp eam torrere:aut tundere:ut tenuiſſima deť uel ꝑ ſe uel cū cotoneo malo:
aut pyris:aut myrto:aut intubo erratico:aut beta nigra:aut plantagine. Pulmoni ē inutilis:
& capitis dolori:neruoſiſqꝫ omnibus:& felli:nec ſomno facilis:ad puſtulas utilis:igniqꝫ ſacro
& mammis in aqua marina ḋcocta. In aceto āt duritias & ſtrumas diſcutit. Stomachi qdē cauſa
polentæ modo potionib⁹ inſpergiť. Quæ ſunt ambuſta aqua ſemicocta curat. Poſtea trita &
ꝑ cribꝝ effuſo furfure:mox ꝓcedente curatione addito melle:Ex poſca coquiť ad guttura. Eſt
& paluſtris lens & ꝑ ſe naſcens in aqua nō fluente refrigeratoriæ naturæ. Propter qď collo/
ctionib⁹ illiniť:& maxime podagris:& ꝑ ſe cū polenta glutinat & interanea ꝓcidentia. Eſt ſil/
ueſtris & elelisphacos dicta a græcis:ab aliis phacos:Ea ē ſatiua lente leuior:& folio minore.
atqꝫ ſicciore & odoratiore. Eſt & alteꝝ gen⁹ eius ſilueſtris:odore graui:hæc mitior. Folia ha/
bet cotonei mali effigie:ſed minora & candida:quæ cū ramis decoquunť. Menſes cit:& urinas
& paſtinacæ marinæ ictus ſanat. Torporē āt obducit ꝑcuſſo loco. Bibiť cū abſinthio ad dyſen
teriam. Cum uino eadē cōmorantes mēſes trahit. Abundantes ſiſtit ḋcocto eius poto. Per ſe
impoſita herba uulneꝝ ſanguinē cohibet. Sanat & ſerpentium morſus. Et ſi in uino decoquať
pruritus teſtium ſedat. Noſtri q nunc ſunt herbarii elelisphacon græce:latine ſaluiam uocant
mentæ ſimilē:canam odoratam:ꝑtus emortuos ea appoſita extrahunt:Itē uermes aurium ul/
ceꝝqꝫ. Cicer & ſilueſtre ē:foliis ſatiuo ſimile:odore graui. Sꝫ ſi largius ſumať:aluus ſoluiť:&
inflatio contrahiť:& tormina. Toſtū ſalubrius habeť. Cicercula ēt nunc magis in aluo ꝓficit.
Farina utriuſqꝫ ulcera manantia capitis ſanat:efficacius ſilueſtris. Item comitiales & iocineꝝ tu
mores:& ſerpentium ictus. Cit mēſes & urinas grano maxime. Emendat et lichenas:& teſtiū
inflationes:regiū morbū hydropicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratā ueſicā & reneſ.
Grangrenis utiliora cū melle & iis:quæ cacoethe uocanť. Verrucaꝝ in omni genere prima lu
na ſingulis granis ſingulas tangūt. Eaqꝫ grana in linteolo ḋligata abiciunt poſt ſe:ita fugari ui
tium arbitrantes. Noſtri præcipiunt arietinū in aqua cū ſale diſcoquere:ex eo bibere cyathos
binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pelli:morbūqꝫ regiū. Eiuſdē foliis ſarmentiſqꝫ
decoctis aqua q̃ꝫ maxime calida morbos pedū tolli:& ipſum calidū tritūqꝫ illitū. Columbini de/
cocti aqua horrorē tertianæ & quartanæ minuere tradiť. Nigꝝ āt cū gallæ dimidio tritū ocu
loꝝ ulcerib⁹ ex paſſo medeť. De eruo quædam in mētione eius dixim⁹:nec potentiā ei mino/
rē ueteres q̃ꝫ braſſicæ tribuere. Contra ſerpentiū ictus ex aceto ad crocodiloꝝ hominūqꝫ mor
ſum. Si quis eruum quottidie ieiun⁹ edat lyenem eius abſumi certiſſimi auctores affirmant. Fa
rina eius(ut ait Varro)maculas ex toto corpore emēdat. Serpere uulnera nō patiť. In mām̄is
efficaciſſimū. Carbunculos rumpit ex uino. Vrinæ difficultates:inflationem:uitia iocineris:te
naſmon quæ cibū nō ſentiant atropha appellata:toſtū et in nucis auellanæ magnitudinē mel/
le collectū deuoratūqꝫ corrigit. Itē impetigines ex aceto coctū et quarto die ſolutū. Panos in
melle ſuppurare ꝓhibet impoſitum. Aqua decoctū ꝑniones et pruritus ſanat fouendo. Quin
et uniuerſo corpori ſiquis quottidie ieiun⁹ biberit:meliorē fieri colorē exiſtimant. Cibis idem
hominis alienū. Vomitiones mouet. Aluū turbat. Capiti et ſtomacho onerosū. Genua quoqꝫ
ḋgrauat. Sed madefactū plurib⁹ dieb⁹ miteſcit. Bubus iumentiſqꝫ utiliſſimū. Siliquæ eius uiri
des prius q̃ꝫ indureſcant:cū ſuo caule foliiſqꝫ contritæ capillos nigro colore inficiunt. Lupini
quoqꝫ ſilueſtres ſunt omnimodo minores ſatiuis:præterq̃ꝫ amaritudine. Ex omnib⁹ quæ eduť
ſicco nulli min⁹ ponderis ē:nec plus utilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua calida. Diſcolorē ho/
minē frequētiores in cibo exhilarant. Amari contra aſpidas ualent. Vlcera atra aridi ḋcortica/
tiqꝫ triti ſuppoſito linteolo ad uiuū corpus redigunt. Strumas parotidas ī aceto cocti diſcutiūt

©BIUM

Succus decoctoꝝ cū ruta et pipere uel in febri dať ad uētris animalia pellenda minorib⁹.xxx. annoꝝ. Pueris uero ēt impoſiti in uentrē ieiunis ꝓſunt. Et alio genere toſti: et in dfruto poti uel ex melle ſūpti. Idē auiditatē cibi faciūt: faſtidiū dtrahunt. Farina eoꝝ aceto ſubacta papulas pruritusq; in balneis illita cohibet: et ꝑ ſe ſiccat ulcera. Liuores emēdat. Inflammationes cū polenta ſedat. Silueſtriū efficacior uis ē contra coxendicū et lumboꝝ dbilitatem. Ex iiſdem dcocta lētigines et fouentiū cutē corrigūt. Si uero ad mellis craſſitudinē decoquanť latiui: uitiligines nigras et lepras emēdāt. Satiui quoq; rumpunt carbunculos impoſiti: panos et ſtrumas minuunt: aut maturant. Cocti ex aceto cicatricib⁹ candidū colorē reddūt. Si uero cæleſti aqua decoquanť: ſuccos ille ſmegma fit: quo ſolēt fouere grangrenas: eruptiones pituitæ: ulcera manantia utiliſſimū. Expedit ad lyenē bibere: et cū melle mēſtruis hærentib⁹. Lyeni crudi cū fico ſicca ex aceto imponunť. Radix quoq; in aqua dcocta urinas pellit. Medenť pectori cū chameleone herba dcocti: aqua in potū collata. Sanāt et ſcabiē quadrupedū omniū i amurca dcocti: uel nitro eo liquore poſtea mixto. Fum⁹ crematoꝝ culices necat. Irionē inter fruges ſeſamæ ſimilē eē dixim⁹: et a græcis eryſimon uocari. Galli uelaꝝ appellant. Eſt āt fruticoſuꝝ foliis erucæ anguſtiorib⁹ paulo: ſemine naſturtii. Vtiliſſimū tuſſientib⁹ cū melle: et i thoracis purulētis excreationibus. Dať et regio morbo: et lumboꝝ uitiis pleureticis tormínib⁹ cæliacis. Illiniť uero parotidū et carcinomatū malis. Teſtium ardorib⁹ ex aqua: alias cū melle. Infantib⁹ quoq; utiliſſimū. Itē ſedis uitiis et articulariis morbis cū melle et fico. Contra uenena ēt efficax potu. Medetur et ſuſpirioſis. Itē fiſtulis cū axungia ueteri ne intus addatur. Orminū ſemine (ut dixim⁹) cymino ſimile ē: cætero porro dodrantali altitudine. Duoꝝ generꝝ alteri ſemen nigri⁹ et oblongū. Hoc ad uenerē ſtimulandā et ad oculoꝝ argema et albugines. Alteri candidi⁹ ſemē et rotundi⁹. Vtroq; tuſo extrahunť aculei ex corpore ꝑ ſe illitū ex aqua. Folia ex aceto impoſita panos ꝑ ſe uel cū melle diſcutiūt. Itē furunculos: prius ꝗ̄ capita faciāt: omneſq; acrimonias. Quin & ipſæ frugū peſtes in aliquo ſunt uſu. Infœlix dictū ē a Virgilio lolium. Hoc tamē mollitū ex aceto coctū impoſitūq; ſanat impetigines: celerius quo ſæpius mutatū ē. Medeť & podagris: aliiſq; dolorib⁹ cū oximelite. Curatio hæc a cæteris differt: Aceti ſextario uno dilui: mellis uncias duas iuſtū eſt: Ita tēperatis ſextariis trib⁹ decocta farina lolii ſextariis duob⁹ uſq; ad craſſitudinē: calidūq; ipſum imponi dolentib⁹ mēbris. Eadē farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellať herba quæ necat miliū. Hæc trita & cornu cū uino infuſa podagras iumentoꝝ diciť ſanař. Bromos ſemē eſt ſpicā ferentis herbæ: naſciť inter uitia ſegetis auenæ græce genere: & folio & ſtipula triticū imitať. In cacuminib⁹ dpendentes ꝑuulas ueluti lobas habet. Semē utile ad cataplaſmata atq; hordeū & ſimilia. Prodeſt tuſſientib⁹ ſucc⁹. Orobanchem appellauim⁹ necantē eruum & legumina. Alii cynomorion eam appellant a ſimilitudine canini genitalis: cuius cauliculus eſt ſine foliis pinguis: rubēs. Eſtur & ꝑ ſe & in patinis cū tenera ē dcocta. Et leguminib⁹ innaſcunť beſtiolæ uenenatæ: quæ man⁹ pūgunt: & periculū uitæ afferunt. Solifugaꝝ generis. Aduerſus has omnia eadē medeť: quæ cōtra araneos & phalangia demonſtranť. Et frugū qdē hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & pot⁹: zythum in ægypto: celia & cærea in hiſpania: ceruiſia & plura genera in gallia: aliiſq; ꝓuintiis: quoꝝ omniū ſpuma cutē fœminaꝝ in facie nutrit. Nam qđ ad potū ipſum attinet: præſtat ad uini tranſire mentionē: atq; a uite ordiri medicinas arboꝝ.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER VICESIMVS TERTIVS.

### PROHEMIVM.

DERACTA CAEREALIVM IN MEDENDO quoq; natura eſt: omniūq; quæ ciboꝝ aut floꝝ odoꝝq; gratia ꝓueniunt ſupina tellure: non ceſſit his pomona: parteſq; medicas pendentib⁹ quoq; dedit: nō contenta ꝓtegere: arboꝝq; alere umbra quæ dixim⁹: immo uelut indignata plus auxilii ineſſe iis: quæ longius a cælo abeſſent: quæq; poſtea cœpiſſent. Primum.n. homini cibū fuiſſe inde: & ſic inductos cælum ſpectare: paſciq; & nūc ex ſe poſſe ſine frugib⁹. Ergo hercule artes i primis dedit uitibus: nō contenta dlitias ēt & odores atq; unguēta omphacio & oenanthe ac maſſari: quæ ſuis locis dixim⁹ nobiliter inſtruxiſſe. Plurimū inquit homini uoluptatis ex me ē. Ego ſuccum uini: liquorē olei gigno. Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus omnia ꝑ labores: aranda tauris: terenda aeris: deinde ſaxis: ut qñ quāto ue

Historiae naturalis - page 339 sur 530

opere cibi fiant. At ex me parata oĩa: nec curuo adoranda aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigentia ultro: & ſi pigeat attingere ẽt cadẽtia. Certauit ipſa ſecũ: pluſq; utilitatis cauſa genuit etiã q̃ uoluptatis. Folio uitium & pampino capitis dolores: inflammationeſq; corpoꝝ mitigant̃ cũ polenta. Folia ꝑ ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cũ farina uero hordei articularios morbos. Pampini triti & impoſiti tumorẽ omnẽ ſiccant. Succus eoꝝ dyſentericis infuſus medet̃. Lachryma uitium quæ ueluti gummi ẽ: lepras & lichenas & pſoras nitro ante præparatas ſanat. Eadẽ cũ oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectũ habet maximeq; aqua quã uirides anciſæ uites exudant: qua & uerrucæ tollunt̃. Pampini ſanguinẽ excreantibꝰ: & mulieꝝ a cõceptu defectioni diluti potu ꝓſunt. Cortex uitiũ & folia arida uulneꝝ ſanguinẽ ſiſtũt: ipſumq; uulnꝰ conglutinant. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure impetigines tollunt̃. Cinis ſarmentoꝝ uitiumq; & uinaceoꝝ condylomatis & ſedis uitiis medet̃ ex aceto. Item luxatis: & ambuſtis: & lyenis tumori cũ roſaceo & ruta & aceto. Itẽ igni ſacro ex uino citra oleum aſpergit̃: & intertrigines & pilos abſumit. Dant & bibendũ cinere ſarmentoꝝ ad lyenis remedia aceto cõſperſum: ita ut uini cyathi in tepida aqua bibant̃: utq; q biberit in lyene iaceat. Claiculæ ipſæ qbus repunt uires tritæ & ex aqua potæ ſiſtunt uomitionũ conſuetudinẽ. Cinis uitiũ cũ axungia uetere contra tumores ꝓficit: fiſtulas purgat: mox & ꝑſanat: neruoꝝ dolores frigore ortos: contractioneſq;: contuſas uero ꝑtes cũ oleo: carnes excreſcentes in oſſibus cũ aceto & nitro: ſcorpionũ et canũ plagas cũ oleo. Corticis ꝑ ſe cinis combuſtus pilos reddit. Omphaciũ qua fieret rõne incipientis uuæ pubertate in unguentoꝝ loco docuimꝰ. Nũc ad medicinam de eo ꝑtinentia indicabimꝰ. Sanat ea quae in humido ſunt ulcera oris: tonſillaꝝ: genitaliũ. Oculorũ claritati plurimũ confert. Scabritiæ genaꝝ: ulceribuſq; anguloꝝ: nubeculis: ulceribꝰ quacũq; in ꝑte manantibꝰ. Cicatricibꝰ marcidiſ. Oſſibus purulente limoſis. Frangit̃ uehemẽtia eiꝰ melle aut paſſo. Prodeſt dyſentericis: ſanguinẽ excreantibus: anginis. Omphacio cohæret oenanthe: quã uites ſilueſtres ferunt: dicta a nobis in unguenti rõne. Laudatiſſima in ſyria: maxime circa anthiochiæ et laodiceæ montes: et ex alba uite refrigerat: aſtringit: uulneribꝰ inſpergit̃: ſtomacho illinit̃: utilis urinæ: iocineri. Capitis doloribꝰ: dyſentericis: cæliacis: cholericis Contra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones: efficaciſſima ad uitia quae ſũt in humidis: Idoq; et oris ulceribꝰ: et urendis ac ſedi. Cũ melle et croco aluũ ſiſtit. Genaꝝ ſcabiẽ emẽdat: oculoꝝq; lachrymatiões. Ex uino ſtõachi diſſolutionẽ. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreationeſ. Cinis eius ad collyria & ad ulcera purganda & paronychia: & pterygia ꝓbatur. Urit̃ in furno: donec panis ꝓcoquat̃. Maſſaris odoribꝰ tantũ gignit̃ omnia quæ auiditas humani ingenii nobilitauit rape feſtinando.

De medicinis uuarum recentium: & ſarmentis uuarum: & uinaceis: & de uua theriace: & de uua paſſa: & aſtaphide: & aſtaphiſagria: pituitaria: & labruſca: & de uite alba & nigra: & de muſtis: & uini generibus. Cap. i.

Ma tureſcentium autem uuæ uehementiores nigræ: ideoq; uinũ ex iis minus iucundũ: ſuauiores albæ: qm̃ e tranſlucido facilius accipit̃ aer. Recentes ſtomachũ & ſpiritũ inflant: aluũq; turbant. Itaq; in febri damnãt̃ utiq; largioꝛs. Grauedinẽ enim capiti: morbũq; lethargicũ faciũt. Innocentiores quæ decerptæ diu pependere: qua uentillatione etiam utiles fiunt ſtomacho ægriſq;. Nam & refrigerant leniter: & faſtidiũ auferunt. Quæ ãt in uino dulci conditæ fuere: caput tentant. Proximæ ſunt penſilibꝰ in palea ſeruatæ: Nam & uinaceis ſeruatæ & caput & ueſicam & ſtomachũ infeſtant. Siſtunt tamẽ aluũ: ſanguinẽ excreantibꝰ utiliſſimæ. Quæ uero in muſto fuere peiorẽ uim etiamnũ habẽt: q̃ quae in uinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Saluberrimas putant medici in cæleſti aqua ſeruatas: ẽt ſi minime iucundas: ſed uoluptatem eaꝝ in ſtomachi ardore ſentient: & in amaritudine iecoris felliſq; uomitione. In choleris hydropicis cũ ardore febriũ ægrotantibus. At in ollis ſeruatæ & os & ſtomachũ & auiditatẽ excitant. Paulo tamẽ gratiores exiſtimant̃ fieri uinaceoꝝ halitu. Uuæ florem in cibis ſi edere gallinacei uuas nõ attingunt. Sarmenta eaꝝ in quibꝰ acini fuere aſtrigendi uim optinent. Efficaciora ex ollis. Nuclei acinoꝝ eandẽ uim optinẽt. Hi ſunt q in uino capitis dolorem faciũt. Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſũt. Inſpergit̃ farina eoꝝ polentæ modo potionis dyſentericis: & cæliacis: & diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eoꝝ fouere pſoras: & pruritũ utile ẽ. Uinacei ꝑ ſe minꝰ capiti aut ueſicæ nocẽt q̃ nuclei. Mammaꝝ inflationi triti cũ ſale utiles. Decoctura eoꝝ ueteres dyſentericos & cæliacos iuuat & potione & foetu. Uua theriace de qua ſuo loco diximꝰ: contra ſerpentium ictus ualet. Pampinos quoq; eius edendos cẽſent: imponendoſq;: uinũq; & acetũ ex iis factũ auxiliarem cõtra eandem uim habet. Uua paſſa quam aſtaphida uocant: ſtomachũ uẽtrem interanea tẽtaret: niſi ꝓ remedio ĩ ipſis acinis nuclei eẽnt. Iis excẽptis ueſicæ utilis habet̃: & tuſſi alba utilior. Utilis & arteriæ & renibꝰ: ſicut ex iis paſſũ priuatim e ſpeciebus. Contra hemorrhoidas potẽs. Teſtiũ inflammationi cũ farina cumini aut

©BIUM

coriandri imponunẜ. Itē carbunculis: articularib⁹ morbis ſine nucleis tritæ cū ruta fouere an/
te uino ulcera oportet. Sanāt epinyctidas & dyſenteriam cū ſuis nucleis: & in oleo coctæ grā/
grenis illinūẜ cū cortice raphani & melle. Podagris & unguium mobilibus cū panace: & p ſe ad
purgandū os caput ꝗ cū pipere cōmanducantur. Aſtaphilagria ſiue aſtaphis quam uuam tami/
niam aliq uocant falſo: ſuum enim gen⁹ habet: cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ: fert fol/
liculos uerius ꝗ̃ acinos uirides ſimiles ciceri. In iis nucleum triangulū. Matureſcit cū uindemia
nigreſcitꝗ cū taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamusꝗ illam in apricis naſci: hanc non niſi
in opacis. His nucleis ad purgationē uti nō cēſuerim pp ancipitē ſtrangulationē: nec ad pitui/
tam oris ſiccandam: fauces enim ledunt. Phthriaſi caput & reliquū corp⁹ liberant triti. Facili⁹
admixta ſandaraca. Itē pruritu & pſoris. Ad dentiū doloris decoquunt in aceto. Ad auriū uitia
rheumatiſmū: cicatricū: ulcerꝝ manantia. Flos tritus in uino contra ſerpentes bibiẜ. Semen. n.
abdicauerim ꝓpter nimiā uim ardoris. Quidam eam pituitariam uocant: & plagis ſerpentium
utiꝗ illinunt. Labruſca quoꝗ oenanthem fert ſatis dictam: quæ a græcis ampeloſagria appel
laẜ: ſpiſſis & candicantib⁹ foliis geniculata rimoſo cortice. Fert uuas rubētes cocci modo: quæ
cutem in facie mulierꝝ purgant: & uariis coxendicū & lumborꝝ uitiis tuſæ cū foliis & ſucco pro/
ſunt. Radix dcocta in aqua & in uini coi cyathis duob⁹ humorē alui ciet: ido hydropicis daẜ.
Hanc potius crediderim eſſe: quam uulgus uuam taminiam uocat. Vtunẜ ea ꝓ amuleto. & ad
expiationē ſanguinis quoꝗ adhibēt nō ultra gargarizationes: & ne qd deuoreẜ addito ſale thy
mo aceto mulſo. Iidem & purgationibus ancipitem tentant. Eſt huic ſimilis: ſed in ſalictis na/
ſcens: ido diſtinguiẜ nomine: cū eoſdem uſus habeat: & ſalicaſtrum uocaẜ: Scabiē & pruriginē
hominū & quadrupedū aceto mulſo trita hæc efficacius tollit. Vitis alba quam græci ampe/
loleucen: alii ſtaphylen: alii melptron: alii pſilothrū: alii arceſoſtin: alii cedroſin: alii madon ap
pellant. Huius ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandūt. Folia pampinoſa ad
magnitudinē ederæ diuidunẜ ut uitium. Radix alba grandis: raphano ſimilis initio: ex ea cau/
les aſparagi ſimilitudine exeūt. Hi dcocti in cibo aluū & urinā cient. Folia & caules exulcerant
corp⁹: utiꝗ ulcerꝝ phagedenis & grangrenis tibiarꝝꝗ tedio cum ſale illinunẜ. Semē in uua ra/
ris acinis dpendent ſucco rubente poſtea croci. Nouere id q coria pficiunt: illo enim utuntur.
Pſoris & lepris illiniẜ. Lactis abundantiam facit coctū cū tritico potūꝗ. Radix numeroſis uti/
litatibus nobilis: contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibiẜ. Vitia cutis in facie ua/
roſꝗ & lentigines & ſugillata emendat & cicatrices. Eadēꝗ præſtat dcocta in oleo decoctoꝗ
daẜ & in comitialibus potus. Itē mente commotis: & uertigine laborantib⁹ drachmæ ꝑ ponde/
re quottidie anno toto. Et ipſa āt largior aliquanto purgat ſenſus. Illa uis præclara ꝙ oſſa fra
cta extrahit in aqua impoſita bryenia: quare qdam hanc albam bryeniam uocant. Alia uero ni
gra efficacior in eodē uſu cum melle & thure. Suppurationes incipientes diſcutit: ueteres ma/
turat et purgat. Cit menſes et urinam. Eligma ex ea fit ſuſpirioſis et cōtra lateris dolores uul/
ſis ruptis. Splenem ternis obolis pota. xxx. diebus conſumit. Illiniẜ eadē cū fico et pterygiis
digytorꝝ. Ex uino ſecundas fœminarꝝ appoſita trahit et pituitam drachma pota in aqua mulſa.
Succus radicis colligi dbet ante maturitatē ſeminis. Qui illitus p ſe et cū eruo lætiore quodā
colore et cutis teneritate mangonizat corpora. Serpentes fugat. Tundiẜ ipſa radix cū pingui
fico: erugatꝗ corp⁹: ſi ſtatim bina ſtadia ambulenẜ: alias urit: niſi frigida ſtatim abluaẜ. Iucun/
dius hoc idē præſtat nigra uitis: quoniam alba pruritū affert. Eſt ergo et nigra quam proprie
ēt bryeniam uocant: alii chironiam: alii gynæcanthen aut aproniam: ſimilem priori: præterꝗ
colore. Huius ſemē nigrꝝ eſſe dixim⁹: aſparago ſimile. Diocles prætulit ueris aſparagis i cibo
urinæ ciende: lieniꝗ⁹ minuendo. In frutetis et harūdinetis maxime naſciẜ: Radix foris nigra:
intus buxeo colore: oſſa infracta efficacius extrahit ꝗ̃ ſupradicta. Cæterꝝ eidem peculiare eſt
qđ iumentorꝝ ceruicibus unice medeẜ. Aiunt ſi quis ī uilla eam extruxerit: fugere accipitreſ: tu
taſꝗ fieri aues uillaticas. Aliter eadē in iumento hominēꝗ flegma aut ſanguinē qui ſcreaẜ: ta
lo circunligata ſanat. Et hacten⁹ đ uitium generib⁹. Muſta differentias habent naturales has:
ꝙ ſunt candida aut nigra: aut inter utrunꝗ alia ex aliis: ex quib⁹ uinum fiat: alia ex quib⁹ paſ/
ſum: curaꝗ differentias innumerabiles facit. In plenū ergo hoc dixiſſe conueniet. Muſtū om/
ne ſtomacho inutile: uenis iucūdum. A balneis raptim et ſine interſpiratione potū necat: can/
tharidum nature aduerſaẜ. Item ſerpentib⁹ maximæ hemorrhoiæ et ſalamandræ. Capitis do
lores facit: et gutturi inutile: Prodeſt renib⁹: iocineri: et interaneis ueſicæ: colleuat enim ea.
Priuatim contra bupreſtin ualet. Contra meconium. lactis coagulationē. Cicutam: toxica: do
rycnidium ex oleo potū redditūꝗ uomitionib⁹. Ad omnia infirmius albū: iocundius paſſi mu/
ſtum: et ꝙ minorē capitis dolorem afferat. Vini genera differentiaſꝗ pꝗ̃ multas expoſuim⁹:
et fere cuiuſꝗ ꝓprietates. Neꝗ ē ulla pars difficilior tractatu: aut numeroſior. Quippe cū ſit
tardum dictu plurib⁹ ꝓſit an noceat. Præterea ꝗ̃ ancipiti euentu potu ſtatim auxilium ſit aut

uenenū. Etenim đ eius natura quæ ad rmedia tm̄ ptinent nunc loquimur. Vnū đ dando eo uo/
lumē Aſclepiades cōdidit: ab eo cognominatū: q uero poſtea đ uolumine illo diſſeruere innu/
meri. Nos iſta romana grauitate artiumq; liberaliū appetentia nō ut medici: ſed ut iudices ſa/
lutis humanæ diligēter diſtinguem⁹. De generib⁹ ſingulis diſſerere immenſum & inexplicabile
ē diſcordib⁹ medicoꝝ ſententiis. Surrentinū ueteres maxime ꝓbauere. Sequēs ætas albanum
aut falernū. Deinde alia alii iniquiſſimo genere decreti: qđ cuiq; gratiſſimu cæteris omnibus
ꝓnuntiando. Quin ut conſtarent ſententiæ: quota portio tamē mortaliū iis generibus poſſet
uti. Iam uero nec ꝓceres ū q̄ ſinceris. Eo uenere mores ut nomina cellaꝝ modo ueneant: ſta
timq; in lacubus uindemiæ adulterent̄. Ergo hercle miꝝ dictu innocentius iam ē quodcunq;
& ignobilius. Hæc tamē facere conſtantiſſime uident̄ ſententiæ uictoriā: quoꝝ mentione fe/
cimus: ſi quis hoc quoq; diſcrimen exigat. Falernū nec in nouitate: nec in nimia uetuſtate cor/
pori ſalubre eſt. Media eius ætas a quintodecimo anno incipit. Hoc nō rigido potu ſtomacho
utile: nō item in calido. Et in diutina tuſſi ſorbet̄ meꝝ utiliter a ieiunis: item i quartanis. Nul/
lo æque uenæ excitant̄: aluū ſiſtit: corpus alit. Creditū eſt obſcuritatē uiſus facere: nec ꝓdeſ/
ſe neruis, aut ueſicæ. Albana neruis utiliora. Stomacho min⁹ quæ ſunt dulcia uel auſtera. Fa/
lerna utiliora. Concoctionē min⁹ adiuuant. Stomachum modice implent. At ſurrentina nullo
modo: nec caput tentant: ſtomachi & inteſtinoꝝ rheumatiſmos cohibent. Cecubū iam non gi/
gnit̄. At quæ ſuperſunt ſetina cibos concoqui cogunt. Virium plus ſurrentino: auſteritatis al
bano: uehementiæ min⁹ falerno. Ab iis ſtatana nō longo interuallo abſuerunt. Aluo citæ ſi/
gninū maxime conducere indubitatū eſt. Reliqua in cōmune dicent̄. Vino alunt̄ uires: ſanguis
colosq; hominū. Hoc quoq; diſtat orbis medius & mitior plaga a circumiectis: quantū illis fe/
ritas facit roboris: tantū nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit. Frugū neruos: aquæ carnes:
Ideo min⁹ ruboris eſt in corporibus illis & min⁹ roboris: cōtraq; labores patientiæ. Vino mo
dico nerui iuuant̄: copioſiore lædunt̄: ſic & oculi. Stomachus recreat̄. Appetentia ciboꝝ inui/
tat̄. Triſtitiæ cura hebetat̄. Vrina & algor expellit̄. Somnus conciliat̄. Præterea uomitiones
ſiſtit. Collectiones extra lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades utilitatem uini æquari
uix deoꝝ potētia poſſe ꝓnūtiauit. Vetus copioſiore aqua miſcet̄. Magis nouū urinā expellit:
minus ſiti reſiſtit. Dulce min⁹ inebriat: ſed ſtomacho innatat. Auſteꝝ facilius concoquit̄. Le/
uiſſimum ē: qđ celerrime inueterat̄. Minus infeſtat neruos qđ uetuſtate dulceſcit. Stomacho
min⁹ utile ē pingue nigꝝ: ſed corpora magis alit: tenue & auſteꝝ minus alit: magis ſtomachū
nutrit. Celerius ꝑ urinā tranſit: tantoq; magis capita tentat. Hoc & in omni alio ſucco ſemel di
ctū ſit. Vinum ſi ſit fumo inueteratū inſaluberrimū eſt. Mangones iſta in apothecis excogita/
uere. Iam & patreſfamilias ætate ademere iis: quæ ꝑ ſe cariem traxere. Quo certe uocabulo
ſatis conſilii dedere priſci: qm̄ & in materiis cariem fum⁹ erodit. At nos e diuerſo fumi amari/
tudine uetuſtatem indui perſuaſum habemus. Quæ ſunt admodū exalbida hæc uetuſtate inſa
lubria fiunt. Quo generoſius uinū ē: hoc magis uetuſtate craſſeſcit: & in amaritudinē corpori
minime utilē coit. Condire eo aliud min⁹ annoſum inſalubre ē. Sua cuiq; uino ſaliua innocen/
tiſſima. Sua cui ꝗ ætas gratiſſima: hoc eſt media. Corp⁹ augere uolentibus: aut mollire aluum
conducit inter cibos bibere. Contra minuentib⁹: aluūq; cohibentibus ſitire in edendo: poſtea
paꝝ bibere. Vinū ieiunos bibere nouitio inuento: inutiliſſimum ē. Curas uigorēq; animi im/
pedit ad ꝓcinthum tendentib⁹. Somno uero accommodatū ac ſecuritatib⁹. Iamq; dudum hoc
fuit: qđ homerica illa Helena ante cibū miniſtrauit. Sic quoq; in prouerbiū ceſſit: ſapientiam
uino obumbrari. Vinoſos dicim⁹ homines: q ſoli animaliū nō ſentientes bibim⁹. Aquæ potū
interponere utiliſſimū. Itēq; iugi ſuperbibere ebrietati: quā qdē frigidæ potus exemplo d ſcu
tit. Meracis potionib⁹ per uiginti dies ante canis ortū totidemq; poſtea ſuadet Heſiodus uti.
Meꝝ quide remedio ē contra cicutas: coriandrum: aconita: uiſcum: meconiū: argentū uiuum:
apes: ueſpas: crabrones: phalangia: ſerpentū ſcorpionūq; ictus: contraq; omnia quæ refrige/
rando nocēt. Priuatim contra hemorrhoidas: preſteras: fungos: Item contra inflammationes
roſioneſq; præcordioꝝ: & quoꝝ ſtomachus in uomitiones effundit̄. Et ſi uēter aut interanea
rheumatiſmū ſentiant. Dyſentericis: ſudatorib⁹: in longa tuſſi: in epiphoris meracū. At uero
cardiacis in mamma leua meꝝ in ſpongia imponi ꝓdeſt. Ad omnia aūt maxime albū inuetera/
ſcens. Vtiliter ēt fouet̄ uino calido uirilitas iumentis: quo ēt infuſo cornu laſſitudinem auferri
aiunt. Simias quadrupedeſq; quib⁹ digiti ſunt: negant creſcere aſſuetas meri potu. Nūc circa
ægritudines ſermo đ uinis erit. Saluberrimū liberaliter genitis campaniæ quodcunq; tenuiſſi
mū. Vulgo uero qđ quēq; maxime iuuerit ualidū. Vtiliſſimū omnib⁹ ſa co uirib⁹ fractis. Me
minerim⁹ ſaccū eē q feruēdo uires e muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera omnib⁹ iutile. Sa
luberrimū cui nihil in muſto additū eſt: meliuſq; ſi in uaſis pix affuit. Marmore enim & gypſo
aut calce condita qs nō etiam ualidus expauerit? In primis igit̄ uinū marina aqua factū inutile

©BIUM

eſt ſtomacho:neruis:ueſicæ. Reſina condita frigis ſtomachis utilia eẽ exiſtimaẽ. Non expe/
dire uomitioniobus:ſicut neq; muſtũ:neq; ſapa:neq; paſſum. Nouitiũ reſinatũ nulli condu/
cit. Capitis dolorẽ & uertigines facit:ab hoc dicta crapula eſt. Tuſſientibus & in rheumatiſmo
nominata ꝓſunt. Itẽ cœliacis & dyſentericis mulieꝝ menſibus. In hoc genere rubꝝ nigrum ue
magis conſtringit:magiſq; calefacit. Innocentius pice ſola conditũ. Sed & picẽ meminiſſe de/
bemus nõ aliud eẽ ꝙ combuſtæ reſinæ fluxum. Hoc genꝰ uini calefacit:concoqt:purgat:pe/
ctori:uentri utile. Item uuluaꝝ dolori ſi ſine febre ſit:ueteri rheumatiſmo:exulcerationi:rup/
tis:conuulſis:neruoꝝ infirmitati:inflationibus:tuſſi:anhelationibuſ:luxatis in ſuccida lana im
poſitum. Ad omnia hæc utilius id qd' ſponte naturæ ſuæ picem recipit:picatũq; appellatur.
Heleniatro quoq; tamẽ nimio caput tentari conueniet. Quod ad febrium ualitudines attinet:
certũ eſt non dandum in febre:niſi ueteribꝰ ægris uinũ:nec niſi dclinante morbo. In acutis ue
ro periculis nullis niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant:& has noctu potius. Dimidia enim ps
periculi eſt noctu:hoc eſt ſpe ſomni bibentibꝰ:nec a partu abortu ue:nec a libidine ægrotan/
tibus:nec in capitis doloribus:nec quoꝝ acceſſiones cũ frigore extremitatũ fiant:nec in febri
tuſſientibus:nec in tremore neruoꝝq; doloribus:uel faucium:aut ſi uis morbi circa illa intelli
gaẽ:nec in duritia præcordioꝝ:uenaꝝ uehementia:neq; in opiſthotonio:tetano:& ſingultien
tibus:nec ſi cũ febre dyſponoea ſit. Minime uero oculis rigentibꝰ:& genis ſtantibus:aut defe
ctis grauibuſq;:nec quoꝝ cõniuentium plucebunt oculi:neu palpebris nõ coeuntibus. Vel ſi
dormientibꝰ hoc idẽ eueniet. Aut ſi cruore ſuffunduntẽ oculi:uel ſi lachrymæ in oculis erunt.
Minime lingua fungoſa:nec graui:& ſubinde imperfecta loquentibꝰ:nec ſi urina difficile red/
deẽ. Neq; expaueſcentibꝰ repente. Nec ſpaticis:aut rurſus torpentibus:nec ſi p ſomnos geni
tura effundeẽ. Cardiacoꝝ morbo unicã ſpem hanc in uino eẽ certum ẽ. Sed id dandũ quidam
nõ niſi in acceſſione cenſent:alii in remiſſione. Illi ut ſudorẽ coerceant. Hi quia tutius putant
minuente ſe morbo:ꝙ plurium ſententiam eẽ uideo. Dari utiq; nõ niſi in cibo dbet:nec a ſom
no:nec præcedente alio potu:hoc eſt utiq; ſitienti:nec niſi in deſperatione ſumma:& uiro fa/
cilius ꝙ fœminæ:ſeni ꝙ iuueni:iuueni ꝙ puero:hyeme ꝙ æſtate:aſſuetibus potius ꝙ ex/
pertibus. Modus dandi ꝓ uehementia uini:item mixtura. Atq; uulgo ſatis putant unum uini
cyathum duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi dandũ:& ſi cibus nõ deſcendat. Inter
uini genera quæ fingi docuimus:nec fieri iam arbitror. Eſt & ſuperuacaneus eoꝝ uſus cũ ipſis
rebus ex quibꝰ fingiẽ doceamꝰ uti:& alias modũ exceſſerat medicoꝝ in his oſtentatio:uelut
in apiis uinũ utile eẽ ab armoꝝ equitatus ue laſſitudine præcipientium:atq; ut reliqua omitta
mus:ẽt in iunipero. Et ſi quis ſacius cenſeat abſinthite uino utendũ potius ꝙ abſinthio ipſo.
In reliquis ommittatur. Et palmeũ capiti noxiũ uentriq; tantũ molliendo & ſanguinẽ excrean/
tibus nõ inutile. Fictitium nõ poteſt uideri:qd' bion appellauimus:cũ ſit in eo ſola ꝓ arte fe/
ſtinatio. Prodeſt ſtomacho diſſoluto:aut cibos nõ perficiente:prægnantibus:defectis:paraly
ticis:tremulis:uertigini:torminibus:iſchiadicis. In peſtilentia quoq; ac peregrinationibꝰ uim
magnam auxiliandi habere diciẽ. Vini ẽt uitium tranſit in remedia. Aceto ſumma uis ẽ in refri
gerando:nõ tamẽ minor in diſcutiendo. Ita ſit ut infuſo terræ ſpumet. Dictũ eſt ſæpius dice/
turq; quotiens cũ aliis ꝓſit. Per ſe hauſtũ faſtidia diſcutit. Singultus cohibet. Sternutamenta
olfatu. Vim in balneis æſtus arcet:ſi contineaẽ ore. Quin & cũ aqua bibiẽ. Multoꝝ ſtomacho
utiliter gargarizaẽ. Cum eadẽ conualeſcentiũ & a ſolis ardoribꝰ. Oculis quoq; illo modo ſalu/
berrimũ. Plurimũ fotu medeẽ poſt uredines. Itẽ lepris:furfuribus:ulceribus manantibus:ca
nis morſibus:ſcorpionũq; ictibus:ſcolopendraꝝ muriſ araneiq;. Contra omniũ aculeatoꝝ ue/
nena & pruritũ. Itẽ contra multipedũ morſum. Calidũ in ſpongia appoſitũ:aut adiecto ſulphu
ri ſextante ſextariis tribus aceti aut hyſopi faſciculo medetur ſedis uitiis. In ſanguinis fluxione
poſt exciſos calculos & omnes alias roſiones foris in ſpongias impoſitũ:intus potũ cyathis bi/
nis ꝙ acerrime. Conglobatũ utiq; ſanguinẽ diſcutit. Contra lichenas & bibiẽ & imponiẽ. Si/
ſtit aluos:& rheumatiſmos interaneoꝝ infuſum. Itẽ ꝓcidentia ſedis uuluæq;. Tuſſim ueterem
inhibet:& gutturis rheumatiſmos. Orthopnoeam dentiũ labefactionẽ. Veſicæ nocet:neruo/
rũ infirmitatibꝰ. Neſciere medici quantũ cõtra aſpidas polleret. Nuꝑ ab aſpide calcata ꝑcuſſus
utrẽ aceti ferẽs:quotiens dpoſuiſſet ſentiebat ictũ:alias illeſo ſimilis. Intellectũ ibi remediũ
ẽ:potuq; ſuccurſum. Neq; altero os tollũt uenena exeuntes. In totũ uomitrix uis hæc nõ ci/
boꝝ modo ẽ:ueꝝ & reꝝ plurimaꝝ. Saxa rumpit infuſum:quæ nõ ruperit ignis antecedẽs. Ci
bos qdẽ & ſapores nõ alius magis ſuccus cõmendat aut excitat. In quo uſu mitigaẽ toſto pane
aut uino. Vel accendiẽ pipere ac laſere utiq; ſale compeſciẽ. Nõ ẽ prætereundũ ex eo exem/
plũ ingẽs. Siquidẽ. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedũ cũ dolo/
rẽ eũ ꝑpeti nequiret:uniꝰ medicoꝝ portẽtoſa ſciẽtia ignorãte Diuo Auguſto tãti putauit uſu
pedũ ſenſuq; omni careẽ:dũmodo & doloẽ illo careret:dmerſis in acetũ calidũ crurıbꝰ in acer/
rimo impetu morbi euaſit.

## De aceto ſcyllino: & oxymelle: & ſapa & fæce uini: aceti & ſapæ Cap. ii.

ACetum ſcyllinum inueteratũ magis probatᷓ. Prodeſtq; ſup ea quæ diximꝰ: aceſcentibus cibis: Guſtatu enim diſcutit pœnam eam: & iis q ieiuni uomunt. Callũ enim fauciũ facit: ac ſtomachi: odorẽ oris tollit: gingiuas adſtringit: dentes firmat: colorẽ meliorẽ præſtat. Tarditatẽ quoq; auriũ gargarizatione purgat: & tranſitum auditus aperit. Oculoꝝ aciẽ obiter exacuit: comitialibus: melancholicis: uertiginoſis: uuluaꝝ ſtrangulationibꝰ: ꝑcuſſis: aut præcipitatis. Et ob id ſanguine cõglobato. Neruis infirmis: renum uitiis perq; utile. Cauendũ exulceratis. Oxymel antiqui ( ut Dieuces tradit ) hoc modo tẽperabant. Mellis heminas. x. aceti ueteris heminas quinq;: ſalis marini pondo: thymbræ quadrantẽ: aquæ marinæ ſextarios. v. pariter coquebant decies deferueſcente cortina: atq; diffundebant: inueterabantq;. Suſtulit totũ id Aſclepiades: coarguitq;. Nam ẽt in febribus dabant. Profuiſſe tamẽ fatentur contra ſerpẽtes: quos ſepas uocãt: & cõtra meconiũ: ac uiſcũ & anginas calidũ: gargarizatũ: & auribꝰ: & oris: gutturisq; deſideriis: quæ nũc omnia oxyhalme contingũt: id ſale & aceto recente efficacius ẽ. Vino cognata res ſapa ẽ: muſto decocto: donec tertia ꝑs ſuperſit. Ex albo hoc melius. Vſus contra cantharidas: bupreſtin. pinoꝝ erucas: quas pityocampas uocant: ſalamandras: & contra mordentia uenenata. Secundas partusq; mortuos trahit cũ bulbis potũ. Fabianus auctor eſt: uenenũ eẽ ſiquis ieiunis a balneis id bibat. Conſequens hoꝝ ẽ fæx uini: ſui cuiuſq; generis. Ergo uini fæci tanta uis ẽ: ut deſcendentes in cupas enecet. Experimentũ dimiſſa præbet lucerna q̃diu extinguatᷓ: deſcenſionis periculũ denuntians. Illota miſcetᷓ medicamentil. Cum iridis uero pari pondere eruptionibus pituitæ illinitᷓ. Et ſicca uľ madida contra phalangias: & teſtium: mammaꝝq; inflammationes: uel in quacũq; ꝑte corporis. Itẽ cum hordeacea farina & thuris polline in uino decocta crematᷓ: & ſiccatᷓ. Indeq; experimẽtum ẽ legitimæ coctæ: ut refrigerata linguã tactu uideatᷓ urere. Celerrime exanimatᷓ nõ incluſo condita. Crematio ei multum uirium adiicit. Vtiliſſima ẽ ad compeſcendas lichenas: furfuresq; cũ fico decocta. Sic & lepris & ulceribꝰ manantibꝰ imponitᷓ. Fungoꝝ naturæ cõtraria ẽ pota: ſed magiſ cruda. Oculoꝝ medicamentis cocta & lota miſcetᷓ. Medetᷓ illita & teſtibus & genitalibus. In uino autẽ aduerſus ſtrangurias bibitᷓ. Cum expirauerit quoq; lauandis corporibꝰ & ueſtibus utilis: tuncq; uſum acaciæ habet. Fæx aceti ꝓ materia acrior ſit neceſſe ẽ: multoq; magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationũ incrementis: ſtomachum: interanea: uentrem illita adiuuat. Siſtit eaꝝ partiũ rheumatiſmos: & mulieꝝ mẽſes. Panos diſcutit nõdum exulceratos: & anginas. Sacros ignes cum cæra. Mammas lactis ſui impatientes eadẽ extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpentibꝰ cõtra ceraſtas ualidiſſima cũ polenta. Cum melanthio autem contra crocodili morſus: & caniſ. Et hæc cremata ampliat uires. Tũc addito lẽtiſcino oleo illita una nocte ruffat capillũ. Eadem ex aqua in linteolo appoſita: uuluas purgat. Sapæ fæce ambuſta ſanantᷓ. Melius addita lanugine arundinis. Eadẽ quoq; fæce decocta potaq; tuſſes ueteres. Decoqtᷓ in patinis cũ ſale & adipe: ad tumorẽ quoq; maxillaꝝ & ceruicũ.

## De oleis & foliis oleæ: & flore & cinere: & de oliua alba & nigra: & de amurca Cap. iii.

OLeaꝝ ꝓxima auctoritas intelligitᷓ. Folia eaꝝ uehementiſſime aſtringunt: purgant: ſiſtunt itaq; manducata impoſita ulceribꝰ medentᷓ: & capitis doloribꝰ illita cum oleo. Decoctum eoꝝ cum melle iis quæ medici uſſerint. Gingiuaꝝ inflammationibꝰ: paronychiis ſordidisq; ulceribus excreſcentibus. Cũ melle ꝓfluuium ſanguinis e neruoſis partibꝰ cohibet. Succus eorũ carbunculantibꝰ excreſcentibus circa oculos ulceribus: & puſtulis: ꝓcidentiq; pupillæ efficax: quapropter in collyria additᷓ. Nam & ueteres lachrymationes ſanat: & genaꝝ eroſiones. Exprimitᷓ aũt ſuccus tuſis: affuſo uino ex aqua cæleſti. Siccatusq; in paſtillos digeritᷓ. Siſtit menſes in lana admotus uuluæ. Vtilis & ſaniẽ emanantibꝰ. Itẽ condylomatis: ignibꝰ ſacris: quæq; ſerpunt ulcera: epinyctidi. Eeoſdem & flos eaꝝ habet effectuſ. Vruntᷓ & cauliculi floreſcentes ut ſpodii uicẽ cinis præſtet: Vinoq; infuſo iteꝝ uritᷓ. Suppurationes & panos illinunt cinerẽ eo uel foliis tuſis cũ melle. Oculos uero cum polenta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas: furfures: manantia ulcera: Nam lachrymam quæ ex arbore ipſa diſtillat æthiopicæ maxime oleæ: mirari ſatis nõ eſt. Reperti ſunt qui dẽtium dolores illinendos cẽſerent: contra uenenũ eẽ ꝑdicantes: atq; etiam in oleaſtro quærendam. E radice oleæ q̃ tenerrime cortex derafus: in melle crebro guſtatu medetᷓ ſanguinẽ reiicientibꝰ: & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cũ axungia tumores ſanat: extrahitq; fiſtulis uitia: & ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho utiliores: uentri minꝰ. Præclaꝝ habẽt antequ condiantᷓ uſum: recentes ꝑ ſe cibi modo duoratæ. Medentᷓ enim harenoſæ urinæ: item dentibus: aut attritis: aut conuulſis. Nigra oliua ſtomacho inutilior: uentri facilior: capiti & oculis nõ conuenit. Vtraq; ambuſtis prodeſt



Historiae naturalis - page 344 sur 530

trita & illita. Sed nigra cõmanducantur: & ꝓtinus ex ore impoſita puſtulas gigni ꝓhibet. Colymbades ſordida ulcera purgant. Inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteram⁹ uideri ſatis dixiſſe Catonẽ ſecuti: ſed reddenda quoqꝫ medicinæ ratio ẽ: Gingiuis & oris ulceribus dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa: & iis quæ ſerpunt pernionibus nigræ oliuæ amurca utilior: item infantibus fouendis. Albæ uero mulierꝝ uuluæ in lana admouet̃. Multo aũt omnis amurca dcocta efficacior. Coquit̃ in cupreo uaſe ad craſſitudinẽ mellis. Vſus eius cũ aceto: aut uino uetere: aut mulſo: ut quæqꝫ cauſa exigat in curatione oris dentium: aurium: ulcerꝝ manantiũ: genitalium: rhagadum. Vulneribus in linteolis imponit̃: luxatis in lana. Ingens hic uſus: utique inueterato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infundit̃ ſedis genitaliũ: uuluæ exulcerationi: Illinit̃ uero podagris incipientibus: item articularib⁹ morbis. Si uero cũ omphacio recoquat̃ ad mellis craſſitudinẽ: caluros dẽtes extrahit. Itẽ iumentorꝝ ſcabiẽ cum dcocto lupino & chameleonthe herba mire ſanat. Cruda amurca podagris foueri utiliſſimum.

De foliis oleaſtri: & oenanthino oleo: & coccino: & amygdalino: & laurino: & myrtheo chamemyrſino: & cupreſſino: & citreo caryno Cap. iiii.

OLeaſtri foliorꝝ eadem natura. Spodiumqꝫ e calculis uehementius inhibet rheumatiſmos. Sedat inflammationes oculorꝝ. Purgat ulcera: alienata explet: excreſcentia leniter erodit Siccat: & ad cicatricẽ ꝑducit: cætera & in oleis. In hoc aũt peculiare: ꝙ folia dcoquunt̃ ex melle: dant̃qꝫ cochlearibus contra ſanguinis excreationes. Oleũ tamẽ acrius atqꝫ efficacius: & os quoqꝫ colluit̃ illo. Ad dentium infirmitatẽ imponunt̃ folia: & paronychiis: & carbũculis & cõtra omnẽ collectionẽ cum uino. Iis uero quæ purganda ſint: cũ melle. Miſcent̃ oculorꝝ medicamentiſ: & coctum foliorꝝ: & ſuccus oleaſtri. Vtiliter ẽt auribus inſtillat̃ cum melle: uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri condylomata illinunt̃ & epinyctides. Item cũ farina hordeacea uenter. In rheumatiſmo cũ oleo. Capitis doloribus. Cutem in capite ab oſſibus recedentẽ cauliculi decocti & cũ melle impoſiti comprimunt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Tosti aũt & cũ melle triti nomas ĩpurgant. Carbũculos rumpunt. Olei naturã cauſaſqꝫ abunde diximus. Ad medicinã ex olei generibus hæc ꝑtinent. Vtiliſſimũ eſt omphacium: ꝓxime uiride. Præterea ꝙ maxime recens: niſi cũ uetuſtiſſimum quærit̃: tenue: odoratũ: quodqꝫ non mordeat: e diuerſo ꝙ in cibos eligit̃. Omphaciũ ꝓdeſt gingiuis. Si contineat̃ in ore: dolorẽ dentium cuſtodit magis ꝙ aliud. Sudores cohibet. Oenanthino idem ẽ effectus q̃ roſaceo. Omni aũt oleo mollit̃ corpus: uigorẽ & robur accipit. Stomacho contrariũ. Auget ulcerꝝ incrementa. Fauces exaſperat. Et uenena omnia cohibet: hebetatqꝫ. Præcipue pſimyptii & gypſi ĩ aqua mulſa. Aut ficorꝝ ſiccarꝝ decoctũ potũ contra meconiũ. Ex aqua contra cantharidas buprestin ſalamandras pityocampas. Per ſe lotũ: redditũqꝫ uomitionib⁹. Contra omnia ſupracta laudatiſſimum: & laſſitudinũ ꝑfrictionũqꝫ refectio eſt. Tormina calidũ potũ cyathi. vi. magiſqꝫ ruta ſimul decocta pellit. Item uentris animalia. Soluit aluũ heminæ menſura cum uino & calida aqua potũ: aut ptiſanæ ſucco. Vulnerariis emplaſtris utile. Faciẽ purgat. Bubus infuſum ꝑ nares donec ructent: inflationem ſedat. Vetus aũt magis excalfacit corpora: magiſqꝫ diſcutit ſudoris. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorꝝ claritati cõfert aliqd cũ pari portione mellis ac opii. Capitis dolorib⁹ remediũ ẽ: itẽ ardorib⁹ in febri cũ aqua. Et ſi uetuſti non ſit occaſio: decoquit̃: ut uetuſtatẽ repreſentet. Oleum coccinũ bibit̃ ad purgationes uentris cũ pari caldæ menſura. Priuatim dicit̃ purgare præcordia. Prodeſt & articulorꝝ morbis: duritiis omnib⁹: uuluis: auribus: ambuſtis. Cũ cinere uero muricũ ſedis inflammationibus: item pſoræ. Colorem cutis commẽdat: capillũqꝫ fertili natura euocat. Semẽ ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex uua fiunt claritatis præcipue. Ex oleo lumen obſcurꝝ ꝑꝑ nimiam pinguedinẽ. Folia igni ſacro illinũt̃ ex aceto. Per ſe ãt recentia mammis & epiphoris. Eadem dcocta ĩ uino inflammationib⁹ cũ polenta & croco. Per ſe ãt triduo ĩpoſita faciem purgant. Oleum amygdalinũ purgat: mollit corpora: cutẽ erugat: nitorẽ commendat: uaros cũ melle tollit a facie. Prodeſt & aurib⁹ cũ roſaceo & melle & mali punici germine decoctum. Vermiculoſqꝫ in his necat: & grauitatẽ auditus diſcutit: ſonos incertos: & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorꝝ. Medet̃ furunculis: & a ſole uſtis cum cæra. Vlcera manantia & furfures cum uino expurgat: condylomata cũ meliloto. Per ſe uero capiti illitũ ſomnum allicit Oleũ ñ laurinũ utilius quo recentius: quoqꝫ uiridius colore. Vis eius excalfactoria: & ĩdo paralyticis: ſpaſticis: iſchiadicis: ſuggillatis: capitis dolorib⁹ inueteratis diſtillationibus auribus in calice punici calfactũ illinit̃. Similis & myrthei olei ratio: aſtringit: indurat: medet̃ gingiuis dentium dolori: dyſenteriæ: uuluæ exulceratæ: ueſicis: ulceribus uetuſtis uel manantibus cũ ſquamma æris & cæra. Item eruptionibus: ambuſtionib⁹. Attritas ſanat & furfures rhagadas

condylomata:articulos luxatos:odorem grauē corporis. Aduerſat̃ cātharidi bupreſti:aliiſꝗ malis medicamentis:quæ exulcerando nocēt. Chamemyrſinæ ſiue oxymyrſinæ eadē natura Cupreſſinum oleū eoſdem effectus habet quos myrteum:itē citreum. E nuce uero iuglandiū qđ caryinū appellauim⁹:alopeciis utile ē:& tarditati aurium infuſum:Item capitis doloribus illitū. Cæteꝝ iners & graue ſapore corpori. Enimuero ſi qd in nucleo putridi fuerit:totus modus depit. Ex gnidio grano factū uim habet quā coccinū. Ex lentiſco factū utiliſſimum acopo ē Idemꝗ ꝓficeret æque ut roſaceum:ni durius paulo intelligeret̃. V tunt̃ eo & cōtra nimios ſudores:papulaſꝗ ſudoꝝ. Scabiē iumentoꝝ efficaciſſime ſanat. Balaninū oleū repurgat uaros: furunculos:lentigines:gingiuas. Cypros qualis eēt:& quēadmodum ex ea fieret oleū:docuimus. Natura eius excalfacit:emollit neruos. Folia ſtomacho illinūt̃:& uuluæ concitatæ ſucc⁹ quoꝗ eoꝝ apponit̃. Folia recentia commanducata:ulceribus in capite manantib⁹. Itē oris medent̃ collectionib⁹ condylomatis. Decoctū folioꝝ ambuſtis & luxatis ꝓdeſt. Ipſa ruffant capillū tuſa:adiecto ſtrutei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat cū aceto illitus̃. Idē combuſtus in cruda olla nomas ſanat:& putreſcentia ulcera p ſe uel cū melle. Odor floris olet:q ſomnuꝫ facit. Aſtringit gleucinū & refrigerat eadem rōne qua & oenanthinū. Balſaminū lōge pretioſiſſimū omniū:ut in unguentis dixim⁹:contra omnes ſerpentes efficax:Oculoꝝ claritati plurimū confert:caliginē diſcutit. Item dyſponoeas collectiones omnes duritiaſꝗ lenit. Sanguinē denſari ꝓhibet:Vlcera purgat:aurib⁹:capitis doloribus:tremulis:ſpaticis ruptis perꝗ utile Aduerſat̃ aconito ex lacte potū. Febres cū horrore uenientes perunctis leuiores facit. V tendum tamē modice:qm̄ adurit:augetꝗ uitia nō ſeruato temperamento. Malobathri quoꝗ naturam & genera expoſuimus. V rinam cit. Oculoꝝ epiphoris uino expreſſum utiliſſime imponit̃. Item frontibus dormire uolentib⁹:Efficacius ſi & nares illinãt̃:aut ſi ex aqua bibãt̃. Oris halitus & ſuauitatē commendat linguæ ſubditum folium:ſicut & ueſtium odorem interpoſitū Hyoſcyaminū molliendo utilius ē:neruis inutile. Potū qdē cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit ꝓximū roſaceo effectū habēs. Narciſſinū dictū eſt cū ſuo flore. Rhaphaninū phthiriaſes longa ualitudine tollit. Scabritiaſꝗ cutis iu facie emendat. Seſaminū auriū doloꝛe ſanat:& ulceꝝ quæ ſerpunt:& quæ cacoethe uocant alcera. Lilinū qđ & phyllinum & ſyrium uocamim⁹:renib⁹ utiliſſimū eſt:ſudoribuſꝗ euocandis:uuluæ moliendæ:cōcoquendoꝗ int⁹ Selgiticū neruis utile eē dixim⁹:ſicut herbaceum quoꝗ:qđ eugubini circa flaminiam uiam uēdunt. Eleomeli qđ in ſyria ex ipſis oleis manare dixim⁹:ſapore melleo non ſine nauſea aluum emollit:bilem præcipue đtrahit:duob⁹ cyathis in hemina datis:q bibere torpeſcunt:excitanturꝗ crebro. Pugnatores certaturi præſumūt ex eo cyathum unū. Piceno oleo uſus ē paſſim ad quadrupedū ſcabiē. Eſt āt uitibus oleiſꝗ ꝓxima nobilitas palmis:inebriant recentes:capitis dolorē afferunt:min⁹ ſiccæ. Nec quantū uidet̃ utiles ſtomacho:tuſſim exaſperant:corp⁹ augent. Succū decoctaꝝ antiqui ꝓ hydromelite dabant ægris ad uires recreandas:ſitim ſedandam:in quē uſum præferebant thebaicas. Sanguinē quoꝗ excreantibus utiles:in cibo maxime. Illinunt̃ cariotæ ſtomacho:ueſicæ:uentri:inteſtinis̃. Cū cotoneis & cæra & croco ſuggillata emendant. Nuclei palmaꝝ cremati in fictili nouo cinere loto ſpodii uicē efficiunt:miſcenturꝗ collyriis:& calibleph ara faciunt addito nardo.

De myrobalano palma:& de palma elata — Capitulum.v.

PAlma quæ fert myrobalanum ꝓbatiſſima in ægypto. Oſſa nō habet reliquarum modo in balanis. Aluum & menſes cit in uino auſtero:& uulnera conglutinat. Palma elata ſiue ſtate medicinæ confert gramina folia corticem. Folia imponuntur præcordiis:ſtomacho:iocineri:ulcerib⁹ quæ ſerpunt cicatrici repugnantia. Fforas cortex eius tener cū reſina & cæra ſanat diebus.xx. Decoquit̃ & ad reſtium uitia. Capillū denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Dat̃ bibendus renum uitiis:& ueſicæ:& præcordioꝝ. Capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac uētris fluctionem ſiſtit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficaciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorum generum flore:foliis:fructu:ramis:cortice:ligno:ſucco:radice:cinere — Capitulum.vi.

PRoximæ uarietates geneꝝ medicinaꝝꝗ quæ mala habēt. Ex iis uerna acerba ſtomacho inutilia ſunt. Aluum ueſicam circunagunt. Neruos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamē dūtaxat matura ꝓſunt ſanguinem excreantibus:ac dyſentericis:cholericis:cæliacis. Non idem poſſunt đcocta:quoniam amittunt cōſtringētē illam uim ſucci Imponunt̃ & pectori in febris ardoribus:& tum decoquunt̃ in aqua cæleſti:ad eadē quæ ſuprascripta ſunt. Ad ſtomachi aūt dolores cruda đcocta ue cærati modo imponunt̃. Lanugo

&2

©BIUM

eoꝝ carbunculos ſanat: cocta in uino & illita cũ cæra. Alopeciis capillũ reddunt. Quæ ex iis
cruda in melle condiunt̃: aluum mouent. Mellis aũt ſuauitati multum adiiciunt: ſtomachoq; id
utilius faciunt. Quæ uero in melle condiunt̃ cocta: quidam ad ſtomachi uitia trita cũ roſaceo
foliis dcoctis dant ꝓ cibo. Succus crudoꝝ lyenibus: ortopnoicis: hydropicis ꝓdeſt. Itẽ mam/
mis condylomatis: uaricibus. Flos & uiridis & ſuccus inflammationibus oculoꝝ: excreationib⁹
ſanguinis: menſibus mulieꝝ. Fit & ſuccus ex iis mitis cũ uino dulci tuſus: utilis & cæliacis & io
cineri. Decocto quoq; eoꝝ fouent̃: ſi ꝓcidant uuluæ & interanea. Fit & oleum ex iis: qđ me/
linũ uocauimus quotiens nõ fuerint in humidis nata: Ideo utiliſſima quæ ex ſicilia ueniunt. Mi
nus utilia ſtruthia quanuis cognata. Radix eoꝝ circunſcripta terra manu ſiniſtra capit̃: ita ut q
facit dicat quæ capiat: & cuius cauſa. Sic adalligata ſtrumis medẽt̃. Melimela & reliqua dulcia
ſtomachum & uẽtrem ſoluunt: ſiticuloſa: æſtuoſa: ſed neruos nõ lædunt. Orbiculata ſiſtunt
aluũ: & uomitiones; & urinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia ſunt uernis acerbis: aluumq; ſiſtunt
Sane in hunc uſum immatura opus ſunt. Citrea contra uenenũ in uino bibunt̃: uel ipſa uel ſe/
men. Faciunt oris ſuauitatẽ dcocto eoꝝ colluto aũt ſucco expreſſo. Hoꝝ ſemẽ edendũ præci/
piunt in malitia pregnantibus. Ipſa uero contra infirmitatẽ ſtomachi: & nõ niſi ex aceto facilli/
me mandunt̃. Punici mali nouẽ genera nunc iterare ſuperuacuum. Ex iis dulcia: quæ apyrina
alio nomine appellauim⁹ ſtomacho inutilia habent̃: inflationes pariunt: dentes gingiuaſq; læ
dunt. Quæ uero ſapore maxime uinoſa dixim⁹: paruum nucleũ habentia: utiliora paulo intelli
gunt̃. Aluum ſiſtunt & ſtomachum dũtaxat pauca citraq; ſatietatem. Sed hæc minime danda
q̃q̃ omnino nulla in febri nec carne acinoꝝ utili nec ſucco. Cauent̃ æque uomitionib⁹: ac bi/
lem reiicientib⁹. Vuam in his ac ne muſtũ qdem: ſed ꝓtinus uinũ aperuit natura. Vtrunq; ue
ro aſperiore cortice: Hic acerb⁹ in magno uſu. Vulgus coria maxime pficere illo nouit: ob id
malicoriũ appellant medici. Vrinam cieri eodem monſtrant: mixtaq; galla in aceto dcocto mo
biles dentes ſtabilire. Expetit̃ in grauidaꝝ malatia: & qm̃ guſtatu moneat infantem. Diuidit̃
malũ: cæleſtiq; aqua madeſcit ternis fere dieb⁹. Hæc bibit̃ frigida cæliacis: & ſanguinẽ excre/
antibus. Ex acerbo fit medicamentũ: ſtomachice uocat̃: utiliſſimum oris uitiis: narium: auriũ:
oculoꝝ caligini: pterygiis: genitalib⁹: & iis quæ nomas uocant: & quæ in ulceribus excreſcũt
Contra leporem marinũ hoc modo acinis dtracto cortice tuſis mellis attici ſelibris. Alii hoc
modo faciunt. Punica acida multa tundunt̃. Succus in cacabo nouo coquit̃ mellis craſſitudine:
ad uirilitatis & ſedis uitia: & omnia quæ lycio curant̃: aures purulentas: epiphoras incipientes
rubras maculas. In manib⁹ rami punicoꝝ ſerpentes fugant. Cortici punici ex uino cocti & im/
poſiti perniones ſanant̃. Contuſum malũ ex trib⁹ heminis uini dcoctum ad heminam: tormina
& tineas pellit. Punicum in olla noua operculo indito in furno toſtum & contritum potũq; in
uino ſiſtit aluum: diſcutit tormina. Prim⁹ pomi huius partus florere incipientis cytinus uoca/
tur a græcis: mire obſeruationis multoꝝ experimento. Siquis unũ ex iis ſolutus uinculo omni
cinctus & calciatus: atq; etiam annuli dcerpſerit duobus digytis pollice & quarto ſiniſtræ ma/
nus: atq; ita luſtratis leui tactu oculis: mox in os additum dͦuorauerit ne dente contingat: affir
mat̃ nullam oculoꝝ imbecillitatem paſſurum eo anno. Idem cytini ſiccati tritiq; carnes excre/
ſcentes cohibent. Gingiuis & dentibus medent̃. Vel ſi mobiles ſint: dcocto ſucco. Ipſa corpu
ſcula trita ulcerib⁹ quæ ſerpunt putreſcunt ue: illinunt̃: Item coleꝝ inflammationi: inteſtino/
rumq;: & fere ad omnia quæ cortices maloꝝ. Aduerſat̃ ſcorpionibus. Non eſt ſatis mirari cu/
ram diligentiamq; priſcoꝝ: q omnia ſcrutati nihil intentatum reliquere. In hoc ipſo cytino flo/
ſculi ſunt: ante q̃ ſcilicet malũ ipſum prodeat: erumpentes: quos balauſtium uocari diximus.
Hos quoq; ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari. Siſtunt potu menſes fœminaꝝ:
ſanant oris ulcera: tonſillas: uuam: ſanguinis excreationes: uentris & ſtomachi ſolutiones: ge/
nitalia ulcera quacunq; in parte manantia. Siccauere etiã ut ſic quoq; experirentur. Inuene/
runtq; tuſoꝝ farina dyſentericos a morte reuocari. Aluum ſiſti. Quin & nucleos ipſos acinorũ
experiri non piguit. Toſti tuſiq; ſtomachũ iuuant. Cibo aut potione inſperſi bibunt̃ ex aqua
cæleſti ad ſiſtendum aluũ. Radix decocta ſuccum emittit: qui tineas necat uictoriati pondere.
Eadem diſcocta in aqua quas lycium præſtat utilitates. Eſt & ſilueſtre punicũ a ſimilitudine ap
pellatum. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex uino potæ ſomnos faciũt. Semine po
to aqua quæ ſubierit cutem ſiccat. Mali punici corticis fumo culices fugant̃.

De pyris & eorum obſeruationibus: & de
ficorum obſeruatione: & caprifico: & her/
meta: & alioꝝ generibus medicinæ Capitulũ. vii.

PYrorum omniũ cibis etiam ualentibus oneroſus: ægris quoq; uini modo negat̃. Decocta
ea tamen mire ſalubria & grata præcipue cruſtumina. Quæcunq; uero cũ melle dcocta ſto/
machum adiuuãt. Fiunt cataplaſmata e pyris ad diſcutienda corporꝝ uitia: & decocto ad duri/

©BIUM

tias utunt̃. Ipſa aduerſant̃ boletis atqꝫ fungis: pelluntqꝫ pondere & pugnante ſucco. Pyrum
ſilueſtre tardiſſime matureſcit. Concidit̃: ſuſpenſumqꝫ ſiccat̃ ad ſiſtendam aluum: qđ & deco-
ctũ eius potum præſtat. Decoquunt̃ & folia cum pomo ad eoſdem uſus. Pyrorum ligni cinis
contra fungos etiam nũc efficacius ꝓficit. Mala pyraqꝫ portatu utiqꝫ iumentis mire grauia ſunt
uel pauca: Remedio aiunt eſſe: ſi prius edenda dent̃ aliqua: aut oſtendant̃. Fici ſuccus lacteus
aceti naturam habet. Itaqꝫ coaguli modo lac contrahit. Excipit̃ ante maturitatem pomi: & in
umbra ſiccat̃ ad aperienda ulcera: cienda menſtrua appoſitus cũ luteo oui: aut potus cũ amylo
Podagris illinit̃. Cũ farina fœnogreci & aceto. Pilos quoqꝫ detrahit: palpebrarũqꝫ ſcabiẽ emẽ-
dat. Item lichenas & pſoras: aluum ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſat̃ crabronũ ueſparumqꝫ
& ſimilium uenenis: priuatim ſcorpionũ. Idem cũ axungia uerrucas tollit. Folia & quæ nõ ma-
turuere fici: ſtrumis illinunt̃: omnibusqꝫ quæ emollienda ſunt diſcutienda ue. Præſtant hæc
& per ſe folia. Et alii uſus eoꝝ tanquam in fricando lichene & alopeciis: & quæcunqꝫ exulcera-
ri opus ſit: & aduerſus canis morſus. Ramoꝝ teneri cauliculi cuti imponunt̃. Idem cum melle
ulcerib⁹ quæ cæria uocant̃: illinũt̃. Extrahũt infracta oſſa cũ papaueris foliis ſilueſtriſ. Canũ ra-
bioſoꝝ morſus folio trito ex aceto reſtingũt. E nigra ficu cãdidi cauliculi illinũt̃ furũculis: mu-
riſaranei morſib⁹ cũ cæra. Cinis eaꝝ e foliis grangrenis: cõlumendisqꝫ quæ excreſcũt. Fici ma-
turæ urinam ciunt: aluum ſoluũt: ſudorem mouent: papulaſqꝫ. Ob id autumno inſalubres: qm̃
ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcunt. Nec ſtomacho utiles. Sed ad breue tempus.
Et uoci contrariæ intelligunt̃. Nouiſſimæ ſalubriores ꝙ̃ primæ. Medicatæ uero nõnunquam
iuuenũ uires augent. Senibus meliorẽ ualitudinẽ faciũt: minusqꝫ rugaꝝ. Sitim ſedant. Calorẽ
refrigerant: Ob id nõ negandæ in febrib⁹ conſtrictis: quas ſtegenas uocant. Siccæ fici ſtoma-
chum lædunt. Gutturi & faucib⁹ magnifice utileſ. Natura iis excalfaciendi. Sitim afferunt. Al-
uum molliunt. Rheumatiſmis eius & ſtomacho contrariæ. Veſicæ ſemp utiles: & anhelatori-
bus: ac ſuſpirioſis: Item iocineꝝ: renũ: lyenum uitiiſ. Corp⁹ & uires adiuuant: ob id ante athle-
tæ hoc cibo paſcebant̃. Pythagoras exercitator primũ ad carnes eos tranſtulit. Recolligenti-
bus ſe a longa ualitudine utiliſſimæ: Item comitialib⁹ & hydropicis. Omnibusqꝫ quæ maturã-
da aut diſcutienda ſunt: imponunt̃: Efficacius calce aut nitro admixto. At coctæ cũ hyſopo pe-
ctus purgant: pituitam: tuſſim ueterem. Cũ uino aũt ad ſedem & tumorẽ maxillaꝝ & furuncu-
los: panos: parotidas decoctæ illinunt̃. Vtile & dcocto eaꝝ fouere fœminaſ. Decoctæ quoqꝫ
eædem cũ fœnogreco utiles ſunt pleureticis: & peripneumonicis. Cum ruta coctæ & omnib⁹
ꝓſunt tibiaꝝ ulcerib⁹. Cum æris flore & ſpaticis & pterygiis. Cũ punico malo ambuſtis: per-
nionibus. Cum cæra hydropicis coctæ in uino & cũ abſinthio & farina hordeacea nitro addi-
to. Aluũ ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſale tritæ illinunt̃. Carbunculos extra-
hunt in uino coctæ & impoſitæ. Carcinomati ſi ſine ulcere eſt: ꝙ̃ pinguiſſimam ficũ imponi:
pene ſingulare remediũ eſt: item phagedene. Cinis nõ ex alia arbore aciem purgat acrior: nõ
conglutinat: replet: aſtringit. Bibit̃ & ad diſcutiendum ſanguinem concretum: Item percuſſis
præcipitatiſ. Conuulſis ruptis cineris cyathis ſingulis aquæ & olei dat̃ tetanicis & ſpaticis. Itẽ
potus uel infuſus cæliacis: dyſentericis. Et ſi quis eo cũ oleo perungat̃: excalfacit. Item cũ cæ-
ra & roſaceo ſubactus ambuſtis cicatricẽ tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emen-
dat: dentiumqꝫ uitia crebro fricatu. Produnt etiam ſi quis inclinata arbore ſupino ore aliquem
nodum eius morſu abſtulerit nullo uidente: atque in aluta illigatum licio e collo ſuſpenderit:
ſtrumas & parotidas diſcutit. Cortex tritus cum oleo uentris ulcera ſanat. Crudæ groſſi
uerrucas thymo nitro farina additis tollunt. Spondiiqꝫ uicem exhibet fruticum a radice exe-
untium cinis. Bis toſtus adiecto pſimythio digeritur in paſtillos ad ulcera oculorum & ſcabri-
tiam. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minus habet. Surculo quoque eius lac
coagulatur in caſeo. Exceptum id coactumqꝫ in duritiam ſuauitem carnibus affert. Fricatur di-
luto ex aceto. Miſcet̃ exulceratoriis medicamentis. Aluum ſoluit: uuluam cum amylo aperit.
Pota menſes cit cum luteo oui. Podagris cum farina fœnogreci illinitur. Lepraſ: pſoras: liche-
nas: lentigines expurgat. Item uenenatorum ictus & canis morſus. Dentium quoque dolori
hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt: aut in cauis eorum addit⁹. Cauliculi & folia admixto eruo
contra marinorum uenena proſunt. Adiiciunt & uinum. Bibulas carnes additi caules magno li-
gni compendio percoquunt. Groſſi illitæ ſtrumas: & omnium collectionem emolliunt & di-
ſcutiunt: aliquatenus & folia. Quæ molliſſima ſunt ex iis cum aceto ulcera manantia & epiny-
ctidas & furfures ſanant. Cum melle item & foliis cæra ſanant & canis morſus. Recentes cũ
uino phadegenas. Cum papaueris foliis oſſa extrahunt. Groſſi caprifici inflammationes diſcu-
tiunt ſuffitu. Reſiſtunt & ſanguini taurino poto: & pſimythio & lacti coagulato potæ. Item
aqua decoctæ atque illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius ꝙ̃ minutiſſimæ ad ſcor-
pionum ictus e uino bibuntur. Lac quoque inſtillatur plagæ: & folia imponunt̃. Item aduerſus

muremaraneum. Caulicolorū cinis uuam faucium ſedat. Arboris ipſius cinis ex melle: rhaga/
dia. Radix deferuefacta in uino dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita
impetigines tollit. Illinuntur ramenta rami ſine cortice ꝗ̄ minutiſſima ad ſcobis modum. Ca/
prifico quoqꝫ medicinæ unius miraculum addit̄. Corticem eius impubeſcentem puer impubis
ſi defracto ramo dētrahat dentibus medullam ipſam adalligatam ante ſolis ortum prohibere
ſtrumas. Caprificus tauros ꝗ̄libet feroces collo eorum circundata in tantū rabidam naturam
compeſcit: ut immobiles præſtet. Herba quoqꝫ quam græci erin uocant: reddenda in loco ꝓ/
pter gentilitatem. Palmo alta eſt cauliculis quinis fere ocimi ſimilitudine: flos candidus: ſemē
nigrū: paruum: tritum cū melle attico oculoꝝ epiphoris medet̄. Manat lacte multo & dulci.
Herba per ſe utilis aurium dolori nitri exiguo addito. Folia reſiſtunt uenenis. Pruni folia de/
cocta tonſillis: gingiuis: uuæ proſunt in uino decocta: & ſubinde ore colluto. Ipſa pruna aluū
molliunt: ſtomacho nō utiliſſima: ſed breui momento. Vtiliora perſica ſuccusqꝫ eoꝝ etiam in
uino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis innocentior cibus. Nuſquam minꝰ odo/
ris. Succi plus: qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita hemorrhoiam ſiſtunt. Nuclei
perſicoꝝ cum aceto & oleo capitis doloribus illinunt̄. Silueſtrium quidem prunoꝝ baccæ: uel
e radice cortex in uino auſtero ſi decoquant̄ ita ut triens ex hemina ſuperſit: aluum & tormina
ſiſtunt. Satis ē ſingulis cyathos decocti ſumi. Et in iis & ſatiuis prunis ē limꝰ arborum: quem
græci lichen appellant: rhagadis & condylomatis mire utilis. Mora in ægypto & cypro ſui ge
neris (ut diximꝰ) largo ſucco abundant. Summo cortice deſquammato altiore plaga ſicca mi/
rabili natura. Succus aduerſat̄ uenenis ſerpentium. Prodeſt dyſentericis. Diſcutit panos om/
nes ꝑ collectiones. Vulnera conglutinat: capitis dolores ſedat: item aurium. Splenicis bibit̄.
Illinit̄ & contra perfrictiones. Celerrime teredinem ſentit. Nec apud nos ſucco uſus minor.
Aduerſat̄ aconito & araneis in uino potū. Aluum ſoluit. Pituitasqꝫ ac tineas & ſimilia uentris
animalia extrahit. Hoc idem præſtat & cortex tritus. Folia tingūt capillum cū fici nigræ & ui
tis cortice ſimul coctis in aqua cæleſti. Pomi ipſius ſuccus aluū ſoluit protinus. Ipſa poma ad
præſens ſtomacho utilia: refrigerant: ſitim faciūt. Si non ſuperueniat alius cibꝰ: intumeſcunt.
Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum: ueluti animalis alicuius in hac arbore obſeruandis miraculis
quæ in natura eius diximꝰ. Fit ex pomo panchreſtos ſtomachice: eadem arteriace appellata
hoc modo. Sextarii tres ſucci e pomo leui uapore ad craſſitudinem mellis redigunt̄. Poſt addi/
tur omphacii aridi pondo duodecim: aut myrrhæ undecim: croci. xi. Sed hæc ſimul mixta uel
trita miſcent̄ decocto. Neque eſt aliud oris arteriæ uuæ ſtomachi iucundius remedium. Fit
& alio modo. Succi ſextarii duo mellis attici decoquunt̄ ut ſupra dixim. Mira ſunt præterea:
quæ produnt̄. Mora germinatione prius ꝗ̄ in folia exeant: ſiniſtra decerpi iubent̄ futura po/
ma: rhicinos græci uocant. Hi terram ſi non attigere: ſanguinem ſiſtunt adalligati: ſiue ex uul
nere fluat: ſiue ore: ſiue naribꝰ: ſiue hemorrhoidis. Ad hoc ſeruant̄ repoſiti. Idem præſtare &
ramus dicit̄ luna plena defractus: incipiens fructū habere. Si terram non attigerit priuatim mu
lieribus alligatus lacerto contra abundantiam menſium. Hoc & quocūqꝫ tempore ab ipſis de/
cerptum ita ut terram non attingat: adalligatumqꝫ exiſtimant præſtare. Folia mori trita aut
arida decocta ſerpentium ictibus imponunt̄. Ad idemqꝫ potu proficit̄. Scorpionibus aduerſat̄
e radice corticis ſuccus ex uino aut poſca potus. Reddenda eſt antiquorum compoſitio: Succū
expreſſum pomi maturi immaturiqꝫ mixtum coquebant in uaſe æreo ad mellis craſſitudinem
Aliqui myrrha adiecta & cupreſſo prædaratum uas ſole torrebant: permiſcentes ſpata ter die
Hæc erat ſtomachice: quæ e uulnere ad cicatricem perducebat. Alia ratio ſuccum ſiccato ex/
primebant pomo multum ſapori obſoniorū conferente. In medicina uero contra nomas & pe/
ctoris pituitas: & ubicunqꝫ opus eſſet aſtringi uiſcera. Dentes quoqꝫ colluebant eo. Tertium
genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponunt̄ & per ſe folia. Ra
dix per meſſes inciſa ſuccum aptiſſimum dentium dolori collectionibusqꝫ & ſuppurationibꝰ ha
bet. Aluum purgat. Folia mori in urina madefacta pilum coriis detrahunt. Ceraſia aluū mol/
liunt: ſtomacho inutilia. Eadem ſiccata aluum ſiſtunt. Vrinam ciunt. Inuenio apd' auctores ſi
quis matutino roſcida deuoret cum ſuis nucleis: in tantum leuari aluum: ut pedes morbo libe/
rent̄. Meſpila exceptis ſetaniis: quæ malo ꝓpriorem uim habent: reliqua aſtringūt ſtomachū
ſiſtuntqꝫ aluū: Itē ſorba ſicca. Nam recentia ſtomacho & aluo citæ ꝓſunt.

De pineis & amygdalis: & nuce auellana:
& d̄ nuce iuglande: & piſtaciis: & caſtaneis:
& ſiliquis: cornu: & unedine & lauro Cap. viii.

NVces pineæ quæ reſinā habēt cōtuſæ leniter additis ī ſingulis ſextariis aquæ ad dimidiū
decoctæ ſanguinis excreationis medent̄: ita ut cyathi bini bibant̄ ex eo. Cortex e pino in
uino decoctus contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant: & acrimoniam ſtomachi

BIUM

roſioneſq; & contrarios humores conſiſtentes ibi: & infirmitatem uirilium roborant: renibus
& ueſicæ utiles. Fauces uidentur exaſperare & tuſſim. Bilem pellũt poti ex aqua: aut uino: aut
paſſo: aut balanorum decocto. Miſcẽt iis contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris
ſemẽ & ſuccus portulacæ. Item ad ueſicæ ulcera & renes: quoniam & urinam cient. Amygda-
læ amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit: coloremq; hylariorem facit. Nuces ipſæ
ſomnum faciunt & auiditatem. Vrinam & menſes ciunt. Capitis dolori illinunt: maximeq; in fe-
bri: ſi ab ebrietate in aceto & roſaceo ex aquæ ſextario: & ſanguinẽ ſiſtũt. Cum amylo & men-
ta lethargicis comitialibusq; ꝓſunt. Capite perunctο epinyctidas ſanant. E uino uetere ulce-
ra putreſcentia: Canũ morſus cũ melle. Et furfures ex facie ante fotu præparata. Item iocine-
ris & renũ dolores ex aqua potæ. Et ſæpe ex eligmate cum reſina terebinthina. Calculoſis &
difficili urinæ in paſſo: & ad purgãdam cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Proſunt elig-
matæ: iocineri: tuſſi & colo cum elelïſphaco modice addito. In melle ſumũt nucis auellanæ ma-
gnitudine. Aiunt quoq; quinis fere præſumptis ebrietatis non ſentiri potoreſ. Vulpeſq; ſi ede-
rint eas nec contingat e uicino aquam lambere: mori. Minus ualent in remediis dulces: & eæ
tamen purgant: & urinam ciunt. Recentes ſtomachum implent. Nucibus græcis cum abſin-
thii ſemine ex aceto ſumptis morbus regius ſanari dicitur. Item illitis per ſe uitia ſedis. Et pri-
uatim condylomata. Item tuſſi & ſanguinis reiectioni prodeſt. Nuces iuglandes græci a capi-
tis grauedine appellauere. Etenim arborum ipſarum foliorumq; uires in cerebrũ penetrant:
Hocq; minore momento: ſed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores. Siccæ
uinoſiores: & ſtomacho inutiles: difficiles concoctu: dolorem capitis inferentes. Tuſſientibus
inimicæ: & uomituris ieiunis. Aptæ tenaſmo ſolo: trahunt enim pituitam. Eædem præſump-
tæ uenena hebetant. Item anginam cum ruta & oleo. Item aduerſanẽ cepis: leniuntque earũ
ſaporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo: Item ruta mammis & luxa-
tis. Cum cepa autem & ſale & melle canis hominisq; morſui. Putamine nucis iuglandis dens
cauus inuritur. Putamen combuſtum tritumq; in oleo aut uino infantium perunctο nutrit ca-
pillum: & ad alopecias eo ſic utuntur. Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius tineas pellit.
Et quæ peruereres ſunt nuces grangrenis & carbunculis medentur: Item ſuggillatis. Cortex
iuglandium lichenum uit o & dyſentericis prodeſt. Folia trita cum aceto aurium dolori. In ſan-
ctariis Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſi⁹
manu compoſitionem antidoti e duabus nucibus ſiccis: Item ficis totidem: & rutæ foliis uigin-
ti ſimul tritis: addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat: nullum uenenum nociturum illo die
Contra rabioſi quoque canis morſus, nuclei a ieiuno homine commanducati illitique præſenti
remedio eſſe dicuntur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt: & inflammationem ſtomachi
& pinguedini corporis conferunt pluſquam ſit uëriſimile. Toſtæ & diſtillationi medentur.
Tuſſi quoque ueteri tritæ & in aqua mulſa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis. Alii e paſ-
ſo bibunt. Piſtacia eoſdem uſus & effectus habent: quos pinei nuclei: præterquam ad ſerpen-
tium ictus: ſiue edantur: ſiue bibantur. Caſtaneæ uehementer ſiſtunt ſtomachi & uentris flu-
ctiones. Aluum ciunt. Sanguinem excreantibus proſunt. Carnes alunt. Siliquæ recentes ſto-
macho inutileſ. Aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt: ſtomachoque utiliores fiunt. Vrinam
ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternis in aqua ſextariis decoquunt. Quidam ad dimidium:
eumque ſuccum bibunt. Sudor uirgæ cornu arboris lamina ferrea cadente exceptus: non con-
tingente ligno illitaque inde ferrugo incipientes lichenas ſanat. Arbutus ſiue unedo fructum
fert difficilem concoctioni: & ſtomacho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet: & fo-
liis: & cortice: & baccis. Itaq; decoctum ex iis maxime e foliis prodeſſe uuluis & ueſicis conue-
nit. Illita uero ueſparum crabronumque & apium. Item ſerpentium uenenis reſiſtunt: maxi-
me ſepis dipſadis & uiperæ. Proſunt & menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta
autem quæ tenera ſunt trita inflactiones oculorum cum ruta: teſtium cum roſaceo: capitis do-
lores: aut cum irino. Quin manducata atque deuorata per triduum terna: liberant a tuſſi. Ea-
dem proſunt ſuſpiriis trita cum melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipã radix calculos rũ-
pit: iocineri prodeſt: tribus obolis in uino odorato pota. Folia pota uomitiones mouent. Bac-
cæ menſes trahunt appoſitæ tritæ uel potæ. Tuſſim ueterem & orthopnoeam ſanant binæ
detracto cortice in uino potæ. Si & febris ſit: ex aqua: aut eligmate ex aqua mulſa: aut ex paſ-
ſo decoctæ. Proſunt & phthiſicis eodem modo & omnibus thoracis rheumatiſmis. Nam & ex
coquunt pituitam: & extrahunt. Ad uerſus ſcorpiones quaternæ ex uino bibuntur. Epinycti-
das ex oleo illitæ & lentigines. Et ulcera manantia: & ulcera oris: & furfures. Cutis prurigi-
nem ſuccus baccæ emendat & phthiriaſin. Aurium dolori & grauitati inſtillatur cum uino ue-
tere & roſaceo. Perunctos eo fugiunt uenenata omnia. Prodeſt & contra uenenatorum ictus
potus. Maxime autem eius laurus: quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum uino ſerpentibus &

©BIUM

ſcorpionibus & araneis reſiſtunt. Ex oleo & aceto illinuntur & lyeni & ocineri. Gangrenis cũ melle: & in fatigatione etiam aut perfrictione ſucco eo perungi nitro adiecto prodeſt. Sũt qui celeritati partus multum conferre putent radice acetabuli menſura pota in aqua. Efficaciꝰ recentem q̃ aridam. Quidam aduerſus ſcorpionum ictus decem baccas dari iubent potui. Itẽ & in remedio uuæ iacentis quadrantem pondo baccarum foliorum ue decoqui in aqua ſextariis tribus ad tertias: eamque calidam gargarizare: & in capitis dolore impari numero baccas cum oleo conterere & calfacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaque ſubinde peſtilentiæ contagia prohibent: tanto magis ſi & urantur. Oleum ex delphica ad cærata acopumque ad perfrictiones diſcutiendas: neruos laxandos: lateris dolores: febreſq; frigidas utile eſt. Item ad aurium dolorem: in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibent gargarizatione: pota alui doloreſ: inteſtinorumq;. Tenerrima ex iis trita in uino papulas prurituſq; illita noctibus proxime ualent. Inter cætera lauri genera. Laurus alexandrina ſiue idæa partus celeres facit radice pota trium denariorum põdere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit: menſesque eodem modo pota. Daphnoides ſiue iis nominibus quæ diximꝰ ſilueſtris laurꝰ prodeſt: aluũ ſoluit: recenti folio uel arido drachmis tribus cũ ſale & hydromelite mãducata. Pituitas extrahit folium & uomitus: ſtomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæ ue purgationis cauſa ſumunt.

## De myrto ſatiua & myrtidano: & de myrto ſilueſtri — Capitulum. ix.

m Yrtus ſatiua candida minus utilis eſt medicinæ q̃ nigra. Semen eius medetur ſanguinem excreantibus. Item contra fungos in uino potum. Odorem oris commendat uel pridie commanducatum. Item apud Menandrum ſynariſtuſin hoc edunt. Datur & dyſentericis denarii pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat cum uino ſubferuefactum Imponitur lippitudini cum polenta. Et cardiacis in mamma ſiniſtra. Et contra ſcorpionis ictus in mero: & ad ueſicæ uitia. Capitis dolores & ægilopas: ante q̃ ſuppurent: Item tumoribus. Exemptiſq; nucleis in uino uetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus ſeminis aluum ſiſtit. Vrinas cit. Ad eruptiones puſtularum pituitæque cum cærato illinitur: & contra phalangias Capillum denigrat. Lenius ſucco oleum eſt ex eadem myrto & uinum: quo nunquam inebriantur. Inueteratumque ſiſtit aluum & ſtomachum: tormina ſanat: faſtidium abigit. Foliorũ arentium farina ſudores cohibet inſperſa: uel in febri. Vtilis & cæliacis: & procidentiæ uuluarum: ſedis uitiis: ulceribus manantibꝰ igni ſacro fotu: capillis fluentibus: furfuribus: Itẽ aliis eruptionibus: ambuſtis. Additur quoque in medicamento: quod alephas uocant: eadem de cauſa qua oleum ex iis efficaciſſimum ad ea quæ in humore ſunt: tanquam in ore & uulua. Folia ipſa fungis aduerſantur trita ex uino: cum cæra uero articularibus & collectionibus. Eadem in uino decocta dyſentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farina quæ inſpergitur ulceribus: aut hemorrhoiæ. Purgant et lentigines pterygia et paronychia: et epinyctida: condylomata: teſtes: tetra ulcera: Item ambuſta cum cærato. Ad aures purulentas et foliis crematis utuntur et ſucco decocto. Comburuntur et in antidota. Item cauliculi flore decerpti in nouo fictili operto cremati in furno: dein triti ex uino: et ambuſtis foliorũ cinis medetur. Inguen ne intumeſcat ex ulcere: ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecum nec ferro nec terra contactum. Myrtidanum diximus quomodo fieret. Vuluæ prodeſt appoſitum fotu: et illitu: Multo efficacius et cortice et folio et ſemine. Exprimitur et foliis ſuccus molliſſimis in pila tuſis adfuſo paulatim uino auſtero. Alias aqua cæleſti: atque etiam expreſſo utuntur ad oris ſediſq; ulcera uuluæ: & uẽtris. Capillorum nigritiam malarum perfuſiones purgationes lentiginũ: et ubi conſtringendum aliquid eſt. Myrtus ſilueſtris: ſiue oxymirſine: ſiue camemyrſine baccis rubentibus et breuitate a ſatiua diſtat. Radix eius in honore eſt: decocta uino ad renum dolores pota. Et difficili urinæ: præcipueque craſſæ et grauiter olenti. Morbo regio et uuluarum purgationi trita cum uino. Cauliculi quoque incipientes aſparagorum modo ĩ cibo ſumpti: & in cinere cocti. Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit. Item in aceto & roſaceo tritum capitis dolores ſedat: & potum morbum regium. Caſtor oxymirſinem myrti foliis acutis: ex aqua fiunt ruri ſcopæ: ruſcum uocauit: ad eoſdem uſus. Et hactenus habent ſe medicinæ urbanarũ arborũ. Transeamꝰ ad ſilueſtres.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER.XXIIII.
## PROHEMIVM.

Medicinæ ex arboribus ſilueſtribus. Ca.i.

DESILVAE QVIDEM HORRIDIORQVE NATVræ facies medicinis carent: ſacra illa parente rerꝫ oīm nuſq̃ꝫ nō remedia diſponēte hoī ut medicina fieret etiā ſolitudo ipſa: ſed ad ſingula illius diſcordiæ atqꝫ cōcordiæ miraculis occurſātibꝰ. Quercus & olea tam pertinaci odio diſcident: ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriātur. Quercus uero & iuxta nucem iu glandē. Pernicialia & braſſicæ cū uite odia. Ipſūqꝫ olus quo uitiſ fugatur aduerſum cyclamino & origano areſcit. Quin & ānoſas iam & quæ ſternātur arbores: difficilius cædi: ac celerius inareſcere tradūt: ſi prius manu q̃ꝫ ferro attingātur. Pomorꝫ onera a iumētis ſtatim ſētiri: ac niſi prius oſtēdātur iis: q̃ꝫuis pauca portent: ſudare illico. Ferulæ aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo: cæteris uero iumētis præſentaneo ueneno. Qua de cā id animal Libero patri aſſignatur: cui & ferula. Surdis etiā rerꝫ ſua cuiqꝫ ſunt uenena: ac minimis quoqꝫ. Phyllyra coci & poline nimiū ſalē cibis eximunt. Prædulciū faſtidium ſal tēperat. Nitroſæ aut amaræ aquæ polēta addita mitigātur: ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cā & in ſaccos uinarios additur polēta. Similis uis rhodiæ cretæ & argillæ noſtrati cōcordia ualentium. Pix oleo extrahitur: quādo utrūqꝫ pinguis naturæ eſt. Oleū ſolum calci miſcetur quādo utrūqꝫ aquas odit. Gūmi aceto facilius eluit̄. Atramentum aqua. Innumera præterea alia: quæ ſuis locis dicēt̄ aſſidue. Hinc nata medicina. Hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo: inuētu facilia ac ſiñ impēdio: ex q̄bus uiuimus. Poſtea fraudas hoīum & ingeniorꝫ capturæ officinas inuenere iſtas: in q̄bus ſua cuiqꝫ hoī uenaliſ ꝑmittitur uita. Statim cōpoſitiones & mixturæ inexplicabiles decātantur. Arabia atqꝫ india in medio æſtimant̄. Vlcerique puo medicina a rubro mari iputat̄: cū remedia uera quottidie pauperrimus q̄ſque cœnet: Nam ſi ex horto aut petatur hærba: uel frutex quæratur: nulla artium uilior fiet. Ita eſt ꝑfecto: magnitudo populi romani perdidit ritus: uincēdoque uicti ſumus. Paremus externis. Et una artium imperatoribus quoque īperat. Verꝫ de his alias plura. Lotō hærbam: itemque ægyptiam eodem noīe: alias & ſyrticā arborem diximus ſuis locis.

¶ Lothos. Ca.ii.

HAec lothos quæ faba græca appellatur a noſtris aluum bacciſ ſiſtit. Ramēta ligni decocta in uino proſūt dyſentericis: mēſtruis: uertigini: comitialibus. Cohibēt & capillū. Mirꝫ his ramētis nihil eſſe amarius: fructuqꝫ dulcius. Fit & e ſcobe eius medicamētum: ex aqua myrti decocta ſubacta & diuiſa ī paſtillos: dyſētericis utiliſſimū pōdere uictoriati cū aquæ cyathis tribꝰ.

¶ Glans. Ca. iii.

GLans intrita duricias quas cacoethe uocant cum ſalſa axungia ſanat: uehemētioreſqꝫ lichenas. In omibus cortex ipſe: corticiqꝫ tunica ſubiecta. Hæc decocta iuuat iliacos. Dyſentericis etiam illinitur: uel ipſa glans. Eadēqꝫ reſiſtit ſerpētium ictibus: rheumatiſmis: ſupputationibus. Folia & baccæ uel cortex uel ſuccus decocti proſunt cōtra toxica. Cortex illinit̄ decoctus lacte uaccino ſerpentis plagæ. Datur & ex uino dyſentericis. Eadem & ilici uis.

¶ De coco ilicis & galla & uiſco pilulis glande: de cerri radice & ſubere. Ca.iiii.

COcum ilicis uulneribus ex aceto recētibus imponitur. Epiphoris ex aqua. Et oculis ſuffoſiſ ſanguine inſtillatur. Eſt aūt genus ex eo in attica fere & aſia naſcēs: celerrime in uermiculū ſe mutans: quod ideo ſcoletylō uocant: improbāqꝫ. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora genera gallæ fecimus: ſolidā: ꝑforatam. Itē albā: nigrā: maiorem: minorē. Vis oīum ſimilis. Optima comagena. Excreſcētia in corpore tollit: Proſunt gingiuis uuæ: Oris exulcerationi Crematæ & in uino extinctæ cœliacis. Dyſentericis illinuntur. Paronychiis ex melle: & unguibus ſcabris: pterygiis: ulceribus manātibus cōdylomatis: uulneribus: quæ phagedenica uocantur. In uino aūt decoctæ auribus inſtillātur: oculis illinuntur. Aduerſus eruptiones & panos cū aceto. Nucleus cōmāducatus dentium dolorem ſedat. Itē intertrigines: & ambuſta. Immaturæ ex iis ex aceto potæ lyenē cōſumūt. Eædem crematæ & aceto ſallo extinctæ mēſes ſiſtūt: uuluaſqꝫ ꝓcidentes. Potu omēs capillos denigrāt. Viſcū e robore præcipuū dixímuſ haberi: & quo conficeretur mō. Quidā in aqua cōtuſum decoquūt: donec nihil inatet. Quidam cōmāducātes acinos expuūt cortices. Optimū eſt: quod ſine cortice eſt: quodqꝫ leuiſſimū: extra fuluum: intus porraceū: quo nihil eſt glutinoſius: emollit: diſcutit: humores ſiccat. Strumas cū reſina & cæra panos mitigat oīs generis. Quidā & galbanū adiiciunt pari pōdere ſingulorꝫ: eoqꝫ mō & ad uulnera utuntur. Vnguium ſcabricias expellit: ſi ſeptenis diebus ſoluantur: nitroqꝫ colluāt̄. Quidā



Historiae naturalis - page 352 sur 530

©BIUM

ad religionem efficacius fieri putant prima luna collectũ e robore ſine ferro. Si terrã non attige/
rit comitialibus mederi. Cõceptum fœminarꝝ adiuuare: ſi omio ſecũ habeãt. Vlcera cõmanduca
tu impoſituq; efficaciſſime ſanari. Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo replent. Cer/
ri folia & cortex & glans ſiccat collectiones ſuppurationeſq;: fluitiones ſiſtit. Torpẽtes mẽbro/
rum partes corroborat decoctũ eius fotu. Cui & inſidere expedit ſiccãdis aſtringendiſue ptib⁹.
Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus. Suberis cortex tritus ex aqua calida & potus ſanguinẽ flu
entẽ ex utralibet parte ſiſtit. Eiuſdẽ cinis ex uino calido ſanguinẽ excreãtibus magnope laudat:

De fago & cupreſſo: & cædro magna: & de cædride: galbano. Ca. v.

Fagi folia mãducantur in gingiuarꝝ labiorꝝq; uitiis. Calculis glãdis fagineæ cinis illinitur.
Item cũ melle alopecus. Cupreſſi folia trita ſerpẽtium ictibus imponũtur: & capiti cũ polẽ
ta ſi a ſole doleat. Item ramici. Qua de cã & bibũtur. Teſtiũ quoq; tumori cũ cærato illinũtur.
Capillũ denigrant ex aceto: Eadem trita cũ duabus partibus panis mollis & e uino amineo ſubac
ta pedum ac neruorꝝ dolores ſanãt. Pilulæ aduerſus ſerpẽtium ictus bibũtur. Aut ſi eiciatur ſã
guis collectionibus illinũtur. Ramici quoq; teneræ tuſæ cũ axungia & lomẽto proſũt. Bibunt
ex eadem cã. Parotidi & ſtrumæ cũ farina imponũtur. Exprimitur ſuccus tuſis cũ ſemine: q̃ mix
to oleo caliginem oculorꝝ aufert. Itẽ uictoriati põdere in uino potus illituſq; cũ fico ſicca pingui
exẽptis granis uitia teſtiũ ſanat. Tumores diſcutit: & cũ fermento ſtrumas. Radix cũ foliis trita
pota ȝ ueſicæ & ſtrãguriæ medetur: & cõtra phalãgias. Rameta pota mẽſes ciunt. Scorpionũ
ictibus aduerſantur. Cædrus magna quã cædrelaten uocãt dat picem: quæ cædria uocatur den
tium doloribus utiliſſimam. Frãgit enim eos: & extrahit: dolores ſedat. Cædri ſuccus ex ea quõ
fieret diximus. Magni ad lumina uſus: ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta
cõſeruat. Viuẽtia corrũpit mira differẽtia: cũ uitam auferat ſpirãtibus: defũctiſq; ꝓ uita ſit. Ve
ſtes quoq; corrumpit: & aĩalia necat. Ob hoc nõ cenſeam in anginis hoc remedio utẽdum: neq;
in cruditatibus: quod ſuaſere aliqui. Guſtu dentes quoq; colluere ex aceto in dolore timuerim:
uel grauitati aut uermibus auriũ inſtillare. Portẽtum eſt quod tradũt: abortiuum fieri in uenere
ante perfuſa uirilitate. Phthiriaſes perungere eo nõ dubitauerim: itẽq; prurigines. Suadent &
cõtra uenenum leporis marini bibere in paſſo. Facilius in elephãtia: ſi illinãtur & ulcera ſordida
& excreſcẽtia in iis. Auctores quidã & oculorꝝ albugines caligineſq; inunxere eo. Et cõtra pul/
monis ulcera cyathũ eius ſorbere iuſſerũt. Itẽ aduerſus tineas. Fit & ex ea oleum: quod piſſeleõ
uocant: uehemẽtiores ad omĩa eadem uſus. Cædri ſcobe ſerpẽtes fugari certum ẽ. Item baccis
tritis cũm oleo ſi qui pungantur. Cædrides hoc eſt frutices cædri tuſſim ſanant: urinã ciunt: al/
uum ſiſtunt: utiles ruptis: cõuulſis: ſpaſticis: ſtranguriæ: uuluis admoti. Cõtra lepores marinos
eadem quæ collectionibus ſupra iſlãmationibuſq;. De galbano diximus neq; humidum neq; ari
dum probatur: ſed quale docuimus. Per ſe bibitur ad tuſſim ueterem: ſuſpiria rupta cõuulſa. Im
ponitur iſchiadicis: lateris doloribus: panis: furunculis: corpori ab oſſibus accedenti. Strumis:
articulorꝝ nodis: dentium quo doloribus. Illinitur & cum melle capitis ulceribus. Purulẽtis iſũ/
ditur auribus cum roſaceo aut nardo. Odore comitialibus ſubuenit: & uuluæ in ſtrangulatu: &
ſtomachi defectu. Abortus nõ exeũtes trahit appoſitu uel ſuffitu. Item rãis hellebori circũlitũ
at ȝ ſubiectum. Serpẽtes nidore urentium fugari diximus. Fugiunt & punctos galbano. Mede
tur & a ſcorpione percuſſis. Bibitur & in difficili partu fauæ magnitudine ĩ uini cyatho: uuluaſq;
cõuerſas corrigit. In myrrha ãt & in uino mortuos partus extrahit. Aduerſat & uenenis maxĩe
toxicis cũ myrrha & uino. Serpẽtes oleo & ſpõdylio mixto tactu necat. nocer urinæ exiſtimat.

De hãmoniaco & ſtyrace: & ſpõdylio: & ſphano: & terebintho: & cha
mepite: et pityuſa: et reſinis: et picea: et lentiſco. Ca. vi.

Similis hãmoniaci natura atq; lachrymæ probãdæ ut diximus mollit: calefacit: diſcutit: diſ
ſoluit. Claritati uiſus in collyriis cõuenit. Pruritum: cicatrices: albugines oculorꝝ tollit. Dẽ
tium dolores ſedat: efficacius accẽſum. Prodeſt diſpnoicis: pleureticis: pulmonibus: ueſicis: uri/
næ cruentæ: lyeni: iſchiaticis potum. Sic et aluum ſoluit. Articulis et podagræ cum pari põde/
re picis aut cæræ & roſaceo coctum. Maturat panos: extrahit clauos cum melle. Sic & duricias
emollit. Lyeni cum aceto & cæra cypria uel roſaceo efficaciſſime imponitur. Laſſitudines pungi
cum aceto & oleo exiguoq; nitro utile. Et ſtyracis natura in peregrinis arboribus diximus. Pla/
cet præter illa quæ diximus: maxime pinguis: purus: albicãtibus fragmẽtis. Medetur tuſſi: fau
cibus: pectoris uitiis: uuluæ præcluſæ duricia ue laborãti. Cit mẽſes potu: appoſituq; aluũ mol
lit. Inuenio potu modico triſticiã animi reſolui: largiore cõtrahi. Sonitus auriũ emendat infuſu:
ſtrumas illitu neruorꝝq; nodos. Aduerſatur uenenis: quæ frigore nocent: ideo et cicutæ. Spon
dylion una demõſtratum. Infunditur capitibus phreneticorꝝ: et lethargicorꝝ. Itẽ capitis dolori/
bus lõgis. Cum uetere oleo bibitur et in iocinerꝝ uitiis: morbo regio: comitialibus: orthopnoi/
cis: uuluarꝝ ſtrãgulatione: quibus & ſuffitu prodeſt. Aluum mollit. Illinitur ulceribus ſerpenti/
bus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed ſuccus cũ exprimitur: integen/

BIUM

di s eſt: quoniã mire appetitur a muſcis & ſimilibus. Radix deraſa & in fiſtulas cõtecta callũ eaꝝ derodit. Auribus quoq; inſtillatur cũ ſucco. Datur & ipſa cõtra morbum regiũ: ut in iocineris uitio & uuluaꝝ. Capillos criſpos facit peruncto capite. Sphagnos ſiue ſphacos ſiue bryon: & ĩ gallia (ut indicauimus naſcitur uuluis inſidentium utilis. Itẽ genibus & fœminum tumoribus mixtus naſtortio & aqua ſalſa tritus. Cũ uino aut reſina ſuccus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cũ uino & iunipero tritus & potus. Terebinthi folia & radix collectionibus imponuntur. Decoctũ eoꝝ ſtomachũ firmat. Semẽ in capitis dolore bibit̃ in uino: & cõtra difficultatẽ urinæ. Ventrẽ leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ & laricis folia trita & decocta in aceto dẽtium dolori ꝓſunt. Cinis corticũ intertrigini & ambuſtis. Potus aluum ſiſtit. Vrinã mouet. Suffitu uuluas corrigit. Piceæ folia priuatim & iocineri utilia ſunt drachme põdere in aqua mulſa pota. Siluas eas dũtaxat quæ picis reſinæq; gratia radũtur utiliſſimas eſſe phthiſicis: aut qui longa ægritudine nõ recolligunt uires ſatis cõſtat. Et illũ cæli aera plus ita q̃ nauigationẽ ægyptiam ꝓficere plus q̃ lactis hærbidos per mõtiũ æſtiua potus. Chamepitis latine a iuga appellat̃: diciturq; propter abortus ab aliis rhus terræ. Cubitalibus ramis: flore pinus & odor̃. Altera breuior & incuruæ similis Tertia eodem odor̃: & ideo noie quoq; paruula collicula craſſitudie digytali: foliis ſcabris: exilibus: albis: in petris naſcẽs. Omẽs hærbæ: ſed ꝓpter cognationẽ nois nõ differẽdæ. Proſũt aduerſus ſcorpionũ ictus. Itẽ iocineri illitæ cũ palmis aut cotoneis. Renibus & ueſicæ decoctũ eaꝝ cũ farina hordeacea. Morbo quoq; regio & urinæ dificultatibus ex aqua decoctæ bibũt̃. Nouiſſima cõtra ſerpẽtes ualet cũ melle. Sic & appoſita uuluas purgat. Sanguinem dẽſatum extrahit pota. Sudores facit punctis ea. Peculiariter renibus utilis eſt. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ cũ ficu aluum trahẽtes. Lũboꝝ quoq; dolorẽ uictoriati pondere in uino finit: & tuſſim recẽtem. Mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere ꝓtinus dicitur. Cũ honore & pityuſa simili de cã dicet̃: quã qdam in tity mali genere numerãt. Frutex eſt ſimilis piceæ flor̃ paruo purpureo. Bilẽ & pituitam per aluum detrahit. Radix decocti hemina aut ſeminis lingua in balanis. Folia in aceto decocta furfures cutis emẽdant. Mãmas quoq; mixto rutæ decocto & tormina: & ſerpẽtiũ ictus: & in totũ collectiones incipiẽtes. Reſinã e ſupradictis arboribus gigni docuimus: & genera eius & nationes in rõne uini ac poſtea in arboribus. Cuius ſũmæ ſpecies duæ: ſicca & liquida. Sicca quæ e pinu & picea fit. Liquida e terebintho: larice: lentiſco: cupſſo. Nã & eæ ferunt in aſia & ſyria. Fallũtur q eãdem putãt eſſe e picea atq; larice. Picea eni pinguẽ & ſuccoſam fũdit. Larix gracilem ac mellei liquoris uirus redolentẽ. Medici liquida raro utũtur & in ouo fere: Larice ꝓpter tuſſim ulceraq; uisceꝝ. Nec pinea magnope in uſu. Cæteris nõ niſi coctis. Et coquẽdi genera ſatis demõſtrauimus. In arboꝝ differentia placet terebithina odoratiſſima atq; leuiſſima nationum cypria. & ſyriaca utraq; mellis attici colore. Sed cypria carnoſior: ſicciorq;. In ſicco genere quærũt ut ſit cãdida: pura: perlucida. In omi aũt ut mõtana potius q̃ cãpeſtris. Itẽ aquilonia q̃ ab alio uento. Reſoluitur reſina ad uulneꝝ uſus & malagmata oleo in potiones amygdalis amaris. Natura in medendo cõtrahere uulnera: purgare: diſcutere collectiones: item pectoris uitia. Terebinthina illinitur & eadem callida mẽbroꝝ doloribus ſpaſticiſq; illinitur in ſole: totiſq; corporibus. Mãgonum maxime cura ad gracilitatem emẽdãdam: ſpatiis ita laxantium cutẽ per ſingula mẽbra: capacioraq; ciboꝝ facienda corpora. Proximũ locũ optinet e lentiſco. Ineſt ei uis aſtringendi. Mouet & ante cæteras urinã. Reliquæ uentrẽ emolliũt. Cruda cõcoquũt. Tuſſim ueterem ſedant. Vuluæ onera extrahũt etiã ſuffitæ. Priuatim aduerſãtur uiſco. Panos & ſimilia cũ ſeuo taurino & melle ſanant. Palpebras lentiſcina cõmodiſſime replicat. Factis quoque utiliſſima: & auribus purulẽtis: item in pruritu genitalium. Pinea capitis uulneribus optime medet̃.

De pice ſpiſſa & liqda: & palimpiſſa: & piſſaſphalcos: & zopiſſa: & tæda: & lẽtiſco. Ca. vii.

P Ix quoq; unde & quibus cõficeretur mõis indicauimus. Et eius duo genera. Spiſſũ liqdũq;. Spiſſaꝝ utiliſſima medicinæ eſt brutia: quoniã pinguiſſima & reſinoſiſſima utraſq; præbet utilitates. Ob id magis rutila q̃ cæteræ. Id enim quod ĩ hoc adiciũt ex maſcula arbore meliorem eſſe: nõ arbitror poſſe intelligi. Picis natura ex calfacit: explet. Aduerſatur priuatim ceraſtæ morſibus cũ polenta. Item anguinæ cũ melle. Diſtillationibus & ſternutamentis. Pituitis aurium infũditur cũ roſaceo. Illinitur cũ cæra. Sanat lichenas. Aluum ſoluit: Excreationes pectoris adiuuat eligmate aut illita. Tõſillis cũ melle. Sic & ulcera purgat. Explet cum uua paſſa & axungia. Carbũculos purgat: & putreſcẽtia ulcera. Quæ uero ſerpũt cum pineo cortice aut ſulphure. Phthiſicis etiã cyathi mẽſura quidã dederũt: & cõtra ueterem tuſſim. Rhagadas ſedis & pedum: panoſq; & ungues ſcabros emẽdat. Vuluæ duritias & cõuerſiones odore. Itẽ lethargicos: ſtrumas. Item cũ farina hordeacea & pueri impubis urina decocta ad ſuppurationẽ ꝑducit. Et ad alopecias ſicca pice utuntur. Ad mulieꝝ mãmas brutia ex uino ſubferuefacta cum poline farraceo q̃ calidiſſimis impoſitis. Liquida pix oleũq; quod piſſeleon uocãt queãdmodũ fieret diximus. Quidam iteꝝ decoquũt: & uocãt palimpiſſa. Liquida anginæ pungũtur intuſ & uua. Ad



Historiae naturalis - page 354 sur 530

©BIUM

auriũ dolores:claritatem oculoꝝ:oris circũlitiones ſuſpirioſas:uuluas:tuſſim ueterem.Et cre/
bras excreationes pectoris:ſpaſmos:tremores:opiſthotonos:paralyſes:neruoꝝ dolores præ
ſtantiſſimũ.Ad canũ & iumentoꝝ ſcabiem.Eſt & piſſaſphaltos mixta bitumini pice:naturaliter
ex apolloniataꝝ agro.Quidam ãt ipſi miſcẽt præcipuũ ad ſcabiem pecoꝝ remediũ.Aut ſi fœ/
tus mammas læſerit.Maturꝝ optimũ ex eo qđ cũ feruet:innatat.Zopiſſam eradi nauib⁹ dixi/
mus cæra marino ſale macerata.Optima hæc a tyrocinio nauiũ.Addit̃ ãt in malagmata ad di/
ſcutiendas collectiones.Tædæ decoctæ in aceto dentium dolores efficaciter colluũt.Lentiſci
& arbores & ſemẽ & cortex & lachryma urinam ciunt:aluũ ſiſtunt.Decoctũ eoꝝ ulcerib⁹ quæ
ſerpunt fotu.Illinit̃ in humidis & igni ſacro:gingiuas colluit.Folia dentib⁹ in dolore atterũt̃.
Mobiles decocto colluunt̃.Capillũ tingunt.Lachrymas ſedis uitiis ꝓdeſt:cũ quid ſiccari ex/
calfieri ue opus ſit.Decoctum & e lachryma ſtomacho utile ructũ & urinam mouẽs:qđ & capi
tis dolori cũ polenta illinit̃.Folia uero tenera oculis inflammatis illinũt̃.Item maſtice lentiſci
replicãdis palpebris:& ad exterendã cutem in facie & ſmegmata.Adhibet̃ & ſanguinẽ reiciẽ
tibus:tuſſi ueteri:& ad omnia quæ hãmoniaci uis.Medet̃ & attritis ptibus ſiue oleo e ſemine
eius facto cæræq̃ mixto:ſiue foliis ex oleo decoctis:ſiue cũ aqua utilia fouent̃.Scio Demo/
critũ medicũ in ualitudine cõſidiæ.M.Seruilii cõſularis filiæ omnem curationem auſterã recu
ſantis diu efficaciter uſum lacte capraꝝ:quas lentiſco paſcebat.

De platano & fraxino & acere & alba populo & ulmo & tilia & ſambuco & iu/
nipero Capitulum.viii.

PLatani aduerſant̃ ueſpertilionibus.Pilulæ eaꝝ in uino potæ.xiiii.pondere omnibus ſer/
pentiũ & ſcorpionũ uenenis medent̃.Item ambuſtis tuſæ aut cũ aceto acri magiſq̃ ſcyliti/
no ſanguinem omnem ſiſtũt:& lentiginem & carcinomata.Melãdrias quoq̃ ueteres addito mel
le emẽdant.Folia & cortex illinũt̃ collectionibus & ſuppurationib⁹:& decoctũ eoꝝ.Corticis
ãt in aceto dẽtium remediũ eſt.Folia eoꝝ tenerrima in uino albo decocta oculoꝝ.Lanugo fo/
lioꝝ & aurib⁹ & oculis inutilis.Cinis pilulaꝝ ſanat ambuſta igni uel frigor̃.Cortex e uino ſcor
pionũ ictus reſtinguit.Fraxin⁹ quam uim aduerſus ſcorpiones haberet indicauim⁹:Semẽ foliis
eius ineſt:quæ medẽt̃ iocineris & lateris doloribus in uino.Aquã quæ ſubit cutem extrahũt.
Corpus obeſum leuãt onere ſenſim ad maciem reducenda:iiſdem foliis cũ uino tritis ad uirium
portionẽ:ita ut puero quinq̃ folia tribus cyathis dent̃.Robuſtiorib⁹ ſeptem folia quinq̃ cya/
this uini.Nõ omittendũ ramẽta eius & ſcobẽ a qbuſdam cauenda prædici.Aceris radix cõtuſa
iocineris dolorib⁹ utiliſſime imponit̃.Populi albæ uuaꝝ in unguentis uſum expoſuimus.Cor/
tex potus iſchiadicis & ſtranguriæ ꝓdeſt.Folioꝝ ſuccus calidus auriũ dolori.Virgam populi ĩ
manu tenẽtibus intertrigo nõ metuat̃.Populus nigra efficaſſima habet̃:quæ in creta naſcitur.
Comitialibus ſemẽ ex aceto utile.Fũdit illa & reſinam exiguã:qua utunt̃ ad malagmata.Folia
podagris in aceto decocta imponũt̃.Humor e cauis populi nigræ effluens uerrucas papulaſq̃
ex attritu odoratus tollit.Populi ferũt in foliis guttã:ex qua apes ꝓpolin faciũt.Gutta quoq̃
aquæ ꝓpolis ex aqua remediũ q̃ efficax eſt.Vlmi & folia & cortex & rami uim habẽt ſpiſſan/
di & uulnera cõtrahendi.Corticis utiq̃ interior tilia lepras ſedat:& folia ex aceto illita.Corti/
cis denarii pondus potũ in hemina aquæ frigidæ aluũ purgat.Pituitaſq̃ & aquas priuatim tra/
hit.Imponit̃ & collectionibus lachryma.Et uulneribus ambuſtiſq̃ decocto fouere ꝓdeſt.Hu
mor in folliculis arboris huius naſcẽs cuti nitorem inducit:faciemq̃ gratiorem præſtat.Cauli/
culi folioꝝ primi uino decocti tumores ſanant:extrahuntq̃ ꝑ fiſtulas.Idẽ præſtãt & tiliæ cor/
tices.Multi corticem cõmãducatum uulnerib⁹ utiliſſimũ putant.Folia trita aqua aſperſa pedũ
tumori.Humor quoq̃ e medulla uti diximus caſtratæ arboris effluens:capillũ edidit capiti il/
litus:defluenteſq̃ cõtinet.Arbor tilia leniter tuſa ad eadem fere utilis eſt:atq̃ oleaſter.Folia
ãt tantũ in uſu:& ad infantiũ ulcera in ore.& cõmanducata & decocta urinã ciunt:mẽſes ſiſtunt
illita:ſanguinẽ pota ɗtrahũt.Sambucus habet alteꝝ genus magis ſilueſtre:qđ græci chamea/
cten:alii hellon uocãt multo breuius.Vtriuſq̃ decoctũ ĩ uino ueteri folioꝝ uel ſeminis uel ra/
dicis ad cyathos binos potũ ſtomacho inutile eſt:aluo detrahẽs aquam.Refrigerat ẽt inflam
mationem:maxime recentis ambuſti.Et canis morſum cũ polẽta molliſſimis folioꝝ illitis.Suc/
cus cerebri collectiones priuatimq̃ membranæ:quæ circa cerebꝝ eſt:lenit infuſuſ.Acini eiuſ
infirmiores q̃ reliqua tingũt capillũ poti acetabuli mẽſura.Vrinam mouẽt.Folioꝝ molliſſi/
ma ex oleo & ſale edunt̃ ad pituitã bilemq̃ detrahendam.Ad omnia efficacior quæ minor.Ra/
dicis eius in uino decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniũt.Vuluas emolliũt.Has & folio
rũ decocto inſidentiũ.Caules teneri minoris ſambuci in patinis cocti aluũ ſoluũt.Reſiſtũt fo/
lia & ſerpentiũ ĩ ictibus in uino pota.Podagris cũ ſeuo hircino uehementer ꝓſunt cauliculi illi/
ti.Iidemq̃ in aqua macerant̃:ut ea ſparſa pulices necent̃.Folioꝝ decocto ſi locus ſpargat̃:mu/
ſcæ necant̃.Boa appellat̃ morbos papulaꝝ cũ rubẽt corpora:ſambuci ramoſ uerberat̃.Cortex
interior tritus ex uino albo potus aluum ſoluit.Iuniperus uel ante cætera omnia excalfacit:

BIUM

extenuat: cædro aſſimiliſ. Et eiuſ duo genera. Altera maior: altera minor. Vtraque accēſa ſerpētes fugat. Semen ſtomachi pectoris lateris doloribus utile. Inflāmationes algoreſque diſcutit. Tuſſes cōcoquit & duritias. Illitum tumores ſiſtit. Itē aluum: baccis ex uino nigro potis. Itē uētris tumores illitis. Miſcetur & antidotis oxyporis: Vrinas cit. Illinitur & oculis in epiphoris. Datur cōuulſis: ruptis: torminibus: uuluis: iſchiadicis cū uino albo potū pilulis quaternis. aut decoctis uiginti in uino. Sūt qui & perungant corpus e ſemine eius in ſerpētium metu.

De ſalice: & amerina: & uitilibus: & eriſtro. Ca. viii.

SAlicis fructus ante maturitatē in araneam abit. Sed ſi prius colligatur ſanguinē reiicientibus prodeſt. Corticis e ramis primis cinis clauū & callū aqua mixta ſanat. Vitia cutis ī facie emēdat: magis admixto ſucco ſuo. Eſt aūt triū generꝝ. Vnū arbor ipſa exudat gūmi mō. Alterū manat in plaga cum flore exciſo cortice trium digytorꝝ magnitudine. Hic ad purganda quæ obſtent oculis. Item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt: ciendamque urinam: & ad omēs collectiones ītuſ extrahendas. Tertius ſuccus eſt detrūcatione ramorꝝ a falce diſtillans. Ex iis ergo aliquis cū roſaceo in calice punico calfactus auribus infūditur. Vel folia cocta & cū cæra trita imponūtur itē podagricis. Cortice & foliis in uino decoctis foueri neruos utiliſſimū. Flos tritus cū foliis furfures purgat in facie. Folia cōtrita & pota intemperantiam libidinis cōercent: atque ī totū auferūt uſum ſæpius ſūpta. Amerinæ nigræ ſemen cū ſpuma argenti pari pōdere a balneo illitum pſilothrum eſt: Nō multū a ſalice uitilium uſu diſtat uitex: foliorꝝ quoque aſpectu: niſi odore gratior eſſet. Sed græci ligon uocant: alii agnon: quoniam matronæ in theſmophoriis atheniēſium caſtitatem cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternūt. Duo genera eius. Maior in arborē ſalicis mō aſſurgit. Minor ramoſa foliis candidioribus lanuginoſis. Prima arborꝝ florem mittit cū purpureo: quæ candida uocatur. Nigra: quæ tantum purpureū. Naſcūtur in paluſtribus campis. Semen potum uini quēdam ſaporem habet: & dicitur febres ſoluere. Et cū ungantur oleo admixtū ſudorem facere: ſic & laſſitudines diſſoluere. Vrinā ciunt & mēſes. Caput tentant uini mō: nā & odor ſimilis eſt. Inflationes pellūt in inferiora. Aluum ſiſtūt. Hydropicis & lyenibus perq; utiles. Lactis ubertatem faciunt. Aduerſantur uenenis ſerpētium: maxime quæ frigus inferūt. Minor efficacior ad ſerpentes. Bibitur ſeminis drachma in uino uel poſca: aut duabus foliorꝝ tenerrimorꝝ. Illinūtur & utræq; aduerſus araneorꝝ morſus uel punctis tantum. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugant uenenata. At ueneræ rei impetus inhibēt. Eoq; maxime phalāgiis aduerſantur: quorꝝ morſus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cū roſaceo flos tenerīq; cauliculi. Seminis decoctum uehementiorem capitis dolorem diſſoluit fotu: & uuluā etiā ſuffitu uel appoſitu. Purgat aluum cū pulegio & melle potum. Vomicas panoſq; difficile cōcoquentes cum farina hordeacea mollit. Lichenas & lentigines cū aphronitro & aceto ſemen ſanat: & oris ulcera & eruptiones cū melle. Teſtiū cū butyro & foliis uitiū. Rhagadas ſedis cū aqua illitum. Luxatis cū ſale & nitro & cæra: & ſemine & folio.. Additur in malagmata neruorꝝ & podagras. Semē inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phreneſi. Virgam qui in manu habeāt aut cictu: negantur intertriginem ſentire. Ericen græci uocāt fruticē nō multum ab ilice differentē colore roris marini: & pene folio. Hoc aduerſari ſerpētibus tradūt. Geniſta quoq; uinculi uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quā græci auctores ſparton appellauere: cū ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim. Et nunqd hāc deſignauerit Homerus: cum dixit Nauium ſparta diſſoluta: Nōdum enī fuiſſe africanū uel hiſpanū ſpartū in uſu certum eſt. Et cū ſutiles fierent naues: lino tamen non ſparto unq; ſutas. Semē eius quod græci eodē noīe appellant: in folliculis paſſiolorꝝ mō naſcēs purgat hellebori uice drachma & dimidia pota ī aquæ mulſæ cyathis quattuor ieiunis. Ramis ſimiliter frōde ī aceto maceratis pluribus diebus & tuſis ſuccum dant iſchiadicis utilem cyathi unius potu. Quidā marina aqua macerare malūt: & infūdere clyſtere. Perungūtur eodem ſucco iſchiadici addito oleo. Quidā ad ſtranguriam utūtur ſemie. Geniſta tuſa cū axungia genua dolentia ſanat. Myricem quā & tamaricē uocat Leneus ſimilē ſcopis amerinis. Sanari dicit ea carcinomata in uino decocta tritaq; cū melle illita. Arbitrātur qdam hanc eſſe tamaricam. Sed ad lyenem præcipua eſt: ſi ſuccus eius expreſſus ī uino bibat. Adeoq; mirabilem eius autipathiā cōtra ſolū hoc uiſcerꝝ faciunt: ut affirment: ſi ex ea alueis factis bibāt ſues ſine lyene inueniri. Et ideo hoī ſplenetico cibū potūq; dāt in uaſis ex ea factis. Grauis autē auctor in medicina uirgam ex eadem fractā: ut neq; terram neq; ferrum attingeret: ſedare uentris dolores aſſeuerauit impoſitam: ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeret. Vulgus infœlicē eam arborem appellat: ut diximus: quoniam nihil ferat: nec ſeratur unq;. Corinthus & quæ circa eſt regio: brianeam uocat. Eiuſq; duo genera facit. Silueſtrē plane ſterilem: alterā mitiorē. Hæc fert in ægypto ſyriaq; etiā abūdanter lignoſum fructum: maiorē galla: aſpum guſtu: quo medici utūtur uice gallæ: & in cōpoſitionibus quas antheras uocant. Lignum aūt & flos & folia & cortex in eoſdem uſus adhibentur ꝗq; remiſſiora. Datur ſanguinē reiiciētibus cortex tritus: & cōtra ꝓfluuia fœminarꝝ: cœliacis quoq;. Idem tuſus impoſituſque collectioneſ omēſ inhibet.

©BIUM

Foliis exprimit̄ ſuccus. Ad hæc eadem & in uino decoquunt̄. Ipſa uero adiecta melle gangre/
nis illinit̄. Decoctū eoꝝ in uino potū uel impoſitum cū roſaceo & cæra ſedat. Sic & epinycti/
das ſanant. Ad dentiū dolorē auriumqꝫ decoctū eoꝝ ſalutare eſt: radix ad eadem: ſimiliter fo/
lia. Haec amplius ad ea quæ ſerpunt: imponunt̄ cum polenta. Semē drachmæ pōdere aduerſus
phalangias & araneos bibit̄. Cum altiliū uero pingui furunculis imponit̄. Efficax & cōtra ſerpē
tium ictus: præter quā aſpidū. Necnō morbo regio: phthiriaſi: lendibuſqꝫ decoctū infuſum pro/
deſt. Abundantiam quoqꝫ mulieꝝ ſiſtit. Cinis arboris ad omnia eadē ꝓdeſt: ſi bouis caſtrati urinæ
immiſceat̄: uel in potu: uel in cibo uenerē finiri. Carboqꝫ ex eo genere urina ea īſtinctus ī um
bra condit̄. Idem cū libeat accendere: reſoluit̄. Magi & id ex ſpadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga ſanguinea: & ſilere: & liguſtro: & alno: & hedera: & cyſtho: & ciſſo: & ery/
thrano: & chamæciſſo: & milace: & de clematida Cap. x.

NEc uirga ſanguinea fœlicior habet̄. Cortex eius interior cicatrices quæ præſana uere ape
rit. Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdē ſemen tritū in oleo phthiriaſes
coercet. Serpentes & hūc fruticem refugiunt: baculum quoqꝫ ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrū
eadē arbor eſt: quæ in oriente cypros: ſuos in europa uſus habet. Succus eius neruis articulis
algoribus: folia ubiqꝫ ueteri ulceri cū ſalis mica: et oris exulcerationi ꝓſunt. Acini cōtra phthi
riaſin: item cōtra intertrigineſ: folia ue. Sanant et gallinaceoꝝ pituitas acini. Folia alni ex feruē
ti aqua certiſſimo remedio ſunt tumori. Hederæ genera. xx. demonſtrauim⁹. Natura omniū ī
medicina anceps. Mentē turbat: et caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdē neruiſ
adhibita foris ꝓdeſt. Eadē natura quæ et aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerant. Vrinā
ciunt potu. Capitis dolorē ſedant: præcipue cerebro: continentiqꝫ cerebꝝ membranæ utiliter
mollibus impoſitis foliis cū aceto et roſaceo tritis et decoctis addito poſtea roſaceo oleo. Illi/
nunt̄ āt fronti et decocto eoꝝ fouet̄ os: caputqꝫ perungit̄. Lyeni et pota & illita ꝓſunt. Deco
quunt̄ et cōtra horrores febriū: eruptioneſqꝫ pituitæ: aut in uino terunt̄. Corymbi quoqꝫ po/
ti uel illiti lyenem ſanant: iocinera āt illiti. Trahunt et mēſes appoſiti. Succus hederæ tedia na
riū graueolentiāqꝫ emendat: præcipue albæ ſatiuæ. Idem infuſus narib⁹ caput purgat. Efficaci/
us addito nitro infundit̄ ēt purulentis auribus: aut dolentibus cū oleo. Cicatricibus quoqꝫ deco
rem facit: ad lyenes efficacior albæ eſt ferro calefactus. Satiſqꝫ eſt acinos ſex uini cyathis duo/
bus ſumi. Acini quoqꝫ ex eadē alba terni in aceto mulſo poti tineas pellunt. In qua curatione
uētri quoqꝫ impoſuiſſe eos utile eſt. Hederæ: quā chriſolarion appellamuſ: baccis aurei coloriſ
uiginti in uini ſextario tritis ita ut terni cyathi potent̄: aquā quæ cutem ſubierit: ꝑ urinā edu/
cit. Eraſiſtratus eiuſdē acinoſ. v. tritos in roſaceo oleo: calefactoſqꝫ in cortice punico inſtillauit
dentiū dolori a cōtraria aure. Acini q croci ſuccū habēt: præſumpti potu a crapula tutos præ/
ſtant. Item ſanguinē excreantes aut tormīnib⁹ laborantes. Hederæ nigræ cādidiores corym/
bi poti ſteriles ēt uiros faciunt. Illinit̄ decocta in uino omniū ulceꝝ generi: ēt ſi cacoetæ ſint.
Lachryma hederæ pſilothꝝ eſt: phthiriaſin quoqꝫ tollit. Flos cuiuſcūqꝫ generis triū digytoꝝ carp/
tu dyſentericos & aluū citā emendat in uino auſtero bis die potus. Et ambuſtis illinit̄ utiliter
cū cæra. Denigrant capillū corymbi. Radicis ſuccus in aceto potus cōtra phalangias prodeſt.
Huius quoqꝫ ligni uaſe ſpleneticos bibentes ſanari inuenio. Et acinos terunt: moxqꝫ comburūt
& ita illinunt ambuſta prius pfuſa aqua calida. Sunt q & incidant ſucci gratia: eoqꝫ utant̄ ad dē
tes eroſos: frangiqꝫ tradunt ꝓximis cæra munitis: ne ledant̄. Gummi ēt in hedera quærunt:
qd ex aceto utiliſſimū dentib⁹ ꝓmittunt. Græci uicino uocabulo ciſton appellant fruticē ma/
iorem tymo foliis ocimi. Duo eius genera. Flos maſculo roſace⁹: fœminæ albet. Ambo ꝓſūt
dyſentericis & ſolutionibus uētris in uino auſtero trinis digytis flore capto: & ſimiliter bis die
poto. Vlceribus ueterib⁹ & ambuſtis cū cæra: & ꝑ ſe oris ulcerib⁹. Sub his maxime naſcit̄ hy/
pociſtos: quā iter hederas dixim⁹. Ciſſos erythranos ab iiſdem appellat̄ ſimilis hederæ: coxē/
dicibus utilis e uino pot⁹: itē lūbis: tātāqꝫ uim accipiunt: ut ſanguinē urina detrahant. Itē cha
meciſſon appellant hederā nō attollentē ſe a terra. Et hec cōtuſa in uino acetabuli mēſura lye/
ni medet̄. Folia ambuſtis cū axungia. Milax quoqꝫ: q & autophoros cognominat̄. ſimilitudinē
hederæ habet: tenuioribus foliis. Coronā ex eo factā impari folioꝝ numero aiunt capitis dolo
ribus mederi. Quidā duo genera milacis dixere. Alteꝝ immortalitati ꝓximū cōuallibus opa/
cis candentē. Alteꝝ comantib⁹ acinoꝝ corymbis cōtra uenenata omnia efficaciſſimis: in tm̄ ut
acinoꝝ ſucco infantibus ſepe ſtillato nulla poſtea uenena nocitura ſint. Alteꝝ genus culta ama
re: & in iis gigni nullius effectus. Illam eē milacē priorē: cuius lignū ad aures ſonare diximus.
Similē huic aliq clematida appellauerunt repente ꝑ arbores geniculatā & ipſam. Folia eius le/
pram purgant. Semen aluum ſoluit acetabuli menſura in aquæ hemina aut aqua mulſa. Dat̄ ex
eadem cauſa & decoctum eius.

De harundine: & papyro: & hebeno. & rhododendro: de ruſen: & hydro: & canchry
& ſabina: & ſelagine: & ſamulo: & gummi medicinis Cap. xi.

BIUM

HArundinis genera.xxix.demõſtrauimus nõ aliter euidentiore illa natura quam cõtinuis iis
uoluminibus tractamus. Siquidẽ harũdinis radix cõtrita & impoſita filicis ſtirpẽ corpore ex
trahit. Item harũdinẽ filicis radix. Ex quo plura genera fecimus. Illa quæ in iudæa ſyriaqꝫ naſci/
tur odoꝝ unguẽtoꝝqꝫ cã urinã mouet cũ gramine aut apii ſemine decocta. Cit & mẽſtrua admo
tu. Medeᷓ cõuulſis duobus obolis pota: iocineri: renibus: hydropi: tuſſi etiã ſuffitu: magiſqꝫ cũ
reſina. Furfuribus ulceribuſqꝫ manãtibus cũ myrrha radix decocta. Excipiᷓ & ſuccus eius: fitque
elaterio ſimilis. Efficaciſſima aũt in omi harundine quæ ꝓxima radici. Efficacia & genicula. Harũ
do cypria quæ donax uocaᷓ cortice cinere alopecias emẽdat. Itẽ putreſcentia ulcera. Foliis eius
ad extrahẽdos aculeos utũtur. Efficacius & cõtra ignes ſacros: collectioneſqꝫ oẽs. Vulgaris ha/
rundo extractoriam uim habet: & recẽs tuſa: nõ in radice tantũ. Multũ enim & ipſam harundinẽ
ualere tradũt. Medetur & luxatis: & ſpinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recẽs trita & ĩ
uino pota uenerem cõcitat. Harũdinũ lanugo illita auribus obtũdit auditum. Cognita res eſt in
ægypto de harundine. Papyro præcipuæ utilitates cũ inaruerit: ad laxãdas ſiccãdaſqꝫ fiſtulas:
& in tumeſcẽdo ad introitũ medicamẽtoꝝ apiendas. Charta quæ fit ex ea cremata inter cauſtica
eſt. Cinis eius ex uino potus ſõnum facit. Ipſa ex aqua impoſita callũ ſanat. Ne in ægypto quidẽ
naſciᷓ hebenus ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Nõ omittetur tñ ꝓp/
ter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicũt. Lignoqꝫ ad cotẽ trito cũ paſſo caliginem
diſcutit. Ex aqua uero & radice albugines oculoꝝ. Item tuſſim pari mõ dracũculi radicis cũ adiec
to melle. Hebenũ medici & inter erodentia aſſumũt. Rhododẽdros ne nomẽ quidẽ apud nos in
uenit latinum. Rhododaphnen uocãt aut nerium. Miꝝ folia eius quadrupedũ uenenũ eſſe. Ho/
mini uero cõtra ſerpẽtes præſidium: ruta addita & e uino pota. Pecus etiã & capræ ſi aquã bibe/
rint: in qua folia ea maduerint: mori dicũtur. Nec rhus latinũ nomẽ habet: cũ in uſum pluribus
mõis ueniat: Nã & hærba eſt ſilueſtris. foliis myrti: cauliculiſqꝫ breuibus: quæ uenena & tineas
pellit: & frutex excoriarius appellaᷓ: ſubrutilus: cubitalis: craſſitudine digytalis. Cuius aridis fo
liis & malicorio coria perficiũtur. Medici aũt rhoicis utũtur ad contuſa. Itẽ cœliacos & ſedis ul/
cera: aut quæ phagedenas uocãt: trita cũ melle & illita cũ aceto. Decoctum eoꝝ inſtillatur auri/
bus puruſẽtis. Fit & ſtomachice decoctis ramis ad eadem quæ ex moris: ſed efficacior admixto
alumine. Illiniturqꝫ eadem hydropicoꝝ tumoribus. Rhus quæ erythros appellaᷓ frutex eſt: &
huius fruticis ſemẽ uim habet aſtringẽdi refrigerãdiqꝫ. Aſpergiᷓ ꝓ ſale obſoniis. Aluos ſoluit:
omẽſqꝫ carnes cũ ſilphio ſuauiores facit. Vlceribus medeᷓ manãtibus cũ melle. Aſpitati linguæ
percuſſis: liuidis: deſquamatis eodem mõ. Capitis ulcera ad cicatricem celerrime ꝑducit: & fœ/
minaꝝ abũdantiã ſiſtit cibo. Erythrodanus quã aliqui ereuthodanũ uocãt: nos rubiã: qua tigũ/
tur lanæ pelleſqꝫ perficiũtur in medicina urinam ciet. Morbũ regium ſanat ex aqua mulſa: Et li/
chenas ex aceto illita. Et iſchiadicos & palyticos ita ut bibẽtes lauẽtur quottidie. Radix ſemẽqꝫ
trahũt mẽſes. Aluũ ſiſtũt: & collectiones diſcutiũt. Cõtra ſerpẽtes rami cũ foliis ĩponũᷓ. Folia
& capillũ tingunt. Inuenio apud quoſdã morbũ regium ſanari hoc frutice: etiã ſi adalligatus ſpec
tetur tantum. Diſtat ab eo qui aliſſon uocatur foliis tantũ & ramis minoribus. Quippe nomẽ ac
cepit ꝙ a cane morſos rabiem ſentire nõ patiᷓ potus ex aceto adalligatuſqꝫ. Miꝝqꝫ ẽ quod addi
tur: inſaniam cõſpecto eo omĩo frutice ſanari. Tingentibus & radicula ramoſ præparat: quã ſtru
thion uocari diximus a græcis. Medetur morbo regio ipſa decocta & ius potum: itẽ pectoris ui
tiis. Vrinã ciet: aluum ſoluit: & uuluas purgat. Quã ob rẽ aureũ poculum medici uocant. Ea &
ex melle ꝓdeſt magnifice ad tuſſim. Orthopnoe coclearis mẽſura. Cũ polenta uero & aceto le/
pras tollit. Eadem cũ panace & capparis radice calculos frangit: pellitqꝫ. Panos diſcutit cũ farina
hordeacea uino decocta. Miſcetur & malagmatis & collyriis claritatis cã. Ad ſternutamenta uti
lis inter pauca. Lyeni quoqꝫ ac iocineri. Eadẽ pota denarii unius põdere ex mulſa aqua ſuſpirio/
ſos ſanat. Sic & pleureticos: & oẽs lateris dolores. Apocyni ſemen ex aqua frutex eſt: folio he/
deræ: molliore tamẽ & minus lõgis uiticulis: ſemine acuto: diuiſo: lanuginoſo: graui odore. Ca/
nes & oẽs quadrupedes necat in cibo datum. Eſt & roſmarinũ. Duo genera eius. Alteꝝ ſterile:
alteꝝ cui & caulis & ſemen reſinaceum: quod cãchrys uocatur. Foliis odor thuris. Radix uulne/
ra ſanat uiridis impoſita & ſedis ꝓcidentia cõdylomata hemorroidos. Succus & fruticis & radi/
cis morbũ regium: & ea quæ repurgãda ſunt. Oculoꝝ aciem exacuit. Semẽ ad uetera pectoris
uitia datur potui. Et ad uuluas cũ uino & pipere. Mẽſes adiuuat. Podagris illinitur cũ erinea fa/
rina. Purgat & lẽtigines: & quæ excalfaciẽda ſunt: aut cũ ſudor quærẽdus illitum. Itẽ cõuulſis.
Auget & lac in uino potum. Item radix. Ipſa hærba ſtrumis cũ aceto illinitur: ad tuſſim cũ mel/
le prodeſt. Canchrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc quæ ex rore ſupradicto naſcitur
ſi fricetur: reſinoſa eſt. Aduerſatur uenenis & uenenatis: præter anguibus. Sudorẽ mouet tor/
mina diſcutit. Lactis ubertatem facit. Hærba ſabina brathy appellata a græcis duoꝝ geneꝝ eſt.
Altera amaraci ſimilis folio eſt: altera cupreſſo. Qua ex re qdam creticã cupreſſũ dixerũt: utilis
in ſuffitus pro thure aſſumitur. In medicamẽtis uero duplicato pondere eoſdem effectus habere

A 4

Historiae naturalis - page 358 sur 530

©BIUM

quos cynnamũ tradiť. Collectiões minuit: & nomas cõpeſcit. Illita ulcera purgat. Partꝰ emor/
tuos appoſita extrahit & ſuffitu. Illiniť igni ſacro & carbũculis. Cũ mele & uino pota regio mor
bo medeť. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari tradũt. Similis herbæ huic ſal
næ ē ſelago appellata. Legiť ſine ferro dextra manu ꝑ tunicā: qua ſiniſtra manu exuiť uelut fu/
rante: cādida ueſte ueſtito pureqꝫ lotis nudis pedibꝰ ſacro facta priꝰ ꝙ legať: pane uinoqꝫ. Fer
tur in mappa noua. Hanc cõtra omnē ꝑniciem habendā ꝓdideř druidæ galloꝝ: & cõtra omnia
oculoꝝ uitia fumũ eius ꝓdeſſe. Idem ſamolũ herbā nominauere naſcentē in humidis. Et hāc ſi/
niſtra manu legi a ieiunis cõtra morbos ſuũ boumqꝫ: nec reſpicere legentem. nec alibi ꝙ i ca/
nali deponere: ibiqꝫ cõterere poturis. Gummi genera diximus. Ex iis maiores effectus melio/
ris cuiuſqꝫ erunt. Dentibus inutiles ſunt. Sanguinē coagulant: & ideo reiicientibus ſanguinem
ꝓſunt: item ambuſtis: arteriæ uitiis. Inutilem urinā ciunt: amaritudines hebetant aſtrictis cæ
teriſqꝫ. Ex amygdala amara ē ſpiſſandiqꝫ uiribꝰ efficacior. Habet excalfactorias uires. Præpo/
nunť āt prunoꝝ & ceraſoꝝ ac uitium. Siccant illitæ & aſtringunt. Ex aceto uero infantiũ liche/
nas ſanant. Proſunt & tuſſi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Creduntť & colorē gratiorē
facere: ciboꝝqꝫ appetentiā: et calculoſis ꝓdeſſe cum paſſo potæ. Oculoꝝ et uulneꝝ inutilita/
tibus maxime conueniunt.

De ſpina ægyptia: & ſpina alba: & acanto: & acatia Cap. xii.

AB ſpina ægyptia ſpinæ arabicæ laudes ĩn odoꝝ loco diximus: & ipſa ſpiſſat: ſtringitqꝫ diſtil
lationes omnes: & ſanguinis excreationeſ: menſiumqꝫ abundantiā: ēt nunc radice ualentior
Spinæ albæ ſemen contra ſcorpiones auxiliať. Corona ex ea impoſita capitis dolores minuit.
Huic ſimilis ē ſpina illa: quā græci acanthon uocāt minoribus multo foliis aculeatis ꝑ extremi
tates & harenoſa lanugine obductis. Qua collecta ēt ueſtes quædam bombicinis ſimiles fiunt
in oriente. Ipſa folia uel radices ad remedia opiſthotoni bibunť. Eſt & acaciæ ſpina. Fit in ægy
pto alba nigraqꝫ arbore: item uiridi: ſed longe melior eſt prioribꝰ. Fit & in gallatia tenerrima
ſpinoſior arbore. Semen omniũ lenticulæ ſimile: minore ē tm̃ & grano & foliculo. Colligiť au
tumno ante collectu nimio ualidius. Spiſſať ſuccus ex foliculis aqua cæleſti ꝑfuſis: mox in pila
tuſis exprimiť origanis: tũc denſať in ſole mortariis in paſtillos. Fit ex foliis minusqꝫ efficax. Ad
coria ꝑficienda ſemine ꝓ galla utunť. Folioꝝ ſuccus & galatiacæ acaciæ nigerrimus improbať
item q ualde ruffus. Purpurea aut leucophea: & ꝙ facillime diluiť. Vis ſũma ad ſpiſſandũ refri/
gerandũqꝫ eſt. Oculoꝝ medicamentis ante alias utiles. Lauanť in eos uſus paſtilli: ab aliis tor/
renť: ab aliis capilli tingunť. Sanant ignē ſacrum. Vlcera ꝙ ſerpunt: & humida uitia corporis:
collectiões articulos contuſos: peruiones: pterygia. Abundantiam menſium fœminis ſiſtunt:
uuluāqꝫ & ſedē ꝓcidentem: item oculos: oris uitia & genitaliũ.

De uulgari ſpina & ſilueſtri: & de ſyriſceptro: & de apendice ſpina: et pyracantho: et
paliuro: aquifolia et taxo et rubis medicinæ Cap. xiii.

VVlgaris quoqꝫ hæc ſpina: ex qua uenæ fulloniæ impleńť: radicis uſus habeť. Per hiſpaniaſ
qdem multi et inter odores et ad unguenta utunť illa aſpalathum uocāntes. Eſt ſine dubio
hoc nomine ſpina ſilueſtris ĩ oriente (ut diximus) cādida magnitudine arboris iuſtæ. Sed & fru
tex humilior atqꝫ ſpinoſus. In ſyria et rhodioꝝ inſulis: quā alii ſyriſceptrũ: alii adiapſatheũ ſiue
dipſacon ſiue diacheron uocāt. Optimus q minime ferulaceus: rubeus: et in purpurā uergens
detracto cortice: naſciť pluribꝰ locis: ſed nõ ubiqꝫ odoratus. Quam uim haberet cæleſti arquu
in eũ innixo: diximus. Sanat tetra oris ulcera: et ozenas: genitalia exulcerata: aut carbunculan/
tia: item rhagadia: inflationes potu. Diſcutit et ſtrangurias cortex. Sanguinē reddentibꝰ mede
tur decoctũ eius. Aluũ ſiſtit cortex. Similia ꝑ̃ſtare ſilueſtrem quoqꝫ putant. Spina ē appendix
appellata: qm̃ baccæ puniceo colore in ea appendices uocanť. Hæ crudæ ꝑ ſe et aridæ in uino
decoctæ aluũ citant: ac tormina cõpeſcunt. Pyrachanti baccæ cõtra ſerpentium ictus bibunť.
Paliuris quoqꝫ ſpinæ genus ē. Semē eius afri zurā uocant: cõtra ſcorpiones efficaciſſimũ: item
calculoſis et tuſſi. Folia aſtrictoriā uim habēt. Radix diſcutit panos: collectiones: uomicas: uri
nas trahit pota. Decoctũ eius potũ in uino aluũ ſiſtit. Serpentibꝰ aduerſať: radix præcipue da
tur in uino. Alioqn folia cõtuſa addito ſale articuloꝝ morbis ĩponunt. Proſunt baccæ purgatiõi
fœminaꝝ: cæliacis: dyſentericis: ac cholericis. In uino potæ aluũ ſiſtunt. Radix decocta et il/
lita extrahit infixa corpori. Vtiliſſima ē & luxatis tumoribuſqꝫ. Aquifolia arbor i domo aut uil
la ſata ueneficia arcet. Flore eius aquā glaciari Pythagoras tradit. Itemqꝫ baculu ex ea factum
in quoduis animal emiſſum ēt ſi citra ceciderit defectu mittentis: ipſum ꝑ ſeſe recubitu ꝓpius
adlabi: tam præcipuam naturā ineſſe arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad
maleficia tm̃ genuit natura: ideoqꝫ ex eis mora beſtiis uel hominibꝰ cibos dedit. Vim habent
ſiccandi: aſtringēdi. Gingiuis: tõſillis: genitalibus accomodatiſſimi. Aduerſanť ſerpentiũ ſcele
ratiſſimis hemorrhoidi & præſteri flos aut mora. Scorpionũ uulnera ſine collectionũ periculo
ĩ ſigunt. Vrinā ciunt. Caules eoꝝ tundũť teneri: exprimiťqꝫ ſuccus mox ſole cogiť ĩ craſſitudinē

BIUM

mellis ſingulari remedio cõtra mala oris oculoꝝꝗ ſanguinem excreãtes:anginas:uuluas:ſedeſ:
cœliacos potus aut illitus. Oris quidem uitiis etiã folia cõmanducata ꝓſunt:& ulceribus manã
tibus:aut qbuſcũꝗ in capite illinũtur cardiacis. Vel ſic ꝑ ſe imponũẽ a mãma ſiniſtra. Itẽ ſtoma
chi doloribus:oculiſꝗ ꝓcedentibus. Inſtillatur ſuccus eoꝝ & auribus. Sanat cõdylomata cũ ro/
ſaceo cærato. Calculoꝝ ue ex uino decoctũ uel præſentaneũ remedium eſt. Itẽ ꝑ ſe in cibo ſũpti
cymæ mõ:aut decocti in uino auſtero labãtes dentes firmãt. Aluũ ſiſtũt & profluuia ſanguinis
Dyſentericis proſũt. Siccantur in umbra ut cinis crematoꝝ uuã ĩprimãt. Folia quoꝗ areſacta &
cõtuſa iumẽtoꝝ ulceribus utilia tradũtur. Mora quæ in iiſ naſcũẽ uel efficaciorẽ ſtomachicẽ præ
bere ꝗ ſatiua morus. Eademꝗ cõpoſitione uel cũ hypociſtide tantũ & melle bibũtur in chole/
ra:& a cardiacis:& contra araneos. Inter medicamenta quæ ſtyptica uocãt:nihil efficatius rubi
mora ferentis radice decocta in uino ad tertias ptes:ut colluãtur eo oris ulcera & ſedis foueantẽ.
Tãtaꝗ uis eſt:ut ſpõgiæ ipſæ lapideſcant. Alteꝝ genus rubi eſt in quo roſa naſcitur. Gignit pi
lulam caſtaneæ ſimilem:præcipuo remedio calculoſis. Alia ẽ cynorhoda:quã proximo dicemuſ
uolumine.

¶ De cynobato & idæo rubo:& rhãno:& lycio:&
ſarcocolla:& oporice medicinæ. Ca.xiiii.

CYnobaton quã alii cynoſpaſton alii neuroſpaſton uocãt folium habet ueſtigio hoĩs ſimile.
Fert & uuã nigram:in cuius acino neruum habet:unde neruuſpaſtus dicitur. Alia eſt cap/
pari:quã medici cynobaton appellauerũt. Huius thyrſus ad remedia ſplenis & inflationes con/
ditus ex aceto mãditur. Neruus eius cũ maſtice chia cõmãducatus os purgat. Ruboꝝ roſa alo/
pecias cũ axungia emẽdat. Mora capillũ tingunt cũ omphacino oleo. Flos mori ꝑ meſſes colligi
tur. Candidus pleureticis præcipuus ex uino potus:itẽ cœliacis. Radix ad tertias decocta aluũ
ſiſtit & ſanguinẽ:item dẽtes collutos decocto. Eodẽ ſucco fouẽtur ſedis atꝗ genitalium ulcera.
Cinis e radice deprimit uuam. Idæus rubus appellatus eſt:quoniã in ida non alias naſcitur. Eſt
aũt tenerior ac minor rarioribus calamis inocẽtioribuſꝗ ſub arboꝝ umbra naſcens. Huius flos
cũ melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris. Stomachiciſꝗ ex aqua bibẽdus datur. Cætera eadẽ
præſtat quæ ſupradicta. Inter genera ruboꝝ rhamnos appellatur a græcis candidior & frutico/
ſior. Is floret ramos ſpargens rectis aculeis nõ ut cæteri aduncis:foliis maioribus. Alteꝝ genus
eius ſilueſtre nigrius & quadãtenus rubẽs. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta in aqua
fit medicamẽtum:quod uocaẽ lycium. Semẽ ſecũdas trahit. Alterꝗ ille cãdidior aſtrĩgit magis
refrigerat:collectionibus & uulneribus accomodatior. Folia uero utriuſꝗ & cruda & decocta il/
linuntur cum oleo. Lycium præſtantius e ſpina fieri tradũt:quam & pyxacanthon chironiam uo
cant:quales in indicis arboribus diximus:quoniã lõge præſtãtiſſimũ exiſtimaẽ indicum. Coquũ
tur in aqua tuſi rami:radiceſꝗ ſũmæ amaritudinis æreo uaſe fere per triduũ. Iteꝝꝗ exempto li
gno donec mellis craſſitudo fiat. Adulteraẽ amaris ſuccis:etiam amurca ac felle bubulo. Spuma
eius ac flos qdem oculoꝝ medicamẽtis additur. Reliquo ſucco faciem purgat:& pſora ſanat:ero
ſos angulos oculoꝝ:uetereſꝗ fluctiones:aures purulentas:tõſillas:gingiuas:tuſſim:ſanguinis
excreationes fabæ magnitudine deuoratum. Aut ſi ex ulceribus fluat:illitum rhagadas:genita/
lium ulcera. Attritus ulcera recẽtia & ſerpẽtia ac putreſcentia. In naribus clauos:ſuppurationẽs.
Bibitur & a mulieribus in lacte contra profluuia. Indici differentia glebis extrinſecus nigris in/
tus ruffis:cum fregeris:cito nigreſcentibus. Aſtringit uehementer cũ amaritudine. Ad eadem
omĩa utilis eſt:ſed præcipue ad genitalia. Sũt qui & ſarcocollã & ſpinæ lachrymã putent pollini
thuris ſimilem cũ quadam acrimonia dulcem. Cũ uino tuſa ſiſtit fluctiones. Illinitur ĩſatibus ma
xime. Vetuſtate & hæc maxime nigreſcit. Melior quo cãdidior. Vnũ etiãnum arboꝝ medicinis
debetur nobile medicamẽtũ:quod oporicẽ uocant. Fit ad dyſentericos ſtomachiꝗ uitia ĩ cõgio
muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinꝗ cũ ſuis ſeminibus:puniceis totidẽ:ſorbo
rum ſextario & pari mẽſura eius quod rhun ſyriacon uocãt:croci ſemũcia. Coqtur uſꝗ ad craſſi/
tudinẽ mellis. His ſubnectem⁹ ea quæ græci cõicatiõe noĩuꝫ ĩ ãbiguo fecere an ne arboꝝ eſſẽt.

¶ De chamedrye & camedaphne:& chamelea:& chameſice:& chameciſſo:&
chameleuce:& chamecypiſſo:& ãpelopraſo:& ſtachye:& clinopodio:& cẽ
tunculo:& clematide ægyptia medicinæ. Ca.xv.

CHamedrys hærba eſt:quæ latine trixago dicitur. Aliqui eam chameropẽ:alii teucriã ap/
pellauere. Folia hẽt magnitudine mentæ:coloꝛ & diuiſura quercus. Alii ſerratam:& ab ea
ſerram inuentam eſſe dixere:flore pene purpuꝛo. Carpitur prægnãs ſucco. In petroſis aduerſus
ſerpẽtium uenena potu illituꝗ efficaciſſima. Item ſtomacho tuſſi ue tuſtæ pituitæ in gula cohæ
reſcenti:ruptis:cõuulſis:lateris doloribus. Lyenem cõſumit. Vrinam & mẽſes cit. Ob id incipi
entibus hydropicis efficax:manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſꝗ ad ter/
tias. Faciũt & ex ea paſtillos terentes eam ex aqua ad ſupradicta. Sanat & uomicas & uetera ulce
ra uel ſordida cũ melle. Fit & uinũ ex ea pectoris uitiis. Folioꝝ ſuccus cũ oleo caliginẽ oculoꝝ di
ſcutit. Ad ſplenẽ ex aceto ſumitur. Excalfacit perunctiones:Chamedaphne unico ramulo eſt cu

©BIUM

bitali ſere:folio tenui lauri ſimilitudine.Semē rubens admixtū foliis illinit capitis dolorib⁹ re
cens.Ardores refrigerat.Ad tormina cū uino bibit.Menſes ſuccus eius & urinā cit potu:par
tuſq; difficiles in lana appoſituſ.Chamelea ſimilitudinē folio℞ oleæ habet.Sūt āt ei mora odo
rata:in petroſis naſcens palmi altitudinē nō excedens.Aluum purgat.Detrabit pituitā bileq;
foliis in duab⁹ ptibus abſcinthii decoctis:ſuccoq; eo cū melle poto.Foliis īpoſitis & ulcera pur
gant.Aiunt ſiquis añ ſolis ortū capiat:dicatq; ad albugines oculo℞ ſe capere:adalligata diſcuti
id uitium.Quoquo modo collectā iumento℞ peco℞q; oculis ſalutarem eē.Chameſice lentis
folia habet nihil ſe attollentia:in aridis petroſiſq; naſcens.Claritati oculo℞ & cōtra ſuffuſiones
utiliſſima:& cicatrices caligines muriculas nubeculas ī uino cocta:inuncta.Vuluæ dolores ſe
dat appoſita in linteolo.Tollit & uerrucas omniū gene℞ illita.Prodeſt & orthopnoicis.Cha
meciſſos ſpicata ē tritici modo ramulis qnis fere folioſa:cū floret exiſtimari pōt alba uiola radi
ce tenui.Cuius bibūt ſchiadici folia trib⁹ obolis:in uini cyathi duob⁹ ſeptē dieb⁹ admodū ama
ra potione.Chamaleucē apd nos farranū ſiue farfugiū uocāt.Naſcit ſec⁹ fluuios:folio populi:
ſ; ampliore.Radix eius īponit carbonibuſ cupreſſi:atq; is nidor p infundibulū imbibit in uete
re tuſſi.Chamepeuce laricis foliis ſimilis lūbo℞ & ſpinæ doloribus ꝓpitia ē.Chamecyparisſos
herba ex uino pota cōtra uenena ſerpentiū omniū ſcorpionūq; pollet.Ampelopraſon in uinetiſ
naſcit:foliis porri:ructu grauis.Contra ſerpentiū ictus efficax.Vrinā & mēſes cit:eruptiones
ſanguinis p genitale inhibet potū impoſitūq;.Dat & a partu mulieribus:& cōtra canis morſu;
Ea quoq; q̄ ſtachys uocat:porri ſimilitudinē habet:longioribus foliis pluribuſq;:& odoris iu
cundi:coloriſq; in luteū inclinati.Pellit menſtrua.Clinopodion:qd alii clinopicton:alii zopy
rocheron:alii encimoides appellant:ſerpillo ſimilē:ſurculoſam palmi altitudine.Naſcit in pe
troſis:orbiculatoq; folio℞ ambitu:ſpetiem lectipedū præbens.Bibit ad conuulſa rupta ſtrangu
ria:ſerpentiū ictus:itē decocti ſuccus.Nunc ſubtexemus herbas mirabiles qdē:ſed minus cla
ras:nobilibus inſequentia uolumina dilatis.Itali centūculū uocant roſtratis foliis ad ſimilitudi
nē capitis penula℞ iacentē in aruis:græci āt clematidem.Eſt eius egregius effectus ad ſiſten
dam aluū in uino auſtero.Idem ſanguinem ſiſtit tritus cū oxymelite:aut aquæ calidæ cyathis
quinq; denarii unius pōdere.Sic & ad ſecundas mulie℞ efficax.Sed græci clamatidas & alias ha
bent:unā quā aliq echiten uocant:alii laginem:nōnulli tenue; ſcamoniā:& pedales folioſos:ñ
diſſimiles ſcamoneæ ramos habet:niſi q nigriora minoraq; ſunt folia.Inuenit in uineiſ aruiſq;
Eſtur uſu ut olus cū oleo & ſale.Aluū cit.Eadē a dyſentericis cū lini ſemine in uino auſtero ſor
bet.Folia epiphoris imponūt cū polenta:ſuppoſito udo linteolo.Strumas impoſita ad ſuppu
rationē pducunt:deinde axūgia adiecta pcurant:item hemorrhoidas cū oleo uiridi.Phthiſicos
iuuant cū melle.Lactis quoq; ubertatē faciunt in cibi ſumpta.Et infantibus illita capillū alunt
Ex aceto dentiū dolores ſedant.Venerē ſtimulant.Eſt & alia clematis ægyptia cognomine:q̄
ab aliis daphnoides:ab aliis polygonoides uocat folio lauri lōgo:tenuiq;:aduerſus ſerpentes
ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax.Aegyptus hāc maxie gignit.

De aron:& dracūculo:& dracontio:& eri:& millefolio:& herba eiuſdē nominis:&
pſeudouunio:& myrrhi:& onobryche medicinæ Cap.xvi.

Eſt & aron:de qua inter bulbos dixim⁹ magnæ cū dracuntio litis.Quidā enim eē dixerunt
eandē.Glaucias ſatu diſcreuit.dracuntiū ſilueſtrē arū ꝓnuntiando.Aliq radicem aron ap
pellauerunt:caulē uero dracuntiū:in totū aliū.Si modo hic eſt:q uocat apd nos dracunculus.
Nanq; aros radicē nigrā in latitudinē rotundā habet:multo quoq; maiorē:& qua manus iplea
tur.Dracunculus ſubrutilā & draconis cōuoluti modo:unde ei & nomē.Quin & ipſi græci im
menſam poſuere differentiā.Semē dracunculi feruens mordaxq; tradendo:tantūq; ineſſe ei ui
rus ut olfactū grauidis abortū inferat.Aron miris laudibus extulere:primū in cibis fœminarū
præferentes:qm̄ mas dulcior eēt:& ī coquendo lentior:pectoriſq; uitia purgaret.Aridū im
poſitione inſperſum aut eligmate:urinā & menſes cieret.Sic & in oxymelite potum ſtomacho
interraneis exulderatis ex lacte ouillo bibendū.Ad tuſſim in cinere coctū ex oleo ddere.Alii
coxere in lacte:ut decoctū biberet.Epiphoris elixum impoſuere:item ſugillatis tonſillis.Ex
oleo hemorrhoidū uitio infudere:lentigines ex melle illinentes.Laudauit Cleophantus & pro
antidoto cōtra uenena pleureticis:peripneumonicis quoq; & tuſſientibus.Semē intritum cum
oleo aut roſaceo infundens aurium dolori Dieuches.Cleophantus tuſſientibs aut ſuſpirioſis &
orthopnoicis & purulenta excreantibus farina pmixtum in pane cocto dedit.Diodotus phthi
ſicis e melle eligmate & pulmonis uitiis:oſſibus ēt fractis impoſuit.Partus omniū animalium
extrahit naturæ circūlitum.Succus radicis eius cū melle attico:oculo℞ caligines:ac ſtomachi
uitia diſcutit:tuſſi; dcocti ius cū melle.Vlcera omniū gene℞ ſiue phagedenæ ſint:ſiue carcino
mata:ſiue ſerpāt:ſiue polypi in naribus:ſuccus mire ſanat.Folia ābuſtis ꝓſunt ex uino & oleo
cocta.Aluum inaniunt ex ſale & aceto ſumpta.Etiam luxatis cocta cū melle ꝓſunt.Item arti
culis podagricis cū ſale recentia uel ſicca.Hippocrates quaſlibet ad collectiōes cū melle impo

ſuit ad mēſes trahendos feminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiūt. Eadē
potio ſi a partu nō purgātur: & ſecunda trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit. Dicūt &
in peſtilentia ſalutarem eſſe in cibis. Ebrietatē diſcutit. Serpētes nidore cū crematur priuatimqꝫ
aſpides fugat. aut inebriat: ita ut torpētes inueniantur. Perunctos quoqꝫ areo aut laureo oleo fu
giunt. Ideo & contra ictus dari potu in uino nigro putāt utile. In foliis ari caſeus optime ſeruari
traditur. Dracūculus quē dixi hordeo matureſcēte effoditur luna creſcēte. Omīo habētem ſer/
pentes fugiunt. Ideo percuſſis ꝓdeſſe in potu aiūt maiorē ut & mēſes: ſi ferro nō attingatur: ſi/
ſtat. Succus eius & auriū dolori prodeſt. Id aūt quod græci dracōtion uocant triplici effigie mi/
hi demōſtratum eſt foliis betæ: nō ſine thyrſo: flore purpureo. Hoc ē ſimile aro. Alii radice lō
ga ueluti ſignata articuloſaqꝫ mōſtrauere tribus omīo cauliculis. Folia eius ex aceco decoqꝫ con/
tra ſerpētium ictus iubētes. Tertia demōſtratio fuit folio maiore ꝗ cornus: radice harundinea:
totidem ut affirmabāt geniculata nodis: quot haberet ānos totidem eſſe folia. Hi ea ex uino uel
aqua cōtra ſerpētes dabant. Eſt & eris quæ in eadem ægypto naſcit̄ ſimilis aro: minor tantū mi
noribuſqꝫ foliis: & utiqꝫ radice: quæ tamē oliuæ grādis magnitudinē implet. Alba geminū cau/
lem: altera unum tātum emittēs. Medetur utraqꝫ ulceribus manātibus: item combuſtis ac fiſtu
lis. Collyrio īmixta & nomas ſiſtūt: decoctaꝝ ī aqua & poſtea tritaꝝ roſaceo addito. Sed unum
miraculum ingens: cōtacto genitali cuiuſqꝫ fœminini ſexuſ aīal in pnīciē agi. Myriophyllō quod
noſtri millefolium uocāt caulis eſt tener. Similis eſt fœniculo plurimis foliis: unde & nomen ac
cepit. Naſcitur in paluſtribus: magnifici uſus ad uulnera. Cū aceto bibitur ad difficultates urinæ
& ueſicæ: & ſuſpiria: præcipitatiſqꝫ ex alto. Efficaciſſima eadē ad dētium dolores. Hetruria hoc
noīe appellat hærbam in pratis tenuem: a lateribus capillamenti mō folioſā: eximii uſus ad uul
nera: boū neruos abſciſſos uomere ſolidari ea: ruſuſqꝫ iūgi addita axūgia affirmāſ. Pſeudobunīō
napi folia habet: fruticās palmi altitudine. Laudatiſſima in creta. Cōtra tormina atqꝫ ſtrāguriā:
lateꝝ præcordioꝝqꝫ dolores bibuntur rami eius quinis cyathis e niue. Myrrhis quā alii myrrhi
zam alii myrrhā uocant ſimillima eſt cicutæ. Caule foliiſqꝫ & flore minor tātum & exilior: cibo
nō inſuauiſ. Cit mēſtrua & partus cū uino. Aiūt quoqꝫ eādem potam in peſtilentia ſalutarē eſſe.
Subuenit & phthiſicis in ſorbitione. Auiditatem cibi facit: Vlcera in facie aut capite ſuccus eius
in aqua triduo maceratæ ſanat. Onobrychis folia habet lentis lōgiora paulo: florem rubētem:
radicem exiguā & gracilem. Naſcitur circa fōteſ. Siccata in farinæ modū & inſpſa uino albo ſtrā
gurias finit. Aluū ſiſtit. Succus eius punctis cū oleo ſudores mouet.

De coriaceſia: & callicia: & menaide: & aliis xxiii. & medicinis eaꝝ quas quidā ma
gicas eſſe dicūt: & de cōſidia: & de aproſſi: & reciduis morboꝝ. Ca. xvii.

IN promiſſo hærbaꝝ mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ enim mirabili/
ores ſunt: Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atqꝫ Democrituſ cōſnctati ma
gos. Coriaceſiam & calliciam Pythagoras qua aquā glaciari tradit: & quaꝝ mentionem apud ali
os nō reperio: nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat & nomine alio corinthadem:
cuius decocto in aqua ſucco protinus ſanari ictus ſerpētiū ſi foueātur dicit. Eūdemqꝫ effuſum in
hærba qui ueſtigio cōtigerint: aut forte reſpſi fuerint inſanabiles perire: mōſtrifica ꝓrſus natu
ra ueneni præterꝗ cōtra uenena. Ab eodem Pythagora aproxis appellat̄ hærba: cuius radix e
lōginquo cōcipiat ignes ut naptha: de qua in terræ miraculis diximus. Idē tradit. Si q morbi hu
mano corpori acciderint florente aproxi: ꝗuis ſanatos admonitionē eoꝝ ſentire quotiēs floret
eam cōtigerit: & frumētum: & cicutā: & uiolam ſimilem cōditionem habere. Nec me fallit hoc
uolumē eius a quibuſdam Cleemporo medico aſcribi. Pythagoræ uero eſſe pertinax fama antiq
taſqꝫ uendicant. Et id ipſum auctoritatem uoluminibuſ affert: ſi qs alius curæ ſuæ opus illo uiro
dignū iudicauerit. Quod feciſſe ſcimus Cleemporꝝ: cū & alia ſuo ex noīe ederet quis credet: De
mocriti certe chirocineta eſſe cōſtat. At in iis ille poſt pythagorā magoꝝ ſtudioſiſſimus quanto
portētoſiora tradit: Aglaopotin hærbā quæ admiratione hoīum ꝓpter eximiū colorem accepe
rit nomē: in marmoribus arabiæ naſcētē perſico latere. Qua de cā & marmaritidē uocari. Ma
gos utiqꝫ ea uti: cū uelint deos euocare. Achemenidon colore eſt electri ſine folio naſcēs ī tar/
daſtilis indiæ. Cuius radix in paſtillos digeſta in dieqꝫ pota in uino noxii p cruciatus nocte confi
teantur omīa p uarias numinū imaginationes. Eandem hippophoruadē appellat: quoniā equæ
præcipue caueāt eam. Theombrotion xx. ſchœnis a Choaſpe naſci pauonis picturis ſimilē odo
re eximio. Hāc aūt a regibus ſperſaꝝ comedi aut bibi cōtra omīa corpoꝝ īcōmoda: ſtabilitatēqꝫ
mētis & iuſticiæ uocari. Eandē deniqꝫ ſemniora potētiæ maieſtate appellari. Aliā deide abamā
tidem armeniæ cappadociæqꝫ alūnam. Ac admota leones reſupinari cū hiatu laxo. Noīs cauſā
eſſe ꝙ cōteri nequeat. Arianidem in arianis gigni igneam colore. Colligi cū ſol in leone ſit. Hu
ius tactu puncta oleo ligna accendi. Theriocarna in cappadocia & miſcia naſcēte: omēs feras tor
peſcere: nec niſi hyenæ urinæ aſperſu recreari. Ethiopida in meroe naſci. Ob id & meroidem ap
pellari: folio lactucæ: hydropicis utiliſſimā e mulſo potā. Ophiuſā in elephātine eiuſdē æthio/

©BIUM

pi æ liuidā:difficilēq; aſpectu:qua pota terrorē minaſq; ſerpentiū obſeruauari:ita ut mortē ſibi
eo metu cōſiſcant:ob id cogi ſacrilegos illā biberē. Aduerſari āt ei palmeū uinū. Thalaſſegl( n
indū amnē inueniri:q̄ ob id nomine alio potamautis appellaƭ. Hac pota lymphari homines ( b
ſeruantib⁹ miraculis. Theangelida i libano ſyriæ dicteo cretæ montib⁹ & babylone & ſuſis pñ
dis naſci:qua pota magi diuinent. Gelotophyllida in bactris & circa boryſtenē. Hæc ſi bib. ē
cū myrrha & uino:uarias obſeruari ſpēs:ridendiq; finem non fieri ni potis nucleis pineæ nucis
cū pipere & melle in uino palmeo. Syſſitieterida a conuictu in pſide nominari:qm̄ hilarenƭ illa
eadē ,ptomedia:qua primatū apd reges optineant. Caſ gnetē:qm̄ ſecū ipſa naſcaƭ:nec cū ullis
aliis herbis. Eandē Dionyſio nymphadem:qm̄ uino mire cōueniat. Heliathen uocāt in themi/
ſyriaca regione & ciliciæ montib⁹ maritimis:folio myrti. Hac cū adipe leonino decocta addito
croco & palmeo uino perungi magos & pſaꝝ reges:ut fiat corp⁹ aſpectu iucundū. Ideo eande;
heliocallidē nominari. Hermeſias ab eodē uocaƭ ad liberos generādos pulchros bonoſq;. Nō
herba:ſed compoſitio e nucleis pineæ nucis tritis cū melle myrrhe croco uino palmeo:poſtea
admixto theōbrotio & lacte bibere generaƭ os iubet:& a cōceptu puerperas ꝑtum nutrientes
ita fieri excellētes animo & forma:atq; bonos. Haꝝ omniū magica quoq; uocabula ponit. Ad
iecit his Apollodorus affectator eius herbā eſchynomenē:qm̄ appropinquante manu folia cō
traheret. Aliam crocidē:cuius tactu phalangia morerenƭ. Crateias oenotheridem:cuius aſper
ſu e uino feritas omniū animaliū mitigareƭ. Anacāpſerotem celeber arte grāmatica paulo ante
cuius omnino tactu r̄dirent amores uel cū odio depoſita. Et abūde ſit hacten⁹ attigiſſe inſignia
magoꝝ in iis herbis:alio de his aptiore dictur⁹ loco.

De eriphia & lanaria & ſtracioti medicinæ Cap. xviii.

Eriphiam multi ,pdidere. Scarabeū hæc in habena habet ſurſum deorſumq; decurrentē cū
ſono hedi:unde & nomē accepit. Hac ad uocē nihil præſtantius eē tradūt. Herba lanaria
ouib⁹ ieiuniis data:lactis abundantiā facit. Eq; nota lactoris uulgo ē plena lactis:qd deguſtatū
uomitiones cōcitat. Eandē hanc aliq eē dicunt:& alii ſimilē illi:quā militarē uocant:qm̄ uul/
nus ferro factū nullū nō intra dies quinq; ſanat ex oleo impoſita. Celebraƭ āt & a græcis ſtra/
ciotes. Eſt & ea in egypto tm̄:& inundatione nili naſciƭ aizoo ſimilis:ni maiora haberet folia.
Refrigerat mire:& uulnera ſanat ex aceto illita:itē ignes ſacros ac ſuppurationes. Sanguinem
quoq; q defluit a renib⁹ pota cū thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba q̄ naſciƭ in capite ſtatuæ:& de herba de fluminib⁹:& herba lingua:& cri/
bro:& fimetis:& rhodora:& impia:& ueneris pectine:& nodia:& philanthropo:&
canaria lappa:& tordyle:& d gramine:& dactylo & fœno græco medicinæ Ca. xix.

Herba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in ueſtis panno:& alligata in lino ruffo capitiſ
dolorē confeſtim ſedare tradiƭ. Herba quecūq; e riuis aut fluminib⁹ ante ſolis ortū colle/
cta:ut nemo colligentē uideat:cōtra tertianas adalligata leuo brachio. ita ut æger qd ſit illud
ignoret:tertianas arcerē tradiƭ. Lingua herba naſciƭ circa fontes. Radix eius combuſta & trita
cū adipe ſuis:adiiciunt ut nigra ſit & ſterilis:alopetias emendat unguentū in ſole. Cribro in li/
mite abiecto:herbæ intus extantes d̄cerptæ:adalligatæq; grauidis:ꝑtus accelerant:Herba q̄
gigniƭ ſupra fimeta ruris:cōtra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam ca
nes urinam fundunt euulſa ne ferro attingaƭ:luxatis celerrime medeƭ. Rumbotinū arborē de/
monſtrauim⁹ inter arbuſta. Iuxta hāc uiduam uite naſciƭ herba:quam galli rhodoram uocant:
caulē habet uirg æ ficulneæ modo geniculatū folia urtice in medio exalbida:eadē ,pcedente tē
pore tota rubentia:florem argenteū:p̄cipua cōtra tumores feruoreſq; & collectiones. Cū axū
gia uero ueteri tuſa:ita ut ferro nō attingaƭ:q punctus ē:ſi deſpuat ad ſuam dexteram ter:effi/
cacius remediū eē aiunt:ſi tres quoq; triū nationū homines pungant dextrorſus. Herba impia
uocaƭ incana:toris maris aſpectu thyſi mō ueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua
capitella gerentes:ob id impiam appellauerē:qm̄ liberi ſup parentem excellant. Alii potius ita
appellatam:q; nullū animal eā attingat:exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet:p̄ci
puo aduerſus anginas ſucco lacte & uino admixto:miꝝq; tradiƭ:nunq; ab eo morbo tētari qui
guſtauerint. Itaq; et ſuibus dari:quæq; medicamentum id noluerint haurirē:eo modo interirē.
Sunt q et in auiū nidis inſeri aliquid ex ea putent:atq; ita nō ſtrangulari pullos auidius deuoran
tes. Veneris pectinē appellant a ſimilitudine pectinū. Cuius radix cū malua tuſa omnia corpo/
ri infixa extrahit. Veternoſa curat:q̄ exedum uocaƭ. Nodia herba coriarioꝝ officinis ēt hilaris
eſt:aliis ue. Nomas curat. Efficaciſſimāq; aduerſus ſcorpiones eē potā in uino aut poſca repio.
Philantropon herbam græci appellant naſutem:qm̄ ueſtib⁹ adhereſcat. Ex hac corona impo/
ſita capitis dolores ſedanƭ. Nam quæ canaria appellaƭ lappa cum plantagine & millefolio trita
ex uino carcinomata ſanat:ternis dieb⁹ ſoluta. Medeƭ & ſuis hæc effoſſa ſine ferro:& addita in
colluuiem poturis uel ex lacte & uino. Quidā adiiciunt & fodientē dicere oportere:hæc ē her
ba argemon:quā Minerua reppit ſuib⁹ is remedium:q d illa guſtauerit. Tordylen alii ſemen/

ſilis eſſe dixerunt. Alii hærbā p ſe quā & ſyreon uocauerūt. Neq̃ aliud de ea ꝓditū inuenio q̃ i
mōtibus naſci. Cōbuſtā potu ciere mēſes: & pectoris excreationes. Efficacior ē etiā nūc radice.
Succo eius ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi radicē eius & i malagmata. Gram ē ipſū ē in
ter herbas uulgatiſſimū. Geniculatis ſerpit internodiis: crebroq̃ ab iis & ex cacumine nouas ra/
dices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigiantur. In pnaſo tantū hederacea ſpe
cie denſius q̃ uſq̃ fruticante: flore odorato cādidoq̃. Iumētis hærba nō alia gratior ſiue uiridis
ſiue in fœno ſiccata. Tūditur aſpſa aqua. Succū quoq̃ eius in pnaſo excipi tradūt ꝓpter uberta/
tem. Dulcis eni hic eſt. In uicē eius in reliqua parte terraꝝ ſuccedit decoctū ad uulnera cōgluti/
nanda: quod & ipſa hærba tuſa præſtat. Tuet̃q̃ & ab inflāmationibus placat. Decocto adiicit̃
uinum ac mel: ab aliqbus & thuris & piperis myrrhæq̃ tertiæ portiones. Rurſuſq̃ coquitur in
æreo uaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta i uino torminibus medet̃ & urinæ
difficultatibus. Vlceribus ueſicæ. Calculos frangit. Semē uehemētius urinā impellit. Aluū uo/
mitioneſq̃ ſiſtit. Priuatim aūt draconū morſibus auxiliatur. Sunt qui genicula ix. uel unius uel e
duabus tribus ue hærbis ad hunc articuloꝝ numeꝝ inuolui lana ſuccida nigra iubeāt ad r̄media
ſtrumæ panoꝝ ue. Ieiunum debere eſſe qui colligat. Ita ire i domum abſentis cui medeat̃: ſupue
nientiq̃ ter dicere ieiuno ieiunum medicamētum dare. Atque ita adalligare: triduoque id facer̄.
Quod e graminum genere ſeptē internodia habet: efficaciſſime capiti cōtra dolores adalligat̃.
Quidā ꝓpter ueſicæ cruciatus decoctum ex uino gramē ad dimidias e balneis bibi iubēt. Sunt
qui & aculeatum gramē uocāt trium geneꝝ cū in cacumine aculei ſint plurimū: quod illi dactylō
uocāt: hos conuolutos naribus inſerunt: extrahuntque ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt
aizoo ſimile ad paronychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus excreuerit utunt̃ cū axū
gia. Ideo dactylō appellātes qa digytis medeatur. Tertium genus dactyli ſed tenuis naſcit̃ i pa
rietibus aut tegulis. Huic cauſtica uis eſt. Siſtit ulcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circūdatum
ſanguinis e naribus fluctiones ſiſtit. Camelos āt necare tradit̃ in babylonis regiōe id quod iux/
ta uias naſcitur. Nec fœnogræco minor auctoritas: quod telin uocant: alii carphos. Aliq buce/
ras: alii egoceras: quoniā corniculis ſemē eſt ſimile: nos ſiliciam: quod quomodo ſereret̃ ſuo lo/
co diximus. Vis eius ſiccare: mollire: diſſoluere. Succus decocti fœminaꝝ pluribus malis ſubue/
nit: ſiue duricia ſiue tumor: ſiue cōtractio ſit uuluæ: fouētur: inſidūt: infuſum quoq̃ ꝓdeſt. Fur
fures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & ipoſitū medet̃: itē ex aceto. Sic iocineri
decoctū. Diocles difficile piētibus ſemē eius dedit acetabuli mēſura tritū in nouē cyathis ſapæ
ad tertias ptes bibere: ut q biberint in calida lauarēt̃. Et in balneo ſudātibus diu idiū ex relicto
iteꝝ dedit: mox a balneo reliquū ꝓ ſūmo auxilio. Farinā fœnogræci cū hordeo aut lini ſemīe de
coctam aqua mulſa cōtra uuluæ cruciatus ſubiecit. Itēq̃ ipoſuit imo uētri. Lepras lēntigines ſul
phuris pari portione mixta farina curauit nitro ante præparata cute ſæpius die illinēs: pungiq̃
præcipiens. Theodorus fœnogræco miſcuit quartā ptem purgati naſturtii acerrimo aceto ad le
pras. Damion fœnogræci ſemē acetabuli dimidia mēſura cū ſapæ & aquæ nouē cyathis ad mē/
ſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur qn decoctū eius utiliſſimū ſit uuluis interaneiſq̃ exulcera
tis: ſicuti ſemē articulis atq̃ præcordiis. Si uero cū malua decoquat̃: poſtea addito mulſo potus
ante cætera uuluis interaneiſq̃ laudat̃. Quippe cū uapor quoq̃ decocti plurimū proſit. Alarūq̃
etiā grauiolentiā decoctū fœnogræci ſemē emēdat. Farina prurigines capitis furfureſq̃ cū uino
& nitro celeriter tollit. In hydromelite aūt decocta addita axūgia genitalibus medetur: item pa
no: potidi: podagræ: chiragræ: articulis: carnibuſq̃ quæ recedūt ab oſſibus. Aceto uero ſubac/
ta luxatis. Illinit̃ & lyeni decocta i aceto & melle tantum. Carcinomata ſubacta ex uino purgat.
Mox addito melle pſanat. Sūmit̃ & ſorbitio e farina ad pectus exulceratū lōgāq̃ tuſſim. Diu de
coqtur: donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nūc ipſa claritas hærbaꝝ dicetur.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER .XXV.
## PROHEMIVM.

Natura Hærbaꝝ Sponte Naſcentium. Ca. i.

IPSA QVAE NVNC DICETVR HAERBARVM
claritas medicinæ tantum gratia gignēte eas tellure: in admira
tionē curæ priſcoꝝ diligentiæq̃ animū agit. Nihil ergo intēta
tum inexptumq̃ illis fuit. Nihil deinde occultatum quod non
prodeſſe poſteris uellēt. At nos elaborata iis abſcōder̄ ac ſup
primere cupimus: & fraudare uitā etiā alienis bonis. Ita certe
recōdunt qui pauca aliqua nouere: inuidentes aliis: & nemīnē
docere in auctoritatem ſcientiæ eſt. Tātum ab excogitādis no
uis ac adiuuāda uita mores abſunt. Sūmūq̃ opus ingenioꝝ diu

©BIUM

in hoc fuit:ut intra unumquēq; recte facta ueter̄ perirent. At hercule ſingula quoſdā inuenta
deor̄ numero addidere:omniūq; uitā clariorē fecere cognominib⁹ herbar̄ tam benigne gratiā
memoria referente. Non æque hæc cura eor̄ mira eēt in iis:q̄ ſatu blandiūt̄:aut cibo inuitant
ſed culmina quoq; montiū inuia & ſolitudines abditas omniſq; terræ fibras ſcrutati inuenere:
qd quæq; radix polleret:ad quos uſus herbar̄ folia ptinerent:etiam quadrupedū pabulo intar/
cta ad ſalutis uſus uertentes.

Qui latine uſus herbar̄ ſcripſerit:& qñ ad romanos noticia ear̄ puenerit:et q primi
græcor̄ d his compoſuerit:et d herbar̄ inuentione:et antiqua medicina:et quar̄ mi
nus exerceat̄ ear̄ remedia:et d cynorbodo:et d dracūlo medicinæ Ca.ii.

MInus hoc q̄ par erat:noſtri celebrauere omniū utilitatū & uirtutū rapaciſſimi. Primuſq; &
diu ſolus idē ille. M. Cato omniū bonar̄ artiū magiſter paucis dūtaxat atigit. Boum etiā
medicamina nō omiſſa. Poſt eū unus illuſtriū tētauit. C. Valgius eruditione ſpectatus:imper/
fecto uolumine ad Diuū Auguſtū:inchoata ēt p̄fatione religioſa:ut omnib⁹ malis humanis illi⁹
potiſſimū principis ſemp medicet̄ maieſtas. Ante cōdiderat ſolus apd' nos:qd equidē inueni:
Pompei⁹ Lene⁹ Magni Pompeii libertus:quo primū tempore hāc ſcientiā ad noſtros p̄ueniſſe
animaduerto. Nāq; Mithridates maxim⁹ ſua ætate regū:quē debellauit Pompei⁹:omniū ante
ſe genitor̄ diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis præterq̄ fama intelligit̄. Vni ei excogitatū
quottidie uenenū bibere:præſumptis remediis:ut cōſuetudine ipſa innoxiū fieret. Primo inuē
ta genera antidoti:ex qbus unū ēt nomē eius retinet. Illiuſ inuentū autumāt ſanguinē pōticor̄
miſcere antidotis:qm̄ ueneno uiuerent. Ad illū Aſclepiadis medendi arte clari:uolumina cō/
poſita extant:cū ſollicitatus ex urbe roma p̄cepta p ſe mitteret. Illū ſolū mortaliū Mithridatē
xxii. linguis locutū certū ē. Nec d ſubiectis gentib⁹ ullū hominē p interpretē appellatū ab eo
ānis. lvi. qb⁹ r̄gnauit. Is ergo ī r̄liqua īgenii magnitudie medicīe peculiariter curioſus ab hoīb⁹
ſubiectis:q fuere ps magna terrar̄:ſingula exquirens:ſcriniū cōmentationū har̄ & exemplaria
effectuſq; i archanis ſuis reliqt. Pōpeius āt omni r̄gia præda potitus:transferre ea ſermone no
ſtro libertū ſuū Leneū grāmaticæ artis doctiſſimum iuſſit. Vitæq; ita pfuit nō min⁹ qua rei/
publicæ uictoria illa. Præter hos græci auctores medicinæ pdidere:quos ſuis locis diximus.
Ex iis Crateias:Dionyſius:Metrodorus rōne blandiſſima:ſed qua nihil pene aliud q̄ rei diffi/
cultas intelligat̄. Pinxere nāq; effigies herbar̄:atq; ſubſcripſere effectus. Ver̄ & pictura fallax
ē ex coloribus tā numeroſis:præſertim in æmulatione naturæ:multūq; degenerat tranſcribē
tium ſors uaria. Præterea par̄ ē ſingulas ear̄ ætates pingi:cū quadripartitis uarietatib⁹ anni fa
ciē mutent. Quare cæteri ſermone eas tradider̄. Aliq effigie qdē indicata & nudis qdē pler̄q;
nominibus defuncti:qm̄ ſatis uidebat̄ poteſtates uimq; dmonſtrare querere uolentibus. Nec
ē difficile cognitu. Nobis certe:exceptis admodū paucis cōtigit reliquas contemplari ſcientia
Antonii Caſtoris:cui ſumma auctoritas erat ī ea arte noſtro æuo. Viſendo(hortulo eius:ī quo
plurimas alebat:cēteſimum ætatis annū excedēs nullū corporis malū expertus ac ne ætate q/
dē memoria aut uigore concuſſis. Nec aliud mirata magis antiquitas reperiet̄. Inuenta iampri
dē rō ē prænuntians horas nō modo dies ac noctes ſolis lunæq; defectū. Durat tñ tradita per
ſuaſio in magna pte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. In eo nāq; fœminar̄ ſcientiā præualere.
Certe qd nō repleuere fabuliſ colchis Medea:aliæq;: In primiſq; italica circe diis ēt ad ſcripta:
ūde arbitror natū ut Aeſchylus e uetuſtiſſimis in poetica re r̄fertā italiā herbar̄ potentia pde/
ret. Multiq; circeios agros ubi habitauit illa:in magno argumento etiamnū durante in marſis a
folio eius orta gēte:quos eē domitores ſpentium conſtat. Homer⁹ qdē prim⁹ doctrinar̄ & an
tiquitatis parens:multus alias in admiratione Circes gloriā herbar̄ ægypto tribuit:tū ēt cum
rigaret̄ ægyptus illa nō āt eēt:poſtea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias ab regis
uxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat:ac nobile illud Nepenthes obliuionē triſtitiæ ue
niāq; afferens:& ab Helena utiq; omnib⁹ mortalib⁹ ppinandū. Primus āt omniū:quos memo
ria nouit:Orpheus d iis herbis curioſius aliqua pdidit. Poſt eū Muſeus & Heſiodus poliō her
bā in quantū mirati ſunt:diximus. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cōmendauer̄. Homerus &
alias nominatim herbas celebrat:quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus ſapientia
primus uolumē d ear̄ effectu compoſuit:Apollini:Aeſculapioq;:& in totū diis immortalibus
inuentione & origine aſſignata. Compoſuit & Democritus:ābo peragratis pſidis arabiæ æthio
piæ ægyptiq; magiſ. Adeoq; ad hæc attonita antiquitas fuit:ut affirmaret ēt incredibilia dictu
Xanthus hyſtoriar̄ auctor in prima ear̄ tradidit occiſum draconis catulū reuocatū ad uitā a pa/
rēte herba:quā balin nominat. Eadēq; tillonē quē draco occiderat:reſtitutū ſaluti. Et Iuba in
arabia herba reuocatū ad uitā hominē tradit. Dixit Democrituſ:credidit Theophraſtus eē her
bā:cuius contactu illatæ ab alite:quam rettulimus:exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactuſ
Quæ ēt ſi fide carent:admirationē tamē implēt:coguntq; confiteri multū eē:qd uero ſuperſit
Inde & pleroſq; uideo exiſtimare:nihil n̄ herbar̄ ui effici poſſe. Sz plurimar̄ uires eē icognitas

BIUM

Quoꝝ numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferũt dictũ quaſdam etiã fortaſſis ca/
catas prodeſſe. Obſeruatum certe eſt inflãmari uulnera ac morbos ſuperuẽtu eoꝝ: qui pedibus
iter cõfecerint. Hæc erat ãtiqua medicina: quæ tota migrabat in græciæ linguas. Sed quarẽ nũc
nõ plures noſcũtur cauſæ: niſi ꝙ eas agreſtes litteraꝝqꝫ ignari experiũtur: utpote qui ſoli inter
illas uiuãt. Præterea ſecuritas quærẽdi obuia medicoꝝ turba. Multis etiã inuẽtis noĩa deſunt.
ſicut illi quã rettulimus in frugum cura: ſcimuſqꝫ defoſſã in angulis ſegetis præſtare ne qua uis ĩ
tret. Turpiſſima cã raritatis: quod etiã q ſciũt: demõſtrare nolũt: tanqꝫ ipſis pituꝝ ſit quod tra/
diderint aliis. Accedit rõ inuentionis anceps. Quippe etiã in repertis: alias inuenit caſus: alias (ut
uere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus: pauorẽ aquæ: potuſque
omis afferens odium. Nuper cuiuſdã militantis in prætorio mater uidit in quiete radicem ſilue/
ſtris roſæ: quã cynorhodon uocant: quãqꝫ blãditam ſibi aſpectu pridie ĩ fruteto mitteret ſolio
bibẽdam in lacte. In luſitania res gerebaẽ hiſpaniæ ꝓxima pte. Caſuqꝫ accidit: ut milite a morſu
canis incipiẽte aquas expaueſcere ſuperueniret epiſtola orãtis: ut pareret religioni. Seruatuſqꝫ
eſt ex inſperato. Et poſtea qſquis auxilium ſimile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi una
medicina erat ſpõgiolæ quæ in mediis ſpinis eius naſcitur cinere cũ melle alopeciaſ capitiſ exple
ri. In eadem ꝓuintia cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracũculũ appellatũ caulẽ polli/
cali craſſitudine uerſicoloribus uiperaꝝ maculis: quã ferebãt cõtra oĩum morſus eſſe remediũ:
Alius eſt quẽ nos in priori uolumine eiuſdem noĩs diximus: ſed huic alia figura. Aliudqꝫ miracu
lum exeuntis e terra ad primas ſerpentiũ uernationes bipedali fere altitudine ruſuſqꝫ cũ iiſdem
in terram ſe condentis: nec omĩo occultato eo apparet ſerpens: uel hoc per ſe ſatis officioſo na/
turæ munere: ſi tantũ præmoneret: tẽpuſqꝫ formidinis demõſtraret

De quodã peſtifero fõte germaniæ: & de britãnia: & maximis morboꝝ doloribuſ. Ca. iii.

NEc beſtiaꝝ ſolum ad nocẽdum ſcelera ſunt: ſed interim aquaꝝ quoqꝫ ac locoꝝ. In germania
trans rhenum caſtris a Germanico Cæſare promotis maritimo tractu fons erat aquæ dul/
cis ſolus: qua pota intra biẽnium dentes deciderent. Cõpageſqꝫ in genibus ſoluerẽtur. Stoma/
chacen medici uocabãt & ſceletorben. Ei malo reperta auxilio ẽſt hærba: que uocatur britãnica
nõ neruis mõ & oris malis ſalutaris: ſed cõtra anginas quoqꝫ & cõtra ſerpẽtes. Folia habet oblõ
ga nigra: tradidem nigram. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem uibones uocãt: qui col/
lectus priuſqꝫ tonitrua audiantur: & deuoratus ſecuros in totum reddit. Fida in qua caſtra erãt
noſtris mõſtrauere illam. Miror quidem quæ nominis eſſet cã: niſi forte cõfini oceano britãniæ
ueluti ꝓpinquæ dicauere. Nõ enim inde appellatam eam: quoniã ibi plurima naſcereẽ certũ ẽ.
Etiã tum britãnia libera fuit quidem. Nec hic quõdam ambitus noĩbus ſuis eas adoptãdi: ut do
cebimus feciſſe reges: ut res tanta debeaẽ: hærbã inuenire: uitam iuuare nõ fortaſſis credet ali/
quis: cum hæc noſtra friuola quoqꝫ exiſtimẽẽ: adeo deliciis ſordent: etiam quæ ad ſalutem per/
tinent. Auctores tamẽ quaꝝ inueniũtur in primis celebrare par eſt: effectu eaꝝ digeſto in gene
ra morboꝝ. Qua qdem in reputatione miſereri ſortis humanæ ſubit: & præter fortuita caſuſqꝫ
& noĩa quæ omĩs hora excogitat ad milia morboꝝ ſingulis mortalibus timẽda. Qui grauiſſimi
ex iis ſint diſcernere ſtultitia prope uideri põt: cũ ſuus cuiqꝫ ad præſens qſqꝫ atrociſſimus uidea/
tur. Et de hoc tamẽ iudicauerẽ aui expimẽto aſprimoſ cruciatus eſſe calculoꝝ a ſtillicidio ueſicæ.
Proximũ ſtomachi tertium eoꝝ qui in capite doleant. Nõ ob aliud fere morte cõſcita græcis: &
noxias hærbas demõſtratas miror equidẽ. Nec ueneno ꝝ tantũ: quoniã ea conditio uitæ eſt: ut
mori pleriſqꝫ etiã optimi portus ſit: tradatqꝫ Varro Seruiũ Clodium equitẽ romanũ magnitudie
doloris in podagra coactum ueneno crura perunxiſſe: & poſtea caruiſſe ſenſu omĩ æque ꝗ dolo
re in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia mõſtrãdi qua mẽtes ſoluerentur: Partus eliderentẽ:
multaqꝫ ſimilia: Ergo nec abortiua dico. Ac ne amatoria quidẽ memoro. Lucullũ imperatorem
clariſſimũ amatorio ꝑiiſſe. Nec alia magica porrẽta: niſi ubi cauẽda ſũt aut coarguẽda ĩ primis fi
de eoꝝ dãnata. Satis opæ fuit abũdeqꝫ præſtitũ uitæ ſalutares dixiſſe ac poſtea inuẽta.

De moly: & dodecatheo: & pæonia uel pẽtorobo uel glycyſide: & panace uel aſclepio:
& heracleo panace: chironio: & panace centaureo: uel pharnaceo: & heracleo ſiderio:
& hyoſcyamo uel apollinari ſiue altercangeno. Ca. iiii.

LAudatiſſima hærbaꝝ eſt Homero teſte quã uocari ab diis putant moly. Aſt inuẽtionem
eius Mercurio aſſignat. Cõtraqꝫ ſũma ueneficia demõſtrat. Naſci eam hodie circa pheneũ
& in cyllene archadiæ tradunt. Specie illa homerica radice rotũda nigraque: magnitudine cepæ
folio ſcyllæ: effodi aũt difficulter. Græci auctores florem eius luteum pinxere: cũ Homerus cã
didum ſcripſerit. Inueni e peritis hærbaꝝ medicis: qui & in italia naſci eam diceret: afferrique cã
pania mihi aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas radicis triginta pedes lõgæ. Ac ne
ſic quidem ſolidæ ſed abruptæ. Ab ea maxima auctoritas hærbæ eſt: quã dodecatheon uocant:
omĩum deoꝝ maieſtatem cõmẽdantes. In aqua potã omĩbus morbis mederi tradũt. Folia eius
ſeptem lactucis ſimillima exeũt lutea radice. Vetuſtiſſima inuentu peonia eſt. Nomẽque aucto/

©BIUM

ris retinet. Quam qdam pentorobõ appellant: alii glycyſiden. Hæc quoq; difficultas ẽ: ꝙ ea/
dẽ aliter alibi nuncupat̃. Naſcit̃ opacis montibꝰ caule inter folia digytoꝝ quattuor ferente ĩ ca
cumine ueluti græcas nuces quatuuor aut quinq;. Ineſt iis ſemẽ copioſum: rubꝝ: nigꝝq;. Hæc
medet̃ & faunoꝝ in qete ludibriis. Precipiũt eruere noctu: qm̃ ſi picus martius uideat: tuendo ĩ
oculos impetũ faciat. Panaces ipſo nomine omniũ morboꝝ remedia ꝓmittit: numeroſũ & diis
inuentoribꝰ adſcriptũ. Vnũ qppe aſclepion cognominat̃: qm̃ is filiã panaciã appellauit: Succus
eius ẽ coactꝰ ferulæ: qualẽ diximꝰ. Radix ẽ multi corticis & ſalſi. Hac euulſa ſcrobẽ repleri ua
rio genere frugũ religio ẽ: ac terræ piamentũ. Vbi: & quo fieret mõ: & quale maxime ꝓbaret̃
inter pegrina docuimꝰ. Id qđ e macedonia affert̃: bucolicon uocant: armentariis ſponte erum/
pentẽ ſuccũ excipientibꝰ: hoc celerrime euaneſcit. Et in aliis ãt generibꝰ improbat̃ maxime ni/
grũ ac molle. Id. n. argumentũ ẽ cæra adulterati. Alteꝝ genus heracleon uocant: & ab Hercu
le inuẽtũ tradũt. Alii origanũ heracleoticũ ſilueſtre: qm̃ ẽ origano ſimile: radice inutili. De ori
gano diximus. Tertiũ panaces chironeon cognominat̃ ab inuentore. Foliũ eius lappato ſimile
maiꝰ tñ & hirſutius. Flos aureus: radix pua. Naſcit̃ pinguibꝰ locis. Huiꝰ flos efficaciſſimꝰ eoq;
amplius ꝙ ſupradicta ꝓdeſt. Quartũ genꝰ panaces ab eodẽ Chirone reptum cẽtaurion cogno
minat̃. Sed & pharnaceon in controuerſia inuentionis a Pharnace rege deductũ. Serit̃ hoc lon/
gioribꝰ ꝙ cætera foliis: & ſerratiſ. Radix odorata in umbra ſiccat̃: uinoq; gratiã adiicit. Huius
genera duo fecere: alteꝝ leuioris folii: alteꝝ tenuioris. Heracleon ſideriõ & ipſum ab Hercule
inuentũ ẽ: caule tenui digytoꝝ quattuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriandri. Iuxta lacus
& amnes inuenit̃. Omniaq; uulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Et Chironis inuentũ ampeloſ
quæ uocat̃ chironia: đ qua diximus inter uiteſ. Sicuti đ herba cuius inuentio aſſignat̃ Mineruæ
Herculi quoq; eam adſcribunt: q̃ appollinaris apđ arabas altercũ ſiue altercangenũ: apđ græ/
cos uero hyoſcyamꝰ appellat̃. Plura eius genera. Vnũ nigro ſemine: foliis pene purpureis ſpi/
noſum. Talis naſcit̃ in galacia. Vulgare ãt cãdidius ẽ & fructicoſius: altius papauere. Tertii ſe
men irionis ſemini ſimile: & omnia inſaniam gignentia: capitiſq; uertigines. Quartũ genus mol
le: lanuginoſum pinguius cæteris. Candidi ſeminis: in maritimis naſcens: hoc recepere medici.
Item rufi ſeminis nõnun ꝙ ante candidũ ruffeſcit: ſi nõ ematuruit: improbat̃q;: Ex alioq̃n nullũ
niſi cũ inaurerit legit̃: natura uini. Ideoq; mẽtẽ caputq; infeſtans. Vſus ſeminis & ꝑ ſe & ſucco
expſſo. Exprimit̃ ſeparatim: & caulibus foliiſq; utunt̃ & radice: temeraria in totũ (ut arbitror)
medicinæ. Quippe ẽt foliis conſtat mẽtẽ corrumpi: ſi plura ꝙ quattuor bibãt̃. Etiam antiq in
uino febrẽ depelli arbitrabãt̃. Et oleũ fit ex ſemine: ut diximus: qđ ipſum auribus infuſum ten
tat mentẽ: mireq; cõtra uenenũ remedia ꝓdidere iis: q id bibiſſent: & ipſum ꝓ remediis: adeo
nullo omnia experiendi fine: ut cogerẽt̃ ẽt uenena ꝓdeſſe.

De linozoſte parthenio hermipora ſiue potius mercuriali: & achillea: & panace hera/
clea ſideriti millefolio: & đ ſcopa regia: & hermineo teucrio ſplenio: đ melampodio
ſiue helleboro: quot ue eoꝝ genera: & đ nigro helleboro & albo medicinæ: & qñ de
tur: & quõ ſumendũ: & qbus nõ dãdũ: & ꝙ mures necat Cap. v.

Linozoſtis ſiue parthenion a Mercurio inuentus ẽ: ido apđ græcos hermupoan multi uocãt
Eam apđ nos omnes mercurialẽ. Duo eius genera: maſculus & fœmina quæ efficacior: cau
le cubitali interdũ ramoſo in cacumine: ocimo anguſtioribus foliis geniculis denſis: alaꝝ cauis
multis: ſemine in geniculis dependente: fœmine copioſo: mari iuxta genicula ſtatim rariore ac
breui: contortoq;. Fœminæ ſoluto & cãdido. Folia maribꝰ nigriora: fœminis cãdidiora: radix
ſupuacua: prætenuis. Naſcũt̃ in campeſtribꝰ cultis. Miꝝ ẽ qđ de utroq; eoꝝ genere ꝓdit̃. Vt
mares gignãt̃ hunc facere: ut fœminæ illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus ꝓtinus biba
tur in paſſo: edant̃ ue folia decocta ex oleo & ſale: uel cruda ex aceto. Quidã decoquunt eam ĩ
nouo fictili cũ heliotropio: & duabꝰ aut tribꝰ ſpicis donec decoquat̃. Decoctũ dari iubẽt: & her
bam ipſam in cibo altero die purgationi: mulieribꝰ ꝑ triduũ: quarto die a balneo coire eas. Hip
pocrates miris laudibꝰ ĩ mulieꝝ uſu ꝓdicauit illas. Eaſq; ad hũc modũ adhuc medicoꝝ nemo no/
uit. Ille eas uuluæ cũ melle uel roſaceo uel lilino uel irino admouit: itẽ adciendos mẽſes ſecun
daſq;. Hoc idẽ præſtare potu fotuq; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccũ inunxitq; cũ uino ue/
tere. Aluo folia impoſuit: epiphoris: ſtranguriæ & ueſicæ. Decoctũ eius dedit cum myrrha &
thure. Aluo qdẽ ſoluendæ: uel in febri decoqt̃ quantũ manus capiat in duobus ſextariis aquæ
ad dimidias: bibit̃ ſale & melle admixto: necnõ cũ ungula ſuis aut gallinaceo decoctũ ſalubrius.
Purgationis cã putauere aliq utranq; dandã: ſiue cũ malua decoctũ. Thoracẽ purgant. Bilẽ de/
trahunt. Sed ſtomachũ lædunt. Reliquos uſus dicemus ſuis lociſ. Inuenit & achilleon Achilles
diſcipulus Chironis: qua uulneribus mederet̃: q̃ ob id achilleos uocat̃. Hac ſanaſſe Telephum
dicit̃. Alii primũ eruginẽ inueniſſe utiliſſimã emplaſtris: ideoq; depingit̃ ex cuſpide decutiens
eam gladio in uulnus Telephi. Alii utroq; uſum medicamento uolunt. Aliq & hanc panacẽ he
racleõ: alii ſideriten. Hanc apđ nos millefoliam uocant cubitali ſcapo ramoſam: minutioribus

ꝙ fœniculi foliis ueſtitam ab imo. Alii fatentur qdem illam uulneribus utilẽ: ſed uerã achilleoſi
eſſe ſcapo cæruleo pedali: ſine ramis ex omĩ parte ſingulis foliis rotũdis elegãter ueſtitam. Alii
quadrato caule: capitibus marrubii folio quercus. Hãc etiã præciſos neruos glutinare faciunt.
Alii ſideriten in maceriis naſcẽtem cũ teritur fœdi odoris. Etiãnum aliã ſimilẽ huic: ſed cãdidio/
ribus foliis & pinguioribus tenuioribus cauliculis in uineis naſcẽtem. Aliã uero qnum cubitorũ
ramulis exilibus triangulis: folio filicis: pediculo lõgo: betæ ſemine: omẽs uulneribus præcipu
as. Noſtri eam quæ eſt latiſſimo folio: ſcopã regiam uocãt. Medetur anginiſ ſuũ. Inuenit & teu
cer eadem ætate teucrion quã quidã hermoneõ uocant: ſpargentẽ iuncos tenues: folia pua aſpe
ris locis naſcẽtem: auſtero ſapore: nunq̃ florentem. Neq; ſemen gignit. Medet̃ lyenibus. Cõ/
ſtatq; ſic inuentã: cũ exta ſuper eam proiecta eſſent: fertur adhæſiſſe lyeni: eũq; inaniſſe. Ob id
a qbuſdam ſplenιõ uocatur. Narrãt ſues qui radicem eius edũt ſine ſplene inueniri. Ramis hy/
ſopi ſurculoſam: folio fabæ. Eodem noĩe appellãt: & colligi florentem adhuc iubent adeo flo/
rere nõ dubitant: maximeq; ex ciliciis & pyſidiæ mõtibus laudãt. Melãpodis fama diuinationis
artibus nota eſt. Ab hoc appellatur unũ hellebori genus melampodiõ. Aliq paſtorem eodẽ no
mine inueniſſe tradũt: ca pras purgari paſtore illo aĩaduertente datoq; lacte earꝝ ſanaſſe paroti/
das furentes. Quam ob rẽ de omĩbus eius generibus dici ſimul cõuenit. Prima duo ſũt candidũ
ac nigrũ. Hoc radicibus tantũ intelligi tradũt pleriq;. Alii folia nigri platani ſimilia & minora ni
grioraq;: & pluribus diuiſuris ſciſſa. Alii betæ incipiẽtis. Hæc quoq; nigriora & canalium dorſo
rubeſcentia: Vtraq; caule palmi ferulaceo bulboꝝ tuniciſ cõuoluto radice fibrata cepaꝝ mõ. Ni
gro equi boues ſues necantur. Itaq; cauent id cũ candido ueſcantur. Tempeſtiuũ eſſe tradũt meſ
ſibus. Plurimũ aũt naſcitur ĩ oeta mõte. Et optimũ uno eius loco circa epiꝝ. Nigrũ ubiq; prouẽ
nit: ſed melius in helicone: qui mõs & aliis laudatur hærbis. Candidũ ꝓbatur oeteũ. Secũdũ põ
ticum. Tertio loco heleaticũ: quod ĩ uitibus naſci ferũt. Quarto pnaſiũ: quod adulteratur ætoli
co ex uicino. Nigrum ex iis melampodiõ uocant: quo & domos ſuffiũt purgantq; aſpergentes ſe
& pecora. Cũ precatione ſolẽni hoc & religioſius colligitur. Primũ enĩ gladio circũſcribitur. De
inde qui ſucciſurus eſt ortuꝫ ſpectat. Et precatur ut id liceat ſibi cõcedentibus diis facere. Obſer
uatq; aqlæ uolatus: fere enim ſecantibus iter eſt. Et ſi ꝓpe aduolauerit: morituꝝ illo anno q ſuc
cidit auguriũ eſt. Nec albũ facile colligitur: caput aggrauãs maxime: niſi præſũmat alũ: & ſub/
inde uinũ ſorbeatur: celeriterq; fodiatur. Nigrũ alii euchymõ uocãt: alii polyrrhyſõ: purgat ꝑ
ĩferna. Cãdidũ aũt uomitiõe. Cauſaſq; morboꝝ extrahit. Quõdã terribile. Poſtea tã ꝓmiſcuũ:
ut pleriq; ſtudioꝝ gratia ad prouidẽda acrius quæ cõmentabãt̃: ſæpiuſ ſũptitauerint. Carneadẽ
reſpõſuꝝ Zenonis libris. Druſum quoq; apud nos tribunoꝝ populariũ clariſſimũ: cui ante omẽſ
plebs adſtans plauſit: optimates uero bellũ marſicũ imputauere: cõſtat hoc medicamẽto libera/
tum comitiali morbo in antycira inſula. Ibi enim tutiſſime ſũmit̃: quoniã (ut diximus) ſeſamoides
admiſcẽt. Italia ueratrũ uocat. Farina eoꝝ per ſe & mixta radiculæ qua lana diximus lauari ſter/
nutamẽtum facit. Amboq; ſõnum. Legũtur aũt tenuiſſimæ radices breueſq; ac uelut decurtatæ
etiam hæ. Nã ſũma quæ eſt craſſiſſima cepis ſimilis canibus tantum dat̃ purgationis cã. Antiq
radicem corticemq; carnoſiſſimũ eligebãt: quo tenuior eximeretur medulla: Hãc humidis ſpon
giis opertã turgeſcentẽq; in lõgitudinẽ findebãt̃. Deinde fila in umbra ſiccabãt iis utẽtes. Nũc
ramulos ipſos ab radice ſua grauiſſimi corticis ita dantes. Optimũ quod acre guſtu: feruenſq; in
frãgendo puluerẽ emittit. Durare uim eius xxx. annis ferunt. Nigrũ medet̃ palyticis inſaniẽti/
bus hydropicis dũmõ citra fibrim: podagris ueteribus: articulariis morbiſ. Trahit aluũ & bilem
pituitaſq;. Ex aqua datur ad leniter molliẽdam aluũ plurimũ drachma: modice quattuor obolis.
Miſcuere aliqui & ſcamoneam: ſed tutius ſalem. In dulcibus datũ copioſius periculũ infert. Ocu
loꝝ caliginẽ fotu diſcutit. Ob id quidã & inunxere. Tritũ ſpumas ſuppurata duritias concoquit:
& purgat. Itẽ fiſtulas tertio die exẽptum. Verrucas tollit cũ ſquamis æris: & ſandaraca. Hydro
picoꝝ uẽtri imponitur cũ farina hordeacea & uino. Pecoꝝ & iumẽtoꝝ pituitas ſanat ſurculo per
aurem traiecto: & poſtero die eadem hora exẽpto. Scabiẽ quadrupedũ cum thure & cæra aro ꝑi
ce uel cũ piſſeleo. Album optimũ: quod celerrime mouet ſternutamẽta: ſed multum terribilius
nigro: præcipue ſi qs apparatum poturoꝝ apud antiquos legat: cõtra horrores ſtrangulatus in
tẽpeſtiuas ſõni uires ſingultus infinitos aut ſternutamẽta ſtomachi diſſolutiones tardioreſ uomi
tus aut lõginquiores: exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſoliti: quæ cõcitarẽt uomitiones ip/
ſumq; helleboꝝ extraherẽt medicamẽtis aut clyſteribus: ſæpe etiã ſanguine uenis emiſſo. Iã ue
ro & cum proſpere cedat terribilius uiſu in uariis coloribus uomitionum: & poſt uomitiones ob
ſeruatione alui: balneaꝝ diſpẽſatione: totius corporis cura ãtecedente: omĩa hæc magno terror̃
& fama. Nãq; tradunt abſumi carnem ſi coquatur una. Sed antiquoꝝ uitium erat: ꝙ ꝓpter hos
metus partius dabant: cum celerius erumpat: quo largius ſumitur. Themiſon binas nõ amplius
drachmas donauit: ſẽquẽtes & quaternas dedere. Claro Herophili preconio qui helleboꝝ for/
tiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Cõcitatis enim intus omĩbus ipſum ĩ primis exire. Præterea

B i

Historiae naturalis - page 368 sur 530

©BIUM

miꝝ inuentum ē: ꝙ inciſum forficulis ut dixim⁹: ſcribant: cortex remanet. Hoc inanito medul/
la cadit. Hæc in nimia purgatione data: uomitiones ſiſtit: Cauendū ē fœlici quoq; cura: ne nu/
bilo detur die: quippe impatibiles cruciatus exiſtunt. Nam æſtate potius q̄ hyeme dandū non ē
in dubio. Corpus ſeptē diebus præparandū cibi acrib⁹: abſtinentia uini: quarto & tertio d uo/
mitionibus: pridie cœnæ abſtinentia. Albū e dulci dat: aptiſſime uero in lacte aut pulte. Nup
inuenere diſſectis raphanis inſerere helleboꝝ: rurſusq; comprimere raphanos: ut tranſeat ius:
atq; eo lenimento dare. Reddi poſt quattuor fere horas incipit. Totum op⁹ ſeptenis peragit
horis. Medet ita morbis comitialibus: ut diximus.: uertigini: melancholicis: inſanientib⁹: lym
phaticis: elephantiæ albæ: lepris: tetano: tremulis: podagricis: hydropicis: incipiētibuſq; tym
panicis: ſtomachicis: ſpaſticis: clinicis: iſchiadicis: quartanis quæ aliter nō deſinat: tuſſi ueteri: in
flammationibus: torminibus redeuntib⁹. Vetant dari ſenibus & pueris. Item mollibus ac fœ/
minei rorporis: animæ ue exilibus aut teneris: & fœminis minus q̄ uiris. Itē timidis: aut ſi ex/
ulcerata ſint præcordia: uel tumeant: minime ue ſanguinē excreantibus: cauſatis uel latere: uel
faucibus. Medet extra corporis eruptionibus pituitæ cū axungia ſalſa illitū: item ſuppuratiōi
ueteri. Mures polenta admixtū necat. Galli ſagittas in uenatu helleboro tingunt: circumciſoq;
uulnere teneriorem ſentiri carnē affirmat. Muſcæ quoq; necāt albo trito & cum lacte ſparſo.
Eodem & phthiriaſi emendat.

De mithridatia & ſcordoti ſiue ſcordio: & polemonia uel philæteria uel chilio dyna/
ma: & eupatoria & centaurea ſiue chironia: & de lecto centaureo libadio felle terræ
& triorche medicinæ Cap. vi.

IPſi Mithridati Crateias adſcripſit unā mithridatiā uocatā. Hinc folia duo a radice achanto
ſimilia. Caulis inter utraq; ſuſtinens roſeum florem. Alteram lenem ſcordotin ſiue ſcordiō
ipſius manus adſcriptam: magnitudine cubitali: quadrangulo caule ramoſam quernæ ſimilitudi
ne foliis lanuginoſis. Reperit in ponto campis pinguibus humidiſq; guſtus amari. Eſt & alteri⁹
generis: latioribus foliis: mentaſtro ſimilis: plurimoſq; utraq; ad uſus p ſe & inter alia in anti/
dotis. Polæmoniā alii philæteriam a certamine regū inuentionis appellant. Capadoces āt chi/
liodynamam radice craſſa: exilibus ramis: quibus in ſummis corymbi dependent: nigro ſemine
cætero rutæ ſimilis. Naſcit in montoſis. Eupatoria quoq; regiā auctoritatē hꝫ. Caulis lignoſi
nigricantis hirſuti: cubitalis aliqn̄: & amplioribus foliis p interualla. v. folia ut cannabis p ambi
tum inciſis quinquepartito: nigris & ipſis pulmoſiſq; radice ſupuacua: Semen dyſentericis in ui
no potū auxiliat unice. Centauria curatus dicit Chiron cū Herculis except⁹ hoſpitio ptractanti
arma: ſagitta excidiſſet in pedē: quare aliq chironiū uocant. Folia ſunt lata & oblonga: ſerrata
ambitu denſa ab radice: caules ternū cubitoꝝ geniculati. In iis capita ceu papaueꝝ. Radix uaſta
rubeſcens: tenera fragiliſq; ad bina cubita madida. Succo amara cū quadā dulcedine. Naſcit in
collibus pingui ſolo. Laudatiſſima arcadia: elide: meſſenia: phorto & lyceo atq; in alpibuſ: plu/
ribuſq; locis in lycia. Quidam & ex ea lycium faciunt. Vis in uulnerib⁹ tanta ut cohæreſcere ēt
carnes tradant: ſi coquant ſimul. In uſu radix tm̄ duabus drachmiſ bibenda qbus dicet: ſi febris
ſit: in aqua trita: cæteris in uino. Medet & ouiū morbis decocte ſuccus. Eſt alteꝝ centauriō co
gnomine lecton: minutis foliiſ: qd aliq libadion uocant: qm̄ ſm fontes naſcit: origani ſimile: an
guſtioribus & longioribus foliis anguloſa caule paululū alto fruticanti flore lichenidiſ: radice te
nui & ſuperuacua ſucco efficax. Ipſa herba autumno legit: ſuccus e fronde. Quidam caules con
ciſos madefaciunt dieb⁹. xviii. atq; ita exprimunt. Hoc centaurion noſtri fel terræ uocant: pp
amaritudinem ſummam. Galli exacū: qm̄ omnia mala medicamenta potū e corpore exſiccat: p
aluū. Tertia eſt centauris cognomine triorches. Qui eam ſecat raꝝ eſt ut n̄ uulneret ſeſe. Hec
ſuccum ſanguinem mittit. Theophraſtus defendi eam: impugnariq; colligētes tradit a triorche
accipitrū genere: a quo & nomē accepit. Imperiti confundūt hæc omnia: & uni generi aſſignāt

De climeno & gētiana & lyſimachia & parthenide & artemiſia & ābroſia & nymphea
herachleo ſiue rhopalo & euphorbia medicinæ Cap. vii.

CLimenos a rege herba appellata eſt hederæ foliis ramoſa caule inani articulis præcincta:
odore graui & ſemine hederæ: ſilueſtribus & montoſis naſcens. Quibus morbis pota me/
deat: dicemus. Sed hic indicandū eſt dum medeat: ſterilitatē pota ēt in uiris fieri. Græci plan/
tagini ſimilem eē dixerunt: caule quadrato: folliculis cum ſemine inter ſe implexis: uelut in po/
lypoꝝ cirris. Et ſuccus āt in uſu. Vis eius ſumma in refrigerando. Gentianam inuenit Gentia/
nus rex illyrioꝝ ubiq; naſcentē: in illyrico tamen preſtantiſſimam folio fraxini: ſed magnitudi/
ne lactucæ: caule tenero pollicis craſſitudine: cauo & inani: ex interuallis foliato. trium aliquā/
do cubitoꝝ: radice lenta: ſubnigra ſine odore aquoſa: montibus ſubalpinis plurima. Vſus in ra/
dice & ſucco: Radicis natura eſt excalfactoria: ſed pregnantibus nō bibenda. Inuenit & Lyſima
chus herbam lyſimachiam: q̄ ab eo nomen retinet: celebrata Eraſiſtrato. Folia habet ſalicis ui/
ridia: florem purpureum: fruticoſum: ramulis erectis graui gignit in aquoſis. Vis eius tanta ē:

ut iumẽtis diſcordantibus iugo impoſita aſperitatem cohibeat. Mulieres quoqꝫ hac gloriã affectauere. In quibus Artemiſia uxor Mauſoli adoptata hærba quæ antea pthenis uocabat̃. Sunt q ab artemide Artemiſiam cognoiatam putent: quoniam priuatim medicat̃ fœminaꝝ malis. Abſinthii aũt mõ fruticoſa maiorib⁹ foliis pinguibuſqꝫ. Ipſius duo genera. Altera latioribus foliis: altera tenera tenuioribus: & nõ niſi in maritimis naſcẽs. Sũt qui in mediterraneis eodẽ noĩe appellãt ſimplici caule: minimis foliis: flores copioſi erũpentes: cũ uua matureſcit odore nõ iiucundo: quã quidam botryn alii ambroſiam uocãt. Talis in cappadocia naſcitur. Nymphea nata traditur a nympha Zelotypia erga Herculem rhopalo mortua. Quare heracleon uocãt aliqui: alii rhopalõ a radice clauæ ſimili. Ideoqꝫ eos qui bibãt eam xii. diebus coitu genituraqꝫ priuari. Laudatiſſima in orchomeno & marathone boetiæ. Timalõ uocãt quæ ſemẽ edũt. Naſcitur in aquoſis foliis magnis & aliis ex radice ꝓdeuntibus flore lilio ſimili: & cũ defloruerit capiti papaueris. In caule ſecatur autũno. Radix nigra in ſole ſiccatur. Aduerſat̃qꝫ ad allium. Eſt & alia nymphea in theſſalia amne pæonio: radice alba: capite luteo: roſæ magnitudine. Inuenit & patrũ noſtrorũ ætate rex Iuba quã appellauit euphorbiã medici ſui fratris noĩe & muſæ: a quo Diuũ Auguſtũ cõſeruatũ indicauimus. Iidẽ fratres inſtituere a balneis frigida multa corpora aſtringi. Antea nõ erat mos niſi calida tantũ lauari ſicut apud Homeꝝ etiã inuenimus. Sed Iubæ uolumẽ quoqꝫ extat de ea hærba & claꝝ præconiũ. Inuenit eã ĩ mõte atlãte: ſpectatur foliis achãtinis. Vis tanta eſt: ut uel e lõginquo ſuccus excipiat̃ inciſæ conto. Suſcipitur excipulis uentriculo hædino. Humor lactis uidetur effluere. Siccatur cõto. Sic thuris effigiem habet. Qui colligũt clarius uidẽt. Cõtra ſerpẽtes medetur. Quacũqꝫ parte percuſſa uertice inciſo & medicamẽto addito. Ibi geruli qui legunt: hedino lacte adulterant: ſed diſcernitur igni. Id enim quod ſinceꝝ nõ eſt faſtidiẽdũ odorem habet. Multum infra hunc ſuccum eſt qui in gallia fit ex hærba chamelea granum cocci ferente. Fractus ammoniaco ſimilis eſt: etiam leui guſtu os accenſum diu detinens: & magis ex ĩteruallo donec fauces quoque ſiccet.

De plãtagine & bugloſſo: & cynogloſſo: & buphthalmo: & ſcythica: & de ſpartania: & hippice: & iſchæmone: & betonica: & cãtabiaca: & cõſiligine: & hyberida: & chelidonia: & canaria & elaphoboſco: & dictãno: & ariſtolochia: & quod eius delectatione inuoluant piſces: & ſtatim capiãt: & medicinæ cõtra ſerpẽtiũ ictus ex hærbis quas ſupius noĩauit. Ca. viii.

CElebrauit & Themiſon medicus uulgarem hærbã plãtaginẽ tanq̃ inuẽtor uolumine de ea edito. Duo eius genera. Minor ãguſtiorib⁹ foliis & nigrioribus: linguæ pecoꝝ ſimillimis: caule anguloſo in terram inclinato in pratis naſcens. Altera maior foliis lateꝝ mõ incluſa: quæ quia ſeptena ſunt quidã eã heptapleurõ uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficatior. Vis mira in ſiccãdo denſandoqꝫ corpore cauteri uicem optinẽs. Nulla res æque ſiſtit fluctiones: quas græci rheumatiſmos uocãt. Iungit̃ huic bugloſſo boum linguæ ſimilis: cui præcipuũ qꝫ ĩ uinũ deiecta animi uoluptates auget: & uocat̃ euphraſinum. Iũgit̃ & cynogloſſos caninas imitans linguas: topiariis opibus gratiſſima. Aiũtqꝫ eã quæ tres thyrſos ſeminis emittat: eius radicem potã ex aqua ad tertianas ꝓdeſſe: quæ quattuor ad quartanas. Eſt alia ſimilis ei & quæ ferat lappas minutas. Eius radix pota ex aqua ranis & ſerpẽtibus aduerſat̃. Eſt & buphthalmos ſimilis boum oculis: folio fœniculi: circa oppida naſcẽs fruticoſa caulibus: qui & mãduntur decocti. Quidã chalcian uocãt. Hæc cũ cæra ſcirromata diſcutit. Inuenere hærbas & uniuerſæ gentes. Scythia eã primũ: quæ ſcythice uocatur: circa boetiã naſcens prædulcis. Aliã quoqꝫ utiliſſimã quã ſpartaniam uocant. Magna & ea cõmẽdatio: qꝫ in ore eam habẽtes famẽ ſitimqꝫ nõ ſentiunt. Idem præſtat apud eos hippice dicta: qꝫ ĩ eqs quoqꝫ eũdem effectum habeat. Tradũtqꝫ his duabus hærbis ſcythas etiã in duodenos dies durare ĩ fame ſitiqꝫ. Iſchemonẽ thracia inuenit: qua ferũt ſanguinẽ ſiſti: nõ aperta mõ uena: ſed etiã præciſa. Serpit e terra milio ſimilis: foliis aſperis & lanuginoſis: farcitur in nares. Quæ in italia naſcitur & ſanguinẽ eodem adalligata ſiſtit. Vetones in hiſpania eam quæ betonica dicitur in gallia. In italia aũt ſerratula a græcis ceſtron aut pſychroteron ante cũctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule cubitoꝝ duum a radice ſpargẽs folia fere lappati ſerrata ſemine purpureo. Folia ſiccãtur in farinam plurimos ad uſus. Fit uinũ ex ea & acetum ſtomacho & claritati oculoꝝ. Tãtũqꝫ gloriæ habet: ut domus in qua ſata ſit tuta exiſtimetur a piaculis omĩbus. In eadẽ hiſpania inuẽta eſt cãtabrica per Diui Auguſti tẽpora a cantabris repta. Naſcitur ubiqꝫ caule iunceo pedali in quo ſũt floſculi oblõgi uelut calathi. In iis ſemẽ pq̃ minutũ. Nec alias fuere hiſpaniæ hærbis exqrẽdiſ: ut in qbus etiãnum hodie ĩ numero ſit lætiore cõuictu potionẽ egentẽ hærbis mulſo additis credidere ſaluberrimam ſuauiſſimamqꝫ. Nec q̃ſq̃ genera eaꝝ iam nouit aut multitudinẽ. Numerus tamẽ cõſtat in noĩe. Noſtra ætas meminit hærbam in marſis repertam. Naſcit̃ & aeculis circũ uicũ neruesiæ: uocat̃ cõſiligo. Prodeſt ut demõſtrauimus ſuo loco deploratis in phthiſi. Inuenit nuper & Seruilius Democrates primus medẽtium quam appellauit hiberidam quãqꝫ ficto noĩe inuentioni eius aſſignato carmine. Naſcit̃ maxime circa uetera monumẽta parietinaſqꝫ & occulta

BIUM

itineꝝ.Floret ſemp̄ folio naſturtii:caule cubitali:ſemine tam paruo ut uix aſpici poſſit.Radici
odor naſturtii.Vſus æſtate efficacior:& recenti tm̄.Tundit̃ difficulter .Coxendicib⁹ & articu/
lis omnib⁹ cũ axungia modica utiliſſima:uiris plurimũ quaternis horis:fœminis minus dimidio
adalligata:ut dein in balneũ deſcendat̃ in calidã:& poſtea oleo & uino corp⁹ perungat̃:dieb⁹q;
uicenis interpoſitis idē fiat ſiqua admonitio doloris ſuperſit.Hoc mō rheumatiſmos omnes ſa
nat ocultos.Imponit̃ nō ĩ ip̄a inflammatione:ſ; ĩminuta.Animalia quoq; inuenerẽ herbaſ:ĩ pri
miſq; chelidoniam.Hac.n.hirundines oculis pulloꝝ in nido reſtituunt uiſum:ut qdam uolunt
ēt eruis oculis.Genera eius duo.Maior fruticoſo caule:folio paſtinacæ erraticæ ampliore:ip̄a
altitudine duũ cubitoꝝ.Colos albicans:flos luteus.Minori folia hederæ rotundiora min⁹ can
dida.Succus croci mordax.Semen papaueris.Florēt aduentu hirundinũ.Diſceſſu marceſcunt.
Florentibus ſuccus exprimit̃:& in æreo uaſe cũ melle attico leniter cinere feruenti decoq̃t̃:ſin/
gulari remedio cōtra caligines oculoꝝ.Vtunt̃ & p ſe ſucco in collyriis:q̃ chelidonia appellant̃
ab ea.Inuenerunt & canes canariã:qua faſtidiũ deducunt:eamq; in noſtro cōſpectu mandunt:ſ;
ita ut nũq̃ intelligat̃ quæ ſit:etenim depaſta cernit̃.Notata ē āt animalis huius malignitas in
alia herba maior.Percuſſus.n.a ſerpente:mederi quadã ſibi dicit̃:ſed illam homine ĩſpectante
nō decerpit.Simplicius ceruæ monſtrauere elaphoboſcon:d qua dixim⁹.Item helxinē a partu
dictã.Oſtendere(ut indicauimus)dictamũ uulneratæ eo paſtæ ſtatim decidentib⁹ telis.Non
ē alibi q̃ in creta:ramis prætenue:pulegio ſimile:feruens & acre guſtu:foliis tm̄ utunt̃.Flos
nullus ei ē.Semē ut caulis.Radix tenuis & ſuperuacua.Et in creta āt ñ ſpatioſe naſcit̃:mireq;
a capris expetit̃.Pro eo ē & pſeudo dictamũ multis in terris naſcens:folio ſimili:ramulis mino
ribus a quibuſdã condris uocatũ.Minoris effectus ſtatim intelligit̃.Dictamum.n.minima por
tione accendit os.Qui legere eam:in ferula uel arundine cōdunt:præligantq;:ne potentia eua
neſcat.Sunt q dicant utrãq; naſci multifariã:ſed deteriores in agris pinguib⁹:ueram qdam dic/
tamũ nō niſi in aſperis.Eſt & tertiũ genus dictamũ uocatũ:ſed neq; facie neq; effectu ſimile fo/
lio ſiſybrii:ramis maiorib⁹ ꝑcedente pſuaſione illa:qcquid in creta naſcit̃:infinito præſtare cæ
teris eiuſdē generis alibi genitis.Proxime qđ in parnaſo:alioqn herbiferꝝ eē.Et pelium mon/
tem in theſſalia.Et eletrium in euboea.Et totã arcadiã ac lycaoniã. Tradunt arcades qdē non
medicaminib⁹ uti:ſed lacte circa uer:qm̄ tunc maxime ſuccis herbæ turgeant:medicētq; ubera
paſcuis.Bibũt āt lac uaccinũ:qm̄ boues omnino uoriſere ſunt in herbiſ.Potentia eaꝝ p quadru
pedes ēt nũc duobus claris exemplis manifeſta fit.Circa abderã & limitē:qui Diomedis uocat̃
equi paſti inflammãt̃ rabie:circa pothniam uero & aſini.Inter nobiliſſimas ariſtolochiæ nomē
ddiſſe grauidæ uidēt̃:qm̄ eēt ariſte tecuſes.Noſtri malũ terræ uocant:& quattuor genera ei⁹
ſeruant.Vnũ tuberib⁹ radicũ rotundis foliis inter maluã & hederã nigriorib⁹ pinguioribuſq;.
Alterꝝ maſculæ radice longa quattuor digytoꝝ lōgitudine baculi craſſitudine.Tertiũ longiſſi/
mæ tenuitatis uitis nouellæ cui ſit præcipua uis:q̃ clematitis uocat̃:ab aliis cretica.Omnes co
lore buxeo:caulib⁹ puis:flore purpureo.Ferunt baculas puas ut cappari.Valēt radice tm̄.Eſt
& quæ piſtolochia uocat̃ quarti generis:tenuior q̃ ꝓxime dicta:dēſis radicis capillamētis iũci
plenioris craſſitudine.Hãc qdam polyrrhizon cognominant.Odor omniũ medicatuſ.Sed ob/
lōga radice tenuiorique gratior.Carnoſi.n.eſt corticis:unguentis quoq; nardinis conueniens.
Naſcũt̃ pinguib⁹ locis & campeſtribus.Effoderẽ eas meſſibus tempeſtiuũ:ita dſquammato ter/
reno ſeruãt̃.Maxime tm̄ laudat̃ pōtica.Et in quocũq; genere ponderoſiſſima quæq; medicinis
aptior.Rotunda cōtra ſpentes.Oblonga in ſumma tm̄ gloria ē ēt modo.A conceptu admota
uuluis in carne bubula mares figurat:ut tradit̃.Piſcatores campaniæ radicē eam:q̃ rotunda ē:
uenenũ terræ uocãt:coramq; nobis cōtuſam immixta calce in mari ſparſere:aduolant piſces cu
piditate mira:ſtatimq; exanimati fluitant.Quæ polyrrhizos cognominat̃:cōuulſis cōtuſis ex
alto præcipitatis radice pota ex aqua utiliſſima eē tradit̃.Semine pleureticis & neruis cōfirmarẽ
excalfacere.Eadē ſatyrion ē.Veꝝ & effectus eaꝝ uſuſq; dicēdi ſunt.Ordiendũq; a maloꝝ om/
niũ peſſimo:id ē ſpentium ictu.Medēt̃ ergo britannica herba.Panaces generꝝ omniũ radix e
uino.Chironiæ & flos & ſemē potũ illitũq; ex uino & oleo.Priuatimq; quæ cunila bubula ap/
pellat̃.Polymonia uel phileteris radicis drachmis quattuor ex mero.Teucria:ſideritis ſcordo/
tis:ex uino priuatim ad angues potæ & illitæ:ſiue ſucco ſiue folio ſiue dcocto.Cētauriæ maio
ris radice drachma in uini albi cyathis trib⁹.Gentiana præcipue aduerſus angues duab⁹ drach/
mis cũ pipere & ruta uini cyathis.vi.ſiue uiridis ſiue ſicca.Et lyſimachiæ odorē fugiũt ſpentes
Dat̃ ex uino pcuſſis chelidonia.Morſibus imponit̃ betonica præcipue:cuius uis tanta phibet̃:
ut incluſæ circulo eius ſerpētes ipſe ſeſe interimat flagellando.Dat̃ & ad ictus ſemē eius dena/
rii ponderẽ cũ tribus cyathis uini:uel farina drachmis tribus ſextario aquæ imponit̃. Cantabri/
cæ:dictami:ariſtolochiæ radicis drachma in uini hemina ſæpius bibēda:ꝓdeſt & illita ex ace/
to.Similiter piſtolochiæ.Quin & omnino ſuſpēſa ſupra focũ fugat e domibus ſpentes.

De argemonia:& agarico:& echyo:& hyoſcyamo:& hierabotane:& blattaria:& le/

monia & qnqꝫfolio: & dauco: & pſolata: & arctio: & cyclamino: & peucedano. Ca.ix.

ARgemonia quoqꝫ radice eius denarii pondere in uini cyathis tribus potaẗ. Plura de ea cō/
uenit dici cæteriſqꝫ quæ primū noiabunẗ. In eo āt genere medēdi primum cōuenit: quācqꝫ
noiari: in quo maxime ualebit. Folia hēt anemonæ æqualia diuiſa apii mō: caput in cauliculo pa
paueris ſiluestris: item radicem. Succū croci colore acrē & acutū. Naſcitur & in aruis apud nos.
Noſtri tria genera eius faciunt: & id demū ꝓbant cuius radix thus redoleat. Agaricon ut fūgus
naſcitur in arboribus circa boſphoꝝ: colore cādido. Datur obolis quattuor cōtritū cū binis cya/
this aceti mulſi. Id quod in gallia naſciẗ infirmius habetur. Præterea maſ ſpiſſior amariorqꝫ. Hic
& capitis dolores facit. Fœmina ſolutior in initio guſtus dulcis: mox in amaritudinē trāſit. Echy
os utriuſqꝫ generis pulegio ſimilis. Foliis coronata: drachmis duabus ex uini cyathis quattuor da
tur. Item altera quæ lanugine diſtiguitur ſpinoſa: cui & capitula uiperæ ſimilia ſūt hæc ex uino
& aceto. Quidam echyon pſonatā uocāt: cuius folio nullū eſt latius: grādes lappas ferētē. Hu
ius radicem decoctā ex aceto dāt potui. Hyoſcyamū cōtuſum cū foliis ex uino datur peculiariter
cōtra aſpidas. Nulla tamē romanæ nobilitatis plus habet ꝙ̃ hierabotanē. Aliqui pariſtereon:
noſtri uerbenacam uocant. Hæc eſt quā legatos ferre ad hoſtes idicauimus. Hac Iouiſ mēſa uer
ritur. Domus purgātur: luſtrāturqꝫ. Genera eius duo ſūt. Folioſa quā fœminā putāt. Mas rari
oribus foliis: Ramuli utriuſqꝫ plures: tenues: cubitales: anguloſi. Folia minora ꝙ̃ quercus: āgu/
ſtiora qꝫ: diuiſuris maioribus. Flos glaucus: radix lōga: tenuis. Naſcitur ubiqꝫ in planis aquoſis.
Quidam nō diſtingūt: ſed unū omio genus faciūt: quoniā utraqꝫ eoſdem effectus hēat. Vtraqꝫ
ſortiuntur galli: & præcinūt reſpōſa. Sed magi utiqꝫ circa hanc inſaniūt. Hac punctos impetrare
quæ uelint: febres abigere: amicitias cōciliare: nulliqꝫ nō morbo mederi. Colligi circa canis or/
tum debere: ita ut ne luna aut ſol cōſpiciatur: fauis ante & melle terræ ad piametū datis. Circū/
ſcriptā ferro effodi ſiniſtra manu: & in ſublime tolli. Siccari in umbra ſepatim: folia: caulem: radi
cem. Aiūtqꝫ ſi aqua ſpargaẗ tricliniū: qua madueriṫ: lætiores cōuictus fieri. Aduerſus ſerpētes
cōteritur ex uino. Eſt ei ſimilis uerbaſcō hærba: quæ ſæpe fallit ꝓ ea capta: foliis minus candi/
dis: cauliculis pluribus: flore luteo. Hac abiecta blattas in ſe cōtrahit: ideoqꝫ romæ blattariam
uocatur. Lemoniū ſuccū lacteum mittit: cōcreſcētem gūmi mō humidis locis. Datur denarii pō/
dus in uino. Quinqꝫ folium nulli ignotū eſt: cū etiā fraga gignēdo cōmēdetur: Græci uocāt pē
tapeton ſiue chamezeleon ſiue pētaphillō. Cū effoditur rubrā habet radicem. Hæc marceſcens
nigreſcit & āguloſa fit. Nomē a numero folioꝝ habet. Et ipſa hærba incipit & deſinit cum uite.
Adhibetur & purgādis domibus. Aduerſus ſerpētes bibitur & eius radix quæ ſparganiō uocaẗ
ex uino albo. Dauci genera quattuor fecit Petronius. Diodotuſ quæ pſequi nihil attinet: cū ſint
differentiæ duæ. Probatiſſimæ in creta mox in achaia & in ſiccis ubicūqꝫ nati. fœniculi ſimilitudi
ne: cādidioribus foliis & minoribus hirſutiſqꝫ. Caule pedali recto: radice ſuauiſſimi guſtus & odo
ris. Hoc genus in ſaxoſis naſcitur meridianis. Reliqua genera ubiqꝫ naſcuntur terrenis collibus
limitibuſqꝫ nec niſi pingui ſolo: foliis coriādri: caule cubitali: capitibus rotūdis: ſæpe pluribuſ ꝙ̃
ternis: radice lignoſa: ſed cū maruerit ſupuacua. Semen eius cymino ſimile: prioris milio album
acre odoratum omibus & feruēs. Secūdū prioꝛ uehemētiuſ eſt: ideoqꝫ parce ſūmi debet. Si iam
maxime tertiū genus facere libeat eſt ſimile ſtaphylino: quod paſtinacā erraticā appellāt: ſemie
oblōgo: radice dulci. Omia hæc & hyeme & æſtate ſūt itacta quadrupedi niſi poſt abortus. Ex
aliis uſus fœminis. Ex creta dulcis & magis ad ſerpētes eſt. Bibitur e uino drachma una. Daẗ &
quadrupedibus pcuſſis. Theonarca alia ꝙ̃ magica & in noſtro orbe naſcitur: fruticoſa: foliis ſub
uiridibus: flore roſeo. Serpētes necat cuicūqꝫ admota fuerit. Et hæc torporē affert. Perſolatam
quā nemo ignorat græci uero arction uocant folia habet maiora etiā cucurbitis & hirſutiora ni/
grioraqꝫ & craſſiora: radicem albā & grādem. Hæc ex uino bibitur denarioꝝ duum pōdere. Itē
cyclamini radix cōtra ſerpētes omēs. Folia hēt minora ꝙ̃ hedera nigriora & tenuiora ſine āgulis
in qbus albicāt maculæ. Caule exiguo: inani: floribus purpureis: radice lata: ut rapū uideri poſ
ſit: cortice nigro. Naſciẗ in umbroſis. A noſtris tuber terræ uocatur. In omibus ſerenda domi/
bus. Si uerꝫ eſt ubi ſata ſit nihil nocere malamedicamēta Amuletū uocant: narrantqꝫ ea ebrieta/
tem repræſentari. Addita in uinū radice & ſiccata ſcyllæ mō cōſciſa reponiẗ: decoqturqꝫ eadē ad
craſſitudinem mellis. Suū tamē uenenum ieſt ei: tradūtque ſi prægnās radicē trāſgrediaẗ: abor
tum fieri. Eſt & altera cyclaminos cognoie ciſanthemos geniculatis caulibus ſupuacuis a priore
diſtans circa arbores ſe uoluēs acinis hederæ: ſed mollibus. Flore cādido: ſpecioſo: radice ſuper
uacua. Acini tantū in uſu: guſtu acri: ſed lenti. Siccātur in umbra: tuſique diuidūtur in paſtillos.
Mihi & tertia cyclaminos demonſtrata eſt: cognoie chameciſſos uno omio folio: radice ramoſa:
qua piſces necabātur. Sed inter primas celebratur peucedanum: laudatiſſimū In arcadia: mox ſa
mothrace. Caulis eſt ei tenuis: lōgus: fœniculo ſimilis: iuxta terram folioſus: radice nigra: craſſa
graui odore: ſuccoſa. Gignitur ī mōtibus opacis. Foditur exitu autūni. Placēt tenerrimæ & altiſ
ſimæ radices. Hæ cōciduntur in quaternos digytos oſſeis cultellis: fundūtque ſuccū in umbra ca

©BIUM

pite prius & naribꝰ roſaceo perunctis: ne uertigo ſentiat̃. Et alius ſuccus inuenit̃ caulibꝰ adhærẽs iciſiſq; manat. Probat̃ craſſitudine mellea: color ruffo: odor̃ ſuauiter graui feruẽs guſtu. Et hic in uſu & radix: & decoctum eius pluribus medicamentis. Succo tñ efficaciſſimo q reſoluitur amaris amygdalis aut ruta. Bibit̃q; contra ſerpentes & ex oleo punctos tuet̃. Ebuli quoq; quẽ nemo ignorat: fumo fugant̃ ſerpentes. Priuatim aduerſat̃ ſcorpionibus polymoniæ radix uel alligata tñ. Item phalangio ac cæteris minoribꝰ uenenatis. Scorpionibꝰ ariſtolochia agaricum obolis quattuor in uino mixti cyathis totidẽ. Verbenaca & phalangio cum uino aut poſca. Itẽ quinquefoliũ daucũ. Verbaſcũ græci plomon uocant. Genera habet prima duo: Album in quo mas intelligit̃. Alterꝝ nigrꝝ: in quo fœmina. Tertium genꝰ non niſi in ſiluis inuenitur. Sunt folia braſſicæ latiora: piloſa: caulis erectus: cubitali amplior. Semẽ nigrꝝ inutile. Radix una craſſitudine digyti. Naſcũt̃ & in campeſtribꝰ. Siluestri folia eleliſphaci: alta: ramis lignoſis: Sunt & plomides duæ: hirſutæ: rotundis foliis: humiles. Tertia lignitis uocat̃. Ab aliis ãt thryalis foliis ternis aut cũ plurimũ quaternis craſſis pinguibuſq;: ad lucernarꝝ lumina aptiſ. Aiunt in foliis eiꝰ quam fœmina diximꝰ: ficus omnino nõ putreſcere. Diſtingui genera hæc pene ſuperuaũ ẽ: cũ ſint omnia eiuſdẽ effectus. Contra ſcorpiones bibit̃ radix cũ ruta ex aqua: magna amaritudine: ſed effectu pari. Telegonõ herba ab aliis ſcorpion uocat̃ ꝓpter ſimilitudinẽ radicis: cuius tactu moriũt̃ ſcorpiones: Itaq; cõtra eorꝝ ictus bibit̃. Scorpionẽ mortuũ ſi quis helleboro candido linat: reuiuiſcere aiunt. Telegonon omnẽ quadrupedẽ necat impoſita uerendis radice. Folio qdẽ intra eundem diem qđ eſt ſimile cyclomina. Ipſa geniculata naſcit̃ in opacis. Scorpionibꝰ aduerſat̃ & betonicæ ſuccus ac plantaginis. Sunt & ramis uenena rupetiniſ maxime: uidimuſq; pſyllos in certamine patinis candefactas admittentes ociore etiam q̃ iaſpidũ ꝑnicie. Auxiliat̃ eis phrynon in uino pota. Aliq neurada appellant: alii polyrrhizon floribus paruis: radicibꝰ multis neruoſis bene olentibꝰ. Item alcima quam alii damaſaniõ: alii pyron appellant. Folia ei plantaginis niſi anguſtiora eſſent: & magis laciniosa: conuexaq; in terram. Alias etiam uenenoſa ſimiliter. Caule ſimpliciter tenui: cubitali: capite thyrſi: radicibꝰ denſis: tenuibꝰ: ut ueratri nigri: acribus: odoratis: pinguibꝰ: Naſcit̃ in aquoſiſ. Alterꝝ genꝰ eiuſdem ĩ ſiluis nigrius maioribꝰ foliiſ. Vſus in radice utriſq; aduerſus ranas & lepores marinoſ drachmæ põdere in uino potũ. Lepori marino aduerſat̃ & cyclaminos. Veneni ui canis quoq; rabidi morſus hñt: cõtra quos erit cy norhodũ: de quo diximꝰ. Plantago ad omnes beſtiarꝝ morſus pota atq; illita ꝓdeſt. Betonica ex mero ueteri. Periſtereos uocat̃ caule alto foliato cacumine ĩ alios caules ſe ſpargens: columbis admodũ familiaris. Vnde & nomen. Hãc habentes negant latrari a canibꝰ. Proxima ab his malis uenena ſunt: q̃ ſibi metipſis homines excogitant. Contra hæc omnia: magicaſq; artes erit primum illud Homericũ moly. Dein mithridatia & ſcordotis & centauriũ. Pota omnia mala medicamenta exigit ꝑ aluũ. Betonicæ ſemẽ in mulſo aut paſſo uel farine drachma ĩ uini ueteriſ cyathis. iiii. uomere cogendi atq; iterꝝ bibere: iis q quottidie guſtent eam nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto ueneno ariſtolochia ſubuenit eadẽ menſura qua cõtra ſerpẽteſ. Quinquefolii ſuccus. Agaricum poſtq̃ uomuerint denarii põdere ex aquæ mulſæ cyathis tribꝰ. Antirrinũ uocat̃ ſiue phanarimõ lychnis agria ſimilis lino radice nulla: flor̃ hyacinthi: ſemine uitulinario. Ex hoc punctos uenuſtiores fieri: nec ullo malo medicamento lædi poſſe aut ueneno: ſiquis in brachiali habeat: arbitrant̃ magi. Similiter eã quã eupleam uocant: traduntq; ea punctos commendatioris eẽ famæ. Artemiſiam quoq; ſecũ habentibꝰ negant nocer̃ mala medicamenta beſtiã ue ullam: ne ſolẽ qdẽ. Bibit̃ & hæc ex uino aduerſus opiũ. Alligata priuatim potẽs tradit̃: pota ue aduerſus ranas. Pericarpũ bulbi genus ẽ. Duæ eius ſpẽs: cortice rubro alterꝝ: alterꝝ nigro papaueri ſile. Sz uis maior q̃ priori: utriq; ãt excalfaciendo. Ido cõtra cicutam dant̃: contra quam & thus & panaces & chironiũ pærcipue. Hoc uero & cõtra fũgos. Verꝝ & generatim mẽbratimq; ſingulis corporꝝ morbis remedia ſubtexemus. Orſi a capite. Alopecias emendat nympheæ & cicutæ radix: ſi una tritæ illinãt̃. Polythricha diſtat a callitricha q; iuncos albos hꝫ & folia plura maiora q;. Frutice quoq; maior ẽ: & đfluentem capillũ confirmat: & dẽſat. Itẽ lingulaca circa fontes naſcens: cuius radix admixta combuſta terit̃ cũ adipe ſuis nigræ: id quoq; excipit̃ ut eius ſit ſuis: q̃ nun q̃ peperit. Sol deinde plurimũ confert illitæ. Similis uſus ẽ cyclamini radiciſ. Pruriginẽ ueratri radix tollit ĩ oleo ꝯ decocta uel in aqua. Capitis dolori medet̃ panacis omniũ generũ radix in oleo contrita. Ariſtolochia & hiberis adalligata hora: uel diutius ſi pati poſſit comitante balnei uſu. Medet̃ & daucũ. Purgat ãt cyclaminos cũ melle in nares addita: & ulcera capitis ſanat illita. Medet̃ & periſtereos. Calcalla ſiue leantides uocat̃ ſemẽ margaritis minutis ſimile dependẽs inter folia grandia in montibꝰ fere. Huius grana. xv. in oleo macerant̃: atq; ita aduerſo capillo caput ungit̃. Fit & ex callitriche ſternutamentũ. Folia ſunt lenticulæ ſimilia. Cau les iuncis tenuiſſimis: radice minima. Naſcit̃ in opacis & humidis: guſtatu feruẽs. Hyſopum in oleo contritum phthiriaſi r̃ſiſtit & prurigini in capite. Eſt ãt optimũ ciliciũ e tauro monte: Dein pamphylium: & ſmyrnæum. Stomacho cõtrarium. Purgat cũ fico ſumptum ꝑ inferna: cũ melle

©BIUM

uomitionibus. Putant & ſerpētium ictibus aduerſari tritū cum melle & ſale & cumino. Lōchitis
nō(ut pleriq; exiſtimauerunt)eadem eſt quæ & xiphion: aut phaſganiō quāq; cuſpidi ſimilis ſe/
mine. Habet enim folia porri rubētia ad radicē & pluraq; in caule capitula pſonis comicis ſimilia
paruā exerentibus linguā radicibus prælōgis. Naſcitur in ſitientibus. E diuerſo xiphion & phaſ
ganion in humidis: cū primū exit: gladii præbet ſpeciem caule duū cubitoꝝ: radice ad nucis auel
lanæ figuram fimbriata: quā effodi āte meſſes oportet: ſiccari in umbra. Sup̄ior pars eius cū thu
re trita æquo pōdere admixto uino: oſſa fracta e capite extrahit: aut ſi quid in corpor̄ ſuppurat:
uel ſi calcata ſunt oſſa. Serpētes eadem cōtra uenena efficax. Caput in dolore ueratro in oleo uel
roſaceo decocto tritoq; ungi cōuenit. Peucedano ex oleo uel roſaceo & aceto. Tepidum hoc pro
deſt & doloribus qui pleꝝq; ex dimidia p̄te capitis ſentiūtur: & uertigini. Perungūt & radice ei⁹
ſudoris cauſa eliciendi. quoniam cauſtica uis ei eſt. Pſylliō alii cynoides: alii chryſaliō: alii ſiceliō
alii cynomiam appellant: radice tenui: ſup̄uacua: ſarmētoſū: fabæ granis in cacuminibus: foliis
canino capiti nō diſſimilibus: ſemine āt puniceo: unde & nomē hoc in baccis. Ipſa hærba in uine
is inuenitur. Vis ei ad refrigerandū & diſcutiendum ingens. Semē in uſu. Frōti imponitur in do
lore & tēporibus: ex aceto & roſaceo: aut poſca. Ad cætera illinitur acetabuli menſura ſextario
aquæ denſat ac cōtrahit. Tunc terere oportet: & craſſitudinē illinere cuicūq; dolori & collectio
ni inflāmationiq;. Et uulneribus capitis medetur ariſtolochia: fracta extrahēs oſſa: & in alia q̄dē
parte corporis: ſed maxime e capite. Similiter plyſtolochia.

De rhyſellio: & cētaurea: & chelidonia: & panace: & hyoſcyamo: & euphorbio. Ca. x.

THyſellium nō diſſimile apio. Huius radix cōmanducata purgat capitis pituitas. Oculoꝝ aci
em centaurio maiore putant adiuuari: ſi addita aqua foueātur. Succo uero minoris cū melle
culices nubeculas oſcuritatem diſcuti: cicatrices extenuari. Albugines q̄dem etiā iumētoꝝ
ſiderite. Iam chelidonia ſupradictis omībus mire medetur. Panacis radicē cū polenta epiphoris
imponitur. Hyoſcyami ſemē bibūt obolo tantūdem meconii adiicientes: uinūq; ad epiphoras in
hibendas. Adiungunt & gentianæ ſuccum: quem collyriis acrioribus pro meconio miſcēt. Facit
claritatem & euphorbiū in unctis. Inſtillatur plātagini ſuccus lippitudini. Caligines ariſtolochia
diſcutit. Iberis adalligata capiti cum q̄nq;folio epiphoras: & ſi qua in oculis uitia ſunt: emēdat.
Verbaſcū epiphoris imponitur. Periſtereos ex roſaceo uel aceto: Ad hypochyſis & caliginē cy/
claminō in paſtillos diluunt. Peucedani ſuccū ut diximus ad claritatem & caligines cum meconio
& roſaceo. Pſyllion illitum fronti epiphoras ſuſpendit.

De anagallide ſiue acoro: & mādragora: ſiue circelo: & cicuta & cremno agrio: & molibde
na: & capno: & alia: & acoro: & iride: & cotiledo: & aizoo: & andrachne: & erigero: & de
ephemero: & de labro Veneris: & de raminculo mediciæ: & de oris uitiis. Ca. xi.

ANagallida aliqui acoron uocāt. Duo genera eius. Mas flore phœniceo: fœmina ceruleo:
nō altiores palmo: frutice tenero: foliis puſillis: rotūdis: in terra iacētibus: naſcūtur ī hor/
tis & aquoſis. Prior floret cerulea. Vtriuſq; ſuccus oculoꝝ caliginē diſcutit cū melle: & ex
ictu eruorem & argema rubens: magis cū attico melle inunctis. Pupillas dilatat: & ideo hoc in/
ungūtur ante: quibus paracenteſis fit. Iumētoꝝ quoq; oculis medentur. Succus caput purgat p
nares infuſus: ita ut deinde uino colluatur. Bibitur & cōtra angues ſucci drachma ī uino. Miꝝ q̄
fœminā pecora uitant. At ſi decepta ſimilitudine(flore enim tantū diſtāt)deguſtauere: ſtatī eā
quæ aſyla uocatur in remedio quærunt. Ea a noſtris ferus oculus nūcupatur. Præcipiūt aliq ef/
foſſuris ante ſolem ortum priuſq; quicq; aliud loquātur ter ſalutare eam: tunc ſublatā exprime
re. Ita præcipuas eſſe uires. De ephorbio ſatis dictum eſt: cuius ſuccus lippitudini ſi tumor erit.
Item abſinthium cū melle tritum. Itēq; betonicæ farina cōueniet. Et egilopas ſanat hærba eo
dem noīe quæ in hordeo naſcitur tritici folio ſemine cōtrito cum farina permixta impoſitaq; uel
ſucco. Exprimitur hic e caulibus foliiſq; prægnātibus dempta ſpica: & in trimeſtri farina digerit̄
in paſtillos. Aliqui & mandragora utebātur. Poſtea abdicatur in hac curatione eſt. Sed epipho/
ris quod certum eſt medetur: & oculoꝝ dolori. Radix tuſa cū roſaceo & uino. Nā ſuccus multis
oculoꝝ medicamētis miſcetur. Mandragorā alii circelon uocant. Duo eius genera. Cādidus q &
mas: niger quæ fœmina exiſtimatur. Anguſtioribus foliis q̄ lactucæ. Hirſutis & caulibuſ: radi
cibus binis ternis ue ruffulis. Intus albis: carnoſis: teneriſq; pene cubitalibus. Ferūt mala auella
naꝝ nucū magnitudine. Et iis ſemes ceu pyroꝝ album. Hoc alii arſen: alii morion: alii hyppoplo
mon uocant. Huius folia alba. Alterius latiora ut lappati ſatiuæ. Cauent effoſſuri cōtrariū uen/
tum. Et tribus circulis ante gladio circūſcribunt. Poſtea fodiunt ad occaſum ſpectantes. Succus
fit & e malis & e caule deciſo cacumine & radice. Pūctis aperta aut decocta utilis uel ſurculo. Cō
ciſa quoq; in orbiculos ſeruatur in uino. Succus nō ubiq; inuenitur: ſed ubi poteſt: circa uindemi
as quæritur. Odor grauis ei: ſed radicis & mali grauior. Mala maturata in umbra ſiccātur. Suc/
cus ex iis ſole dēſatur. Item radicis tuſæ: uel in uino nigro ad tertias decoctæ. Folia ſeruātur in
muriis efficacius. Albus rore tantū ſuccus peſtis eſt. Sic quoq; noxiæ uires. Grauedinē afferunt

©BIUM

ēt olfactu: ꝙ ꝗ mala in aliis terris mandāť. Nimio tñ odore obmutescunt ignari. Potu q̄dē lar/
giore ēt moriūť. Vis somnifica ꝓ uirib⁹ bibentiū. Media potio cyathi uni⁹. Bibiť & cōtra serpē
tes: & ante sectiones punctionesq; ne sentiāť. Ob hæc satis ē aliquibus somnū odore quæsiste.
Bibiť & ꝓ helleboro duobus obolis in mulso. Efficacius helleboꝝ ad uomitiones & ad bilem ni
gram extrahendā. Cicuta quoq; uenenū ē: publica atheniensium pœna inuisa. Ad multa tñ usus
nō omittendi. Semē habet noxiū. Caulis āt est uiridis: & urit pleꝝq; ut in platanis. Lenis hic &
geniculatus ut calami nigricans. Altior sæpe binis cubitis: in cacuminib⁹ ramosus. Folia corian
dri tenuiora: graui odoratu. Semen aniso crassius: radice concaua nullius usus. Semini & fo/
liis refrigeratoria uis: q̄ si enecat: incipiunt algere ab extremitatib⁹ corporis. Remediū ē: prius
ꝙ perueniat ad uitalia: uini natura excalfactoria. Sed in uino pota irremediabilis existimať. Succ⁹
exprimiť foliis floribusq;: tūc enim maxime tēpestiuus ē & melior. Semine trito expressus & so
le densatus in pastillos necat: sanguinē expissando. Hæc altera uis. Et ido sic necatoꝝ maculæ ī
corporibus apparent. Ad dissoluenda medicamenta utunť illo ꝓ aqua. Fit ex eo ad refrigerādū
stomachū malagma. Præcipuus tñ est ad cohibendas epiphoras æstiuas oculoꝝq; dolores sedā
dos circūlitum. Misceť collyriis. Et alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoq; tumorem
omnē dolorēq; & epiphoras sedant. Anaxilaus auctor ē mammas a uirginitate illitas semp esse
staturas. Quod certū ē: lac puerperaꝝ mammis imposita extinguit. Venerēq; testibus circa pu
bertatē illita. Remedia liberationi q̄bus bibenda censeť: nō equidem præcipimus. Maxima uis
terræ parthoꝝ: mox laconicæ: creticæ: asiaticæ. In græcia uero megaricæ: dinde atticæ. Crem/
nos agrios gremias tollit oculoꝝ impositus: tumorē quoq; polēta addita. Nasciť uulgo molib/
dena: id ē plumbago ēt in aruo: folio lappati: crassa radice hispida. Hæc cōmanducata: si oculis
subinde religať: plumbū qd' ē genus uitii: ex oculis tollit. Capnos prima quā pedes gallinaceos
uocant: nascens in parietinis: & sæpius ramis tenuissimis sparsisq;: flore purpureo uiridis: succo
caliginē discutit. Itaq; in medicamento oculoꝝ addiť. Similis & nomine & effectu alia ē capnos
TAlis uero tumētibus limus aquaticus cū oleo ſubactus mire ꝓdeſt. Articulis ſuccus e centaurio minore. Idē neruis utiliſſimus. Itē cētaurium. Betonica neruis diſcurrētibus per ſcapulas humeris: ſpinæ: lumbis pota ut in iocinere. Articulis qnqꝫefoliū impoſitū. Mandragoræ folia cum polenta: uel radix recens tuſa cū cucumere ſilueſtri: uel decocta in aqua. Cubitorum ac pedū rimis polypodii radix. Articulis ſuccus hyoſcyami cū axungia. Amomi ſuccus cū decocto. Item centūculus decocta: uel muſcus recens ex aqua obligatus donec inareſcat. Item lappæ boariæ radix e uino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniūculos curat: omīaqꝫ alia frigoris uitia. Perniūculos curat & cotelydō cū axūgia. Folia ex batrachio. Epithymi ſuccus. Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo. Verbenaca ex uino. Nunc partis malis quæ mēbratī ſētiunt: dicemus de iis quæ totis corporibus graſſant. Remedia āt hæc cōia inuenio. Ante omēs pota dodecatheum de qua diximus. Deinde panacis oīum generꝫ radices peculiariter lōginquis morbis. Et ſemē interaneorꝫ uitiis. Ad omēs uero corporis dolores ſuccum e ſcordio. Itē betonicæ: quæ pota colorem plūbeum corporis priuatim emēdat: gratiorēqꝫ reducit. Geranion alii myrrhin: alii myrthida appellant. Similis eſt cicutæ foliis minutioribus: & caule breuiori rotundo: ſaporis & odoris iucundi. Noſtri ſic eam tradūt. Græci foliis cādidioribus paulo qꝫ maluæ: caulibus tenuioribus & piloſiſ: ramoſā & īteruallis binū palmorꝫ & in iis foliis: inter quæ ī cacuminibus capitula ſunt gruum. Alterꝫ genus foliis anemones: diuiſuris lōgioribus: radice mali mō rotūda: dulci: reficiētibus ſe ab imbecillitate utiliſſima: & fere talis uera ē. Bibit cōtra phthiſin drachma in uini cyathis tribus bis die. Itē cōtra inflationes: quæ & cruda idem præſtat. Succus radicis auribus medetur. Opiſthotonicis ſemē drachmis quattuor cum pipere & myrrha potum phthiſin ſanat: & plātaginis ſuccus: ſi bibatur. Et ipſa decocta ī uino cum ſale & oleo a ſōno matutino refrigerat. Eadem datur iis. quos atrophos uocāt īterpoſitis diebus. Betonica phthiſicis eligmate cum melle fabæ magnitudine. Agaricū potum duobus obolis in paſſo uel dauco cū centaurio maiore in uino. Phagedenis quod nomē ſine mō eſurientium eſt: & alias ulcerꝫ: tithymalli medētur cum ſeſamis ſūpti. Inter mala uniuerſi corporis uigiliæ ſunt pleriſqꝫ. Harꝫ remedio mōſtratur panaces: clymenos ariſtolochia: & odore: & puncto capite. Aizoū ſiue ſedum ſi ī uolutum pāno nigro ignorātis puluino ſubiciatur: & onothera ſiue oncar hylaritatē afferunt in uino. Amygdalino eſt folio: flore roſaceo: fruticoſa: lōga radice: & cum ſiccata eſt uinū olente. Hæc in potu data feras quoqꝫ mitigat. Cruditates quæ nauſeam faciūt digerit betonica. Eadem pota a cœna cōcoctionē facit in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pōdere: & crapulā diſcutit. Itē agaricū poſt cibos in aqua calida potū. Paralyſin betonica ſanare dicit. Itē iberis ut dictū ē. Eadem & torpētibus mēbris ꝓdeſt. Itē argemonia omīaqꝫ quæ periclitētur ſecari diſcutiendo. Comitiales ſanātur panacis: quā heracleā diximus: radice pota cum coagulo uituli marini: ita ut ſint panacis tres ꝑtes. Plātago pota. Betonica in oxymelitis drachma: uel agarici obolis tribus. Folia quinquefolii ex aqua. Sanat & archezoſtis: ſed cū amineo pota. Sanat & bacaris radix arida in puluerem cōtrita cyathis tribus cum coriādro in aqua calida. Et centunculuſ trita in aceto aut melle aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota. Hyſopi baccæ ternæ cōtritæ & in aqua potæ diebus ſedecim. Peucedanum cū coagulo uituli marini æquis portōnibus potum. Quinquefolii cōtrita folia ex uino ſūpta diebus. xxx. in betonicæ farinæ pōdo denariorꝫ xiii. cū aceti ſcyllitici ciatho mellis attici uncia. Scamonium obolis duobus cū caſtorei drachmis quattuor. Febres frigidas leuiores facit agaricum potum ī calida aqua. Tertianas ſideritis cū oleo. Itē ladanū: quod in ſegetibus naſcit cōtuſū. Plātago ex aqua mulſa duabus horis āte acceſſionē pota binis drachmis. Vel ſuccus radicis madefactæ uel tuſæ. Vel ipſa radix trita ī aqua ferro calfacta. Quidāqꝫ ternas radices in tribus cyathis aquæ dedere. Iidem in quartanis quaternas fecerūt. Bugloſſo ī areſcente ſi quis medullā e caule eximat: dicatqꝫ ad quē liberādū febre id faciat: & alliget ei ſeptem folia ante acceſſionē aiūt a febre liberari. Itēqꝫ betonicæ drachmā ī aquæ mulſa cyathis tribus uel agaricū: maxime in iis febribus quæ cum horrore ueniūt. Quinquefolii folia qdā terna tertianis dedere: quaterna quartanis: plura cæteris: alii omibus obolis tribus cū pipe ex aqua mulſa. Verbenaca quidē & iumētorꝫ febribus in uino medetur. Sed in tertianis a tertio geniculo inciſa: quartanis a quarto. Bibitur & ſemē hyperici utriuſqꝫ in quartanis & horroribus betonicæ farina: quæ omēs horrores coercet. Itē panaces adeo ex calfactoria natura ut ꝑ niuem ituris bibere id: ac pungi eo præcipiāt. Et ariſtolochia ꝑfrictionibus reſiſtit. Phreneticos ſōnus ſanat: qui contingit peucedano ex aceto capiti infuſo anagallidum ſucco. E diuerſo lethargicos excitari labor eſt. Hoc præſtat euphorbium (ut ꝓhibēt) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco. Contra inſanias betonica bibitur. Carbūculos rumpit panaces. Sanat betōnicæ farina ex aqua aut braſſica cum thure frequēti potu calidæ: uel e carbone in cōſpectu extincto fauilla digyto ſublata &

illita.uľ plantago tuſa. Tithymallus characites hydropicos ſanat. Panaces:plantago in cibo:cũ
prius panẽ ſiccũ commederint ſine potu. Betonica drachmis duab⁹ ĩ duob⁹ cyathis uini aut mul
ſi. Vel agaricũ:uel ſemen lonchitidis duab⁹ linguis ex aqua potũ. Pſyllium ex uino. Anagallidũ
ſuccus. Cotelydonis radix ex mulſo. Ebuli recẽtis radix excuſſa tm̃ nec colluta quantũ duo digy
ti comprehendant:ex uini ueteris calidi hemina. Trifolii radix drachmis duab⁹ in uino. Tithy-
mallũ:platyphyllon cognomine. Semẽ hyperici:qď charos appellatᷣ. Actæ quã qdam eẽ ebu
lũ putant radice contrita in uini cyathis trib⁹ ſi febris abſit:uel ſemine ex uino nigro. Itẽ uerbe
naca faſciculo man⁹ plenæ đcocta in aqua ad dimidias. Præcipue tamẽ chameactæ ſuccus aptiſſi
mus creditᷣ. Eruptiones pituitaſq; emẽdat plantago. Cyclamini radix cũ melle. Ebuli folia con-
trita & e uetere uino impoſita ẽt boam ſanant:id eſt rubẽtes papulas. Prurigineẽ ſucc⁹ ſtrychni
llitus. Igni ſacro medetᷣ aizoum. Folia trita cicutæ. Mandracoræ radix. Siccatᷣ in aere ut cucu-
mis:primo ꝑ ſup muſtum ſuſpenditᷣ:mox in fumo:dein tũditᷣ in uino aut aceto. Prodeſt & uino
myrteo fouere mentæ ſextans:uiui ſulphuris uncia ex aceto ſimul trita:fuligo ex aceto. Ignis ſa
cri plura ſunt genera. Inter quæ mediũ hominẽ ambiẽs:q zoſter appellatᷣ: & enecat:ſi cinxer t
Medetᷣ plantago cũ creta cymolia & periſtereos p ſe. Radix perſolatæ. Aliis quæ ſerpunt co-
telydonis radix cũ mulſo. Aizoum. Succus linozoſtis ex aceto.

Ad luxata mẽbra:& contra morbũ regiũ:& contra furunculos & fiſtulas & inflatiões
& ambuſtionẽ:& contra alios morbos ad neruos & ſanguinẽ Cap.xiii.

RAdix polypodii illita luxatis medetᷣ. Dolorẽq; & tumores tollunt ſemẽ pſyllii. Folia planta
ginis tuſa:ſale modico addito. Verbaſci ſemẽ ex uino decoctũ & contritũ. Cicuta cũ axũgia
Folia ephemeris tuberibus atque tumoribus. Illinunturq; etiam:dum diſcuti poſſunt. Mor-
bum regiũ in oculis præcipue mirari ẽ tenuitatẽ illam denſitatẽq; tunicularꝫ felle ſubeũte. Hip
pocrates a ſeptimo die in febre mortiferꝫ ſignũ eẽ docuit. Nos ſcim⁹ uixiſſe aliquos ẽt ab hac de
ſperatione. Fit uero & circa febres:impugnanᷣq; cẽtaurio maiore(ut diximus) poto. Betonica
agarici obolis trib⁹ ex uini ueteris cyatho. Item uerbenacæ folio obolis trib⁹ ex uini calidi hemi
na quatriduo. Sꝫ celerrime quinquefolii ſuccus medetᷣ trib⁹ cyathis potus cũ ſale & melle. Cy-
clamini radix drachmis trib⁹ bibitᷣ in loco calido:& perfrictionib⁹ tuto:ſudores eni felleos mo
uet. Folia tuſſilaginis ex aqua. Semẽ linozoſtis utriuſq; inſperſum potioni:uel cũ abſinthio aut
cicere decoctũ. Hyſopi baccæ cũ aqua potæ. Lichen herba ſi cũ ſumitᷣ:cætero olere abſtineatᷣ.
Polytrix in uino data. Struthion in mulſo. Paſſim & in quacũq; pte ac maximo incommodo na-
ſcũtᷣ:q furunculi uocantᷣ:mortiferꝫ aliqñ malũ confectis corporib⁹. Remedio ſunt pignocomi fo
lia trita cũ polenta:ſi nondũ caput fecerint. Diſcutiunt & folia ephedri illitia. Fiſtulæ quoq; in
omni pte ſpunt:medicorꝫ uitio maleſectis corporib⁹. Auxilio ẽ centauriũ min⁹:collyriis cũ mel
le decocto additis. Plantaginis ſuccus infuſus. Quinquefoliũ cũ ſale & melle. Ladanũ cũ caſto-
reo. Cotelydon cũ medulla ceruina calefacta impoſita. Verbaſci radix medulla collyrii tenuita-
te in fiſtulã additᷣ. Vel ariſtolochiæ radix. Vel ſuccus tithymalli. Collectiones inflamationesq;
ſanant argemoniæ follia illita. Duritias & collectiones omẽs uerbenaca uel qnquefolium:deco
ctũq; in aceto uerbaſci folia uel radix. Hyſopũ e uino impoſitũ. Acori radix đcocto eius herbæ
fouẽtib⁹. Aizoum. Itẽ quæ contuſa ſint:duritiaſq; & ſin⁹ corporis & tela omnia infixa corpori
extrahũt. Folia tuſſilaginis. Daucũ. Semẽ leõtopodi tritũ in aqua cũ polẽta. Suppurationib⁹ im
ponũtᷣ pygnocomi folia trita cũ polẽta:uel ſemẽ. Item orchiſ: Vitia quæ ſunt in oſſib⁹ ſatyrii ra
dice impoſita efficaciſſime ſanari dicũtᷣ. Nomæ & collectiones oẽs fuco maris priuſq; inareſcat.
Et alcmeæ radix collectiones diſcutit. Ambuſta ſanantᷣ plantagine arctio:ita ut cicatrix fallat.
Folia eius in aqua đcocta & contrita illinuntᷣ. Radices cyclamini cum aizoo. Herba ipſa hype-
rici:qď coriſſum appellauimus. Neruis & articulis conuenit plantago trita cũ ſale. Argemonia
tuſa ex melle. Peucedani ſucco perungũtᷣ ſpaſtici:tetanici. Neruorꝫ duriciæ egilopi ſucco. Dolo
rib⁹ erigeron ex aceto illinitᷣ. Epythimio ſpaſticis & opiſthotonicis pungi:ſemine hyperici:qď
charos uocatᷣ. Idẽq; biberẽ pdeſt. Phrimon dicitᷣ ẽt abſciſſos ſanare neruos ſi cõfeſtim imponatᷣ
trita uel manſa. Spaſticis tremulis opiſthotonicis alcmeæ radix bibitᷣ ex aqua mulſa. Sic & rigo
res excalfacit. Sanguinis pfluuium ſiſtit herbæ peoniæ ſemẽ rubrꝫ. Eadẽ & in radice uis. Cycla
minos uero ſi ore ſanguis reiiciatᷣ:ſiue e narib⁹:ſiue aluo fluat:ſiue fœminarꝫ utero. Itẽ lyſima-
chia pota uel illita:uel narib⁹ indita. Item plantaginis ſemẽ. Quinquefoliũ potũ & illitũ. Cicute
ſemen in nares ſi inde fluat tritũ ex aqua & inditũ. Aixoum. Aſtragali radix ſiſtit. Et iſchemon.
Et achillea.

De herba equieſeto:& ſtephanomeli:& eriſitale:& contra uermes Cap.xiiii.

EQuieſetum a græcis dicta & in pratis naſcẽs:uituperata a nobis. Eſt ãt puluis terræ equi-
ſetæ ſimilis lyenis curſorꝫ extinguit đcocta fictili nouo ad tertias quantũ uas capiat:& p
triduũ heminis pota:unctis eſculentis ante diẽ unũ interdicitᷣ. Græcorꝫ uaria circa hanc opinio
Alii pini foliis ſimilẽ nigricantẽ eodẽ nomine appellant:uim eius ammirabilẽ tradentes:q ẽt

ſanguinis profluuia uel tactu eo tãtũ hoie ſiſtat: alii hippurin: alii ephedrõ: alii anabaſin uocãt. traduntq; iuxta arbores naſci & ſcandẽtem eas depẽdere comis iunceis multis nigris ut ẽ equo/rum cauda geniculatis ramis folia habere pauca: tenuia: exigua: ſemẽ rotundũ: ſimile coriãdro: radice lignoſa: naſci in ambuſtis maxime. Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinem in naribus fluentẽ incluſus ſiſtit. Item aluum. Medeť dyſentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vri/nam cit. Tuſſim ortopnoeã ſanat. Itẽ rupta: & quæ ſerpũt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibũť. En/terocœlen cohibet. Faciũt & aliã hippurin breuioribus & mollioribus caulibus cãdidioribuſq; p q̄utilem iſchiadicis: & uulneribus ex aceto impoſitam: ꝓpter ſanguinẽ ſiſtẽdũ. Et nymphea tri/ta plagis imponiť. Peucedanũ cum ſemine cupreſſi bibitur.: ſi ſanguis p os redditus eſt: fluitq; ab infernis. Sideritis tantã uim habet: ut q̄uis recenti gladiatoriſ uulneri illigata ſanguinẽ clau/dat. Quod facit & ferulæ cinis uel carbo. Fungus uero etiã efficacius: qui ſecundũ radicem eius naſcitur. Per nares ãt fluenti & cicutæ ſemen tritũ ex aqua inditũq; efficax habeť. Itẽ ſtephano/melis ex aqua. Betonicæ farina e lacte caprio pota ſiſtit ex ubere fluẽtẽ. Plãtagoq; cõtuſa. Eiuſ/dem ſuccus uomẽtibus ſanguinẽ datur. Ad erraticũ aũt radix perſolatæ cũ axungia ueteř illita. Potatur a ruptis cõuulſiſq; & ex alto deiectis centauriũ maius. Gentianæ radix trita uel decocta uel ſuccus betonicæ. Et hoc ãplius addo: iocineris aut lateris cõtortionibus: panaces ſcordiõ ari/ſtolochia pota cũ agarico. Item cõtuſis & euerſis potũ duobus obolis ĩ mulſi cyathiſ tribuſ. Aut ſi febris ſit in aqua mulſa uerbaſcũ: cuiũs flos ſimiliſ auro eſt. Acori radix. Aizoũ omẽ. Sed e ma/iori ſuccus efficaciſſime. Itẽ ſymphyti radices: uel decoctũ. Daucũ crudũ. Eryſithales ẽ flore lu/teo foliis achanti. Bibitur e uino. Itẽ chamerops: & in ſorbitiones irio uel plãtago oibus mõis. Item phthiriaſi: quo Scylla dictator cõſũptus ẽ. Naſcũtur quoq; in ſãguine ipſo hois aĩalia exe/ſura corpus. Reſiſtiť uuæ taminiæ ſucco aut ueratri cum oleo perunctis corporibus. Tamina q̃/dem in aceto decocta etiã ueſtes eo tedio liberat.

¶De ulceribus: & ad plagas: & de polycnemo. Ca. xv.

VLcera multoꝝ ſunt geneꝝ: ac multis mõis curãť. Panacis oium geneꝝ radix ex uino calido illinitur manãtibus. Siccat priuatim quã chironiã diximus. Cũ melle trita tubera apit: ulce/ribuſq; quæ ſerpũt. Deploratis auxilio eſt cum eris flore uino tẽperata oibus mõis uel flore uel ſemine uel radice. Eadem cum polẽta uetuſtis uulneribus ꝓdeſt. Heracleõ quoq; ſidereõ. Apol/linaris. Pſylium. Tragacãtha. Scordotis cum melle purgat. Farina eius carnis excreſcẽtes p ſe ĩ/ſpſa cõſumit. Polemonia ulcera: quæ cacoethe uocãt ſanãt. Centauriũ maius inſpſum uel illitũ. Itẽ minoris coma decocta uel trita uetera quoq; ulcera purgat & pſanat. Folliculi climeni recẽti/bus plagis imponũtur. Illinitur aũt gentiana ulceribus quæ ſerpũt radice tuſa uel decocta ĩ aqua ad mellis craſſitudinẽ: uel ſucco uulňribus. Ex ea factũ lichium. Lyſimachia recẽtibus plagis me/detur. Plãtago oium geneꝝ ulceribus: peculiariter fœminaꝝ ſenũ & infantium. Igne mollita me/lior: & cũ cæroto craſſa ulceꝝ labra purgat. Nomas ſiſtit. Et tritam ſuis foliis integeř oportet. Suppurationes: collectiones: ſinus ulceꝝ. Chelidonia quoq; ſiccãtur ulcera adeo: ut etiã ꝓ ſpo/dio utantur. Eadẽ iam deſpatis cum axungia imponitur. Dictamũ pota ſagittas pellit: & alia tæ/la extrabit illita. Bibiť ex aquæ cyatho folioꝝ obolo. Proxime pſeudodictamũ. Vtraq; etiã ſup/purationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt. Sordida expurgat cum melle: uer/meſq; extrabit. Itemq; clauos in ulceribus natos. Et infixa corpori omĩa: præcipue ſagittaſ & oſ/ſa fracta cum reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cũ iride recẽtia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca q̃nquefoliũ cũ ſale & melle. Radices perſolatæ uulneribus ferro illatis recẽti/bus imponũtur: folia ueteribus. Cũ axungia utraq; & ſuo folio operiť. Damaſoniũ aũt & in ſtru/ma. Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſterios ad omĩa genera uel calloſoꝝ putreſcẽtiũq; ulce/rum facit. Manãtia nympheæ heracliæ radix ſanat. Itẽ cyclamini radix uel per ſe: uel ex aceto: & cũ melle. Eadem & cõtra ſteatomata efficax: ſicut ad ulcera manãtia hyſopũ. Itẽ peucedanum cui ad recẽtia uulnera tanta uis eſt: ut ſaniẽ oſſibus extrahat. Præſtãt hoc & anagallides: cohi/bentq; quas uocant nomas: & rheumatiſmos. Vtiles & recentibus plagis: ſed præcipue ſenum corpori. Cũ cæroto apoſtemata & ulcera tetra folia mãdragoræ recẽtia. Radix uulnera cũ mel/le aut oleo. Cicuta cõſiligini mixta mero. Aizoum herpetas quoq; & nomaſ ac putreſcẽtia: ſicut erigerõ uerminoſa. Recẽtia ãt uulnera aſtragali radix: & uetera quoq; ulcera purgat hypociſthiſ utraq;. Leontopodii ſemẽ tritũ in aqua & cũ polẽta illitũ ſpicula ſagittarioꝝ extrahit. Itẽ pycno/comi ſemẽ: tithymallus. Characites ſucco grãgrenas phagedenas putria: uel decocto ramoꝝ cũ polẽta & oleo. Orchis radices. Hoc ãplius & cacoethe ex aceto cũ melle ſiccæ & recẽtes. Per ſe uulnera onothera efferẽtia ſeſe ſanat. Scythæ uulnera ſcythicæ curãt. Ad carcinomata argemo/nia ex melle efficaciſſima eſt. Vulneribus perſonatis aſphodeli radix decocta ut diximus: trita cũ polẽta & illita. Quibuſcũq; uero apollinaris. Aſtragali radix in puluerẽ trita humidis ulceribus ꝓdeſt. Itẽ callitrix decocta ĩ aqua. Priuatim uero iis quæ calciamẽto facta ſint uerbenaca. Nec nõ & lyſimachia cõtrita. Ac nymphea arida ĩfricata. Polytrix ĩueteratis iiſdẽ utilior. Policnemõ

ꝯmilæ bubulæ ſimilis ē ſemine pulegii ſurculoſas multis geniculis corymbo odorata acri & dul-
ci odore: quæ ferro factis uulnerib⁹ commanducata imponiť: quinto die ſoluiť. Symphyton ad
cicatricē celerrime ꝓducit. Itē ſyderitis. Hæc imponiť ex melle. Verbaſci ſemine ac foliis ex ui-
no dcoctis ac tritus omnia corpori infixa extrahūť. Item mandracoræ foliis cū polēta. Cyclami-
ni radicib⁹ cū melle. Triſaginis folia in oleo contrita maxime adhibēť ulcerib⁹: quæ ſpunt. Et
alga in melle trita. Betonica ad carcinomata. Et melandria: ac ueteres addito ſale. Verrucas tol-
lit argemonia ex aceto uel batrachii radix: q̄ & ungues ſcabros auſert. Linozoſtidis utriuſq; fo-
lia uel ſuccus illitus. Tithymalli omnes genera uerrucaꝝ omniū. Item omnia pterygia: uaroſq;
tollunt. Cicatrices cū ellegantia ad colorē reducit ladanū.

¶De plurimis experimētis ad inficiendos capillos: & partus eiiciendos & continendos
& aliarum remedia. ¶Capitulum. xvi.

ARtemiſiam & eleliſphacū alligata qui hꝫ uiator: negať laſſitudinē ſentire. Mulierib⁹ morbiſ
medeť maxime in uniuerſum peoniæ herbæ ſemē nigꝝ ex aqua mulſa. Eadē & in radice uis
Mēſes cit. Panacis ſemē cū abſinthio mēſes & ſudorē. Scordotis potu & illitu. Betonica drach-
ma in uino cyathis trib⁹ bibiť contra omnia uuluaꝝ uitia. Aut quæ a ꝑtu fiunt. Menſes nimios
ſiſtit achillea impoſita: & dcoctum eius inſidentib⁹. Mammis imponiť hyoſcyami ſemē ex uino.
Loti radix ex cataplaſmate. Et mammis ēt chelidonia. Secundas morātes uel ꝑtus emortuos ra-
dices panacis appoſite extrahunt. Ipſum panacis ſemē e uino potum uuluas purgat: appoſitūq;
cū melle. Polemōia pota ex uino ſecundas pellit. Nidore purgat uuluas cētaurii minoris ſuccus
potus: fotuq; mēſes cit. Item maioris radix in uuluæ dolorib⁹ iiſdem modis ꝓdeſt. Deraſa uero
& appoſita extrahit ꝑtus emortuos. Plantago imponiť in lana in dolore uuluæ. In ſtrangulatu
bibiť. Sꝫ præcipua dictamno uis ē. Menſes cit. Partus emortuos uľ tranſuerſos eiicit. Bibiť ex
aqua folioꝝ obolo: adeo ad hæc efficax: ut ne in cubiculū qdē prægnantiū inferať. Nec potu tm̄
ſꝫ & illitu & ſuffitu ualet. Proxime pſeudodictamnū. Sꝫ mēſes cit cū mero dcoctum pondere de-
narii. Plurib⁹ tamē molochiſ & ariſtolochia ꝓdeſt. nam & mēſes & ſecūdas cit. Et emortuos ꝑt⁹
extrahit: myrrha & pipere additis pota uel ſubdita. Vuluas quoq; ꝓcidentes inhibet potu uel
ſuffitu uel ſubiectu maxime tenuis. Strangulatum ab iis menſiūq; difficultatē agaricū trib⁹ obo-
lis tritū in uini ueteris cyatho potū emēdat. Periſteros appoſita in adipe ſuillo recēti. Antirri-
nō cū roſaceo & melle. Itē appoſita nympheæ theſſalæ radix pota dolori medeť. In uino pota
nigro ꝓfluuia inhibet. E diuerſo ciet cyclamini radix pota & appoſita. Et ueſicæ inſidentium de-
cocto medeť. Secūdas pota ciſſanthemos pellit. Vuluam ſanat. Et xiphii radix ſupior mēſes cit
drachma ex aceto pota. Peucedanū ſtrangulatus uuluæ nidore uſtum recreat. Menſes aluoſq;
præcipue pſyllium drachma i cyathis trib⁹ aquæ mulſæ. Semē quoq; mandracoræ potū uuluaꝫ
purgat. Menſes cit ſuccus appoſitus: & emortuos ꝑtus. Nimia rurſus ꝓfluuia ſiſtit ſemē cū ui-
no & ſulphurē. Alui ꝓfluuia ſiſtit & contrahit batrachion potu: uel cibo ardēs: alias ut diximus
cruda. Sꝫ cocta commēdať ſale & oleo & cymino. Daucum & mēſes & ſecūdas potum facillime
pellit. Ladanū ſuffitu corrigit uuluas: dolori eaꝝ exulceratiſq; imponiť. Emortua ſcamoniū pel-
lit potū uel appoſitū. Mēſes ciet hypericū: utrunq; appoſitū. Ante alia uero ut Hippocrati ui-
deť eryſimon e uino ſemine uel radice. Cortice trahit & ſecundis ſuccurrit & ſtrangulationibus
ex aqua pota. Itē radix e geranio peculiariter ſecundis inflammationibuſq; uuluaꝝ conueniēs.
Purgat hippuris pota & appoſita uuluaſ. Polygonas pota mēſes cit. Et alcmeæ radix. Folia plā-
taginis pellūt. Itē agaricū ex aqua mulſa. Artemiſia uuluæ medeť trita ex oleo irino aut fico:
aut cū myrrha appoſita. Eiuſdē radix pota in tm̄ purgat: ut ꝑtus enectos extrahat. Mēſes & ſe-
cundas cit ramoꝝ dcoctum inſidentib⁹: item folia pota drachma. Ad eadē omnia ꝓſunt uel im-
poſita uētri immo cū farina hordeacea. Acharon quoq; utile ē interiorib⁹ fœminaꝝ morbis. Et
coniza utraq;. Et cremnos. Et cantillides duæ uuluis utiliſſimæ. Torminibuſq; & ſecundaꝝ mo-
re in uino potæ. Callitrix fotu locis medeť. Albugines in capite tollit. Capillos inficit oleo tri-
ta. Geranion in uino albo potū: & hypociſthis in rubro ꝓfluuium ſiſtunt. Hyſopū ſuffocatiōes
laxat. Radix uerbenacæ pota ex aqua ad omnia in ꝑtu aut ex ꝑtu mala præſtantiſſima ē. Peuce-
dano qdam miſcēt in uino nigro ſemē cupreſſi contritū. Nam ſemē pſyllii deferuefactū in aqua
cū intepuerit: epiphoras omēs uteri lenit. Symphyton tritū in uino nigro euocat mēſes. Part⁹
accelerat ſcordotis pota drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quattuor. Dictamni folia præclare
danť ex aqua. Cōſtat uni⁹ oboli pōderē: uel ſi mortui ſint i utero iſātes: ꝓtin⁹ reddi ſiñ uexatiōe
puerpæ. Similiter ꝓdē pſeudodictānū: ſꝫ tardi⁹. Cyclaminoſ adalligata. Ciſſāthemoſ pota. Itē
betonicæ farina ex aqua mulſa. Arſenogonō & thelygonō herbæ ſť habētes uuas floribus oleæ
ſimileſ: pallidioꝝ tamē. Semē albū: papaueriſ modo. Theligoni potu fœminam concipi narrāt
Arſenogonon ab ea ſemine oleæ nec alio diſtat. Huius potu mares generari ꝓhibēť: ſi credim⁹
alii utranq; ocimo ſimilē tradūt. Arſenogoni ſemē āt geminū eē teſtib⁹ ſimile. Mammaꝝ uitiis
aizoum: qđ digytellum appellanim⁹ unice medeť. Erigeron ex paſſo mammas uberiores facit.

BIUM

Sonchum in farre coctum. Quæ uero maſtos uocatur indita pilos mămarꝝ e partu naſcĕtiũ & ti/
neas aufert in facie: aliaꝗ cutis uitia emĕdat. Gentiana nyphea heraclia illita cyclamini radix ma
culas omĕs. Caucaliæ grana mixta cæræ liquidæ extĕdunt cutĕ in facie: eruganꝗ. Vitia omia
acori radix emendat: Capillũ liſimachia flauum facit. Denigrat hypericŏ: quod & oriſton uocat.
Itĕ ophryos hærba denticulato oleri ſimilis: foliis duobus. Nigriciă dat & polæmonia ĭ oleo de
cocta. Pſilothrũ nos quidĕ in mulieribus medicamĕtis tractamus: uerꝝ etiă uiris in uſu eſt. Effi/
caciſſimũ aũt habet archeroſtis. Item tithymalli ſucco uel in ſole cum oleo illito crebro: uel euul
ſis pilis. Quadrupedũ ſcabiem ſanat hyſopũ ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſideritis. Verꝝ
& reliqua genera hærbarum reddamus.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XXVII.
## PROHEMIVM

### Reliqua Hærbarꝝ Genera. Ca. i.

CRESCIT APVD ME CERTE TRACTATV IPSO
admiratio antiqtatis. Quătoꝗ maior copia hærbarum dicĕda re
ſtat: tanto magis adorare priſcorꝝ in inueniĕdo cură: in tradendo
benignitatem ſubit. Nec dubie ſupata hoc mŏ poſſet uideri etiă
rerꝝ naturæ ipſius munificĕtia: ſi humani opis eſſet inuĕtio. Nũc
uero deorꝝ fuiſſe eam apparet: aut certe diuinam: etiam cũ homo
inuenerit. Eădemꝗ oium parentĕ genuiſſe hæc & oſtĕdiſſe: nul
lo uitæ miraculo maiore: ſi uerꝝ fateri uolumus. Scythică hærbă
a mæotidis paludibus & euphorbiă e mŏte atlante: ultraꝗ Her
culis colũnas & ipſo rerꝝ naturæ defectu. Parte alia britannică ex
oceani inſulis extra terras poſitis: itemque æthiopidem ab exu
ſto ſyderibus axe. Alias præterea aliũde ultro citroꝗ humanæ
ſaluti in toto orbe terrarꝝ portare imenſa romanæ pacis maieſtate nŏ hoies mŏ diuerſis inter ſe
terris gentibuſꝗ: uerꝝ etiă mŏtes & excedĕtia ĭ nubibus iuga: paſtuſꝗ pecorꝝ & hærbas quoꝗ
inuicem oſtendăt. Aeternum quæſo deorum ſit munus iſtud. Adeo romanos uelut alteră lucĕ
dediſſe rebus humanis uidentur.

### De aconito: & panthera: & quæ extinguitur aconito. Ca. ii.

SEd antiquorꝝ cură diligentiamꝗ quis poſſit ſatis uenerari. cũ cŏſtet oim uenenorꝝ ociſſimũ
eſſe aconitum: & tactis quoꝗ genitalibus fœminini ſexus aialium eodĕ die inferre mortĕ.
Hoc fuit uenenum quo interemptas dormiĕtes a Calfurnio Beſtia uxors M. Cecilius accuſator
obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius in digyto eas mortuas. Fabulæ narrauere e ſpinis Cerbe/
ri canis extrahente ab inferis Hercule. Ideoꝗ apud heracleă pŏtică ubi mŏſtrat eius ad inferos
aditus gigni. Hoc quoꝗ tamĕ in uſus humanæ ſalutis uertere. Scorpionũ ictibus aduerſari expe
riendo aconitum datum in uino calido. Ea eſt natura ut hoiem occidat: niſi inuenerit quod in ho
mine pimat. Cũ eo ſolo colluctatur: uelut præſentius inuĕto ſolo. Hæc pugna eſt cũ uenenũ in
uiſceribus reppererit. Mirũꝗ exitialia per ſe ambo cũ fuerint duo uenena ĭ hoie cŏmoriũtur: ut
homo ſupſit. Immo uero etiă ferarꝝ remedia antiq ꝓdiderunt: demŏſtrădo quo uenenata quoꝗ
ipſa ſanătur. Torpeſcũt ſcorpiones aconiti tactu: ſtupentꝗ pallentes: & uinci ſe cŏfitent. Auxili
atur eis helleborꝝ albũ tactu reſoluĕte. Ceditꝗ aconitũ duobus malis ſuo & oium. Quod ſi quis
illa forte ab hoie excogitari potuiſſe credit: ingrate deorꝝ intelligit munera. Tangũt carnes aco/
nito: necătꝗ guſtatu earꝝ pătheras: niſi hoc fieret repleturas illos ſitus. Ob id qdă pardaliăches
appellauere. At illas ſtatĭ liberari morte excremĕtorꝝ hois guſtu demŏſtratũ: Quod certe caſu
reptũ qs dubitet: & quotiĕs fiat ĕt nũc ut nouũ naſciqm feris rŏ & uſus ĭter ſe tradi nŏ poſſit.

### Quod omnium creaturarꝝ cŏditor ſit deus. Ca. iii.

HIc ergo caſus hic eſt ille: qui plurima inuenit in uita deus. Hoc habet nomĕ: per quĕ intel/
ligitur eadem & parens rerꝝ oium & magiſtra utraꝗ cŏiectura pari: ſiue iſta quottidie feras
inuenire: ſiue ſemper ſcire iudicemus. Pudĕdũꝗ rurſus omia aialia quæ ſint ſalutaria ipſis: noſſe
ipſa præter hominĕ. Sed & maiores oculorꝝ quoꝗ medicamĕtis aconitũ miſceri ſaluberrime ꝓ/
mulgauere: aperta profeſſione: malũ quidĕ nullũ ſine aliquo bono dicere. Fas ergo nobis erit q
nulla diximus uenenata: nũc demŏſtrare quale ſit aconitũ uel deprehendĕdi gratia. Folia habet
cyclamini aut cucumeris nŏ plura quattuor ab radice leniter hirſuta. Radicĕ modicam cămaro ſi
milem marino. Quare qdam cămaron appellauere. Alii lycoctonŏ ex ea qua diximus că. Radix
incuruat paulũ ſcorpionũ mŏ: quare & ſcorpiŏ aliqui appellauere. Nec defuere qui myoctonon
appellare mallent. quoniă ꝓcul & e lŏginquo odore mures necat. Naſcit ĭ nudis cautibus: quas
aconas uocant. Et ideo aconitũ aliqui dixere nullo iuxta ne puluerem quidĕ nutriente. Hăc aliq

C 3

rationem nominis attulere. Alii quoniam uis eadem in morte eſſet: quæ cotibus ad ferri aciem
deterrendam ſtatim ꝑ admota uelocitas ſentiretur.

De æthiopide: & amarãto: & aloe: & alcea: & alipho: & alſina: & androſace: & andro-
ſemo: & ambroſia: & anconi: & anagyro: & anonymo Cap. iiii.

AEthiopis radix folia h; phlomo ſimilia: magna & multa: & hirſuta ab radice. Caulẽ quadran
gulũ ſcabꝝ: ſimilẽ arctio: multis concauum. In aliis ſemẽ eruo ſimile candidũ geminũ: radi-
ces numeroſas longas. Plenas molles glutinoſas guſtu ſiccanti. Creſcuntq; ut cornua poſſint ui-
deri. Præterea in æthiopia naſcũt: & in ida monte troadis: & in meſſenia. Colligũt autũno: ſic-
cant in ſole aliquot dieb⁹: ne ſitum ſentiant. Medẽt uuluis potæ in uino albo: iſchiadicis: pleu-
reticis: faucib⁹ ſcabris: dcocta potu dant. Sed quæ ex æthiopia uenit: eximia ẽ: atq; illico pro-
deſt. Amaranton ferulacea ẽ duoꝝ palmoꝝ altitudine: origano ſimilis flore: bulbis aureiſ. Hui⁹
uſtæ nidor urinam cit: uuluamq; purgat: tanto magis inſidentib⁹ cauſa. Cauſa hominis nõ hæc
ſed qm̃ diutiſſime nõ marceſcit. Aloe ſylæ ſimilitudinẽ h; maior & pinguiorib⁹ foliis ex obli-
quo ſtriata. Caulis eius tener ẽ rubẽs medius: non diſſimilis antherico. Radice una ceu palo in
terra dimiſſa: graui odore: guſtu amara. Laudatiſſima ex india affert: ſed naſcit & in aſia: non ta-
mẽ ea utunt: niſi ad uulnera recentib⁹ foliis: mirifice enim cõglutinat: uel ſuccu: ob id in turbini
bus cadoꝝ eam ferunt ut aizoum maius. Quidam & caulẽ ante maturitatẽ ſeminis incidũt ſucci
gratia: aliq & folia. Inuenit & p ſe lachryma adhærens. Ergo pauimentandũ ubi ſata ſit cenſent
ut lachryma nõ abſorbeat. Fuere q traderẽt in iudæa ſup hieroſolimã metallicã eius naturam:
ſ; nulla magis improba ẽ: neq; alia nigrior eſt: aut tumidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida
ruſſi coloris friabilis: ac iocinoris modo coacta: facile liqueſcẽs. Improbanda nigra & dura: hare
noſa quoq; quæ & guſtu intelligit. Gummi adulterat & acacia. Natura eius ſpiſſare: denſare: &
leuiter calfacere. Vſus in multis: & principalis aluũ ſoluere: cũ pene ſit ſola medicamentoꝝ: q̃ p
ſe id præſtant. Confirmat ẽt ſtomachũ: adeo ut nõ infeſtet ulla uis contraria: bibit drachma. Ad
ſtomachi uero diſſolutionẽ in duob⁹ cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ: coclearis mẽſura bis ter
ue in die ex interuallis ut res exigit. Purgationis ẽt cã plurimũ trib⁹ drachmis. Efficacior ſi pota
ea ſumat cib⁹. Capillũ fluentẽ continet cũ uino auſtero capite in ſole contra capillũ puncto. Do-
lorẽ capitis ſedat tẽporibus & fronti impoſita ex aceto & roſaceo. Dilutiorq; infuſa: oculoꝝ ui-
tia omnia ſanari ea cõuenit. Priuatim prurigines & ſcabiẽ genaꝝ. Itẽ inſignita ac liuida illita cũ
melle: maxime pontico. Tonſillas: gingiuas: & omnia oris ulcera. Sanguinis excreationes ſi mo
dicæ ſint: drachmæ pondere ex aqua: ſi min⁹ ex aceto pota. Vulneꝝ quoq; ſanguinem & unde-
cũq; fluentẽ ſiſtit: p ſe uel ex aceto. Alias ẽt ẽ uulnerib⁹ utiliſſima ad cicatricẽ pducens. Eadem
inſpergit exulceratis genitalib⁹ uiroꝝ: condylomatis: rimiſq; ſedis: alias ex uino: alias ex paſſo:
alias ſicca p ſe: ut exigit mitiganda curatio: aut coercẽda. Hemorrhoidũ quoq; abundantiã leni
ter ſiſtit. Dyſenteriæ infundit. Et ſi difficilius concoquãt cibi: bibit a cœna modico interuallo.
Et in regio morbo trib⁹ obolis ex aqua. Deuorãt pilulæ cũ mellis dcocto aut reſina terebinthi
na ad purganda interiora. Digytoꝝ pterygia tollit. Oculoꝝ medicamẽtis lauat: ut qđ ſit hare-
noſiſſimum ſubſidat. Aut torret in teſta: pennaq; ſubinde uerſat: ut poſſit æqualiter torreri.
Alcea folia h; ſimilia uerbenacæ: q̃ & periſtereon cognominat. Caules tres aut quattuor folio-
rũ plenos: florem roſæ: radices albas: cũ plurimũ ſexcubitales: obliquas. Naſcit in pingui ſolo:
nec ſicco. Vſus radicis ex uino uel ex aqua dyſentericis: aluo cita: & ruptis cõuulſiſ. Aliphon cau
liculus ẽ molli capite nõ diſſimilis betæ acre guſtatu ac lẽtũ: mordenſq; uehemẽter & accẽdẽs.
Aluũ ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico. Minima potio duaꝝ drachmaꝝ: media quattuor:
maxima ſex: ea purgatione qbus dat e gallinaceo. Alſine: quam qdam myoſoton appellant: na-
ſcit in lucis: unde & alſine dicta ẽ. Incipit a media hyeme. Areſcit æſtate media cũ prorepit: mu
ſculoꝝ aures imitat foliis. S; aliam docebim⁹ eẽ quæ iuſtius myoſotis uocet. Hæc eadẽ erat q̃
alſine: niſi minor minuſq; hirſuta eẽt. Naſcit in hortis & maxime in parietib⁹. Cũ terit: odorẽ
cucumis reddit. Vſus eius ad collectiones inflammationeſq;. Quin emẽdat omnia quæ alſine ſ;
infirmius. Epiphoris peculiariter imponit. Itẽ uredinis: ulceribuſq; cũ farina hordeacea. Succus
eius aurib⁹ infundit. Androſaces herba ẽ alba amara ſine foliis: folliculos in cirris habẽs: & ĩ iis
ſemẽ. Naſcit in maritimis iſtriæ maxime. Dat hydropicis drachmis duabus tuſa aut dcocta in
aqua uel aceto uel uino. Vehemẽter. n. urinas cit. Dat & podagris: illinitq;. Idẽ effectus ẽ & ſe
minis. Androſemon: ſiue (ut alii appellauere) aſcyron nõ abſimile ẽ hyperico: đ qua dixim⁹ cauli
culis maiorib⁹ denſioribuſq; & magis rubẽtibus. Folia alba rutæ figura. Semẽ papaueris nigri
Comæ tritæ ſanguineo ſucco manantes. Odores tres in uſus. Gignit in uineis. Fere medio au-
tumno effodit: ſuſpenditq;. Vſus ad purgandam aluũ tuſæ cũ ſemine potæq; matutino. ul' a cœ
na duab⁹ drachmis in aqua mulſa uel uino uel aqua pura: totius potionis ſextario. Trahit bilem
Prodeſt iſchiadicis maxime. S; poſtera die capparis radicẽ reſinæ pmixtam deuorare oportet
drachmæ pondere. Iteꝝq; quatridui interuallo eadẽ facere. A purgatione aũt ipſa robuſtiores

BIUM

u num bibere. infirmiores aquã. Imponitur & podagris & ambuſtis & uulneribus cohibens ſan/
guinem. Ambroſia uagi noīs eſt: & circa alias hærbas fluctuãs: fruticem unũ habẽs denſũ ramo
ſum: tenuem: trium fere palmoꝝ: Tertia parte radice breuiore: foliis rutæ: circa imũ caulẽ in ra
mulis ſemẽ eſt uuis depẽdentibus: odore uinoſo: qua de cã botrys a quibuſdã uocaẽ ab aliis ar/
temiſia. Coronãtur illa cappadoces. Vſus eius ad ea quæ diſcuti opus ſit. Anconin qdam ononi/
da malunt uocare: ramoſã: ſimilem fœnogræco: niſi fruticoſior hirſutiorq́ꝫ eſſet: odore iucũdo.
Poſt uer ſpinoſa. Eſtur etiã muria cõdita. Recens uero margines ulceꝝ erodit. Radix decoquiẽ
in poſca dolori dentiũ. Eadem cũ melle pota calculos pellit. Comitialibus datur ĩ oxymelitæ de
cocta ad dimidias. Anagyros quã aliqui acotõ uocant: fruticoſa eſt: grauis odore: floꝛ oleris: ſe
mẽ in corniculis nõ breuibus gignit: ſimile renibus: quod dureſcit p mẽſes. Folia collectionib⁹
imponũtur: difficulterq́ꝫ parientibus adalligãẽ: ita ut a partu ſtatim auferãtur. Quod ſi emortu
us hæreat: & ſecũdæ mẽſeſq́ꝫ morentur: drachmæ põdere bibũtur in paſſo folia. Sic & ſuſpirio/
ſis dãtur: & in uino uetere ad phalãgioꝝ morſus. Radix diſcutiendis cõcoquendiſq́ꝫ adhibeẽ. Se
men cõmãducatum uomitiones facit. Anonymos a nõ inueniẽdo noīe nomẽ inuenit. Affertur e
ſcythia celebrata & ab Hiceſio nõ paruæ auctoritatis medico. Itẽ ariſtogetõ in uulneribus præ
clara ex aqua tuſa & impoſita. Pota uero mãmis præcordiiſq́ꝫ pcuſſis. Itẽ ſãguinẽ excreantibus.
Putauerunt & bibendam uulneratis. Fabuloſa arbitror quæ adiiciuntur: recente ea ſi uratur: fer
rum aut æs ferruminari.

De aparine & arctio: & aſpleno: & aſclepiade: & aſtere: uel bubonio: &
aſcyro: uel aſcyroide: & aphace: & de alcibiox& alectorolopho Ca. v.

APparinen aliqui ompha cocarpõ: alii philãthropon uocãt: ramoſã: hirſutã: qnis ſenis ue ĩ or
bem circa ramos foliis per interualla: ſemẽ rotũdum: duꝝ: cõcauũ: ſubdulce. Naſciẽ in frumẽta
rio agro: aut hortis: pratis ue: aſperitate etiã ueſtiũ tenaci. Efficax contra ſerpẽtes ſemine poto
ex uino drachma: & contra phalangia. Sanguinis abũdantiã ex uulneribus imprimũt folia ĩpoſi/
ta. Succus auribꝰs infũditur. Arction aliq potius arcturion uocant: ſimilis eſt uerbaſco foliis: ni
ſi q́ꝫ hirſutiora ſunt: caule lõgo: molli: ſemine cymini. Naſciẽ in petroſis: radice tenera: alba: dul
ciq́ꝫ. Decoquiẽ ĩ uino ad dẽtium dolorem: ita ut cõtineaẽ ore decoctũ. Bibitur ꝑpter iſchiada &
ſtranguriã ex uino. Ambuſtis imponitur & pnionibus. Fouẽtur eadem cũ radice ſemine trito in
uino. Aſplenũ ſunt qui hemionõ uocãt: foliis triẽtalibuſ multis: radice limoſa: cauernoſa: ſicut fi
licis cãdida: hirſuta: nec caulem nec florem nec ſemen habet: Naſcitur in petris: parietibus opa/
cis: humidis: laudatiſſima ĩ creta. Huius folioꝝ iuꝛ in aceto decocto per dies xxx. poto lyenẽ ab
ſumi aiũt. Et illinuntur. Eadem aũt ſedãt ſingultus nõ dãda fœminis: quoniã ſterilitatem facit.
Aſclepiaſ folia hederæ habet: ramoſ lõgos: radices numeroſas: tenues: odoratas: florẽ auꝛum:
graue ſemen: ferrulatum. Naſcitur in mõtibus. Radices torminibus medẽtur: & cõtra ſerpẽtiũ
ictus nõ ſolũ potum ſed etiã illitum. Aſter ab aliquibus bubonĩõ appellaẽ: quoniã inguinũ præ
ſentaneũ remedium eſt. Cauliculus foliis oblõgis duobus aut tribus in cacumine capitula ſtellæ
mõ radiata. Bibiẽ aduerſus ſerpẽtes. Sed & ad inguinũ medicinã: ſiniſtra manu decerpi iubẽt: &
iuxta cinctus alligari. Prodeſt & coxendicis dolori ad alligata. Aſcyron & aſcyroides ſimilia ſunt
inter ſe: ſed aſcyrõ maiores habet ramos: qui aſcyroides uocãtur ferulaceos omĩo rubẽtes: capi
tulis paruis: luteis. Semẽ in cauliculis puſillũ: nigrũ: reſinoſũ. Comæ tinctæ uelut cruentatæ.
Qua de cã qdam hanc androſemõ uocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos potus duab⁹ drachmis ĩ
hydromelitiſ ſextario. Aluũ ſoluit. Bilẽ detrahit. Illiniẽ & ãbuſtiſ. Aphace tenuia admodũ folia
hẽt puſilla. Altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert: in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt
nigriora & madidiora & minora lenticula. Naſciẽ in aruis. Natura ei ad ſpiſſãdum efficacior q́ꝫ
lenti: Reliquo uſu eoſdem effectus habet. Stomachi aluiq́ꝫ fluctiones ſiſtit ſemẽ decoctũ. Alci/
bion qualis eſſet hærba apud auctores nõ repperi. Sed radicẽ eius & folia trita ad ſerpẽtis mor/
ſus imponi & bibi iubent. Folia quãtum manus capiat trita cũ uini meri cyathis tribus: aut radi/
cem drachmaꝝ triũ põdere cũ uini eadem mẽſura. Alectorolophos quæ apud nos criſta diciẽ:
folia habet ſimilia gallinaceæ criſtæ plura: caulem tenuem: & ſemẽ nigrũ in ſiliquis. Vtilis tuſſiẽ
tibus cocta cũ faba preſſa melle addito: & caligini oculoꝝ. Solidũ ſemẽ coniciẽ in oculũ: nec tur
bat: ſed in ſe caliginẽ cõtrahit. Mutat colorem: ſed ex nigra albicare icipit: & intumeſcit: ac per
ſe exit.

De alo. Ca. vi.

ALum nos uocamus: græci ſymphytõ petreũ: ſimile cunilæ bubulæ: foliis paruis: ramis tri
bus aut quattuor: radice a cacuminibus thymi. ſurculoſũ. odoratũ: guſtu dulce: ſaliuã ciẽs:
lõga radice: rutila. Naſciẽ in petris: ideoq́ꝫ petreũ cogn oiatum. Vtiliſſimũ lateribus: lyeni
bus: renibus: torminibus: pectoribus: pulmonibus: ſanguinẽ reiicientibus: faucibus aſperis. Bi
bitur radix trita & ĩ uino decocta: & aliquãdo ſuperlinitur. Quin & cõmãducata ſitim ſedat: præ
cipueq́ꝫ pulmonẽ refrigerat. Luxatis quoq́ꝫ ĩponiẽ & cõuulſis: lyeni: iteraneis. Aluũ ſiſtit cocta
in cineres. Detractis quoq́ꝫ folliculis trita cum piperis nouẽ granis & ex aqua pota. Vulneribus

ſanandis tanta præſtantia ē: ut carnes quoq; cū coquūť conglutinet addita. Vnde & græci nomē impoſuere. Oſſibus quoq; fractis medeť.

De alga & actea & đ ampelo agria & abſinthio Cap. vii.

Alga ruffa & ſcorpionū ictibus. Actea graui folioꝝ odore: caulib⁹ aſperis geniculatis: ſemine nigro ut hederæ: baccis mollibus. Naſciť in opacis & aſpis & aquoſis. Dať acetabulo pleno interiorib⁹ fœminaꝝ morbis. Ampelos agria uocant herba foliis duris ciheracei coloris: qualē in ſatis dixim⁹: uiticulis longis calloſis rubentib⁹: qualiter flos quē Iouis flammam appellauim⁹ ignobilis: fert ſemē punici mali ſimile in acinis. Radix eius đcocta in aquæ cyathis ternis additis uini coi cyathis duob⁹ aluū ſoluit leniter. Iđo hydropicis dať. Vuluæ uitia & cutis in facie mulieꝝ emēdat. Iſchiadicos quoq; uti hac herba ꝓdeſt herba tuſa cū foliis & illita cū ſucco ſuo. Abſinthii genera ſunt plura. Santonicū appellať a galliæ ciuitate. Ponticū a ponto: ubi pecora pingueſcunt illo. & ob id ſine felle reperiūť. Neq; aliquod præſtantius. Multumq; italico amarius ꝫ medulla pontici dulcis. De uſu eius conuenit dicere herbæ facillimæ atq; inter paucas utiliſſimæ. Præterea ſacris Populi Ro. celebratæ peculiariter. Siquidē latinaꝝ feriis quadrigæ certant in capitolio: uictorq; abſinthium bibit. Credo ſanitatē præmio dari honorifice arbitratis maiorib⁹. Stomachū corroborat. & ob hoc ſapor eius in uina tranſferť ut dixim⁹. Bibiť & đcoctū aqua ac poſtea nocte & die refrigeratū ſub diuo đcoctis ſex drachmis folioꝝ cū ramis ſuis in cæleſtis aquæ ſextariis trib⁹. Oportet & ſalē addi. Vetuſtiſſime in uſu ē. Bibiť & madefacti dilutū. Ita enim appellať hoc gen⁹. Diluti ratio ut quiſquis fuerit modus aquæ: tegať ꝑ triduum Tertiū raro in uſu ē: ſicut & ſuccus expreſſi. Exprimiť āt cū primū ſemē turgeſcit madefactum aqua triduo recēs aut ſiccum ſeptē dieb⁹. Deinde coctum ī æneo uaſe ad tertias. x. heminis in aquæ ſextariis. xlv. Iterūq; percolatū. Herba lente coqť ad craſſitudinē mellis qualiter ex minore cētaurio quæritur ſucc⁹. Sꝫ hic abſinthii inutilis ſtomacho capitiq; ē: cum ſit ille đcoctus ſaluberrim⁹. Nanq; aſtringit ſtomachū: bilēq; đtrahit. Vrinam cit. Aluū emollit: & in dolorē ſanat Vētris animalia pellit. Malaciam ſtomachi & inflammationes diſcutit cum ſale & nardo gallico: aceto exiguo addito. Faſtigia abſterget. Concoctiones adiuuat. Cruditates đtrahit cū ruta & pipere & ſale. Antiq purgationis cā dabāt: cū marinæ aquæ ueteris ſextario ſeminis ſex drachmis cū trib⁹ ſalis & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato ſale. Diligēter āt teri đbet ꝓpter difficultatē. Quidam & in polēta dedere ſupradictū pond⁹: addito pulegio. Alii contra paraliſim. Alii pueris folia in fico: ſic ut amaritudinē fallerēt. Facile thoracē purgat cū iride ſumptum. In regio morbo crudū bibiť cū appio aut adianto. Aduerſus inflationes calidū paulatim ſorbeť ex aqua. Iocinoris cauſam cū gallico nardo. Dyenis cū aceto aut pulte aut fico ſumiť. Aduerſať fungis ex aceto. Itē uiſco. Cicutæ ex uino: & muris aranei morſibus. Draconi marino. Scorpionib⁹. Oculoꝝ claritati multū confert. Epiphoris cū paſſo imponiť. Sugillatis cū melle. Aures eius đcoctū uaporis ſuffitu ſanat. Aut ſi manat ſanies cū melle tritū. Vrinā ac mēſes ciunt tres quattuor ue ramuli cū gallici nardi radice una cyathiſ aquæ. vi. Mēſes priuatim cū melle ſumptū: & in uellerē appoſitū. Anginis ſubuenit cū melle & nitro. Epinyctidas ex aqua ſanat. Vulnera recētia pri⁹ q̄ aqua tangāť impoſitū. Præterea q; capitis ulcera. Peculiariter ilibus imponitur cum cypria cæra: aut cum fico. Sanat & pruritus.

De abſinthio: & ballote: & botrye fruticoſa: & brauylla: & brio: & bupleuri: & catanance: & calla: & circæa: & circeſio: & crategono: & theligo: & crocodilo: & cynoſorchi: & chryſollachano: & cuculo: & conſerua Capitulum. viii.

Non dandū in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationib⁹ potū. Inguinū tumorē in uentrali habitū. Somnos allicit olfactū: aut inſcio ſub capite poſitū. Veſtib⁹ inſertū tineas arcet. Culices ex oleo punctis abigit: & fumo ſi urať. Atramētum librariū ex diluto eius tēperatū lrās a muſcis tueť. Capillū denigrat abſinthii cinis unguēto roſaceoq; ꝑmixtus. Eſt & abſinthiū marinū: qđ qdam ſeriphiū uocāt: ꝓbatiſſimum in taphnis ægypti. Hui⁹ ramū iſiaci præferre ſolēne hñt. Anguſtius priore: minusq; amaꝝ: ſtomacho inimicū. Aluū mollit. Pellitq; animalia interaneoꝝ. Bibiť cū oleo & ſale: aut in farinæ trimeſtris ſorbitiōe dilutū. Coqť quantū man⁹ capiat in aquæ ſextario ad dimidias. Balloten alio nomine porrū nigꝝ græci uocant: herbam fruticoſaꝫ angulosis caulib⁹: nigris: hirſutis: foliis ueſtientib⁹: maiorib⁹ q̄ porri: & nigriorib⁹: graue olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleriſ. Purgat & ſordida ulcera cū melle. Botrys fruticoſa herba ē luteis ramulis. Semē circa totā naſciť: folia cicorio ſimilia. Inueniť in torrentiū ripiſ. Medeť orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiam uocant: alii artemiſiam. Brauylla ſpiſſandi uim hꝫ cotonei mali modo: nec amplius đ ea tradūt auctores. Brion marina herba ſine dubitatione lactucæ foliis ſimilis rugoſa ueluti cōtracta: ſine caule ab ima radice exeuntib⁹ foliiſ. Naſciť in ſcopulis maxime teſtisq; terra comprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis. Et collectiones omnes inflammationesq; cohibēdi: præcipue podagræ: & qcquid refrigerare op⁹ ſit. Bupleuri ſemē ad ictus

ſerpentium dari reperio: fouerięꝫ plagas decocta ea hærba adiectis foliis mori aut origani. Cata
nácen theſſalam hærbã qualis ſit: a nobis deſcribi ſuperuacuum ſit: cũ ſit uſus eius ad amatoria tã/
tum. Illud nõ ab re eſt dixiſſe ad tegendas magicas uanitates electã ad hũc uſum cõiectura. quo/
niam areſcẽs cõtraheret ſe ad ſpeciẽ unguiũ milui exanimati. Eadẽ ex cã & cemos ſilebitur a no/
bis. Calla duoꝝ generꝝ eſt. Vna ſimilis aro. Naſcitur in arationibus. Colligitur ãteꝗ̃ inareſcat.
Vſuſꝗ eoſdem hẽt quos arum. Bibitur quoꝗ radix huius ad exinaniẽdas aluoſ: mẽſeſꝗ mulierꝝ
Itẽ caules cũ foliis in leguminibus decocti ſanãt tenaſmõ. Alterꝝ genus eius qdã anchuſã uocãt:
alii rhinocliſiã. Folia lactucæ lõgiora: plumoſa: radice rubra: q i æ ignes ſacros cũ folio polentæ
ſanat impoſita. Iocineris aũt uitia in uino albo pota. Circea ſtrychnõ ſatiuo ſimilis ẽ: flore nigro
puſillo. Paruo ſemine ut milii naſcẽtiſ in quibuſdã corniculis: radice ſemipedali: triplici ferme aut
quadruplici: alba: odorata: guſtus calidi. Naſcitur in apricis ſaxis. Diluitur in uino. Bibiturꝗ ad
dolorem uuluæ & uitia. Macerari oportet in ſextariis tribus quadrãtem radicis tuſæ ꝑ noctẽ &
diem. Trahit eadem potione ſecũdas ſemine. Lac minuit in uino aut mulſa aqua pota. Circeſion
cauliculus eſt tener duum cubitoꝝ: triãgulo ſimilis: foliis ſpinoſis circũdatus. Spinæ molles ſũt
Folia bouis linguæ ſimilia: minora: ſubcãdida: & in cacumina capitulata: purpureaſꝗ ſoluuntur
in lanugines. Hanc hærbã radicẽ ue eius adalligatam dolores uaricũ ſanare tradũt. Crategonõ
ſpicæ tritici ſimile eſt: multis calamis ex una radice manantibus: multoꝝꝗ geniculoꝝ. Naſcitur
in opacis: ſemine milii: uehemẽter aſpero guſtu. Quod ſi bibãt ex uino ante cœnã tribus oboliſ
in cyathis aquæ totidem mulier ac uir ante cõceptũ diebus. xl. uirilis ſexus partũ futurꝝ aiũt. Eſt
& alia crategonos: quæ theligonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus. Sũt qui flo
rem crategoni bibentes mulieres intra. xl. diem concipe tradant. Eadẽ ſanãt ulcera uetera nigra
cũ melle: explent ſinus ulcerꝝ. Et atropha carnoſiora faciũt. Purulẽta expurgãt. Panos diſcutiũt
Podagras collectioneſꝗ omẽs leniũt peculiariter mãmarꝝ. Theophraſtus arboris genus intelli/
gi uoluit crategonõ ſiue crategona: quã italia aquifolium uocat. Crocodilõ chamæleontis hær/
bæ nigræ figurã habet: radice lõga: æqualiter craſſa: odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. Pota ſã
guinẽ per nares pellit copioſum craſſũꝗ. Atꝗ ita lyenẽ cõſumere dicitur. Cynoſorchii uel cyno/
ſarcimã aliqui orchin uocãt: foliis oleæ: mollibus: ternis: paruiſꝗ ſemipedis lõgitudinis in terra
ſtratis: radice bulboſa: oblõga: duplici ordine ſuperiore quæ durior eſt: & inferiore quæ molli/
or. Eduntur ut bulbi cocti in uineis forte inuẽti. Ex iis radicibus ſi maiorẽ edãt uiri mares genera/
ri dicũtur. Si minorẽ fœminæ alterꝝ ſexũ. In theſſalia molliorẽ in lacte caprino uiri bibũt ad ſti/
mulãdos coitus: duriorem uero ad inhibẽdos. Aduerſatur alter alteri. Cryſolachanũ i pineto lac
tucæ ſimile naſcitur. Sanat neruos inciſos ſi cõfeſtim imponatur. Et alibi genus cryſolachani tradi/
tur: flore aureo: foliis oleris: Coctum eſtur ut olus molle. Hærba hæc alligata morbũ regium
habẽtibus: ita ut ſpectari ab iis poſſit: ſanare id malum traditur. De chryſolachano nec ſatis dici
ſcio: nec plura repio. Nãꝗ & hoc uitio laborauere ꝓximi utiꝗ hærbarii noſtri: quod ipſiſ notas
uelut uulgares ſtrictim & noĩbus tantũ indicauere: tanꝗ̃ coagulo terræ aluũ ſiſti: ſtrãguriã diſ/
ſolui ſi bibatur ex uino aut aqua. Cuculi folia trita cũ aceto ſerpẽtium ictibus & ſcorpionũ mederi.
Quidã alio hanc noĩe ſtrumũ appellant: alii græce ſtrygnon: acinos hẽt nigros. Ex iis cyathus
ſucci cũ mulſi duobus medetur lumbis. Itẽ capitis doloribus cũ roſaceo infuſus. Ipſa ſtrumis illita
ſanãdis peculiaris eſt: alpinis maxime fluminibus. Cõferua appellata a cõferruminando: ſpongia
aquarꝝ dulciũ uerius ꝗ̃ muſcus aut hærba uilloſæ denſitatis atꝗ fiſtuloſæ. Curatũ ea ſcio oĩbus
fere oſſibus cõfractis ꝓlapſũ ex arbore alta putatorẽ: circũdata uniuerſo corpori: quã ſuam iſp/
gentibus quotiens inareſcat: raroꝗ nec niſi deficientem hærbam mutationis cauſa reſoluentibuſ
conualuiſſe uix credibili celeritate

¶ De cocco gnidio & dryopteris: & dryphono: & elatine: & empetro ſiue calcifraga: & epicacti: uel helleborine: & epimedio: & enneaphylo: & filicepteri: & de femore bubulo. Ca. ix.

Cocco gnidio color cocci: magnitudo grano piperis maior: uis ardens. Itaꝗ in pane deuo/
ratur ne adurat cum gulam tranſit. Huic uis præſentanea contra cicutam. Siſtit aluum.
Dipſacos folia habet lactucæ: bullas ſpinoſaſ i dorſi medio: caulẽ duoꝝ cubitoꝝ: iiſdẽ ſpinis hor
ridum: genicula eius binis foliis amplectẽtibus: cõcauo alarꝝ ſinu: in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In ca
cumine capitula ſunt echinata ſpinis. Naſcitur in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Itẽ fiſtulas decocta in
uino radice uſꝗ dũ ſit craſſitudo cæræ: ut poſſit in fiſtula collyriũ mitti. Itẽ uerrucas oium gene
rum. Quidã & alarꝝ quas ſupra diximus ſuccũ illinunt iis: Dryopteriſ filici ſimilis i arboribus na
ſcitur: tenui folioꝝ: ſubdulciũ inciſura: radice hirſuta. Vis ei cauſtica eſt. Ideo pſilotrũ eſt radix tu
ſa. Illinitur enim uſꝗ dum ſudores euocet. Iterũꝗ & tertio: ita ne ſudor abluatur. Dryphonon ſi
milis hærba eſt: cauliculis tenuibus: cubitalibus: circundatis utrinꝗ foliis: pollicari ãplitudine:
& qualibus oxymyrſine. Sed cãdidioribus molliorib uſꝗ: flore cãdido ſambuci. Edũt cauliculos
decoctos. Semine uero eius ꝓ pipere utuntur. Elatine folia habet caſiæ: puſilla: piloſa: rotũda: ſe
mipedalibus ramulis quinis ſenis ue a radice ſtatim folioſis. Naſcitur i ſegetibus. Acerba guſtu

& ido oculoꝝ fluctionibus efficax: foliis cũ polẽta tritis & impoſitis: ſubdito linteolo. Eadẽ cũ
lini ſemine cocta ſorbitionis uſu a dyſenteria liberat. Empetron quã noſtri calcifragam uocant:
naſcit̃ in montib⁹ maritimis fere in ſaxo: qđ ꝓpius mari fuerit. Salſa ẽ: potaqꝫ bilẽ trahit ac pi/
tuitas: quo longius magiſqꝫ terit̃: amarius ſentit̃. Trahit aquam. Sumit̃ ãt in iure aliquo aut in
hydromelite. Vetuſtate uires ꝑdit. Recẽs urinas cit đcoctum in aqua: uł tritũ calculos frangit
Qui fidẽ ꝓmiſſo huic quærunt: affirmant lapillos q́ ſufferueſiant una rumpi. Epicactis ab aliis
helleborine uocat̃: ꝑua herba: exiguis foliis iocinoris uitiis utiliſſima: & cõtra uenena pota. Epi
medion caulis ẽ nõ magnus hedere foliis denis atqꝫ duodenis: nunq̃ꝫ florens: radice tenui nigra
graui odore. Naſcit̃ ĩ humidis: & huic ſpiſſandi refrigerandiqꝫ natura. Fœminis cauẽda. Folia in
uino trita uirginũ mammas cohibent. Eneaphyllon longa folia nona hꝫ: causticæ naturæ. Im/
ponit̃ lana circundata: ne urat latus: continuo. n. puſtulas excitat: lumboꝝ dolorib⁹ & coxendi/
cũ utiliſſimũ. Filicis duo genera nec florem habẽt: nec ſemẽ. Pterin græci uocant: alii blachnõ
cuius ex una radice q̃ꝫplures exeunt filices: bina ẽt cubita excedẽtes longitudine: ñ graues odoꝛ
Hanc marẽ exiſtimant. Alteꝝ gen⁹ thelipterin græci uocant: alii nympheopterin. Eſt ãt ſingu
laris atqꝫ ñ fruticoſa breuior molliorqꝫ & dẽſior foliis ad radicẽ caniculata. Vtriuſqꝫ radice ſues
pingueſcunt. Folia utriſqꝫ laterib⁹ pinnata: unde nomẽ græci impoſuere. Radices utriqꝫ lõgæ
in obliquum: nigræ: præcipue cũ inaruere. Siccari ãt eas ſole oportet. Naſcũt̃ ubiqꝫ: ſed maxi/
Idem omnia fuſca quibuſdam in locis tradit naſci: & fruges quoq;: ſicut in meſſapiis. At in leu
cis arcadiæ quodam fonte mures terreſtres bibere & conuerſari. Erythris aleos amnis pilos
gignit in corporibus. In boetia ad trophonium deum iuxta flumen erynum duo ſunt fontes:
quorum alter memoriam: alter obliuionem affert: inde nominibus inuentis. In cilicia apud op
pidum iuſgum riuus fluit nuus: ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fieri Varro tradit. In cea
inſula fontem eſſe qui hebetes facit. Zamæ in africa ex quo canoras uoces. Vinum tedio ueni
re iis qui ex clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus iis quo dixi
mus aſſerunt. Mutianus andriæ fonte. Liberi patris ſtatis diebus ſeptenis eiuſdem dei uinũ
fluere. Si auferatur e conſpectu templi ſapore in aquã tranſeunte. Polyclytus explere olei ui



Historiae naturalis - page 438 sur 530

ceem iuxta ſolos ciliciæ fontem. Theophraſtus hoc idē fieri in æthiopia eiuſdem uirtutis fonte Lycos in indiæ terris fontē eē: cuius aqua lucernæ ardeant. Idem ecbathanis tradiť. Theopōpus in ſcottis lacum eē dicit: q uulneribus medeť. Iuba in troglodytis lacū inſanum malefica ui appellatū: ter die fieri amaꝝ ſalſumq́; ac deinde dulcem: totienſq́; ēt noctu ſcatentē albis ſerpentibus uicenū cubitoꝝ. Idem in arabia quoq́; fontē exilire tanta ui ut nullū nō pondus impactū reſpuat. Theophraſtus marſyæ fontē in phrigia ad celenaꝝ oppidū ſaxa egerere. Non ꝓcul ab eo duo ſunt fontes cyllon & gyllon: ab effectu græcoꝝ nominu dicti Cyzice fons Cupidinis uocať: ex quo potantes amorē dponere Mutianus credit. Grannone ē fons calidus citra ſummū feruorē q in uinū additus triduo calorē potionis cuſtodit in uaſis. Sūt & mattiaci ī germania fōtes calidi trans rhenū: quoꝝ hauſtus triduo feruet. Circa margines uero punicē faciūt aquæ. Quod ſiquis fide carere ex iis aliqua arbitrať: diſcat in nulla pte naturæ maiora eē miracula: ꝙq́; inter initia opis abūde multa rettulim⁹. Cteſias tradit ſideri uocari ſtagnū in indis in quo nihil innatet: ſed omnia merganť. Celius apud nos in auerno ait etiam folia ſubſidere. Varro aues quæ euolauerint emori. Contra in africæ lacu apuſcidamo omnia fluitāt: nihil immergiť. Item in ſiciliæ fonte phinthia: ut Appion tradit. Et in medoꝝ lacu puteoq́; Saturni. Neptunni fons linire tranſire ſolet in loca uicina portendēs aliquid. Miꝝ quoq́; ē ꝙ cū piſcibus traſit. Reſponſa ab iis petūt incole cibo: quē rapiūt annuentes. Si uero euentū negēt: caudis abigunt. Amnis olachas in bithynia Brietum alluit: hoc ē & tēplo & deo nomē: cuius gurgite periuri necanť parthi uelut flamma urente. In cantabria fōtes tamarici in augurio habenť. Tres ſunt octonis pedib⁹ diſtantes. In unū alueum coheunt uaſto amne. Singulis ſiccanť duodecies dieb⁹: aliquando uicies citra ſuſpitionem ullam aquæ: cū ſit illis uicinus fons ſine intermiſſione largus. Diꝛq́; eſt nō ꝓfluere eos aſpicere uolentibus: ſicut ꝓxime Lartio Licinio legato poſt præturam poſt ſeptē dies accidit. In iudæa riuus ſabbatis omnib⁹ ſiccať. E diuerſo miracula alia dira Cteſias in armenia ſcribit eē fontem: ex quo nigros piſces ilico mortē afferre in cibis. Quod & citra danubii exortum audiui: donec ueniať ad fontē aluio appoſitum: ubi finiť id gen⁹ piſciū. Ideoq́; ibi caput eius āmis intelligit fama. Hoc idē & in lydia in ſtagno nymphaꝝ tradunt. In achaia ad pheneū aqua ꝓfluit e ſaxis ſtyx appellata: quæ ilico necat: ut diximus. Sed eē piſces paruos in ea tradit Theophraſtus lœtales & ipſos: qđ non in alio genere mortiferoꝝ fontiū. Necare aquas Theopomp⁹ & in thracia apud cychros dicit. Lycus ī leontinis tertio die ſi quiſq́; biberit. Varro ad ſoracten ſcripſit eē fōtē: cuius ſit latitudo quattuor pedū: ſole oriente eum exundare feruenti ſimilē: auesq́; quæ guſtauerint: iuxta mortuas iacere. Nanq́; & hæc inſidioſa conditio ꝙ quædam ēt blandiunť aſpectu: ut ad nonacrin arcadiæ. Oīno enim nulla dterrent qualitate: ſed hāc putant nimio frigore eē noxiam utpote cū ꝓfluēs ipſa lapideſcat. Aliter circa theſſalica tēpe qm̄ uiſus omnib⁹ terrori ē. Tradūtq́; ēt æs ac ferꝝ erodi illa aqua. Profluit ut indicauim⁹ breui ſpatio. Miꝝq́; ſiliqua ſilueſtris amplecti radicibus fontē eum diciť ſemp florens purpura. Et quædam ſui generis herba in labris fontis uiret. In macedonia nō ꝓcul ab Euripidis poetæ ſepulchro duo riui confluunt: alter ſaluberrimi potus: alter mortiferi. In perperenis fons ē qui quancūq́; rigat lapideam facit terrā. Itē calidæ aquæ in euboea. Lebeonēq́; alluit riuus: in quo ſaxa in altitudinē creſcunt. In eurimenis dictæ coronæ in fontē lapides fiunt. In coloſſis flumen ē: in quo lateres coniecti lapides extrahunť. In ſcyretico metallo arbores quæcūq́; flumine alluunť ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillantes quoq́; guttæ in lapides dureſcunt. In antris coryciis nāmioze. In macedonia ēt pēdetes in ipſis cameris. At in corintho cū decidere in quibuſdam ſpeluncis utroq́; modo colūnas faciunt: ut ī phauſia cherſonneſi rhodo in antro magno etiam diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus exemplis.

## De qualitate aquaꝝ in ſalubritate uel commoditate earum — Cap. iii.

Quæritur inter medicos cuius generis aquæ ſint utiliſſimæ. Stagnantes pigraſq́; merito damnant: utiliores quæ ꝓfluunt exiſtimantes. Curſu enim percurſuq́; ipſo extenuari atq́; ꝓficere. Eo ꝗ miror ciſternaꝝ ab aliquibus maxime probari. Sed ii rōnem afferunt: quoniam leuiſſima ſit hymbrium aqua: ut quæ ſubire potuerit ac pendere in aere. Ideoque & niues præferunť nubib⁹: niuibusque ēt glaties uelut ad infinitū coacta ſubtilitate. Leuiora enim hæc eē & glaciem multo leuiorē aqua. Hoꝝ ſententiam refellere intereſt uitæ. In primis enim leuitas illa deprehendi aliter ꝙ ſenſu uix poteſt: nullo pene momento ponderis aquis inter ſe diſtantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentū ē ſubiſſe eam in cælū: cū etiam lapides ſubire appareat: cadenſq́; inficiať halitu terræ. Quo fit ut pluuiæ aquæ ſordiū ineſſe plurimū ſentiať: citiſſimeq́; ido calefiat aqua pluuia. Niuem qdē glaciēq́; ſubtiliſſimum elementi eius uideri miror: appoſito grandinū argumento e quib⁹ peſtilentiſſimū potū eē conuenit. Nec uero

pauci inter ipſos e contrario: ex gelu ac niuibus inſaluberrimos potus prædicant: quoniam
exactum ſit inde: quod tenuiſſimum fuerit. Minui certe liquorem omẽm congelatione depre
henditur: & rore nimio ſcabiem fieri. Pruina uredinem cognatis & niuis cauſis. Pluuias quidẽ
aquas celerrime putreſcere conuenit. minimeque durare in nauigatiõe. Epigenes autem aquã
quæ ſepties putrefacta purgata ſit perhibet amplius non putreſcere. Nam ciſternas etiam me
dici confitentur inutiles aluo duricias facientes faucibuſque etiam limi non aliis ineſſe plus: aut
animalium quæ ãpli⁹ faciunt tedium confitendum habent. Nec ſtatim amnium utiliſſimas eſ/
ſe: ſicuti nec torrentium ullius: lacuſque plurimos ſalubres maxime. Quædam igitur & huius
generis aptiſſimæ aliæ alibi. Parthorum reges ex coaſpe & euleo tantum bibunt. Eæ quãuis
in longinqua comitantur illos. Et horum placere potum non quia ſint amnes apparet: quoniã
nec e tigri nec euphrate nec e multis aliis bibunt. Limus aquarum uitium eſt: ſi tamen idẽ am/
nis anguillis ſcateat ſalubritatis indicium habetur. Sicuti frigoris tineas in fonte gigni. Ante
omnia damnantur amaræ: & quæ ſcrobem ſtatim implent: quod euenit troezene. Nam nitro
ſas atque ſalmacidas & fæculentas in deſertis rubrum mare petentes addita polenta utiles in/
tra duas horas faciunt: ipſaque ueſcuntur polenta. Damnantur in primis fontes qui cœnum fa
ciunt: quique malum colorem bibentibus referunt: & ſi uaſa ære inficiunt: aut ſi legumina tar
de percoquunt. Si liquatæ leniter terram relinquunt: decoctæque craſſis obducunt uaſa cru/
ſtis. Eſt etiamnum uitium non fetide modo uerum omnino quicquam recipientis iucũdum ſit
illud licet gratumque: & ut ſæpe ad uicina lactis accẽdens. Aquam ſalubrem aeri ꝙ̃ſimillimã
eſſe oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucunde olentis in meſapotamia cabille.
Fabulæ rationem afferunt: quoniam eo Iuno perfuſa ſit. De cætero aquarum ſalubrium ſapor
odor ue nullus eſſe debet. Quidam ſtatera iudicant de ſalubritate: fruſtrante diligentia: quan
do perrarum eſt ut leuior ſit aliqua. Certior ſubtilitas inter pares meliorem eſſe quæ calefiat
refrigereturque celerius. Quin exhauſtam uaſis ne manus pendeant depoſitiſque in humum
tepeſcere affirmant. Ex quonam ergo genere maxime probabilis contingit: Puteis nimirum
ut in oppidis conſtare uideo. Sed iis quibus exercitationis ratio crebro hauſtu contingit: & il/
la tenuitas colante terra. Salubritati hæc ſatis ſunt. Frigori & opacitas neceſſaria. Vtque cæ/
lum uideant ſuper omnia obſeruatio una. Eadem & ad perennitatem pertinet: ut illa uado exi
liat uena non e lateribus. Nam ut tactu gelida ſit: etiam arte contingit. Si etiam expreſſa in al
tum: aut e ſublimi deiecta uerberatu corripiat aera. In natando quidem ſpiritum continẽtibus
frigidior ſentitur eadem. Neronis principis inuentum eſt decoquere aquam: uitroque demiſ/
ſam in niues refrigerare. Ita uoluptas frigoris contingit ſine uitiis niuis. Omnem utique de/
coctam utiliorem eſſe conuenit. Item calefactam magiſ refrigerari ſubtiliſſimo in uento. Vitio
ſæ aquæ remedium eſt ſi decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta ſiſtitur ſanguiſ.
Aeſtus in balneis arcetur ſi quiſ ore teneat. Quæ ſunt hauſtu frigidiſſimæ: non peride & tac/
tu eſſe alternante hoc bono multi familiari exemplo colligunt. Clariſſima aquarum omnium
toto orbe frigoris ſalubritatiſque palma præconio urbis martia eſt: inter reliqua deum mune
ra urbi tributa. Vocabatur hæc quondam auſeia. Fons autem ipſe piconia. Oritur in ultimis
montibus pelignorum. Tranſit marſos & fucinum lacum romam non dubie petens. Mox ſpe/
cu merſa in tyburtina ſe aperit nouem milibus paſſuum fornicibus inſtructis per indutum. Pri
mus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius unus e regibus. Poſtea Q. Martius
rex in prætura. Rurſuſque reſtituit M. Agrippa. Idem & uirginem adduxit ab octaui lapidis
diuerticulo duo milia paſſuum preneſtina uia. Iuxta eſt herculaneus riuus: quem refugiẽs uir
ginis nomen optinuit. Horum amnium comparatione differentia ſupradicta deprehendiẽ cũ
quantum uirgo tactu præſtat: tantum præſtet martia hauſtu. Quanquam utriuſque iampri/
dem urbi periit uoluptas ambitione auaritiaque in uillas ac ſuburbana decoquentibus publicã
ſalutem. Non abre ſit quærendi aquas iunxiſſe rationem. Reperiuntur in conuallibus maxi/
me: & quodam conuexitatis cardine aut montium radicibus. Multi ſeptentrionales ubiq; par
tes aquoſas exiſtimauere. Qua in re uarietatem naturæ aperuiſſe conuenit. In hyrcanis mon/
tibus a meridiano latere non pluit. Ideo ſiluigeri ab aquilonis tantũ parte ſunt. At olymp⁹
oſſa parnaſus apenninus alpes undique ueſtiuntur: amnibuſque perfunduntur. Aliqui ab au/
ſtro ſicut in creta albi montes. Nihil ergo in iis perpetuæ obſeruationis indicabitur. Aquarũ
ſunt notæ iuncus aut harundo: aut hærba de qua dictum eſt. Multumque alicui loco pectore
incubans rana. Salix enim erratica & alnus aut uitex aut hedera ſponte proueniunt & corriua/
tione aquæ pluuiæ in locum humiliorem e ſuperioribus defluẽtis augurio fallaci. Certior mul
to nebuloſa exhalatio eſt ante ortum ſolis longius intuentibus. Quod ex edito quidam ſpecu/
lantur proni terram mento attingente. Eſt & peculiaris æſtimatio peritis tantum nota: quam

ſeruentiſſimo æſtu ſequuntur dieique horis ardentiſſimis:qualis ex quoque loco repercuſſus
ſplendeat. Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille:indubitata ſpes promittitur. Sed tanta intē
tione oculorum opus eſt ut indoleſcant. Quod fugientes ad alia experimenta decurrunt loco
in altitudinem pedum quinque defoſſo. Olliſque e figulino opere crudis:aut peruncta pelui
ærea cooperto lucernaque ardente concamerata frondibuſ:dein terra. Si figulinum humidum
ruptum ue:aut ſi in ære ſudor uel lucerna ſine defectu olei r̄ſtincta:aut etiam uellus lanæ ma
didum reperiatur:non dubie promittunt aquas. Quidam & igne prius excolunt locum: tanto
efficaciore uaſorum argumento. Terra uero ipſa promittit candicātibus maculis:aut tota glau
cī coloris. In nigra enim ſcaturigines non fere ſunt perēnes. Figularis certa ſēper adimit ſpes.
Nec ampliuſ puteum fodiunt coria terræ obſeruantes:ut a nigra deſcendat ordo ſupradictus.
Aqua ſemper dulcis in argilloſa terra frigidior in toſo: Nanque & hic probatur. Dulces enim
leueſque facit:& colando continet ſordes. Sabulum exiles limoſaſque promittit. Glarea incer
tas uenas: ſed boni ſaporis. Sabulum maſculinum & harena carbunculoſa certas ſtabileſque &
ſalubres. Rubra ſaxa optimas ſpeique certiſſimæ. Radices montium ſaxoſæ:& ſilex: hoc am
plius rigentes. Oportet autem fodientibus humidiores aſſidue reſpondere glebas:faciliuſque
ferramenta deſcendere. Depreſſis puteis ſulphurata uel aluminoſa occurrentia putearios ne/
cant. Experimentum huius periculi eſt demiſſa ardens lucerna ſi extinguatur. Tunc ſecundum
puteum dextra ac ſiniſtra fodiuntur æſtuaria:quæ grauiorem illum halitum recipiant. Fit & ſi
ne his uitiis altitudine ipſa grauior aer:quam emendant aſſiduo linteorum iactatu euentilan/
do donec ad aquam uentum eſt. Sine harena toſus ſurgit:ne uenæ obſtruant. Quædā aquæ
uere ſtatim incipiente frigidiores ſunt:quarum non in altum origo eſt:hyberniſ enim conſtāt
hymbribus. Quædam canis ortu ſicut in macedonia apparet. Vtrunque ante oppidum pellā.
Incipiente enim æſtate frigida eſt paluſtris:dein maximo æſtu in excelſioribus oppidi riget.
Hoc & in chio euenit ſimili ratione portus & oppidi. Athenis & neachronos nymboſa æſta/
te frigidior eſt. Deinde maximo æſtu qui puteus in Iouis horto. At ille ſiccitatibus riget.

### Aquarum ſubito naſcentium:aut deſinentium. Ca. iiii.

MAxime autem putei circa arcturum. Nam ipſa æſtate deficiunt:omneſque quatriduo eo
ſubſidunt. Iam uero multi hyeme tota ut circa olympum uere primum aquis redeunti/
bus. In ſicilia quidem circa meſſanam & mylas hyeme in totum inareſcant fōtes. Aeſtate exū
dant amnemque faciunt. Apolloniæ in ponto fons iuxta mare æſtate tantum ſuperfluit & ma
xime canis ortu: parcius ſi frigidior ſit æſtas. Quædam terræ hymbribus ſicciores fiunt: ue/
lut in narmenſi agro:quod admirandis ſuis inſeruit. M. Cicero:ſiccitate lutum fieri prodens:
hymbre autem puluerem. Omnis aqua hyeme dulcior eſt. Aeſtate autem minus. Autumno
minime. Minuſque per ſiccitates. Neque æqualis amnium plerunque guſtus eſt. Magna al/
uei differentia. Quippe tales ſunt aquæ qualis terra per quam fluūt. Qualeſque hærbarum
quas lauant ſucci. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur inſalubres. Mutant ſaporem &
influentes riui ut boryſthenem uictique diluuntur. Aliqui uero & hymbre mutantur. Ter ac/
cidit in boſphoro: ut ſalſi deciderent:necarentque frumenta. Totiens & nili rigua pluuiæ ama
ra fecere: magna peſtilentia ægypti. Naſcuntur fontes deciſis plerunque ſiluis:quos arborum
alimenta conſumebant. Sicut in hemo obſidente gallos. Caſſandro:cum ualli gratia ſiluas ce/
cidiſſent. Plerunque uero damnoſi torrentes corriuantur detracta collibus ſilua cōtinere nym
bos ac digerere conſueta. Et coli mouerique terram callumque ſummæ cutis ſolui aquarum in
tereſt. Proditur certe ī creta expugnato oppido quod uocabatur arcadia:ceſſaſſe fontes:am/
neſque qui in eo ſitu multi erant. Rurſus condito poſt ſex annos emerſiſſe uti quæque cœpiſ/
ſent partes coli.

### Obſeruatio hyſtorica. Ca. v.

TErræ quoque motus profundunt ſorbentque aquas: ſicut cira phenetim arcadiæ quin/
quies accidiſſe conſtat. Sicut & in corico monte amnis erupit: poſteaquam cœptus eſt co
li. Illa mutatio mirabilis nulla euidente cauſa apparet: ſicut in magneſia calidas factas frigidas
alias non mutato ſapor̄. Et in caria ubi Neptuni templum eſt amnis qui fuerat ante dulcis mu
tatuſ in ſalem. Eſt & illa miraculi plena arethuſam ſyracuſis fimum redolere propter olympia:
uerique ſimile: quoniam alpheus in ea inſula ſub ima maria permeet. Rhodiorum fons in che
rōneſo nono anno purgamenta egerit. Mutantur & colores aquarum: ſicut babyloniæ lacus
æſtate rubras habet diebus undecim. Et boryſthenes æſtatis temporibus cæruleus fertur:
quanquam omnium aquarum tenuiſſimus. Ideoque innatans hypani. In quo & illud mirabile.
Auſtris flantibus ſuperiorem hypanim fieri. Sed tenuitatis argumētum & aliud eſt: quod nul
lum halitum non modo nebulam emittit. Qui uolunt diligentes circa hoc uideri: dicūt aquas

grauiorẽs poſt brumam fieri.

Ratio aquæ ducendæ: & quomodo medicatis utendum: &
quid proſit nauigatio: & medicinæ aquæ marinæ. Ca.vi.

CAeterū a fōte duci fictilibus tubis utiliſſimum eſt: craſſitudine binum digytorum com
miſſuris pyxcidatis ita ut ſuperior intret calce uiua ex oleo leuigatis. Libramentū aquæ
in centenos pedes ſurſum elici: minimum erit ſi uno cuniculo ueniet in binos actus: laminæ
eſſe debebunt per quas ſurgere in ſublime opus fuerit e plumbo: ſubit altitudinem exortus
ſui: ut ſi longiore tractu ueniat ſubeat crebra: deſcendatq; libramenta ne pereant. Fiſtulas
denum pedum longitudinis eſſe legittimum eſt. Et ſi quinariæ erunt ſexagena pondo pen/
dere. Si octonariæ centena. Si denariæ centena uicena. Ac deinde ad has portiones. Dena/
ria appellatur: cuius laminæ latitudo anteq̃ curuetur digytorum decem eſt dimidioq; eius
quinaria. In omī anfractu enim collis quinariam fieri ubi dometur impetus: neceſſarium eſt.
Item caſtella prout res exiget. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demi/
ror: cum alioqn lauari calida frequenter indiceret: uidelicet qa medicina tunc non erat hæc:
quæ nunc aquarum perfugio utitur. Eſt autem utilis ſolphurata neruis. Aluminata paralyti
cis: aut ſimili morbo ſolutis. Bituminata aut nitroſa qualis cutilia utilis eſt bibendo: atq; pur
gationibus. Pleriq; in gloria ducunt: plurimis horis perpeti calorem earum: quod eſt inimi/
ciſſimum. Nanq; paulo diutius q̃ balneis uti oportet. Ac poſtea frigida dulci nec ſine oleo
diſcedentibus: quod uulgus alienum arbitratur. Idcirco non alibi corporibus magis obno/
xiis. Quippe & uaſtitate odoris capita replentur: & frigore infeſtantur ſudantia: reliqua cor
porum parte merſa. Similis error quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidiq; iam turgi/
dos bibendo: in tantum ut annuli integerentur cute: cum reddi non poſſet hauſta multitudo
aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit ſine crebro ſalis guſtu. Vtuntur & cœno fontium ipſorū
utiliter: ſeb ita ſi illitum ſole inareſcat. Nec uero omnes quæ ſint calidæ: medicatas eſſe cre/
dendum: ſicut in ſegeſta ſiciliæ: lariſſa: troade: magneſia: melo: lipara. Nec decolor ſpecies
æris argenti ue (ut multi exiſtimauere) medicaminum argumentum eſt. Quando nihil eorū
in patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehēdit̃. Medēdi modus. Itē
& in marinis erit: quæ calefaciūt ad neruorq; dolorẽs ferruminata & fracturas oſſaq; contuſa.
idem ad corpora ſiccanda. Qua de cauſa & frigido mari utuntur. Præterea eſt alius uſus mul
tiplex. Principalis uero nauigandi pthiſi affectis ut diximus: aut ſanguinem egerentibus: ſi/
cuti proxime Anneum Galleonem feciſſe poſt conſulatum meminimus. Neq; enim ægyp/
tus propter ſe petitur: ſed propter longinquitatem nauigandi. Quin & uomitiones ipſæ in
ſtabili uolutatione cōmotæ pluribus modis capitiſ oculorum pectoris medentur. Omibuſq;
propter quæ helleborum bibitur. Aquam uero maris per ſeſe efficaciorem diſcutiendis tu/
moribus putant medici: ſi illa decoquatur hordeacea farina ad parotidas. Emplaſtris etiā ma
xime albis & malagmatis miſcent. Prodeſt & infuſa crebro ictu. Bibitur quoq; quāuis non ſi
ne iniuria ſtomachi ad purganda corpora bilemq; atram: aut ſanguinem concretum redden/
dum alterutra parte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendam. Et in tenaſmis articula
ribuſq; morbis aſſeruatam: & in hoc uetuſtate uirus deponentem. Aliqui decoctam: omnes
ex alto hauſtam: nullaq; dulcium mixtura corruptam. In quo uſu præcedere uomitū uolunt.
Tunc quoq; acetum aut uinum aqua miſcent. Qui puram dedere raphanos ſuper mandi ex
mulſo aceto iubent: ut ad uomitiones reuocent. Clyſteribus quoq; marinam infundunt tepe
factam. Teſtium quidem tumori fouendo: non aliud præferunt. Item pernionum uitio ante
ulcera. Simili modo pruritibus: pſoris: & lichenum curationi. Lendes quoq; & terra capitis
animalia hac curantur. Et liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curatiōibus poſt ma
rinam aceto calido fouere plurimum prodeſt. Quin & ad ictus uenenatos ſalutaris intelligi
tur: ut phalangiorum & ſcorpionum & phthiade aſpide reſperſis. Calida autem in iis aſſumi/
tur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoq; & choleram calida īfuſa cly
ſteribus ſedant. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Mammas rigentes præcordia ma
ciemq; corporis piſcinæ maris corrigunt. Aurium dolores: capitis grauitates cum aceto fer
uentium uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pecorum quoq; ſcabiem ſa/
nant: lanaſq; emolliunt. Nec ignoro hæc mediterraneis ſuperuacanea uideri poſſe. Verum
& hæc cura præuidit inuenta ratione qua ſibi quiſq; aquam maris faceret. Illud in ea ratione
mirum ſi plus q̃ ſextariis ſalis cum quattuor aquæ ſaxtariis mergatur: uinci aquam: ſaleq;
non liquari. Cætero ſextarius ſalis cum quattuor aquæ ſextariis ſalſiſſimi maris uim & natu
ram implet. Moderatiſſimum autem putant ſupradictam aquæ menſuram octonis cyathis ſa
lis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exaſperet. Inueteratur quod

uocatur thalaſſomeli æquis portionibus maris: mellis hymbris ex alto: & ad hunc uſum ad
uehunt: fictiliq; uaſe & picato condunt. Prodeſt ad purgationes maxime ſine ſtomachi uexa
tione & ſapore grato & odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cum melle temperabãt
quondam: quod daretur appetentibus uinum ægris: ueluti innocentiore potu. Damnatum
iam multis annis iiſdem uitiis quibus uinum: nec iiſdem utilitatibus. Quia ſæpe nauigantes
defectu aquæ dulcis laborant. Hæc quoq; ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa nauim
uellera madeſcunt accepto halitu maris quibus humor dulcis exprimitur. Item demiſſæ re/
ticulis in mari concauæ e cæra pilæ: uel uaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humo
rem. Nam ĩ terra marina aqua argilla percolata: dulceſcit. Luxata hominum corpora & qua
drupedum natando in cuiuſlibet generis aquam facillime in artus redeunt. Eſt & in metu pe
grinantium: ut tentent ualitudinem aquæ ignotæ. Hæc cauent a balneis egreſſi ſtatim frigi
dam ſuſpectam hauriendo. Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus prodeſt. Item oleo ad
mixto talorum dolori tumoriq;. Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit. Necnon harena lit/
torum maris: præcipue tenuis & ſolibus candens in medicina eſt ſiccandis corporibus coop/
tis hydropicorum aut rheumatiſmos ſentientium. Et hactenus de aquis. Nunc & de aquati/
libus. Ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eoꝝ: quæ ſũt ſal & ſpõgia.

De generibus ſalis: & confecturis: & medicinis
& obſeruationibus. Ca. vii.

SAlonis aut fit: aut gignitur. Vtrunq; pluribus modis: ſed cauſa gemina coacto humore
uel ſiccato. Siccatur in lacu tarentino æſtiuis ſolibus: totumq; ſtagnum in ſalẽ abiit mo
dicum alioquin altitudine genua non excedens. Item in ſicilia in lacu qui cocamicus uocatur:
& alio iuxta gelam. Hoꝝ extremitateſ tantum inareſcunt: ſicut in phrygia cappadocia. Aſpẽ
di: ubi largius coquitur & uſq; ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile: quod tantũdẽ
noctu ſubuenit: quantum die auferas. Omnis eſt alius ſal minutus: atq; non gleba eſt. Ali/
ud genus ex aqs maris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulis r̃licta. Hæc
enim omnis rore denſatur. Et eſt acrior quæ in ſcopulis inuenitur. Sunt etiamnum naturales
differentiæ tres. Nanq; in bactris duo lacus uaſti: alter ad ſcythas uerſus: alter ad darios ſa/
le æſtuant. Sicut ad ſtytium in cypro & circa memphin extrahunt lacu dein ſole ſiccant. Sed
& ſũma fluminum denſantur in ſale: amne reliquo ueluti ſub gelu fluẽte. ut apud caſpias por
tas: quæ ſalis flumina appellantur. Item circa mardos & armenios. Præterea apud bactros
amnis ochus & xerſes ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. Sunt & in africa lacus
& quidem turbidi ſalem ferentes. Ferunt quidem & calidi fontes ſicut pegaſei. Et hactenus
habent ſe genera ex aquis ſponte prouenientia. Sunt & montes natiui ſaliſ: ut ĩ indiſ orome/
nus: in quo lapidicinarum modo cæditur renaſcens: maiuſq; regum uectigal ex eo eſt quam
ex auro atq; margaritis. Effoditur & e terra: ut palam eſt humore denſato in cappadocia. Ibi
quidem cæditur ſpecularium lapidum modo. Pondus magnum glebis: quas micas uulguſ ap
pellat. Carrhis arabiæ oppido muros domoſque maſſis ſalis faciunt: aqua ferruminantes.
Inuenit & iuxta peluſium Ptolemæus rex cum caſtra faceret. Quo exemplo poſtea inter
ægyptum & arabiam etiam ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis harenis. Qua/
liter & per africæ ſcientia uſque ad Hammonis oraculum. Is quidem creſcens cum luna noc/
tibus. Nam cyrenaici tractus nobilitantur hammoniaco & ipſo quia ſub harenis inueniatur
appellato. Similis eſt colore alumini: quod ſchiſton uocant: longis glebis: neque perlucidis
ingratus ſapore: ſed medicinæ utilis. Probatur quãmaxime perſpicuus rectis ſciſſuris inſi/
gne. De quo proditur: quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucem uniuerſam prolatus: uix
credibili pondere ingraueſcat. Sed cauſa euidẽs cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuãte mo
lientes ut adiuuent aquæ. Adulteratur ſiculo: quem cocanicum appellauimus: necnon & cy/
prio mire ſimili. In hiſpania quoque citeriore egelæſte cæditur glebis pene tranſlucentibuſ.
Cui iampridem palma a pleriſque medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omĩs locus
in quo reperitur ſal ſterilis eſt: nihilq; gignit: & in totũ ſponte naſcens. Inter hæc ſunt facti
tii uaria genera. Vulgaris plurimuſque in ſalinis mari adfuſo: nõ ſine aquæ dulcis riguis: ſed
hymbre maxime iuuante: ac ſuper omnia ſole multo: non aliter inareſcens. Africa circa uti/
cam conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpeciem. Qui uero ſole lunaque induruere: nullo hu/
more liqueſcunt: uixque etiam ferro cæduntur. Fit tamen & in creta ſine riguis in ſalinas ma
re infundentibus. Et circa ægyptum ipſo mari influente in ſolum ut credo nilo ſuccoſum.
Fit & e puteis in ſalinas ingeſtis. Prima denſatio babyloniæ in bitumen liquidum cogitur:
oleo ſimile: quo & in lucernis utuntur hoc. Detracto ſubeſt ſal. Et in cappadociæ puteis ac
fonte quem in ſalinas ingerunt. In chaonia excoquunt aquam ex fonte: refrigerandoque ſa/

lem faciunt inertem nec candidum. Galliæ germaniæq; ardentibus lignis aquam ſalſam in/
fundunt. Hiſpaniæ quadam ſui parte puteis hauriunt muriam appellantes. Et illi quidem eti
am lignum referre arbitrantur. Quercus optima ut quæ per ſe cinere ſincero uim ſalis red/
dat. Alibi corylus laudatur. Ita infuſo liquore ſalſo. Carbo etiam in ſalem uertitur. Quicūq;
ligno conficitur ſal niger eſt. Apud Theophaſtrum inuenio imbros harundinis & iunci cine/
rem decoquere aqua ſolitos: donec exiguum ſupereſſet humoris. Quin & e muria ſalſamēto
rum recoquitur: iterumq; conſumpto liquore ad naturam ſuam redit uulgo heminis iucundiſ
ſimis. Marinorum maxime laudatur cyprius a ſalamine. At e ſtagnis tarentinis. Ac e riguis
qui tateus uocatur. Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero qui in laterculis affertur cutis ni
torem dicitur facere. Magis tamen extendit is quem ſtytium appellauimus. Itaq; a partu uē
trem eo cum melanthio illinunt. Salſiſſimus ſal qui ſicciſſimus. Suauiſſimus omnium tarenti/
nus atq; candidiſſimus. Et de cætero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulceſcit omnis.
Suauiorem tamen rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro non naſcitur. Flos
uero ſalis non fit niſi aquilonibus. In igni nec crepitat: nec exilit tragaſeus: neq; acanthius ab
oppido appellatus. Nec ullius ſpuma aut ramentum aut tenuis. Agrigentinus ignium pati/
ens ex aqua exilit: Sunt & colorum differentiæ. Rubeus memphi. Ruffus eſt circa oxum.
Centuripis purpureus. Circa gelam in eadem ſicilia tanti ſplendoris: uti imaginem recipiat.
In cappadocia croceus effoditur tranſlucidus & odoratiſſimus. Ad medicinæ uſus antiqui ta
rentinum maxime laudabant. Ab hoc uero quæcunq; e marinis ex genere eo: præcipue ſpu
meum. Iumentorum uero & boum oculis trageſeum & beticum. Ad obſonium & cibum uti
lior quiſquis facile liqueſcit. Item humidior minorem enim amaritudinem habent: ut atticus
& euboicus. Seruandis carnibus aptior acer & ſiccus: ut megaricus. Cōditur etiam odoribus
additis: & pulmentarii uicem implet excitans auiditatem: inuitanſq; in omnibus cibis: ita ut
ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Ita eſt in mandendo quæſitus ga
ro. Quin & pecudes armentaq; & iumenta ſale maxime ſollicitātur ad paſtum: multum lar/
giores lacte: multoq; gratiore etiam in caſeo dote. Ergo hercule uita humanior ſine ſale ne/
quit degere: adeoq; neceſſarium elementum eſt: ut tranſierit ītellectus ad uoluptatem. Ani
mi quoq; ſammia ſales appellantur: omniſq; uitæ lepos & ſūma hylaritas laborumq; requieſ
non alio magis uocabulo conſtat. Honoribus etiam militiæq; interponitur ſalariis inde dic/
tis: magna apud antiquos auctoritate: ſicut apparet ex nomine ſalariæ uiæ: quoniam illa ſal
in ſabinos portari conſuerat. Ancus Martius rex ſalis modia ſex milia in congiario de/
dit populis: & ſalinas primus inſtituit. Varro etiam pulmentarii uice uſos ueteres auctor ē.
Eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo: ut prouerbio apparet. Maxime tamen in ſacris intel/
ligitur auctoritas quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. Salinarum ſynceritas ſūmam fe/
cit ſuam differentiam. Quædam enim fauilla ſalis: quæ leuiſſima ex eo eſt & cādidiſſima flos
ſalis appellatur. Et flos quidem ſalis in totū diuerſa res humidioriſq; naturæ & crocei colo/
ris aut ruffi ueluti rubigo ſalis. Odore quoq; ingrato ceu gari diſſentiens a ſale non modo a
ſpuma. In ægypto inuenitur uideturq; nilo deferri. Et fontibuſ tamen a quibuſdam innatat.
Optimum ex eo quod olei quandam pinguitudinem reddit. Eſt enī in ſale pinguitudo: quod
miremur. Adulteratur autem tingiturq; rubrica: aut plerunq; teſta trita. Qui fucus aqua de
prehenditur diluente factitium colorem: cum uerus ille non niſi oleo reſoluatur: & unguē
tarii propter colorem eo maxime utantur. Canicia in uaſis ſūma eſt. Media uero pars humi/
dior ut diximus. Floris natura aſpera excalfactoria ſtomacho inutilis. Sudorem cit. Aluum
ſoluit in uino & aqua acopicis & ſmegmaticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficaciſſi
me. Fæces imæ concutiuntur ut color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in ſa
linis ſalſugo: ab aliis ſalſilago tota liquida marina aqua ſalſior ui diſtans. Aliud etiamnum li/
quoris exquiſiti genus quod garon uocauere inteſtinis piſcium cæteriſq; quæ abiicienda eſ/
ſent: ſale maceratis: ut ſit illa putreſcentiū ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce: quē græ
ci garon uocabant. Capite eius uſto ſuffitu extrahi ſecundas morantes.

De ſcōbro piſce & muria. & alece. Ca. viii.

NVnc e ſcōbro piſce laudatiſſimum in finibus carthaginis ſpartarie & cetariis: ſotiorū ap
pellatur ſingulis milibus nūmum permutantibus congios peñ binos. Nec liquor ullus
pene præter unguenta maiore in precio eſſe cœpit: nobilitatis etiam gentibus. Scombros q
dem & mauritania beticaq; & carteia ex oceano intrantes capiunt ad nihil aliud utiles. Lau/
datur & clazomene garo. Pompeiiq; & Lepris. Sicut muria antipolis ac thuria. Iam uero &
dalmatia. Vitium huius eſt alex imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex in/
utili piſciculo minimoq; confici. Aquam noſtri aphyen græci uocant: quoniā is piſciculus e

pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciũt lupum appellant. Tranſiit deinde in luxu
riam: creueruntꝗ genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorem mulſi ueteris: adeoꝗ dilutã
ſuauitatem ut bibi poſſit. Aliud uero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem: etiam ſactis iudæis
dicatum: quod fit e piſcibus ſquamam carentibus. Sic alex peruenit ad oſtreas echinos urti
cas cãmmaros mullorum iocinera. Innumeriſꝗ gen̄ribuſ ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſce
re. Hæc obiter indicata ſint deſideriis uitæ: & ipſa tamen nonnulli uſus in medendo. Nanꝗ
& alece ſcabies pectoris ſanatur infuſa per cutem inciſam. Et contra canis morſus draconiſꝗ
marini prodeſt. In linteolis autem conceptis imponitur. Et garo ambuſta recentia ſanãtur:
ſi quis infundat ac non nominet garum. Contra canum quoꝗ morſuſ prodeſt: maximeꝗ cro
codili: & ulceribus quæ ſerpunt: aut ſordidis. Oris quoꝗ & aurium ulceribus aut doloribus
mirifice prodeſt. Muria quoꝗ ſiue illa ſalſugo ſpiſſat: mordet: extenuat: ſiccat. Dyſentericis
utilis eſt etiam ſi nome inteſtina corripit. Iſchiadicis cœliacis ueteribus infũdit̃. Fotu quoꝗ
apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat.

De natura ſalis & eius medicinis. Ca. ix.

SAlis natura eſt per ſe ignea & inimica ignibus fugiens eos: oĩa erodens. Corpora uero
aſtringens: ſiccans alligans. Defuncta autem ac putreſcentia ita uendicans ut durent ea
ꝑ ſecula. In medẽdo uero mordẽs: adurẽs: repugnãs: extenuãs: diſſoluẽs. Stomacho tãtũ ĩ
utilis: præterꝗ̃ ad excitãdã auiditatẽ. Aduerſus ſerpẽtiũ morſus cũ origano melle hyſopo
Cõtra ceraſtẽ cũ origano & cæra aut pice aut melle. Auxiliat̃ cõtra ſcolopẽdras ex aceto po
tus. Aduerſus ſcorpionũ ictus cũ quarta pte lini ſeminis: & oleo uel aceto illitus. Aduerſus
crabroñs uero uel ueſpas ſimiliaꝗ ex aceto. Ad hecerocranas capitiſꝗ ulcera & puſtulaſ pa
pulaſ ue & incipiẽteſ uerrucas cũ ſeuo uitulino. Itẽ oculoꝝ remediiſ: & ad excreſcẽtes ibi car
nes totiuſꝗ corporis pterygia. Sed in oculis peculiariter. Ob id collyriis emplaſtriſꝗ addi
tur. Ad hoc maxime probatur etateus: aut caunites. Ex ictu uero ſuffuſis cruore oculis ſug
gillatiſꝗ cum myrrhæ pari pondere ac melle: aut cum hyſopo ex aqua calida: utꝗ foueãtur
ſalſugine. Ad hæc hiſpanienſis eligitur: contraꝗ ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis
teritur. Priuatim ſugillationibus in linteolo inuolutus crebroꝗ ex aqua feruenti impoſitus.
Vlceribus oris manantibus in linteolo concerpto. Gingiuarum tumori infricatus. Et contra
ſcabriciem linguæ frictus comminutuſꝗ. Aiunt dentes non erodi neꝗ putreſcere ſi qs quot
tidie mane ieiunus ſalem contineat ſub lingua: donec liqueſcat. Lepras idem: & furunculos:
& lichenas: & pſoras emendat cum paſſa uua exempto eius ligno: & ſeuo bubulo atꝗ origa
no ac fermento uel pane: maxime thebaicus. Hic & ad pruritus eligitur. Tonſillis & uuis cũ
melle prodeſt. Quicunꝗ ad anginas. Hic amplius cum oleo & aceto. Eodem tempore ex
tra fauces illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in uino mixtus. Idem noxia: & tinearum
genera pellit in uino potus. Aeſtus balnearum conualeſcẽtes ut tolerari poſſint: linguæ ſub
ditus præſtat. Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatione circa humeros & reneſ
in ſaccis aqua feruenti crebro madefactus leuat. Colum torminaꝗ & coxarum dolores po
tus: & in iiſdem ſaccis impoſitus candens. Podagras cũ farina ex melle & oleo tritus. Ibi ma
xime obſeruanda uſurpatione qua quidem totis corporibus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicũt
Itaꝗ cornea uidemus corpora piſcatorum. Sed hoc præcipuum dicatur in podagris. Tollit
& clauos pedum. Item perniones. Ambuſtis ex oleo imponitur: aut cõmanducatus: puſtu
laſꝗ reprimit. Ignibus uero ſacris ulceribuſꝗ quæ ſerpunt ex aceto aut hyſopo. Carcinoma
tis cum uua taminia. Phagedenis ulcerum tritus cum farina hordei ſuper impoſito lintheolo
madente uino. Morbo regio laborantes donec ſudent ad ignem contra pruritus quos ſenti
unt ex oleo & aceto infricatus iuuat & fatigatos ex oleo. Multi & hydropicos ſale curauere:
feruoreſꝗ febrium cum oleo perunxere: & tuſſim ueterem linctu eius diſcuſſere. Clyſterib⁹
infundere iſchiadicis. Vlceribus excreſcentibus uel putreſcentibus impoſuere. Crocodilorũ
morſibus ex aceto in linteolis: ita ut batuerẽtur ante ictum ulcera. Bibitur & contra oppiũ
ex aceto mulſo. Luxatis imponitur cum farina & melle. Item extuberationibus. Dentiũ do
lori cum aceto totus & illitus cum reſina prodeſt. Ad omĩa autem ſpuma ſalis iucundior uti
liorꝗ. Sed quicunꝗ ſal acopis additur ad excalfactiones. Item ſmegmaticis ad extendendam
cutem leuandamꝗ. Pecorum quoꝗ ſcabiem & boum illitus tollit. Datuſꝗ lingẽdus: & ocu
lis iumentorum inſpuitur. Hæc de ſale dicta ſint.

¶ De nitri generibus: & confecturis: & medicinis & obſeruationibus. Ca. x.

NOn eſt differentia & nitri natura non multum a ſale diſtans: & eo diligentius dicenda.
quia palam eſt medicos qui de eo ſcripſere ignoraſſe naturam. Nec quenꝗ̃ Theophra
ſto diligentius tradidiſſe. Exiguum fit apud medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus: quod

uocant halmigara. Minus etiam in thracia iuxta philippos ſordidum terra: quod appellat
agrium. Nam quercu cremata nunꝗ multū factitatū eſt: & iāpridem in totū omiſſū. Aquæ
uero nitroſæ pluribus locis reperiuntur: ſed ſine uiribus denſādi. Optimū copioſumꝗ in cly
tis macedoniæ: quod uocāt caleſtricum: cādidum: purūꝗ: proximum ſali. Lacus eſt nitroſus
exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum nouenis diebus: totidemꝗ
ceſſat: ac rurſus innatat: & deinde ceſſat. Quo apparet ſoli naturā eſſe quæ gignat: quoniā
compertum eſt nec ſoles proficere quicꝗ cum ceſſet: nec hymbres. Mirum eſt & illud ſcate
bra fonticuli ſemper emicante: lacum nec augeri nec effluere. Iis aūt diebus quibus gignitur
ſi fuere hymbres: ſalſius nitrum faciunt: aquilones deterius: quia ualidius cōmouēt limum.
Et hic quidem naſcitur. In ægypto autem cōficitur multo abūdantius: ſed deterius. Nā fu
ſcum lapidoſumꝗ eſt. Fit pene eodem modo quo ſal: niſi ꝙ ſalinis mare infundūt. Nihilum
aūt nitrariis. Excedente nilo ſiccantur: decedente madent ſucco nitri. xl. diebus cōtinuis. nō
ut in macedonia ſtatis. Si etiam hymbres affuerint: minus de flumine addūt: ſtatimꝗ ut dē
ſari eſt cœptum: rapitur ne reſoluatur in nitrariis. Sic quocꝗ olei natura interuenit. Ad ſca
biem animaliū utilis. Ipſum autem conditū in aceruis durat. Mirum in lacu aſāio & qbuſdā
circa chalcida fōtib⁹ ſūmas aquas dulces eſſe: potaricꝗ: īferiorēs nitroſas. In nitro optimū qđ
tenuiſſimū & iō ſpuma melior. Ad aliqua tm̄ ſordidū tāꝗ ad īficiēdas purpuras tincturaſꝗ
oēs. Magn⁹ & nitro uſus q dicet̄ ſuo loco. Nitrariæ egregiæ ægyptiis. Nā circa acathin &
mēphi tm̄ ſolebāt eſſe. Circa mēphi deteriores. Nam & lapideſcit ibi ī aceruis: multiꝗ ſunt
tumuli ea de cauſa ſaxei. Faciunt ex iis uaſa. Necnon frequenter liquatum cum ſulphure co
quentes in carbonibus. Ad ea quocꝗ quæ inueterari uolunt illo nitro utuntur. Sunt ibi nitra
riæ: in quibus & ruffum exit a colore terræ. Spumam nitri quæ maxime laudatur: antiq ne
gabant fieri: niſi cum ros cecidiſſet: prægnantibus nitrariis: ſed nōdum parientibus. Itaꝗ nō
fieri incitatis etiam ſi caderet. Alii operimentorum fermento gigni exiſtimauere. Proxima
ætas medicorum aphronitrum tradidit in aſia colligi in ſpeluncis mollibus diſtillans. Specus
eos colligas uocant. Dein ſiccant ſole. Optimum putatur lydium. Probatio ut ſit minime pō
deroſum & maxime friabile. Colore pene purpureo. Hoc in paſtillis affertur. Aegyptiū in
uaſis picatis: ne liqueſcat. Vaſa quocꝗ ea ſole inareſcentia perficiuntur. Nitri probatio: ut ſit
tenuiſſimum & ꝙ maxime ſpongioſum fiſtuloſumꝗ. Adulteratur ī ægypto calce. Deprehē
ditur guſtu. Sincerum enī facile reſoluitur. Adulteratum pūgit. Calce aſperſum reddit odo
rem uehementer. Vritur in teſta opertum ne exiliat: alias igni non exilit nitrum: nihilꝗ gi
gnit aut alit. Cum in ſalinis hærbæ gignantur: & in mari tot animalia: tantū algæ. Sed ma
iorem eſſe acrimoniam nitro apparet: non hoc tantum argumento: ſed & illo ꝙ nitrariæ cal
ciamenta protinus conſumunt Alias ſalubres: oculorūꝗ claritati utiles. In nitrariis non lippi
unt. Vlcera allata eo celerrime ſanantur. Ibi facta tarde. Cit & ſudorem cum oleo perūctis:
corpuſꝗ emollit. In pane ſalis uice utunt̄ caleſtrico. Ad raphanos ægyptio: teneriores eos
facit. Sed obſonia alba & deteriora: olera uiridiora. In medicina autē calfacit: extenuat mor
det: ſpiſſat: ſiccat: exulcerat. Vtile iis quæ euocanda ſint aut diſcutienda & lenius mordenda
atꝗ extenuanda. ſicut in papulis puſtuliſꝗ. Quidam in hoc uſu accenſum uino auſtero reſtī
gunt: atque ita trito in balneis utuntur ſine oleo. Sudores nimios inhibet cū arida iride adiec
to oleo uiridi. Extenuat & cicatrices oculorū & ſcabricias genarum cū fico illitum aut decoc
tum in paſſo ad dimidias partes. Item contra argemas oculorum. Vngues decoctum in paſſo
in mali punici calice adiuuat nitrum. Claritatemque uiſus cum melle inunctum. Prodeſt den
tium dolori ex uino ſi cum pipere colluantur. Item cum porro decoctum. Nigreſcentes dē
tes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia & lendes necat cum ſamia ter
ra illitum ex oleo. Auribus purulentis uino liquato infunditur. Sordes eiuſdē partis erodit
ex aceto. Sonitus & tinnitus diſcutit ſiccum additū. Vitiligines albas cū cymolia creta æquo
pondere ex aceto in ſole illitum emēdat. Furūculos admixtū reſinæ extrahit aut cū uua alba
paſſa: nucleis eius ſimul tritis. Teſtiū inflāmationi occurrit. Itē eruptionibus pituitæ in to
to corpore cū axungia. Cōtraꝗ canis morſus addita reſina initiis cū aceto illinitur. Sic & ſer
pētiū morſibus: phagedenis: & ulceribus quæ ſerpūt: aut putreſcūt cū calce ex aceto. Hy
dropicis fico tuſū datur illiniturꝗ. Diſcutit & tormina ſi decoctū bibatur pondere drachmæ
cū ruta uel anetho uel cymino. Reficit laſſitudines cū oleo ex aceto perūctorum: & contra
algores horroreſꝗ prodeſt manibus pedibuſꝗ confricatis cum oleo. Cōprimit & pruritus
ſuffuſorū felle: maxime cum aceto datū. Succurrit & uenenis fungorū ex poſca potum. Aut ſi
bupreſtis paſta ſit ex aqua: uomitioneſꝗ euocat. Iis qui ſanguinem tauri biberint cum laſere
datur. In facie quocꝗ exulcerationes ſanat cū melle & lacte bubulo. Ambuſtis toſtum donec
nigreſcat tritūꝗ illinitur. Infunditur urceis & renū doloribus: aut rigori corporū neruorūꝗ

doloribus. Paralyxi in lingua cū pane imponitur: Suſpirioſis ĩ ptiſana ſumit̃. Tuſſim ueterē
ſanat flore mixto galbani: reſinæ terebithinæ pari pōdere oīum: ita ut fabæ magnitudo de
uoretur. Coqtur dilutūq; poſtea cū pice liquida ſorbendū in angina datur. Flos eius cū oleo
cyprio articuloꝝ doloribus in ſole iucundus eſt. Regiū quoq; morbū in uino exterminat po
tum. Et inflationes diſcutit. Sanguinis profluuiū ſiſtit e naribus ex feruēti aqua uapore nari
bus rapto. Pruriginē alumine permixto tollit. Alaꝝ uirus ex aqua quottidiano fotu. Vlcera
ex pituita nata cæra permixtū. Quo genere neruis quoque ꝓdeſt. Cœliacis infundit̃. Per/
ungi ante acceſſiones frigidas nitro & oleo multi præcepere. Sic & aduerſus lepras lentigi/
nes. Podagricis in balneis uti folia nitri prodeſt: atrophis opiſtothonis: tetanis. Salnitrū ſul
phuri cōcoctum in lapidem uertitur.

## De ſpongiaꝝ natura. Ca. xi.

Spongiaꝝ genera diximus ĩ naturis aquatiliū marinoꝝ. Quidā eas ita diſtĩguūt. Alias
ex iis mares exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioreſque perſorbētes: & quæ tinguntur ĩ de
liciis aliquādo & purpura. Alias fœminas maioribus fiſtulis ac perpetuis maribus duriores
Alias quas appellant tragos tenuiſſimis fiſtulis æque denſiſſimis. Cādidæ cura fiunt: e mol
liſſimis recentes per æſtatē tinctæ ſalis ſpuma: ad lunā & pruinas ſternunt̃ inuerſæ: hoc eſt
qua parte adhæſere: ut candorē bibāt. Animal eſſe docuimus etiā cruore inhærente. Aliq
narrāt & auditu regi eas: cōtrahique ad ſonū: exprimētes abūdantiā humoris: nec auelli pe/
tris poſſe: ideo abſcindi & ſaniē emittere. Quin & eas quæ ab aqlone ſint genitæ præferūt
cæteris. Nec uſq; diutius durare ſpiritū medici affirmāt. Sic & ꝓdeſſe corporibus: qa noſtro
ſuū miſceāt: & ideo magis recētes: magiſq; humidas. Sed minus in calida aqua minuſq; unc/
tas: aut unctis corporibus impoſitas. Et ſpiſſas minus adhæreſcere. Molliſſimū genus earū
penicilli: oculoꝝ tumores leuāt ex mulſo impoſiti. Itē abſtergēdæ lippitudini utiliſſimi. Eā
quæ tenuiſſima eſt molliſſimā quoq; eſſe oportet. Imponūtur ſpōgiæ ipſæ epiphoris ex po
ſca: & ex aceto calido ad capitis dolores. Decætero recentes diſcutiūt: molliūt: mitigāt. Ve/
teres cōglutināt uulnera. Vſus eaꝝ ad abſtergenda: fouenda: operiēda a fotu dū aliud ĩpo/
natur. Vlcera quoq; humida & ſenilia impoſitæ ſiccāt. Fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſi
me fouentur. Sanguis rapitur in ſecādo ut curatio ꝑſpici poſſit. Et ipſæ uulneꝝ inflāmationi
bus ĩponūtur: nunc ſiccæ: nunc ex aceto inſpſæ: nunc e uino: nūc ex aqua frigida. Ex aqua ue
ro cæleſti impoſitæ ſiccāt. Recētia nō patiunt̃ intumeſcere. Imponunt̃ & integris partibus
& fluctuatiōe occulta laborātibus quæ diſcutiēda ſūt: & iis quæ apoſtemata uocāt melle de
cocto perunctis. Itē articulariis alias aceto ſalſo madidæ: alias e poſca. Si ferueat ĩpetus ex
aqua eadē e callo ſalſo madidæ. At cōtra ſcorpionum ictus ex aceto. In uulneꝝ curatione &
ſuccidæ lanæ uicem implēt. Nunc ex uino & oleo: nunc ex eadem. Differentia hæc ꝙ lanæ
emolliunt ſpongiæ coercent rapiuntq; uitia ulceꝝ. Circūligantur & hydropicis ſiccæ: uel ex
aqua tepida poſca ue utcūq; blandioribus opus eſt operiri ue aut ſiccare cutem. Imponuntur
& iis morbis quos uaporari oporteat: feruēti ex aqua perfuſæ expreſſæq; ĩter duas tabulaſ.
Sic & impoſitæ ſtomaho ꝓſūt: & in febri cōtra nimios ardores. Sed ſpleneticis e poſca. Igni
bus ſacris ex aceto. Efficaciores quando aliud imponi oportet: ſic ut ſanas quoq; partes ſpa/
tioſe operiant. Sanguinis profluuium ſiſtunt ex aceto: aut frigida. Liuorem ab ictu recentē
ex aqua ſalſa calida ſæpius mutata. Tolluntq; teſtium tumorē doloremq; ex poſca. Ad canū
morſus utiliter conciſæ imponūtur. ex aceto aut frigida: aut melle abūde ſubinde humectā/
dæ. Africanæ cinis cū porri ſectiui ſucco ſanguinem reiicientibus hauſtu ſalis ex frigida pro/
deſt. Item cinis cum oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. Priuatim africanæ ex poſca
tumorē diſcutiunt. Omium aūt cinis cum pice cremataꝝ ſanguinē ſiſtit uulneꝝ. Aliqui raras
tantum ad hoc cum pice urunt. Et oculoꝝ cauſa comburūtur in cruda olla figulini operis: plu
rimum ꝓficiente eo cinere cōtra ſcabricias genaꝝ: excreſcētesq; carnes: & quicquid opus ſit
ibi deſtringere: ſpiſſare: explere. Vtilius in eo uſu lauare cinerem. Præſtant & ſtrigilū uicē
lintheorūq; affectis corporibus. Et contra ſolem apte ꝓtegunt capita. Medici inſcitia ad duo
nomina eas redegere. Africanas: quaꝝ firmius ſit robur. Rhodiacaſq; ad fouendum mollio
res. Nunc aūt molliſſimæ circa muros antipolis urbis reperiuntur. Trogus auctor eſt: cir/
ca lyciā penicillos molliſſimos naſci in alto unde ablatæ ſint ſpongiæ. Polybius ſuper ægrū
ſuſpēſos quietiores facere noctes. Nunc præuertemur ad marina aīalia & aquatilia.

BIUM

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER . XXXII .

## PROHEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus.

VENTVM EST AD SVMMA NATVRAE exemplorumq; per rerũ ordinem: & ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potentiæ occultæ documentum: ut prorſus nec aliud ultra quæri debeat: nec par aut ſimile poſſit inueniri: ipſa ſe uincẽte natura: & q̃dẽ numeroſis modis declarante. Quid enim uiolentius mari uentis ue: & turbinibus ac procellis: quo maiore hominum ingenio in nulla ſui parte adiuta eſt: ꝙ uelis remisque? Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis uis: uerſumque totum mare in flumen. ¶DE echeneide piſce: & mirabili eius proprietatate: & torpedine: & marino lepore: & mirabilia rubri maris

¶Capitulum primũ.

TAmen omnia hæc pariterq; eodem impellentia: unus ac paruus admodũ piſciculus echeneis appellatus ĩ ſe tenet. Ruãt uẽti licet: & ſeuiant procellæ: imperat furori: uireſq; tantas compeſcit: & cogit ſtare nauigia: quod non uincula ulla: non anchoræ pondere irreuocabili factæ. Infrenat impetus: & domat mundi rabiem: nullo ſuo labore: non retinendo: aut alio modo ꝙ adhærendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus: ut uetet ire nauigia. Sꝫ armatæ claſſes imponunt ſibi turrium ꝓpugnacula: ut in mari quoq; pugnetur uelut e muris. Heu uanitas humna cum roſtra illa ære ferroq; ad ictus armata ſemipedalis inhibere poſſit: ac tenere deuincta piſciculus. Fertur a ciaço marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circuire & exhortari ſuos: donec tranſiret in aliam. Ideoq; cæſariana claſſis impetu maiore protinus uenit. Tenuit & noſtra memoria. Caii principis ab aſtura antium remigantis ut res ẽ etiam auſpicalis piſciculus. Siquidem nouiſſime tum in urbem reuerſus ille imperator: ſuis telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio ſtatim cauſa intellecta: cum e tota claſſe quinq; remis ſola non proficeret: & exilientibus ꝓtinus qui id quærerent circa nauim inuenere adhærentem gubernaculo: oſtenderuntq; Caio indignanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret: quadringentorumq; remigum obſequio contra ſe intercederet. Conſtabat peculiariter miratũ quomodo adhærens tenuiſſet: nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc poſteaq; uidere: eum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos plurimorum opiniones poſuimus in natura aquatilium: cum de eo diceremus. Nec dubitamus idem ualerẽ ad omnia genera cum celebri & conſecrato etiam exemplo apud gnidiam Venerem conchas quoq; eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. E noſtris quidam latinis remorã appellauere eum. Mirũq; e græcis: alii lubricos partus atq; procidentes contineri ad maturitatem alligato eo (ut diximus) prodiderunt. Alii ſale aduerſatum adalligatum grauidis partus ſoluere: ob id alio nomine odinolyontem appellauere. Quocunque modo iſta ſe habeant: quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de ulla potentia naturæ atque effectu in remediis ſponte naſcentium rerum dubitare debeat? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet. Ex eodem mari torpedo etiam procul & e longinquo: uel ſi hauſta uirga ne attingatur quamuis præualidos lacertos torpeſcere: quanlibetq; ad curſum ueloces alligari pedes prodit. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe uim aliquam quæ odore tantum & quadam aura ſui corporis efficiat membra: quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt? Non ſunt minus mira quæ e lepore marino traduntur. Venenum eſt aliis in potu: aut in cibo datus: aliis etiam uiſus. Siquidem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminã ex eo genere dũtaxat ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi uitium fatentur: ac deinde abortum faciũt. Remedio eſt mas ob id induratus ſale ut in brachialibus habeant. Eadem res in mari & tactu quidem nocet. Veſcitur eo unum tantum animalium: ut non intereat Mullus piſcis: & tenereſcit tantum: & ingratior uiliorq; fit. Homines quibus in paſtu eſt: piſcem olent hoc primo argumento ueneficium id deprehenditur. Cætero moriuntur totidem diebus quot uixerit lepus. Incertique temporis ueneficium id eſſe auctor eſt Licinius macer. In india affirmant non capi uiuentem. Inuicemq; ibi hominem illi pro ueneno eſſe: ac uel digyto omnino in mari tactum mori. Eſſe autem ampliorem multo ſicut reliqua animalia. Iuba in iis uoluminibꝰ quæ ſcripſit ad Caium Cæſarem Auguſti filium de arabia: tradit uitulos marinos ternas heminas capere. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis: & trecentorum ſexaginta latitudinis in

flumen arabiæ intraſſe: pinguiq; eius negociatores: & omnium piſcium adipe camelos perungi
in eo ſitu: ut aſilos ab iis fugent odore.

De ingeniis & manſuetudine quorundam piſcium
& ubi ex manu edant: & ubi reſponſa dantur ex
piſcibus Capitulum ſecundum.

Mihi uidentur mira & quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia in eo uolumine quod halie
uticon inſcribitur. Scarum incluſum naſſis non fronte erumpere: nec infeſtis uiminibus ca
put inſerere: ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores: atq; retrorſum ita erumpere.
Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat: apprehenſa mordicus cauda adiu/
uare nixus erumpentis. Lupum piſcem rete circundatum harenas arare cauda: atque ita condi/
tum tranſire rete. Murenam maculas appetere ipſas conſciam teretis ac lubrici tergi: tum mul
tiplici flexu laxare: donec euadat. Polypum hamos appetere brachiiſq; complecti: non morſu:
nec prius dimittere q̃ eſcam circunroſerit: aut harundine leuatum extra aquam. Scit & mugil
eſſe in eſca hamum: inſidiaſq; non ignorat: auiditas tamen tanta eſt: ut cauda uerberando excu
tiat cibos. Minus in prouidendo lupus ſollertiæ habet: ſed magnum robur in pœnitendo. Nã
ut hæſerit in hamo: tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera: donec excidant inſidiæ. Murenæ am/
plius deuorant hamum: admouentq; dentibus lineas: atq; ita erodit. Pytheas id tradũt. Idem
infixam hamo inuertere ſe: quoniam ſit dorſo cultellato: ſpinaque lineam præſecare. Licinius
Macer murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit: & concipere e ſerpentibus: ut diximus: ob
id ſibilo a piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari & capi pingueſcere lactatu. Fuſte non in/
terimi. Eaſdem ferula protinus. Animam in cauda haberẽ certum eſt: eaq; icta celerrime exani/
mari: at capitis ictu difficulter. Nouacula & ferrum quæ piſce tacta ſunt: olent. Duriſſimũ eẽ
piſcium conſtat qui orchis uocetur: rotundus eſt: & ſine ſquãmis: totuſq; capite cõſtat. Miluā/
go quotiens cernatur extra aquam uolitans: tempeſtates mutari Trebius Niger auctor eſt.
Xiphiam id eſt gladium roſtro mucronato eſſe: ab hoc naues perfoſſas mergi in oceano ad locũ
mauritaniæ q cotta uocẽt: non procul a lyxo flumine. Idem lolligines euolare ex aqua tradit:
tanta multitudine ut nauigia demergant. Et manu ueſcuntur piſces in pluribus quidem Cæſa/
ris uillis. Sed quæ ueteres prodidere in ſtagnis non piſcinis an mirati in helore ſiciliæ caſtello
non procul ſyracuſis. Item in labra Gnidii louis fonte anguillaſ. Et eæ in aures additas gerunt
Similiter in chio iuxta ſenum delubrum. In meſopotamiæ quoq; fonte chabura de quo dixim⁹
piſce. Nam in lycia myris in fonte Apollinis: quem curiũ appellant ter fiſtula euocati ueniunt
ad augurium. Diripere eos carnes abiectas lætum eſt conſultantibus: caudis abigere dirum.
Hierapoli ſyriæ in lacu Veneris æditu orum uocibus parẽt uocati: exornati auro ueniunt adu
lantes. Scalpuntur ora biantia manibus inſerendis præbent. In ſtabiano campaniæ ad Hercu/
lis petram: melanuri in mari panem abiectum rapiunt. Idemq; ad nullum cibum in quo hamus
ſit: accedunt. Nec illa in nouiſſimis mira: amariſſimos eſſe piſces ad apellem inſulam & ad cla/
zomenas. Contra ad ſcopulum ſiciliæ: ac leptin africæ & euboeam & dyrrhachium. Rurſus
ita ſalſos: ut poſſint ſalſamenta exiſtimari. Circa cephaloniam & ampeloporon & delipetras in
portu eiuſdem inſulæ dulces. Quam differentiam pabulo conſtare: non eſt dubium. Appion
maximum piſcium eſſe tradit porcum: quem lacedæmonii oſtagoriſtum uocant. Grunire eum
cum capiatur. Eſſe uero illam naturæ accidentiam quod magis miremur etiam in locis quibuſ
dam: appoſito occurrit exemplo. Siquidem ſalſamenta omnium generũ in italia beneuẽti recen
tia refici conſtat. Piſces marinos in uſu fuiſſe protinus a condita roma: auctor eſt Caſſius He/
mina: Cuius uerba de ea re hic ſubiiciam. Numa conſtituit: ut piſces qui ſquammoſi non eſſent
ni pollincerent patrimonia ad conuentus & conuiuia publica: & priuata cœnaſq; ad puluinaria
facilius compararentur: ni qui ad pollinctum emerent: precio minus parcerent: eaq; præmer/
carentur. Quantum apud nos indicis margaritis precium eſt: de quibus ſuo loco ſatis diximus
tantum apud indos in chorallio. Nanq; iſta perſuaſione gentium conſtant. Gignitur quidem
& in rubro mari: ſed nigrius. Item in perſico uocatur iace. Laudatiſſimam in gallico ſinu: circa
orchadas inſulaſ. Et in ſiculo circa heliam & drepanum. Naſcitur & apud grauiſcas: & ante nea/
polin campaniæ: maximeq; rubens: ſed molle: & ideo uiliſſimum erythris. Forma eſt ei fruti/
cis: color uiridis. Baccæ eius candidæ ſub aqua ac molles. Exemptæ confeſtim durantur & ru
beſcunt: quaſi corna ſatiua ſpetie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere: ſi ui/
uat. Itaque occupari euelliq; retibus: aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa chorallium uo
citatum interpretantur. Probatiſſimum q̃ maxime rubet: & q̃ ramoſiſſimum: nec ſcabroſum:
aut lapideum: uel rurſus inane: aut concauum. Auctoritas baccarum eius non minus indorum
uiris quoq; precioſa eſt: q̃ fœminis noſtris uniones indici. Aruſpices eorũ uateſq; in primis re
ligioſum id geſtamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaq; & decore & religione gaudent.

Prius q̄ hæc noteſcerent: galli gladios: ſcuta galeas adornabant eo. Nūc tanta penuria ē uen/
dibili merce: ut perq̄ raro cernatur in ſuo orbe. Surculi infantiæ adalligati: tutelam habere
creduntur. Contraq̄ torminum ac ueſicæ & calculorum mala: in puluerem igne redacti: potiq̄
cum aqua auxiliantur. Simili modo ex uino poti: aut ſi febris ſit: ex aqua ſomnū afferunt. Igni/
bus diu repugnant. Sed eodem medicamine ſæpius poto tradunt lyenem quoq̄ abſumi. San/
guinem reiicientibus excreantibus ue medentur. Cinis eorum miſcetur oculorum medicamen
tis. Spiſſat enim: ac refrigerat. Vlcerum caua explet. Cicatrices extenuat. Quod ad repu/
gnantiam rerum attinet: quam græci antipathiam uocant: nihil eſt ueneratius uſquam:
q̄ in mari paſtinaca: utpote cum radio eius arbores necari diximus. Hanc tamen per/
ſequitur galeos. Idem & alios quidem piſces: ſed paſtinacas præcipue. Sicut in terra ſerpen/
tes muſtela. Tanta eſt auiditas ipſius ueneni. Percuſſis uero ab ea medetur & hic quidem: ſed
& mullus ac laſſer.

De his quibus in terris & in aquis uictus eſt: &
d̄ caſtoreis medicinæ: & obſeruationes Cap. iii.

SPectabilis naturæ potentia in iis quoq̄ quibus & in terris: & in aqua uictus ē: ſicut & fi/
bris quos caſtores uocant & caſtorea teſtes eorum amputari hos ab ipſis cum capiuntur
negat Seſtius diligentiſſimus medicinæ. Quinimmo paruos eſſe ſubſtrictosq̄ & adhærentes
ſpinæ: nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adulterari autem renibus eiuſdem qui ſint grandes:
cum ueri teſtes parui admodum reperiantur. Præterea ne ueſicas quidem eſſe cum ſint grami
næ quot nulli animalium. In iis folliculis inueniri liquorem: & aſſeruari ſale. Itaque inter pro
bationes falſi eſſe folliculos geminos ex uno nexu dependentes: quod ipſum corrumpi fraude
cōiicientibus gummi cum ſale: aut hammoniacum: quoniam hammoniaci coloris eſſe debeāt
circundati liquore ueluti mellis cæroſi: odoris grauis: guſtu amaro: & acri friabiles. Efficaciſſi
me e ponto galaciæ: mox africæ. Sternutamenta olfactu mouent. Somnum conciliant cum
roſaceo: & peucedano peruncto capite. Et per ſe poti in aqua. Ob id phreneticis utiles. Item
lethargicos odoris ſuffitu excitant. Vuluarumq̄ exanimationes uel ſubditi: & menſes ac ſecun/
das ciunt duabus drachmis ex aqua cum puleio poti. Medent̄ & uertigini: opiſthotonis: tre/
mulis: ſpaſticis: neruorum uitiis: iſchiadicis: ſtomachicis: paralyticis: punctis omnibus: Vel tri/
ti ad craſſitudinē mellis cum ſemine uiticis ex aceto: aut roſaceo. Sic & cōtra comitiales ſumpti
Poti uero contra inflationes: tormina: uenena. Differentia tantum contra genera eſt mixturæ
Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur. Aduerſus phalangia & araneos ex mulſo:
ita ut uomitione reddantur. Aut ut retineantur cum ruta. Aduerſus chalcidas cum myrtice.
Aduerſus ceraſten & præſteras cum panace: aut ruta ex uino. Aduerſus cæteros ſer/
pentes cum uino. Dari binas drachmas ſatis eſt: eorumque adiiciantur ſingulas. Auxili/
antur priuatim contra uiſcum ex aceto. Aduerſus aconitum ex lacte: aut aqua. Adver/
uerſus helleborum album ex aqua mulſa nitroq̄. Medentur & dētibus infuſi cum oleo triti in
aurem a cuius parte doleant. Aurium doloribus melius ſi cum meconio. Claritatē uiſus faciūt
cum melle attico inuncti. Cohibent ſingultus ex aceto. Vrina quoque fibri reſiſtit uenenis: &
ob id in antidota additur. Aſſeruatur autem optime in ſua ueſica: ut aliqui exiſtimant.

De teſtudine: & multorum piſcium medicinæ:
& obſeruationes Capitulum. iiii.

GEminus ſimiliter uictus in aquis terraq̄ & teſtudinum effectusq̄ par in honore habendo
uel propter excellens in uſu pretium figuræq̄ ueræ proprietatem: Sunt ergo teſtudinū
genera: terreſtres: marinæ: lutariæ: quæ in dulci aqua uiuunt. Has quidem e græcis emydas
appellant. Terreſtrium carnes ſuffitionibus proprie: magiciſq̄ artibus refutandis: & contra ue
nena ſalutares produntur. Plurimæq̄ in africa. Hæ ibi amputato capite pedibusq̄ pro anti/
doto dari dicuntur: & ex iure in cibo ſumptæ. Strumas diſcutere ac lyenes tollere. Item comi/
tiales morbos. Sanguis earum claritatem uiſus facit: ſuffuſionesq̄ oculorum tollit. Et contra
ſerpentium omnium & araneorum & ſimilium: & ranarum uenena auxiliatur. Sanguine ſerua/
to in farina pilulis factis: & cum opus ſit in uino datis. Felle teſtudinum cum attico melle glau
comata inungi prodeſt. Et ſcorpionum plagæ inſtillari. Tegumenti cinis uino & oleo ſubactus
pedum rimas ulceraq̄ ſanat. Squammæ e ſumma parte deraſæ: & in potu datæ uenerem cohi/
bēt. Eo magis hoc mirum: quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinē. Vri/
nam earum aliter q̄ in ueſica diſſectarum: inueniri poſſe non arbitror: & intra eam eſſe. Hæc
quoq̄ portentoſa magis demonſtratur aduerſus aſpidum ictus ſingulare remedium. Efficacior
eſt tamen: ut aiunt cimicibus ammixtiſ. Oua durata illinuntur ſtrumis & ulceribus frigore: aut
aduſtione factis. Sorbentur in ſtomachi doloribus. Marinarum carnes ammixtæ ranarum car/
carnibus contra ſalamandras præclare auxiliantur. Neq̄ eſt teſtudine aliud ſalamandræ aduer



Historiae naturalis - page 450 sur 530

ſius. Sanguine alopeciarum inanitas & porrigo omniaq; capitis ulcera curantur. Inareſcere aũt
eum oportet: lenteq; ablui. Inſtillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduerſus comi/
tiales morbos manditur cum polline frumenti. Miſcetur autem ſanguis heminis trib us aceti
hemina uini addita iis: & cum hordeacea farina: aceto quoq; ammixto: ut ſit quod duoretur fa
bæ magnitudine. Hæc ſingula & matutina & ueſpertina dantur: dein poſt aliquot dies ue/
ſpera. Comitialibus inſtilllatur ore deductis labris iis: qui modice corripiantur. Spaſmo cum
caſtoreo clyſtere infunditur. Quod ſi dentes per annum colluuntur teſtudinum ſanguine im/
munes a dolore fiunt. Et anhelitus diſcutit: qualeſq; orthopnoeas uocant: ad has in polenta da/
tur. Fel teſtudinum claritatem oculorum facit. Cicatrices extenuat. Tonſillas ſedat: & anginas
& omnia oris uitia. Priuatim nomas ibi. Item ardentium teſtium. Naribus illitum comitiales
erigit: attollitq;. Idem cum uernatione anguium aceto ammixto: unice purulentis auribus ꝓ/
deſt. Quidam bubulum fel ammiſcent: decoctarumq; carnium teſtudinis ſuccum abdita æquæ
uernatione anguium. Sed diu in uino teſtudinem excoquunt. Oculorum quoq; uitia omnia fel
inunctum cum melle emendat. Suffuſiones etiam marinæ felle: uel cum fluuiatilis ſanguine &
lacte mulierum capillus inficitur. Fel & contra ſalamandras: uel ſuccum decoctũ bibiſſe: ſatis
eſt. Teſtudinum eſt tertium genus in ceno & paludibꝰ uiuentium. Latitudo iis in dorſo pecto/
ri ſimilis: nec cõuexo incurua calice: ingrata uiſu. Ex hac quoq; tamen aliqua contingunt auxi/
lia. Tres nanq; in ſuccenſa ſarmenta coniectæ & diuidentibus ſe tegumentis rapiuntur. Tum
euulſæ carnes earum coquuntur in aquæ congio ſale modice addito. Ita decoctarum ad tertias
partes ſuccus paralyſin & articularios morbos ſentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas
ſanguinemq; uitiatum. Siſtitur ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere te/
ſtudinum quæ ſunt in amnibus diuulſarum pinguia cum aizoo herba tuſa ammixto unguento
& ſemine lilii ante acceſſiones perunguntur ægri: præter caput mox conuoluti: calidam aquã
bibunt: quartanis liberari dicunt. Hanc teſtudinem quintadecima luna capi oportere: ut plus
pinguium reperiatur. Verum ægrum ſextadecima luna perungi tradunt. Ex eodem ge/
nere teſtudinum ſanguis inſtillatus crebro capitis dolores ſedat. Item ſtrumas. Sunt qui teſtu
dinum ſanguinem cultro æreo ſupinarum capitibus præciſis excipi nouo fictili iubeant. Ignẽ
ſacrum cuiuſcunq; generis ſanguine illini. Item capitis ulcera manantia: & uerrucas. Idem pro/
mittũt teſtudinum omnium fimo panos diſcuti. Et licet incredibile dictu ſit: ut aliqui tradunt:
tardius ire nauigia: teſtudinis pedem dextrum uehentia. Hinc deinde in morbos digeremus
aquatilia: non quia ignoremus gratiorem eſſe uniuerſitatem animalium: maioriſq; miraculi. Sꝫ
hoc utilius eſt uitæ contributa habere remedia: cum aliud alii proſit. Aliud alibi facilius inue/
niatur. Venenatum mel diximus ubi naſceretur. Auxilio eſt piſcis aurata in cibo. Vel ſi ex me/
le ſincero faſtidium cruditas ue quæ ſit grauiſſima incidat. Teſtudinem circunciſis pedibus: ca
pite cauda decoctam antidotum eſſe auctor eſt Helopi Scincoq; Apelles. Qui eſſet Scincus:
diximus. Sæpius uero quantum ueneficium præſtaret menſtruis mulierum. Contra omnia ea
auxiliatur: ut diximus: mullus. Item cõtra paſtinacã & ſcorpiones terreſtres marinoſq;: & draco
nes & phalangia illitus ſumptus ue in cibo. Eiuſdem recentis e capite cinis contra omnia uene/
na: priuatim cõtra fungos. Mala medicamenta inferri negant poſſe: aut certe nocere ſtella ma
rina uulpino ſanguine illita: & affixa limini ſuperiori: aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini
ſcorpionum ꝑictus carnibus earum impoſitus: Item araneorum morſus ſanantur. In ſumma cõ
tra omnia uenena: uel potu: uel ictu: uel morſu noxia. Succus earum ex iure decoctarum: effi/
caciſſimus habetur. Sunt & ſeruatis piſcibus medicinæ. Salſamentorumq; cibus prodeſt a ſer/
pente percuſſis & contra beſtiarum ictus mero ſubinde hauſto: ita ut ad ueſperam cibus uomi/
tione reddatur. Peculiariter a chalcide ceraſte: aut quas ſepas uocant: aut helope diplade ue per
cuſſis. Contra ſcorpiones largius ſumi. Sed non euomi ſalſamenta prodeſt: ita ut ſitis tolere/
tur: & imponere ea plagis conuenit. Contra crocodilorum quidem morſus non aliud præſen/
tius habetur. Priuatim contra præſteris morſum ſarda prodeſt. Imponuntur ſalſamenta & cõ/
tra morſum canis rabioſi: uel ſi non ſint ferro uſtæ plagæ corporaque clyſteribus exinanita.
Hæc per ſe ſufficit. Et contra draconem marinum ex aceto imponitur. Iidem & ex cybio præ/
fectus. Draco enim marinus ad ſpinæ ſuæ qua ferit uenenum ipſe impoſitus: uel cerebro to/
to prodeſt. Ranarum marinaꝝ ex uino & aceto decoctarum: ſuccus contra uenena bibitur: &
contra ranæ rubetæ uenenum: & contra ſalamandras. Fluuiatiles ſi carnes edantur ius ue de/
coctarum ſorbeatur: proſunt: & contra leporem marinũ: & contra ſerpentes ſupradictas. Con
tra ſcorpiones ex uino. Democritus quidem tradit: ſiquis extrahat ranæ uiuenti linguam nul/
la alia corporis parte adhærente: ipſaq; dimiſſa in aqua imponat ſupra cordis palpitationẽ mu/
lieri dormienti: quæcunq; interrogauerit: uera reſponſuram. Addunt etiam nunc alia magi:
quæ ſi uera ſunt: multo utiliores uitæ exiſtimantur ranæ ꝗ leges. Nanq; harundine tranſfi/

xa natura per os: ſi ſurculus in menſtruis defigatur a marito adulterorum tedium fieri. Carni/
bus earum uel hamo additis: præcipue purpuras certum eſt allici. Iecur ranæ geminum eſſe
dicunt: obiicique formicis oportere eam partem quam appetant: contra omnia uenena eſſe
pro antidoto. Sunt quæ in uepribus tantum uiuunt: ob id rubetarũ nomine ut diximus: quas
græci phrynos uocant: grandiſſimæ cunctarum: geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorum
Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum ſilentium fieri. Officulo quod ſit in
dextro latere in aquam ferventẽ deiecto refrigerari uas: nec poſtea feruere niſi exempto. Ex/
templo id inueniri. Nam obiecta rana formicis: canibusqꝫ eroſis ſingula in oleum addi. Et ali/
ud eſſe in ſiniſtro latere: quo deiecto feruere uideatur: apocynon uocari. Canum impetus eo
cohiberi. Amorem concitari: & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatum ſtimulare.
Rurſus a dextro laterẽ refrigerari feruentia. Hoc & quartanas ſanari alligato in pellicula agni/
na recenti: aliasqꝫ febres. Amorem inhiberi eo. Item ex iis ramis lyen contra uenena quæ ſi/
ant ex ipſis auxiliatur. Cor uero etiam efficacius eſt. Coluber eſt in aqua uiuens: huius adipem
& fel habentes qui crocodilos uenentur mire adiuuari produntur: nihil contra bælua audente
Efficacius etiamnum ſi herba potamogeton miſceatur. Cancri fluuiatiles triti potiqꝫ ex aqua re
centes ſeu cinere adſeruato: contra uenena omnia proſunt: priuatim contra ſcorpionum ictus
cum lacte aſinino: uel ſi non aſſit: caprino uel quocunqꝫ. Addi & uinum oportet. Necant eos
triti cum ocimo admoti. Eadem uis contra uenenatorum omnium morſus: priuatim ſcytalen:
& angues: & contra leporem marinum: ac ranam rubetam. Cinis eorum ſeruatus prodeſt pa/
uori. Prodeſt periclitantibus ex canis rabioſi morſibus. Quidam adiiciunt gentianam: & dant
in uino. Nam ſi iam pauor occupauerit: paſtillos uino ſubactos deuorandos ita præcipiunt.
Decem uero cancris cum ocimi manipulo adalligatis: omnes qui ibi ſunt ſcorpiones ad eum lo/
cum coituros magi dicunt. Et cum ocimo ipſos cinerem ue eorum percuſſis imponunt. Minus
in omnibus iis marini proſunt: ut Traſillus auctor eſt. Nihil autem æque aduerſari ſerpenti/
bus ꝗ cancros. Suesqꝫ percuſſas hoc pabulo ſibi mederi. Cum ſol ſit in cancro: torqueri ſer/
pentes. Ictibus ſcorpionum carnes fluuiatilium cochlearum reſiſtunt crudæ uel coctæ. Qui/
dam ob id ſalſas quoqꝫ adſeruant. Imponunt & ipſis plagis. Coracini piſces nilo quidem pecu/
liares ſunt. Sed nos hæc omnibus terris demonſtramus. Carnes eorum aduerſus ſcorpiones
ualẽt impoſitæ. Inter uenena ſunt piſciũ porci marini ſpinæ in dorſo cruciatu magno læſorum:
remedium eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore. Canis rabidi morſu potum expaueſcen
tibus faciem perungũt adipe uituli marini. Efficacius ſi medulla lyene & oleum e lentiſco & cæ
ra miſceatur. Murenæ morſus ipſarum capitis cinerẽ ſanantur. Et paſtinaca contra ſuum ictum
remedio eſt cinere ſuo ex aceto illito: uel alterius. Cibi cauſa extrahi debet e dorſo eius quic/
quid ſimile eſt croco: caputqꝫ totum. Et hanc autem & omnia teſtacea modice colllui in cibis:
quia ſaporis gratia perit. Leporis marini ueneficium reſtinguunt poti hippocampi. Contra do
rycnium echini maxime ꝓſunt. Et iis qui ſuccum carphati biberint: præcipue eius iure ſump/
to. Et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter uero contra le/
poris marini uenena & oſtrea aduerſantur. Idem uidetur: nec poteſt uideri ſatis dictum eſſe de
iis: cum palma menſarũ diu iam tribuatur illis. Gaudent dulcibus aquis: & ubi plurimi influunt
amnes. Ideo pelagia parua & rara ſunt. Gignũtur tamen ĩ petroſis: carentibusqꝫ aquarũ dulciũ
aduentu: ſicut circa grymum & muriam. Grandeſcunt ſyderis qdem ratione maxime: ut in na/
tura aquatilium diximus. Sed priuatim circa initia æſtatis multo lacte prægnantia: atqꝫ ubi ſol
penetret in uada. Hæc uidetur cauſa quare minora in aliis locis reperiuntur. Opacitas enim
prohibet incrementum: & triſtitia minus appetunt cibos. Variant coloribus. Ruffa in hiſpa/
nia. Fuſca in illyrico. Nigra & carne & teſta circeis. Præcipua uero habentur in quacunqꝫ gen/
te ſpiſſa nec ſaliua ſua lubrica. Craſſitudine potius ſpectanda ꝗ latitudine. Neqꝫ in luto capta:
neque in harenoſis. Sed ſolido uado ſpondylo breui atqꝫ non carnoſo: nec fibris lacinioſo: ac
tota ĩ aluo. Addũt peritiores notam: ambiente purpureo crine fibras: eoqꝫ argumento gene/
roſa interpretanť callibia parata appellantes. Gaudent & peregrinatione tranſferriqꝫ in igno/
tas aquas. Sic brunduſina in auerno. Contra iſta & ſuum retinere ſuccum: & a Lucrinio adopta
re creduntur. Hæc ſint dicta de corpore. Dicemus & de nationibus: ne fraudentur gloria ſua
littora. Sed dicemus aliena lingua digna quæqꝫ. Peritiſſima huius cenſura in noſtro æuo fuit.
Sunt ergo Mutiani uerba quæ ſubiiciam. Cyzizena maiora lucrinis: dulciora britannicis: ſua/
uiora edulis: acriora lepticis: pleniora lucenſibus: ſicciora coryphatenis: teneriora iſtricis: can
didiora circeienſibus. Sed iis neqꝫ dulciora: neqꝫ teneriora eſſe ulla compertum eſt. In indico
mari. Alexandri rerum auctores pedalia inueniri prodidere. Necnon inter nos nepotis cuiuſ/
dam nomenculator tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens ut ter mordenda
eſſent. Eorum dos in medicina hoc in loco tota dicetur. Stomachum unice reficiunt. Faſtidiis

©BIUM

medentur. Addiditꝗꝫ luxuria frigus obrutis niue: ſumma montium & maris ima miſcenſ. Mol/
liunt aluum leniter. Eadem cocta cum mulſo tenaſmo: qui ſine exulceratione ſit: liberant. Ve/
ſicarum ulcera quoqꝫ repurgant. In conchis ſuis cocta ſiue uti clauſa uenerint: mire diſtillatio/
nibus proſunt. Teſtæ oſtreorum cinis uuam ſedat & tonſillas ammixto melle. Eodem modo
parotidas: panos: mammarumqꝫ duritias: capitum ulcera ex aqua: cutemqꝫ mulierum extendit.
Inſpergitur & ambuſtis. Et detifricio placet. Pruritibus quoqꝫ & eruptionibus pituitæ ex ace/
to medetur. Crudæ ſi tondantur ſtrumas ſanant & perniones pedum. Purpuræ quoqꝫ contra
uenena proſunt. Et algam maris theriacen eſſe Nicander tradit. Plura eius genera: uti dixim⁹
Longo folio & latiore: rubente: alia ue criſpo. Laudatiſſima quæ in creta inſula iuxta terram
in petris naſcitur. Tingendis etiam lanis ita colorem alligans: ut elui poſtea non poſſit. E uino
iubet eam dari. Alopecias replet hippocampinus cinis nitro & adipe ſuillo mixtus: aut ſince/
rus ex aceto. Præparant cutem ſepiarum cruſtæ farina medicamentis. Cutem replet & muris
marini cinis cum oleo. Item echini cum carnibus ſuis cremati cinis. Fel ſcorpionis marini. Ra/
narum quoqꝫ trium ſi uiuæ in olla crementur cinis cum melle. Melius cum pice liquida. Capil/
lum denigrant ſanguiſugæ: quæ in uino nigro diebus. xl. computruere. Alii in aceti ſextariis
duobus ſanguiſugarum ſextarium in uaſe plumbeo iubent putreſcere totidem dieb⁹: mox illi/
ni in ſole. Sornatius tantam uim habere tradit: ut niſi oleum ore contineant qui tingunt: den/
tes quoqꝫ eorum denigrari dicat. Capitis ulceribus muricum: uel purpurarum teſtæ cinis cum
melle utiliter illinitur conchyliorum: uel ſi non urantur farina ex aqua doloribus. Caſtoreum
cum peucedano & roſaceo. Omnium piſcium fluuiatilium marinorumqꝫ adeps liquefact⁹ oleo
ammixto melle oculorum claritati plurimum cõfert. Item caſtoreum cum mellle. Callionymi
fel cicatrices ſanat: & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Nulli hoc piſcium copioſius: ut
exiſtimauit Menander quoqꝫ in comœdiis. Idem piſcis & uranoſcopos uocatur ab oculo quem
ĩ capite hꝫ. Et coracini fel excitat uiſũ. Et marini ſcorpiõis ruffi cũ oleo ueterẽ: aut melle attico
incipiẽtes ſuffuſiões diſcutit. Inũgi ter oportet ĩtermiſſis dieb⁹. Eadẽ rõ albugines oculoꝝ tol/
lit. Mulloꝝ cibo aciẽ oculoꝝ hebetari tradũt. Lep⁹ marin⁹ ipſe qdẽ uenenatus ẽ: ſed cinis eius
in palpebris pilos inutiles euulſos cohibet. Et ad hunc uſum utiliſſimi minimi. Item pecti/ cu/
li ſalſi triti cum cædria. Ranæ quas diphthitas & calamitas uocant: ſanguis earum cum lachry/
ma uitis ſi euulſo pilo palpebris illatur. Oculorum tumorem ruboremqꝫ ſepiæ cortex cum la/
cte mulieris illitus ſedat: & per ſe ſcabritias emendat. Inuertunt itaqꝫ genas id agentes: & me/
dicamentum auferunt poſt paulum: roſaceoqꝫ inungunt: & pane impoſito mitigant nocte. Ea/
dem cortice & nyctilopes curantur in farina trita: & ex aceto illita. Extrahit & ſquammas eius
cinis. Cicatrices oculorum cum melle ſanat pterygia cũ ſale: & cadmia ſingulis drachmis. Emẽ/
dat & albugines oculorum iumentorum. Adiiciunt & oſſiculis eius genas ſi terantur ſanari.
Echini ex aceto epinyctidas ſanant. Eundem comburi cum uiperinis pellibus raniſqꝫ: & cine/
rem aſpergi potioni iubent magi: claritatem uiſus promittentes. Ichthyocolla appellatur pi/
ſcis: cui glutinoſum eſt corium. Idemqꝫ nomen glutino eius. Hic epinyctidas tollit. Quidam
ex uentre non ex corio fieri dicunt. Ichthyocolla ut glutinum taurinum laudatur. Pontica can/
dida: & carens uenis ſquammiſqꝫ: & quæ celerrime liqueſcit. Madeſcere autem conciſa in aqua
aut aceto nocte ac die. Mox tundi marinis lapidibus: ut facilius liqueſcat. Vtilem eam in capi/
tis doloribus affirmant: & tetanicis. Ranæ dexter oculus dextro: ſiniſtro leuus ſuſpenſi e col/
lo natiui coloris panno lippitudines ſanant. Quod ſi per coitum ranæ eruantur: albuginem
quoqꝫ. Alligati ſimiliter in putamine oui. Reliquæ carnes impoſitæ ſuggillationem rapiunt.
Cancri etiam oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Eſt parua rana in arundinetis
& herbis maxime uiuens muta: ac ſine uoce uiridis ſi forte hauriatur: uentres boum diſtendẽs
huius corporis humorem penicillis deraſum claritatem oculis inunctis narrant afferre. Ipſaſqꝫ
carnes doloribus oculorum ſuperponunt. Ranas etiam quindecim cõiectas in fictili nouo iun/
cis configunt qdam: ſuccũ earum qui ita effluxerit admiſcent lachrymæ: quæ ex alba uite ema/
nat: atque ita palpebras emendant inutilibus pilis exemptis acu inſtillantes hunc ſuccum in ue/
ſtigia euulſorum. Meges pſilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putreſcentes: &
[illegible] coquebatur in multis uariiſqꝫ per aquationes autumni naſcentibus. Idem præſtare ſanguiſu/
[illegible] nis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet nouo uaſe. Idem cheri iecur ſicca/
[illegible] re. xiiii. cum oleo cædrino perunctis pilis nouem menſibus. Auribus utiliſſimum
[illegible] uel recens: ſed inueteratum uino. Item bacci quem quidam myzen uocant. Item
[illegible] um roſaceo infuſum. Vel caſtoreum cum papaueris ſucco. Vocãt & in mari pedi/
[illegible] tos inſtillari ex aceto auribus iubent. Et per ſe conchylio infecta lana magnope/
[illegible] Quidam aceto & nitro madefaciunt. [illegible] præcipue contra omnia aurium ui/
tia [illegible] excellentis ſuccum cyathũ mellis dim[illegible] amplius aceti cyathum ĩ calice nouo

lenta pruna decquere. Deinde ſpuma pennis deterſa: & poſtq̃ deſierit ſpumare tepidum in/
fundere. Si tument aures coriandri ſucco prius mitigandas iidem præcipiunt. Ranaꝝ adeps
inſtillatus ſtatim dolores tollit. Cancrorum fluuitalium ſuccus cum farina hordeacea aurium
uulneribus efficaciſſime prodeſt. Parotides muricum teſtæ cinere cum melle: uel conchyliorũ
ex mulſo curantr. Dentium dolorẽs ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis. Ce/
rebro caniculæ ĩ oleo decocto adſeruatoq;: ut ex eo dentes ſemel anno colluantur. Paſtina/
cæ quoq; radio ſcarificare gingiuas: & in dolore utiliſſimum. Conteriturq; iis: & cum hellebo
ro albo illitus dentes ſine uexatione extrahit. Salſamentorum etiam fictili uaſe combuſtorum
cinis: addita farina marmoris inter remedia eſt. Et cyria uetere eluta in nouo uaſe: & inde trita
proſunt doloribus. Aeq; prodeſſe dicuntur omnium ſalſamentorum ſpinæ combuſtæ tritæq;
& illitæ. Decoquunt & ranæ ſingulæ in aceti heminis: ut dentes ita colluantur: contineaturq;
in ore ſuccus. Si faſtidium obſtaret: ſuſpendebat pedibus poſterioribus eas Saluſtius Diony/
ſius: ut ex ore uirus deflueret in acetum feruens: idq; e pluribus ranis. Fortioribus ſtomachis
ex iure edendas dabat. Maxillaresq; ita ſanari dentes præcipue putant. Mobiles uero ſupradi
cto aceto ſtabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum præciſis pedibus in uini hemina
macerant: & ita colluí dentes labentes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in
aceti ſextariis tribus decoxere ad tertias partes: ut mobiles dentiu ſtabilirent. Necnon. xxxvi
ranarum corda in olei ueteris ſextario ſub ærea teſta diſcoxere: ut infunderent per aurem do/
lentis maxillæ. Alii iecur ranæ decoctũ & tritũ cũ melle impoſuerẽ dentib᷑. Omnia ſupraſcrip/
ta ex marina rana efficaciora. Si carioſi & fetidi ſunt centum in furno areſieri per noctem præ
cipiunt. Poſtea tantũdem ſalis addi atque fricari. Enydris uocatur a græcis coluber in aqua ui/
uens. Huius quattuor dentium ſuperioribus in dolore ſuperiorum gingiuas ſcarificant: inferio
rum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti ſunt. Vtuntur & cancrorum cinere:
nam muricum cinis dentifricium eſt. Lichenas & lepras tollit adeps uituli marini. Murenarum
cinis cum mellis obolis ternis. Iecur paſtinacæ ĩ oleo decoctum. Hippocampi & delphini cinis
[illegible] cit ad cicatricem. Quidam del
[illegible] ficat: ac perungunt. Muricum
[illegible] cum melle illitus: cutemq; eru
[illegible] orum foueantur. Muricum ge/
[illegible] que. Sed minora multo: effica/
[illegible] tem: extendiq;: in aqua deco/
[illegible] n uſq; mellis. Ita præparata in
[illegible] oris: & anchuſæ totidem: octo
[illegible] llita facies poſt quattuor horas

Cap. v.

[illegible] nis. Idem & [illegible] excreſcentes
[illegible] is quinq; aquæ marinæ. Exco/
[illegible] appellatum ex nidis ( ut aliqui
[illegible] craſſeſcentibus. Alii e limo: uel
[illegible] ſum odoris aſperi. Alterũ mol
[illegible] hartum pumicoſius: ſpongiæq;
[illegible] uocatur. Quo candidius autem
[illegible] Viſus toſtis & ſine oleo mire: le
[illegible] bus obolis. Halcyoneo utuntur
[illegible] oleo uſus eſt. Attalus thynni
[illegible] melle ſanat ſtrumas. P[illegible]
[illegible] non uulneret: prodeſt. Id de[illegible]/
[illegible] adio & lepore marino impoſito:
[illegible] illitiſ. Item ſcolopendræ marinæ
[illegible] irifice proſunt: & ſepiæ oſſa cum
[illegible] ſcauri piſcis marini iocineribus.
[illegible] ericumq; cinere ex oleo ad paro/
[illegible] diculi uocantur drachma pota. Ca
[illegible] eo & ſale: ut ſorbeatur ſuccus. Sic
[illegible]. Anginas menarum ſalſarum ex
[illegible] m ex aceto. Succus hic & contra
[illegible] quæ: anginis medenẽ gargarizati

aut e uino: aut calida aqua poti. Vuæ medetur garum cochlearibus ſubditum. Vocem ſiluri re
centes ſalſi ue in cibo ſumpti adiuuant. Vomitiones nulli ut eterati tritiq; a portione conci
tant. Suſpirioſis caſtoreo cũ hammoniaci exigua portione ex aceto mulſo ieiunis utiliſſime po
ta. Eadem potio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex aceto mulſo calido. Tuſſim ſana dicuntur piſcium
modo e iure decocto in patinis ranæ. Suſpenſæ autem pedibus: cum diſtillauerit in patina ſa
liua earum exenterari iubentur: abiectisq; interaneis condiri. Eſt rana parua arborem ſcandẽs
& ex ea uociferans. In huius os ſi quis expuat ipſamq; dimittat: tuſſim liberari dicuntur. Præ
cipiunt & cochleæ crudæ carnem tritam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta. Iocineris dolo
ribus ſcorpio marinus in uino necatur: ut inde bibatur. Conchæ longæ carnes ex mulſo potæ
cum aqua pari modo: aut ſi febres ſint: ex aqua mulſa. Lateris doloribus lenit hippocampi to
ſti ſumpti. Theteæq; ſimiles oſtreæ in cibo ſumptæ. Iſchiadicorum muria ſiluri clyſtere infuſa
Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in uini ſextariis duobus per dies quindecim. Aluũ
emollit ſilurus e iure & torpedo in cibo. Et olus marinum ſimile ſatiuo ſtomacho inimicum al
uum facillime purgat. Sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et omnium piſciũ
ius. Idem & urinas cit e uino maxime. Optimum e ſcorpionibus & iulide: & ſaxatilibus: nec ui
rus recipientibus. Coqui debent cum anetho: apio: coriandro: porro: additis oleo & ſale. Pur
gant & cybia uetera: priuatimq; cruditates pituitas bilem trahunt. Purgant & myes: quorũ
natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricum modo: uiuuntq; in algoſis: gratiſſimi au
tumno: & ubi multa dulcis aqua miſcetur mari: ob id in ægypto laudatiſſimi. Procedente hye
me: amaritudinem trahunt: coloremq; rubrum. Horum ius traditur aluum & ueſicas exinanire
Interanea diſtringere. Omnia adaperire. Renes purgare. Sanguinẽ adipemq; minuere. Itaq;
utiliſſimi ſunt hydropicis: mulierum purgationibus: morbo regio: articulari: inflationibus.
Item prodeſſe felli pituitæq; pulmonis: iocineris ſplenis uitiis: rheumatiſmis. Fauces tantum
exaſperant: uoceſq; obtundunt. Vlceraq; quæ ſerpant: aut ſint purganda: ſanãt. Item carcinomata
Cremati autem ut murices & morſus canum hominumq; cum melle: lepras: lentigines. Cinis
eorum potus emendat caligines. Gingiuarum & dentium uitia: eruptiones pituitæ: & contra
dorycnium: aut opocarpatum antidoti uicem optinent. Degenerant in duas ſpecies in mitulos:
qui ſalem uiruſq; recipiunt: muſcasq;. Quæ rotunditate differunt: minores aliquanto atque
[illegible] ſpinoſioribus teſtis: carne duriores. Mituli quoque ut murices cinere cauſticam uim ha
bent: & ad lepras: lentigines: maculas. Lauantur quoq; plumbi modo ad gingiuarum craſſitu
dines: & oculorum albugines: caliginesq;. Atque in aliis partibus ſordida ulcera: capitisq; pu
ſtulas. Carnes uero eorum ad canis morſus imponuntur. Et pelorides emolliunt aluum. Item
caſtorea ex aqua mulſa drachmis binis. Qui uehementius uolunt uti: addunt cucumeris ſatiui
radicis ſiccæ drachmam & aphronitri duas. Theteæ torminibus & inflationibus ſuccurrunt. In
ueniuntur hæ in foliis marinis: [illegible] turgorum uerius q̃ piſcium. Eædem & teneſmum
diſſoluunt: renumq; uitia. Naſcitur & in mari abſinthium: quod aliqui ſeriphum uocãt: circa ta
poſyrin maxime ægypti: exilius tereſtri. Aluum ſoluit: & noxiis animalibus inteſtina liberat.
Soluunt & ſepiæ. In cibo dantur cum oleo & ſale: & farina decoctæ. Menæ ſalſæ cum felle tau
rino illitæ umbilico: aluum ſoluunt. Ius piſcium in patina caſtorum cum lactucis teneſmum di
ſcutit. Cancri fluuiatiles triti ex aqua poti: aluum ſiſtunt. Vrinam cient in uino albo. Ademp
tis branchiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrhæ [illegible] ſingulis eorum drachmis.
Ileos & inflationes caſtoreum cum dauci ſemine & petroſelini quantum ternis digytis ſuma
tur ex mulſi calidi cyathis quattuor. Tormina uero cũ aceto [illegible] mixto. Erythini in cibo ſumpti
ſiſtunt aluum. Dyſentericis medentur rana cũ ſcylla decoctæ: ita ut paſtilli fiant. Fel ſine cor
earum cum melle tritum: ut tradit Niceratus. Morbo regio [illegible] pipere: ita ut
reliqua carne abſtineatur. Lyeni medetur ſolea piſcis impoſitus. Item torpedo. Item rhombꝰ
uiuus: dein remittitur in mare. Scorpius marinus necatus in uino: ueſicæ uitia & calculos ſanat
Lapis qui inuenitur in ſcorpionis marini cauda pondere oboli potus. Et hydri iecur. Blendio
rum cinis cum ruta. Inueniuntur & in branchia piſcis uel capite ceu lapilli. [illegible] poti ex aqua cal
culoſis præclare medentur. Aiuntq; & urticam marinam in uino potam prodeſſe. Item pulmo
nem marinum decoctum in aqua. Oua ſepiæ urinam mouent: renuq; pituitas extrahunt. Rupt
ta conuulſa cancri fluuiatiles triti in aſinino lacte maxime ſanant. Echini uero cum ſpinis ſuis cõ
tuſi: & uino poti calculos. Modus ſingulis hemina bibitur: donec proſit: & alias in cibo ad hoc
proficiunt. Purgatur ueſica & pectinum cibo. Ex iis mares dorchas uocant: fœminas onychias
Vrinam mares mouent. Dulciores fœminæ ſunt unicolores. Sepiæ quoq; oua urinam mouent
renes purgant. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum m[illegible] quatici coluber. Ine
hydri tritum potumq; calculoſis prodeſt. Iſchiadicos a[illegible] enta ex ſiluro infuſa
clyſtere euacuata prius aluo. Sedis attritus cinis e capit[illegible] [illegible]

autem in fictili uaſe. Illini cum melle debent. Item capitis menarum cinis ad rhagadaſ: & ad cō
dylomata utilis: ſicut pelamidum ſallarum capitum cinis: uel cybiorū cum melle. Torpedo ap
poſita procidentis interanei morbum [illegible] coherceт. Cancrorum fluuiatilium cinis ex oleo & cæ
ra: rimas in eadem parte emendat. Item & marini cancri polline. Panos ſalſamenta coracina di
ſcutiunt. Sanant interanea & ſquamma combuſtæ. Scorpio in uino decoctus: ita ut foueantur
ex illo. At echinorum teſtæ contuſæ & ex aqua illitæ incipientibus panis reſiſtunt. Muricum
uel purpurarum cinis utroque modo: ſiue diſcutere opus ſit incipientes: ſiue concoctos emittere
re. Quidam ita componunt medicamentum [illegible] & thuris drachmas [illegible]. Spumæ argenti. xl.
Cineris muricum. x. Olei ueteris heminam. Proſunt per ſe ſallamēta [illegible] fluuiatiles
triti uerendorum puſtulas diſcutiunt. Cinis ex capite menarum. Item carnes decoctæ & impo
ſitæ. Similiter percæ ſallæ e capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis [illegible] pi
ſcis cutis combuſta. Hæc eſt qua diximus lignum poliri: quia & e mari [illegible] exeunt.
Proſunt & ſmarides illitæ. Item muricū uel purpurarū teſtæ cinis cum melle [illegible] crema
tarum cum carnibus ſuis. Carbunculos uerendorum [illegible] ſallamenta cocta cum melle ex
ſtinguūt. At teſtem ſi deſcenderit: cochlearum ſpuma [illegible] Vrinæ incontinentiam hip
pocampi toſti: & in cibo ſepius ſumpti emendant. Item ophidion [illegible] ſimilis cū
lilii radice. Piſciculi minuti ex uentre eius quos deuorauerit [illegible] ut cinis eo
rum bibatur ex aqua. Iubent & cochleas africanas cum ſua carne comburere [illegible] ex uino ſi
gnino dari. Podagris articularibusque morbis utile eſt oleum: in quo decocta [illegible] & ipſarū
inteſtina: & rubetæ cinis cum adipe uetere. Quidam & hordei cinerem adiiciunt trium rerum
æquo pondere. Iubent & lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus cal
ciari maxime pontici fibri. Item uituli marini. Cuius & adeps prodeſt. Item & bryon de quo di
ximus lactucæ ſimile: rugoſioribus foliis: ſine caule. Natura eſt ei ſtiptica. Impoſitum le[illegible]
petus podagræ. Item alga: de qua ſupra dictum eſt. Obſeruaturque in ea [illegible] imponatur.
Pernones emendant pulmo marinus: Cancrique marini cinis ex oleo. Item fluuiatiles triti ſicci
cinere & oleo ſubacti: & ſiluri adeps. Et in articulis morborum impetus ſedant ranæ ſub inde
recentes impoſitæ: quas quidam diſſectas iubent imponi. Morbos [illegible] mitulorum: & co
[illegible] comitiales: & ut diximus: coagulum uituli marini bibunt [illegible] equino aſini [illegible]
[illegible] cum punici ſucco. Quidam ex aceto mulſo. Nec non aliqui per [illegible] deuorant. Caſto
reum in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur. Is uero qui ſæpius [illegible]: clyſtere [illegible]
[illegible] mirifice prodeſt. Caſtorei drachmæ duæ eſſe debebunt: mellis & olei ſextarius: & aquæ
tantundem. Ad præſens uero correptus olfactu ſubuenit cum aceto. Datur [illegible] mari
[illegible] iecur. Item muris uel teſtudinum ſanguis.

Ad fibres omnium generum: & contra diuer-
ſas infirmitates Capitulum. vi.

Ebrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones. Hippocampi necantur
in roſaceo: ut perungantur ægri in frigidis febribus. Et ipſi adalligantur ægris. Item ex
aſello piſce lapilli qui plena luna inueniuntur: in capite alligantur in linteolo. [illegible] fluuiatilis
longiſſimus dens capillo adalligatus: ita ut quinque diebus eum qui alligauerit: non [illegible] æger.
Ranæ uero in triuio decoctæ oleo abiectis carnibus perunctos liberant quartanis. [illegible] qui
ſtrangulatas in oleo ipſas clam adalligent: oleoque eo perungant. Cor earum adalligatum frigo
ra febrium minuit. Et oleum in quo inteſtina decocta ſint. Maxime autem quartanis liberant
ablatis unguibus ranæ & adalligatæ & rubetæ. Iecur eius: uel cor adalligatur in panno [illegible]
pho. Cancri fluuiatiles triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus [illegible]
Aliqui & piper addunt. Alii decoctos ad quartas in uino e balneo egreſſis bibere [illegible] in
quartanis. Aliqui uero ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi quoque oculis earum [illegible]
ortum adalligatis ægro: ita ut cæcas dimittant in aquam: tertianas abigi promittunt. Eoſdem
oculos cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina adalligatos præſtare uigiliam: ſomno fugato [illegible]
dunt. In lethargumque [illegible] gentibus coagulo balnearum aut uituli marini ad olfactum utuntur. Alii
qui ſanguinem teſtudinum [illegible] & lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur: & ſpondylus per
cæ adalligatus. Quartanis cochleæ fluuiatiles in cibo recentes. Quidam ob id aſſeruant ſale
ut dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore. Proſunt & in
cardiacis. Cachecticis quorum corpus [illegible] conficitur. Thereæ utiles ſunt cum ruta ac melle
Hydropicis medetur adeps delphini liquatus: & cum uino [illegible]. Grauitati [illegible] occurritur
tactis naribus unguento aut odoribus: uel quoquo modo obturatis. [illegible] carnes tri
tæ: & in mulſi tribus heminis pari modo aquæ aut ſi febres ſint: ex aqua [illegible]
Succus cancrorum fluuiatilium cum melle. Ranæ quoque aquaticæ in uino [illegible] co
ctæ: ac pro cibo ſumptæ: ita ut bibatur ex eodem uaſe. Vel teſtudo [illegible]

da & ĩteſtinis exemptis: reliqua carne ita condita ut citra faſtidium ſumi poſſit. Cancri fluuiatiles ex iure ſumpti & phthiſicis prodeſſe traduntur. Aduſta ſanantur cancri marini uel fluuiatilis cinere. Et ea quæ feruenti aqua combuſta ſint. Hæc curatio etiam pilos reſtituit cum cancrorum fluuiatilium cinere. Putantq; utendum cum cæra & adipe urſino. Prodeſt & febri ranarum fellis cinis. Ignes ſacros reſtingunt ranarum uiuentium uentres impoſiti: pedibuſq; poſterioribus pronas adalligari iubent: ut crebriore anhelitu proſint. Vtuntur & ſilurorum capitum cinere ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemq; non hominũ modo: ſed & quadrupedum afficaciſſime ſedat iecur paſtinacæ decoctum in oleo. Neruos præciſos purpurarum callum quo ſe operiunt tuſum glutinat. Lethargicos coagulum uituli adiuuat in uino potum oboli pondere. Item ichthyocollæ. Tremulos iuuat caſtoreum ſi ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles neruis inuenio fieri. Sanguinem piſcium putant cibo ſiſti polipo tuſo illitoq;. De quo & hæc traduntur muriam ipſum ex ſeſe emittere: & ideo non debere addi. In coquendo ſecari harundine: ferro eminente: in uitiumq; trahere natura deferente. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem uel ſanguinem arefactũ. Quidam ex ea rana quam græci calamiten uocant: quoniam inter harundines fruticeſq; iuuat: minima omnium & uiridiſſima cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium ranarum in aqua quibus adhuc cauda eſt: in calice nouo combuſtarum cinerem ſi per nares fluat inficiendũ. Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas uocant ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Quippe eadem ratõ earum quæ cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda ſanguine ſpiramenta laxanda iudicantur. Sed uitium quod admiſſæ ſemel deſiderium faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinæ. Multi podagris quoq; admittenda cenſuere. Decidunt ſatietate & põdere ipſo ſanguinis detractæ aut ſale aſperſæ. Aliquãdo tamen adfixa relinquũt capita quæ cauſa uulnera inſanabilia facit: & multos interimit: ſicut Meſſalinum e conſularibus patriciis cum ad genua admiſiſſet. Inueniunt uirus remedio uerſo: maximeq; ruffæ ita formidantur. Ergo ſuggentia ora forficibus præcidũt: ac ueluti ſiphonibus defluit ſanguis: paulatimq; morientium capita ſe contrahunt: nec relinquunt. Natura earum aduerſatur cimicibus: & ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis nariũ profluuia ſiſtit ſucco porri mollitus. Extrahit tæla corpori inhærentia. Sepiarum teſtæ ex aqua ſalſamentorũ carnes. Cancri fluuiatiles triti. Siluri fluuiatilis qui & alibi q̃ in nilo naſcitur carnes impoſitæ recentes ſiue ſalſæ. Eiuſdem cinis extrahit & adeps: & cinis ſpinæ eius uicem ſpodii præbet. Vlcera quæ ſerpunt & quæ ex iis excreſcunt ex capite menarum cinis uel ſiluri coercet. Carcinomata per earum capita ſalſarum: efficacius ſi cineri earum miſceatur ſal & cunila capitata: oleoq; ſubigantur. Cancri marini cinis uſti cum plumbo carcinomata cõpeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle: lineaq; lanugine. Sed aliqui malunt alumen melq; miſcere cineri. Phagedenæ ſiluro inueterato: & cum ſandaraca trito. Cacheetæ & nomæ & putreſcentia cybio uetere ſanantur. Vermes uero innati ranarum felle tolluntur. Fiſtulæ aperiuntur: ſiccanturq; ſalſamentis cum lintheolo immiſſis. Intraq; alteram diem callum omẽm auferũt: & putreſcentia ulcerum quæq; ſerpunt emplaſtri modo ſubacta & illita. Et halpe expurgat ulcera in lintheolis concerptis. Item echinorum teſtæ cinis. Carbunculos coracinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamenti cinis. Quidam capite tantum utũtur cũ melle: uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumores tollit. Cicatrices fel ſcorpionis marini. Verrucas tollit glauci iecur illitum. Capitis menarum cinis cum allio tritus ad thymia crudis utuntur fel ſcorpionis marini ruffi. Smarides tritæ illitæ. Hallex deferuefacta unguium ſcabriciam ciniſq; e capite menarum extenuat. Mulieribus lactis copiã facit glaucus e iure ſumptus: & ſmarides cum ptiſana ſumptæ: uel cum fœniculo decoctæ. Mammas ipſas muricum uel purpuræ teſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Cancri fluuiatiles illiti uel marini pilos in mamma: uel muricum carnes appoſitæ tollunt. Squatinæ illitæ creſcere mammas non patiuntur. Delphini adipe linamenta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Item ſcombri in aceto putrefacti. Percarum uel menarum capitis cinis ammixto ſale & cunila oleoq; uuluæ medetur. Suffitione quoque ſecũdas extrahit. Item uituli marini adeps inſtillatur igni naribus intermortuarum uuluæ uitio: & cum coagulo eiuſdem in uellere impoſitus. Pulmonis marini cinis adalligatus egregie profluuia purgat. Echini uiuentes tuſi & in uino dulci poti. Siſtunt & cancri fluuiatiles triti in uino potique. Item ſiluri ſuffitu præcipue africi feliciores partus fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia ſiſtere. Ex hyſopo purgare. Et ſi partus ſtrangulet: ſimiliter poti auxiliantur. Eoſdem recẽtes uel aridos bibũt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationes mortuoſque partus utitur illis cum quinque lapathi radicibus cum ruta & fuligine tritos & in mulſo datis potui. Item in iure cocti cũ lapatho & appio menſtruas purgationes expediunt. Lactiſque ubertatem faciunt. Item in

De ſanguiſugis

©BIUM

febri quæ ſit cum capitis doloribus & oculorum palpitatione. Mulieribus in uino auſtero po
ti prodeſſe dicuntur. Caſtoreum ex mulſo potum purgationibus prodeſt. Contraque uuluã
olfatum cum aceto & pice: aut ſubditum paſtillis. Ad ſecundas etiam uti eodem prodeſt cum
panace in quattuor cyathis uini. Et a frigore laborantibus ternis obolis. Sed ſi caſtoreum fi/
brum ue ſuperegrediatur grauida: abortum facere dicitur: & periclitari partus ſi ſuperfera/
tur. Mirum & quod de torpedine inuenio. Si capiatur cum luna in libra fuerit. triduoq́ aſſer
uetur ſub diuo: faciles partus facere: poſtea quotiens inferatur adiuuare. Et paſtinacæ radi/
us adalligatus umbilico exiſtimatur idem facere ſi uiuenti ablatus ſit: ipſaque denuo in mare
dimiſſa. Inuenio apud quoſdam oſtreatium uocari: quod aliqui onychen uocãt: hoc ſuffitum
uuluæ pœnis mire reſiſtere. Odorem eſſe caſtorei: meliuſque cum eo uſtum proficere. Ve/
teraquoque ulcera & cachoetæ eiuſdem cinere ſanari. Nam carbunculoſ & carcinomata ĩ mu
lierum parte præſentiſſimo remedio ſanari tradunt cancro fœmina cum ſalis flore contuſo
poſt plenam lunam: & ex aqua illita. Pſilothrum eſt tymni ſanguis: fel: iecur ſiue recentia ſi/
ue ſeruata. Iecur etiam tritum mixtaque cædro plumbea pyxide aſſeruatum. Ita pueros pu
beſtere negauit Mango Salpe obſtetrix. Eadem uis eſt pulmonis marini. Leporis marini ſã
guine & felle: uel ſi in oleo lepus hic necetur. Cancri ſcolopendræ marini cinis cũ oleo. Vr/
tica marina trita ex aceto ſcyllito. Torpedinis cerebrum cum alumine illitum xvi. luna. Ra/
næ paruæ quam in oculorumi curatione deſcripſimus ſanies efficaciſſime pſilothrum eſt: ſi re
cens illinatur: & ipſa arefacta ac tuſa: mox decocta tribus heminis ad tertias: uel in oleo de/
cocta æreis uaſis. Eadem menſura alii ex quindecim ranis conficiunt pſilothrum: ſicut ĩ ocu/
lis diximus. Sanguiſugæ quoq́ toſtæ in uaſe fictili: & ex aceto illitæ eundem cõtra pilos ha
bent effectum. Et ſuffitus urentium eas necat cimices inuectas. Caſtoreo quoque cum melle
pro pſilothro uſi pluribus diebus reperiuntur. In omni autem pſilothro uellendi prius ſunt
pili. Infantium gingiuis dentitionibuſque multum confert delphini cum melle dẽtium cinis:
& ſi ipſo dente gingiuæ tangantur. Adalligatuſque idem pauores repentinos tollit. Idem ef
fectus & caniculæ dentis. Vlcera uero quæ in auribus aut ulla corporis parte fiant cancrorũ
fluuiatilium ſuccus cum farina hordeacea ſanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctiſ
proſunt. Siriaſiſque infantium ſpongia frigida cerebro humefacto rana inuerſa adalligata effi
caciſſime ſanat: quam aridam inueniri affirmant. Mullus in uino necatus: uel piſcis rubellio:
uel anguillæ duæ. Item uua marina in uino putrefacta iis qui inde biberint tediũ uini affert.
Venerem inhibet: & cinis hippopotami frontis e ſiniſtra parte pellis in lintheolo adalligata.
Fel ue torpedinis uiuæ genitalibus illitum. Concitant cochlearũ fluuiatilium carnes ſale ad/
ſeruatæ: & in potu ex uino datæ. Erythini in cibo ſumpti. Iecur ranæ dyrophetes & calami/
tes in pellicula gruis alligatum: uel dens crocodili maxillaris annexus brachio: uel hippocã/
pus: uel nerui rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rube/
ta alligata. Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant: donec illini poſſit. Aiuntq́
ita curatos non repeti poſtea. Et ſalpe negat canes latrare: quibus in offa rana uiua data ſit.
Inter aquatilia dici debet: & calamochnus latine adarcha appellata. Naſcitur circa harundi/
nes tenues ſpuma aquæ dulcis ac marinæ: ubi ſe miſcent. Vim habet cauſticam. Ideo acopis
additur contra perfrictionum uitia. Tollit & mulierum lentigines in facie. Et calami ſimul di
ci debent. Phraxmatis radix recens tuſa luxatis medetur: & ſpinæ doloribus ex aceto illita.
Cypri uero qui & donax uocatur cortex alopeciis medetur uſtus: & ulceribus ueteratis. Fo/
lia extrahunt quæ infixa ſunt corpori & igni ſacro. Paniculæ flos ſi aures ĩtrauerit exurdat.
Sepiæ airamẽto tanta uis ẽ: ut in lucerna addito æthiopas uideri ablato priore lumine Ana
xilaus tradat. Rubeta decocta & in aqua potu data ſuum morbis medetur: uel cuiuſcunque
ranæ cinis. Pulmone marino ſi cõfricet̃ lignũ: ardere uidetur: adeo ut faculã ita prælucear.

Animalium omnium in mari uiuentium. clxxvii. genera eſſe. Ca. vii.

PEracta aquatilium dote non alienum uidetur indicare per tot maria tam uaſta & tot mi
libis paſſuum terræ infuſa: extraque circundata menſura pene ipſius mundi quæ intel/
ligantur animalia centum ſeptuagintaſeptem omnium generum eſſe: eaque nominatim com/
plecti. Quod in terreſtribus uolucribuſque fieri non quit. Neque enim omnis indiæ æthio
piæque aut ſcythiæ deſertorum ue nouimus feras aut uolucres cum hominum ipſorum mul
to pluriinæ ſint differentiæ quas inuenire potuimus. Accedat his taprobane inſulæque aliæ
oceani fabuloſe narratæ. Profecto conueniet: non poſſe omnia genera ĩn contemplationem
uniuerſam uocari. At hercule in tanto mari oceano quæcunque naſcuntur certa ſunt: notio/
raq́ quod miremur quæ ꝓfundo natura merſit. Vt a beluis ordiamur: arbores phyſethres:
balenæ: piſtrices: tritones: nereides: elephanti: homines qui marini uocantur: rotæ: orcæ:

arietes:muſculi:& alii piſcium forma arietes delphini:celebreſque Homero uituli.Luxuriæ
uero teſtudines:& medicis fibri:quorum genera nuſquam mari accepimus mergi:tantū ma
rina dicentes:Iam caniculæ:drynones:cornutæ:gladii:ſerræ:cōmuneſque mari terræ am/
ni hippopotami:crocodili.Et amni tantum ac mari thynni:thynnides:ſiluri:coracini:per/
cæ.Peculiaris autem mariſ accipenſer:aurata:aſellus:acarne:aphia:alopeca:anguilla:arane
us:box:batia:bachus:batrachus:belonæ:quos aculeatos uocamus:balanus:coruus:citha
rus.Rhomborum genera chalcis gobio.Collurus aſellorum generis ni minor eſſet colla.Si
ue parianus ſiue ſaxetanus a patria betica:lacertorum minima:abyſmon:eleſſe:cybium.Ita
uocatur conciſa pelamis:quæ poſt.xl.dies a pōto in mæotin reuertitur.Cordula & hæc pe
lamis puſilla:cum in pontum e mæotide exit hoc nomen habet:cantharus:callyonimuſ:ſiue
uranoſcapus:cinædi:ſoleæ:phiſcinulæ:cnidæ:quam nos urticam uocamus.Cancrorum ge
nera chameciſtite:chameleos:chamepotorides:generis uarietate diſtantes & rotunditate:
chameglycia:menides:quæ ſunt maiores ꝗ̃ pelorides:glycia ſiue corophia.Concharum ge
nera inter quæ & margaritiferæ cochleæ:quarum generiſ pentadactylides:melicem:balei:
echinophoræ:dicuntur quibus cantant.Extra has ſunt rotundæ in oleario uſu cochleæ:cu
cumis:cynopos:camymarus:cynoſdexia:draco.Quidam aliud uolunt eſſe dracunculum.
Eſt autem graculæ ſimili.Aculeos in branchiis habet ad caudam ſpactantis.Sic & ſcorpio
lædit dum manu tollitur:erythinus:echeneis:echinus.Elephanti locuſtarum generis ni/
gri:pedibus quaternis:biſulcis.Præterea brachia duo:binis articulis:ſinguliſq; forficulis
denticulatis.Fabri ſiue zægaucifci:glaneus:conger:gyres:galeos:garus:hippus:hippuroſ
hirundo:ale:pleumon:hippocampos:heparcotinos.Sunt lacertorum genera lolligo uoli/
tans:locuſtæ:lucernæ:liparis:lamyrus:lepus:leones:quorum brachia cancris ſimilia ſunt.
Reliqua pars locuſtæ:mullus:merula inter ſaxatiles laudata:mugil:melanurus:mena:me/
tis:murena:miſmylus:miſcus:murex:oculata:ophidion:oſtria:eotia.orcynon.Hic eſt pe
lamidum generis maximuſ.Neq; redit in mæotin:ſimilis tritoni:uetuſtate melior.Orphus
orthagoriſcus:phager:picus:ſaxatiliūq; pelamis.Earum generis maxima apolectus uocatᷣ.
Durius:triton:phorcus:phitharus:paſſer:paſtinaca.Polyporum genera pectines:maximi
& nigerrimi æſtate.Laudatiſſimi autem mitylenis rhyas:tyndarides ſalonis:altinatia in in/
ſula alexandriæ.In ægypto pectunculi:purpuræ:pegrides:pinna:pinnotheræ:rhina:quē
ſquatinam uocamus.Rhombus:ſcarus principalis hodie.Solea:ſargus:ſcylla:ſarda.Ita uo/
catur pelamis longa ex oceano ueniens.Scomber:ſalpa:horus:ſcorpena:ſcorpios:ſcyalcia:
ſciena:ſcolopendra:myrus:ægypta:ſtrombus:ſolen ſiue aulos ſiue donax ſiue onix ſiue dac
tylus ſpondylus:mariſtella:ſpongia.Turdus inter ſaxatiles nobilis.Tynnus:tranus:quem
alii xiphiam uocant.Staſſa:torpedo:tethea:triphonon.Pelamidum generis magni:ex eo ſe
rena cymbia fiunt.Veneri:Euax xyphi.His adiiciemus apud Ouidium poſita nomina:quæ
apud neminem alium reperiuntur.Sed fortaſſis in ponto naſcuntur:ubi id uolumē ſupremis
ſuis temporibuſ inchoauit.Bopgyrum in ſcopulis uiuentem.Orphum rubentem:rhac nūq;
pullum:pictas mormyras:aureique coloris chryſon.Præterea paruum teragum:& placen/
tem cauda labrum.Epodas lati generis.Præter hæc inſignia piſcium tradit:chanuem ex ſe
ipſa concipere.Glaucum æſtate nunquam apparere.Pompium qui ſemper comitetur nauigi
orum curſus.Chromin qui nidificet in aquis.Helopen quoque dicit eſſe noſtris incognitum
ūdis.Ex quo apparet falli eos qui eundem accipenſerem exiſtimauerunt.Helopi palmam ſa
poris inter piſces multi dedere.Sunt præterea a nullo auctore nominati:ſudis latine appel/
lata:a græcis phyren oſtreæ ſimilis nomine:magnitudine inter ampliſſimos rarus:ſed ta
men non degener:& pernæ concharum generis circa pontias inſulas frequentiſſimæ.Stant
uelut ſuillo crure longo in harena defixæ hianteſq; qua limpitudo eſt:pedali nonminuſ ſpa
tio.Cibum uenantur.Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos.Intus pro
ſpondyli grandis caro eſt.Et hyenam piſcem uidi in oenaria inſula captum caput exerentē.
Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna:& algis potius annumeranda ꝗ̃ animalibus.

©BIUM

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER TRICESIMVS TERTIVS.

## PROHEMIVM.

### Metallorum naturæ.

METALLA NVNC IPSAEQVE OPES ET RE
rum pcia dicent: tellurem intus exquirente cura multiplici
Modo qppe alibi diutius fodit quærente uita auꝝ argentũ
æs electrũ. Alibi deliciis gemmas: & parietũ digytorumq;
pigmenta. Alibi temeritati ferrũ auro etiã grati⁹ inter bel
la cedesq;. Perſequimur omnes eius fibras uidemuſq; ſup/
excauatos montes mirãtes dehiſcere aliqñ: aut intermiſce
re illã. Ceu uero ñ hoc etiã exemplũ indignationis ſacræ pa
rentis exprimi poſſit. Imus in uiſcera eius: & in ſede maniũ
opes quærimus: tanq̃ paꝝ benigna fertiliq; qua ſecet. In/
ter hæc minimũ remedioꝝ gratia ſcrutamur. Cui enim fo/
diendi cã medicina eſt: Quanq̃ & hæc ſumma ſui parte tri
buia ut minime parca: faciliſq; in omnib⁹ quæ pſunt. Illa nos premũt: illa nos ad inferos agũt
quæ occultauit atq; demerſit. Illa quæ nõ naſcunt: ut repente mens ad inane euolans reputet
qs deinde futuris finis eſt: ſæculis omnib⁹ exhauriendi eã quouſq; penetret auaritia: Quã in/
nocens q̃ beata: immo uero & delicata eſſet uita: ſi nihil aliud de ea niſi qd ſupra terras concu
piſceret: haberetq; nõ niſi qd ſecum eſt: Eruit qdem auꝝ & chryſocolla iuxta: ut precioſior ui
deat nomen ex auro cuſtodiens. Paꝝ enim erat naturæ unã inueniſſe uitæ peſtem: niſi in pre/
cio etiã eſſet ſanies auri. Quærebat argentũ auaritia. Boni conſuluit interim inueniſſe miniũ:
rubentiſq; terræ excogitauit uſum. Heu pdigioſa ingenia quot modis auxim⁹ precia reꝝ: Ac/
ceſſit ars picturæ: & auꝝ argentumq; cælando carius fecim⁹. Didicit homo naturã prouocare.
Auxere & artẽ uitioꝝ irritamenta. In poculis libidines cælare iuuit: ac per obſcenitates bibere
Abiecta ſunt deinde hæc: & ſordere cœpere: & auri argentiq; miniũ fuit. Murina & cryſtalli/
na ex eadem terra effodimus: qbus preciũ faceret ipſa fragilitas hoc argumentũ opũ: hæc uera
luxuriæ æſtimata eſt gloria: habere qd poſſet ſtatim totũ perire. Nec hoc fuit ſatis: turba gẽ
maꝝ potam⁹: & ſmaragdis teximus calices: ac temulentiæ cã tenere indiã iuuat: & auꝝ iam ac/
ceſſu eius.

Quæ prima cõmendatio metalloꝝ auri: & de origine annuloꝝ aureoꝝ: & mõ
auri apd antiquos: & equeſtri ordine: & de iure annuloꝝ aureoꝝ Cap. i.

VTinam poſſet e uita in totũ abdicari auꝝ ſacra fames: ut celeberrimi auctores dixere: pro/
ſciſſum cõuitiis ab optimis quibuſq;: & ad perniciem uitæ repertũ. Quantũ fœlicior æuo
cũ res ipſæ permutabant inter ſe: ſicut & troianis temporib⁹ factitatũ Homero credi cõuenit.
Ita enim (ut opinor) cõmercia uictus gratia inuenta: alios coriis boũ: alios ferro captiuiſq; reb⁹
emptitaſſe tradit: q̃q̃ & ipſe miratus auꝝ æſtimationes reꝝ ita fecit: ut centũ boum arma au/
rea pmutaſſe Glaucũ diceret cũ Diomedis armis nouem boum. Ex qua conſuetudine multa le
gũ antiquaꝝ pecore conſtat etiã romæ. Peſſimũ uitæ ſcelus fecit: q annulũ primus induit digy
tis. Nec hoc qs fecerit tradit. Nã de Prometheo omnia fabuloſa arbitror: q̃q̃ illi quoq; fer/
reũ annulum dederit antiqtas: uinculumq; id nõ geſtamen intelligi uoluerit. Midæ qdam an/
nulum quo circumacto habentem nemo cerneret: qs non etiã fabuloſiorem fateat: Manus &
pſus ſiniſtræ maximã auctoritatem conciliauere auro: non qdem Romani quoꝝ more feren/
dũ erat bellicæ uirtutis inſigne. De regib⁹ romanis nõ facile dixerim. Nullũ habet Romuli in
capitolio ſtatua: nec præter Nummæ Seruiq; Tullii alia. Nec. L. qdem Bruti. Hoc in Tarq/
niis maxime miror: quoꝝ egregia fuit origo: unde hic annuloꝝ uſus uenit: q̃q̃ nunc lacedæ/
mone ferreo utantur. Sed a Priſco Tarqnio omniũ primo filium cũ in prætextæ annis occidiſ/
ſet hoſtem bulla aurea donatũ conſtat: unde mos bullæ durauit: ut eoꝝ q equo meruiſſent fi/
lii id inſigne haberent: cæteri loꝝ. Et ideo miror Tarquinii eius ſtatuã ſine annulo eẽ. Quãq̃
& de nomine ipſo ambigit. Id græci a digytis appellauere. Apud nos priſci ungulũ uocabant.
Poſtea & græci & noſtri ſcymbolũ. Longo certo tempore ne ſenatũ qdem Romanũ habuiſſe
aureos: manifeſtũ eſt. Siquidem iis tm̃ q legati ad exteras gentes ituri eẽnt: annuli publice da
bant: credo: qm̃ ita exteroꝝ honoratiſſimi intelligebant. Neq; aliis uti mos fuit: q̃ qui ex ea
cã publice accepiſſent: uulgoq; ſic triumphabant. Et cũ corona ex auro etruſca ſuſtineret a ter
go: annulus tamen in digyto ferreus erat: æqua fortuna triumphantis & ſerui coronã ſuſtinẽ/
tis. Sic triumphauit de Iugurta. C. Marius. Aureũ non ante tertiũ conſulatũ ſumpſiſſe tradit.
Ii quoq; q ob legationem acceperant: aureo in publico tm̃ utebant: intra domos uero ferreis
Quo argumento ẽt nũc ſponſæ annulus ferre⁹ mittit. Iſq; ſine gemma. Nec iliacis temporib⁹

ullos fuiſſe annulos uideo: nuſq̃ certe Homerus dicit: cũ & codicillos miſſitatos epiſtolarũ gra
tia indicet: & conditas arte ueſteſ: ac uaſa aurea argenteaq; : & ea colligata nodi no annuli nota
Sortiri quoq; contra ꝓuocationem duces nõ annulis tradit. Fabricæ ẽt deũ fibulas: & aliã mu
liebris cultus: ſicut in aures in primordio factitaſſe ſine mentiõe annulorũ. Et q prim⁹ inſtituit
contanter id fecit: leuiſq; manibus ac latentibus induit cũ ſi honos ſecurus fuiſſet: dextra fue-
rit oſtentandus. Quod ſi impedimentũ potuit in ea aliqd intelligi: ẽt infertorii uſu argumen-
tũ eſt: maius in leua fuiſſe qua ſcutũ rapit̃. Eſt qdem apud eundem Homerũ uirorũ crinibus au-
rum implexũ. Ideo neſcio an prior uſus a fœminis cœperit. Romæ qdem nõ fuit aurũ: niſi ad
modũ exiguo longo tempore. Certe cum a gallis capta urbe pax emeret̃: nõ plus q̃ mille põ-
do effici potuere. Nec ignoro. M. Craſſum duo milia pondo auri rapuiſſe ſuo: & Pompeii ter-
tio cõſulatu e capitolini Iouis ſolio a Camillo ibi condita: & ideo a pleriſq; exiſtimari duo milia
pondo collata. Sed qđ acceſſit: ex gallorũ præda fuit: detractumq; ab his in parte captæ urbis
delubris. Gallos aũt cum auro pugnare ſolitos Torquatus indicio ẽ. Apparet ergo gallorũ tẽ
plorumq; tantumdẽ nec amplius fuiſſe. Quod qdem in augurio intellectũ eſt: cũ capitolin⁹ du
plũ reddidiſſet. Illud quoq; obiter indicari conuenit: qm̃ đ annulis ſermonem ĩpetimus: ædi-
tuũ cuſtodiæ eius deprehenſum fracta in ore annuli gemma ſtatim expiraſſe: & indicium ita ex
tinctum. Ergo & maxime duo tm̃ milia pondo cũ capta ẽ Roma anno trecenteſimo. lxiiii. fue
re: cum iam capitũ liberorũ cenſa eẽnt. c. lii. milia quingenti. lxxxiii. Eadẽ poſt annos. ccc. vii
quod ex capitolinæ ædis incendio cæteriſque omnibus delubris. C. Marius filius preneſte
detulerat tredecim milia pondo: ſub eo titulo in triumpho tranſtulit Sylla. Et argenti. vii. mi
lia. Idem ex reliqua omni uictoria pridie tranſtulerat auri pondo. xv. milia: argenti pondo. c.
xv. milia. Frequentior aũt uſus annulorũ non ante. Cn. Flauiũ Annii filium deprehendit̃. Hic
nanq; publicatis diebus faſtis: quos populus a paucis principũ quottidie petebat: tantã gratiã
plebis adeptus ẽ: alioqn libertino patre genitus: & ipſe Apii Cæci ſcriba: cuius hortatu exce-
perat eos dies: cõſultando aſſidue ſagaci ingenio ꝓmulgaueratq; : ut ædilis curulis crearetur
cum. Q. Anitio preneſtino: q paucis ante annis hoſtis fuerat: præteritis. C. Fetilio & Domi
tio: quorũ patres conſules fuerant. Additũ Flauio ut ſimul Tribunus plebis eẽt. Quo facto tã
ta ſenatus indignatione exarſit: ut annulos ab eo abiectos fuiſſe in antiquiſſimis reperiat̃ anna-
libus. Fallit pleroſq; q tum & equeſtrem ordinem id feciſſe arbitrantur. Etenim adiectum hoc
quoq;. Sed & phalera poſita pp quæ nomen equitũ adiectum eſt. Annulos quoq; depoſitos a
nobilitate in annales relatum eſt: nõ a ſenatu uniuerſo. Hoc actum. P. Sempronio Longo. L.
Sulpitio conſ. Flauius uouit ædem concordiæ: ſi populo reconciliaſſet ordines. Et cũ ad id pe
cunia publica nõ decerneret̃: ex mulctaticia fœneratoribus cõdemnatis ædiculã æream fecit ĩ
græcoſtaſi: quæ tunc ſupra comitiũ erat. Inciditq; in tabula ærea eã ædem. ccc. quattuor ãnis
poſt capitolinã dedicatã. Ita quadringentis. xlviii. a condita urbe geſtum ẽ: & primũ annulorũ
ueſtigiũ extat. Promiſcui aũt uſus alterũ ſecundo punico bello. Neq; enim aliter potuiſſent tri
modia illa annulorũ carthaginem ab Hannibale mitti. Inter Scipionem quoq; & Druſum ex an-
nulo in auctione nauali inimicitiæ cœpere. Vnde origo ſotialis belli: & exitia rerũ. Ne tũ qdẽ
omnes ſenatores habuerũt: utpote cũ memoria auorũ multi prætura functi in ferreo conſeue
rint: ſicut Calphurniũ & Maniliũ: q legatus. C. Marii fuerat iugurtino bello Feneſtella tradit
Et multi. L. Fufidium illũ quem Scaur⁹ in uita ſua ſcribit In Quintiorũ uero familia aurũ ne fœ
minas qdem habere mos fuerit. Nulloſq; omnino annulos maior pars gentiũ hominumq; ẽt q
ſub imperio noſtro degunt hodie habeat. Non ſignet oriens aut ægyptus ẽt nunc litteris cõ-
tenta ſolis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addendo exquiſiti ful
goris: cenſuq; opimo digytos onerando: ſicut dicemus in gemmarũ uolumine. Mox & effigies
uarias cælando: ut alibi ars: alibi materia eẽt in precio. Alias deinde gemmas uiolari nefas pu-
tauit: ac ne qs ſignandi cã in annulis eẽ intelligeret: ſolidas induit. Quaſdã uero neq; ab ea pte
quæ digyto occultat̃: auro cluſit aurumq; milib⁹ lapillorũ uilius fecit. Cõtra uero multi nullas
admittunt gemmas: auroq; ipſo ſignant: ut Claudii Cæſaris principatu repertũ. Necnon & ſer
uitia iam ferrũ auro cingunt: alia p ſeſe mero auro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipo ĩ
ſamothracia id inſtitutum declarat. Singulis primo digytis gerere mos fuerat: q ſunt minimis
ꝓximi. Sic in Nummæ & Seruii Tullii ſtatuis uidemus. Poſtea pollici ꝓximo induere ẽt deo-
rũ ſimulacris. Dein iuuit & minimo dare Galliæ brithanniæq; in medio dicunt̃ uſæ. Hic nũc
ſolus excipit̃: cæteri omnes onerant̃: atq; ẽt priuatim articuli minoribus aliis. Sunt q tres uni
minimo cõgerant. Alii uero & huic unum tm̃: quo ſignanda ſignent. Condit̃q; ille ut res rara
& ad iniuriæ uſus indigna: uelut e ſacrario promit̃. Et unũ in minimo digyto habuiſſe precio-
ſioris ẽ in recondito ſuppellectilis oſtentatio. Iam alii pondera eorũ oſtentant. Aliis plures q̃
unũ geſtare labor eſt. Alii bratteas inſerunt leuiore materia: & pp caſum gemmarũ totam ſol-
licitu dinem putant. Alii ſub gemmis uenena cludunt: ſicut Demoſthenes ſumm⁹ oratorũ græ-

©BIUM

dæ:annuloſq; mortis gratia habet. Demũq; ut plurimũ opũ ita ſcelera annulis fuit. Quæ fuit
illa priſcoꝝ uita: qualis innocentia in qua nihil ſignabat̃: At nunc quoq; cibi ac potus uindicãt̃
annulo a rapina. Hoc ꝓfecere mancipioꝝ legiones: & in domo turba externa acta. Seruorum
quoq; cã nomenculator adhibendus. Sed aliter apđ antiquos. Singuli marcipores luciferes ue
dñoꝝ gentiles omnẽ uictũ in ꝓmiſcuo habebãt: nec ulla domi cuſtodia a domeſticis op⁹ erat
Nũc rapiendæ comparant̃ epulæ: pariterq; q rapiant eas. Sed & claues quoq; ipſas ſignar̃ nõ
eſt ſatis: grauatis ſomno: aut morientib⁹ annuli detrahũt̃: maiorq; uitæ rõ circa hoc inſtrumẽ
tum eẽ cœpit: incertũ a quo tempore. Videmur tamen poſſe in externis auctoritatem eius rei
intelligere circa Polycratem ſami tyrannũ: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto re/
latus eſt piſce ipſo circiter ducenteſimũ. xxx. annũ urbis noſtræ iterfecto. Celebratiorem qdẽ
uſum cũ fœnore cœpiſſe argumento ẽ conſuetudo uulgi ad ſponſiones etiamnũ annulo exilien
te: ab eo tempore quo nondũ erat arra uelocior: ut plane affirmar̃ poſſim⁹: nũmos añ apđ noſ
cœpiſſe: mox annulos. De nũmis paulopoſt dicet̃. Annuli diſtinxere alteꝝ ordinem a plebe:
ut ſemel cœperant eẽ celebres: ſicut tunica ab annulis ſenatum [illegible] ex hoc ſero: uulgoq;
purpura latiore tunica uſos inuenimus ẽt præcones: ſicut patrem L. Elii Stellionis Præconini
ob id cognominati. Sed annuli plane mediũ ordinem tertiũq; plebi & patrib⁹ inſeruere. Ac q̃d
antea militares eq nomen dederant: hoc nũc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridẽ id factũ. Di
uo Auguſto decurias ordinante: maior pars iudicũ in ferreo annulo fuit. Iiq; nõ eqtes: ſed iudi
ces uocabant̃. Equitiũ nomẽ ſubſiſtebat in turmis equoꝝ publicoꝝ. Iudicũ quoq; nõ niſi quat/
tuor decuriæ fuere primo. Vixq; milia ſingula in decuriis inuenta ſunt: nondũ ꝓuinciis ad hoc
munus admiſſis. Seruatumq; in hodiernũ diẽ eſt: ne qs e nouis ciuibus in iis iudicaret.

De decuriis iudicũ: & quotiens nomina equeſtris ordinis imutata: & donis militarib⁹
& qñ primũ corona aurea Ca. ii.

d Ecuriæ quoq; ipſæ pluribus diſcrete nominib⁹ fuere Tribunoꝝ æris: & Selectoꝝ & iudicũ
Propter hoc etiãnum Nongenti uocabant̃ ex omnib⁹ Selecti ad cuſtodienda ſuffragiorũ
ſcita in comitiis. Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſupba uſurpatione nominũ: cũ ali⁹ ſe Nongẽtũ
ali⁹ Selectũ: alius Tribunũ appellaret. Tyberii demũ principat⁹ nono anno in unitatem uenit
equeſter ordo annuloꝝq; auctoritati forma cõſtituta ẽ. C. Aſinio Pollione. C. Antiſtito Ve/
teres conſ. anno urbis cõditæ. dcc. ſeptuaceſimoquinto. Quod miremur futili pene đ cã: cum
C. Sulpitius Galba iuuenalem famã apđ principem popinaꝝ pœnis aucuparet̃: occupatuſq; in
his eẽt q̃ſtus in ſenatu uulgo inſtitores eius culpæ defendi annulis. Hac đ cã conſtitutũ: ne cui
ius eius eẽt: niſi cui ingenuo ipſi patri auoq; paterno ſeſtertia. cccc. cenſus fuiſſent: & lege iu/
lia theatrali in. xiiii. ordinib⁹ ſedendi. Poſtea gregati inſigne id appeti cœptũ. Propterq; hæc
diſcrimina Caius Princeps decuriã qntam adiecit: tantũq; natum ẽ faſtis: ut quæ ſub Diuo Au/
guſto impleri nõ potuerant decuriæ nõ capiant eũ ordinẽ: paſſimq; ad ornamenta ea ẽt ſerui/
tute liberati tranſiliant: qđ antea nũq; erat factũ: qm̃ in ferreo annulo eqtes iudiceſq; intelli/
gebant̃: adeo ꝑ promiſcuũ id eẽ cœpit: ut apđ Claudiũ Cæſarem in cẽſura eius un⁹ ex eqtibus
Flauius Proclus. cccc. ex ea cã reos poſtularet. Ita dũ ſeparat̃ ordo ab ingenuis: cõmunicatus
eſt cũ ſeruitiis. Iudicũ aũt appellatione ſeparari eũ ordinẽ primi omniũ inſtituere Gracchi di/
ſcordi popularitate in cõtumeliam ſenatus mox ea debellata: auctoritas nominis uario ſeditio/
nũ euentu circa publicanos ſubſtitit: & aliquandiu tertiæ uires publicani fuere. M. Cicero de/
mũ ſtabiliuit equeſtre nomẽ in cõſulatu ſuo ei ſenatũ cõcilians: ex eo ſe ordine prouectũ eẽ ce
lebrans: & eius uires peculiari popularitate quærẽs. Ab illo tẽpor̃ plane hoc tertiũ corp⁹ ĩ re
publica factũ eſt. Cœpitq; adiici ſenatui populoq; Ro. equeſter ordo. Qua de cã & nunc poſt
populũ ſcribit̃: qa nouiſſime cœptus ẽ adiici. Quin ẽt ipm̃ eqtum nomen ſæpe uariatum ẽ: in
iis quoq; q ad equitatũ trahebant̃. Celeres ſub Romulo regibuſq; appellati ſũt. Deinde flexu/
mines. Poſtea troſſuli: cũ oppidum in thuſcis citra uolſinios hoc nomi nepaſſuum. ix. milia ſi/
ne ullo adiumento peditũ cœpiſſent. Eius uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchum: Iuni⁹ cer/
te q ab amicitia eius Gracchanus appellatus ẽ ſcriptũ reliqt iis uerbis. Quod ad equeſtrẽ ordi
nem ptinet antea troſſulos uocabãt: nunc eqtes uocant. Ideoq; qa nõ intelligunt troſſulus no
mẽ qđ ualeat: multos pudet eo nomine appellari: & cãm quæ ſupra dicta ẽ: exponit. Inuitoſq;
etiãnũ tñ troſſulos uocari. Sunt adghuc aliquæ nõ omittendæ in auro differentiæ. Auxiliares
qppe externos torquibus aureis donauere: at ciuices nõ niſi argenteis. Præterq; armillas ciui
bus dedere: quas nõ habent externi. Iidem qđ magis miremur coronas ex auro dedere ciuib⁹.
Quis primus donatus ſit ea nõ inueni. Sed qs primũ donauerit a. L. Piſone tradit̃. A. Poſtu/
mius dictator apud lacũ regillũ caſtris latinoꝝ expugnatis ei cuius maxime opera capta eſſent:
hãc coronã ex præda dedit. Item. L. Lentulus cõſul Seruilio Cornelio merende ſamnitũ oppi
do capto. Sed quinq; libraꝝ corona Piſo frugi filiũ ex priuata pecunia donauit: eamq; coronã
teſtamento reipublicæ legauit.



Historiae naturalis - page 462 sur 530

©BIUM

De reliquo uſu auri in uiris & mulieribus: & de nūmo aureo: & qñ primū ſignatū ē æs ar/
gentū & auꝝ: & añ q̃ ſignaret̃ q mos ĩ ære: & quæ maxĩa pecunia primo ceſu: & quotiēs
& quib⁹ tēporibus auctoritas auri Cap.iii.

DEoꝝ uero honori in ſacris nihil aliud excogitatū eſt: q̃ ut auratis cornib⁹ hoſtiæ maioris
dūtaxat immolarent̃. Sed in militia quoq; in tm̃ adoleuit hæc luxuria: ut. M. Bruti in phi
lippicis cāpis epiſtolæ reperiant̃ frementes fibulas tribunicias ex auro geri. At Hercules idē
tu Brute mulieꝝ pedib⁹ auꝝ geſtari tacuiſti. Cuius ſceleris nos coarguimus illū primuꝫ: q auro
dignitatē ꝑ annulos fecit: ut habeant in lacertis iam qdem & uiri quod e dardanis uenit: itaq; &
dardaniū uocabat̃. Viriolæ celticæ dicunt̃. Viriles celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis
digytiſq; totis collo auribus. Per has diſcurrant catenæ circa latera: & inſerta margaritaꝝ pen
derae collo dñaꝝ auro pēdeant: ut in ſomno quoq; unionū cōſcientia adſit. Etiānuꝫ pedibus in
duit̃: atq; inter ſtolam plebemq; hunc mediū fœminaꝝ equeſtrē ordineꝫ facit. Honeſtius uiri
pedagogis id dam⁹: balneaſq; diues pueroꝝ forma cōuertit. Iam uero ēt Harpocratē ſtatuaſq;
ægyptioꝝ numinū in digytis uiri quoq; portare incipiunt. Fuit & alia Claudii principatu diffe
rentia inſolens iis qbus admiſſionem liberti eius dediſſent: imaginē principis in annulo ex au/
ro gerendi: magna criminū occaſione. Quæ omnia ſalutaris exortus Veſpaſiani principis abo/
leuit: æqualiter publicando principē. De annulis aureis eoꝝq; uſu hacten⁹ dictū ſit. Proximuꝫ
ſcelus fecit: q primus ex auro denariū ſignauit: quod & ipm̃ latet auctore incerto. Populus ro/
manus ne qdem argento ſignato ante Pyrrhum regem deuictū uſus ē. Libralis unde ēt nunc li
bella dicit̃: & diſpondius appēdebat̃ aſſis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expenſa in
orationibus dicunt̃. Item intendia & pondera. Quin & militū ſtipendioꝝ: hoc eſt ſtipis ponde
randæ penſatores libripendes dicunt̃. Qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancupi ſc̃:
etiam nunc libra interponit̃. Seruius rex primus ſignauit æs. Antea rudi uſos romæ. Timeus
tradit. Signatū eſt nota pecudū: unde & pecunia appellata. Maximus cenſus. c. x. milia aſſium
fuit illo rege. Et ideo hæc prima claſſis. Argentum ſignatum eſt anno urbis qngenteſimoocto
geſimoquinto. Q. Fabio conſule quinq; annis ante primū bellū punicum. Et placuit denarius
ꝓ decē libris æris: quinarius ꝓ quinq; ſeſtertium ꝓ dipōdio ac ſemiſſe. Libræ aūt pond⁹ æris
imunitum bello punico primo cū impenſis reſpublica nō ſufficeret. Conſtitutūq; ut aſſes ſextā/
tario pondere ferirent̃. Ita qnta parte facta lucri diſſolutū æs alienū. Nota æris fuit ex altera
ꝑte Ianus geminus: ex altera roſtꝝ nauis. In triente uero & quadrante æs quadrans antea triū/
cis uocatus a trib⁹unciis. Poſtea Hannibale urgente. Q. Fabio Maximo dictatorꝫ aſſes uncia/
les facti. Placuitq; denariū. xvi. aſſibus ꝑmutari: quinariū octonis: ſeſtertiū quaternis. Ita reſ/
pub. dimidiū lucrata eſt. In militari tm̃ ſtipendio ſemꝑ denarius ꝓ decem aſſibus datus. Nota
argēti fuere bigæ: atq; quadrigæ: & inde bigati quadrigatiq; dicti. Mox lege papyriana ſemū/
tiales aſſes facti. Liuius Druſus in tribunatu plebis: octauā ꝑtē æris argento miſcuit. Qui nūc
uictoriatus appellat̃: lege clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nūmus ex illyrico aduect⁹ mer
cis loco habebat̃. Eſt aūt ſignatus uictoria: & inde nomē. Aureus numm⁹ poſt annū. lxii. per/
cuſſus ē q̃ argente⁹: ita ut ſcrupulū ualeret ſeſtertiis uicenis: qđ efficit ĩ libras rōne ſeſtertii: q
tūc erāt ſeſtertios nōgētos. Poſt hæc placuit. xl. milia ſignari ex auri libris: paulatiq; pricipeſ
imminuere pōdus: minutiſſimus uero ad. xlv. milia. Sed a nummo prima ē origo auaritiæ ex/
cogitata fœnore quæſtuoſa ſegnitia. Hæ paulatim exarſit rabie quadam nō iā auaritia: ſed fa
mes auri: utpote cuꝫ Sepeius Claudius. C. Gracchi familiaris auro repenſum caput eius exciſū
ad Opimiū tulerit: plūboq; in os addito paricidio ſuo rempu. etiā circūſcripſerit. Nec iam q/
ritium aliquo: ſed uniuerſo nomine Romano infami rex Mithridates Aquilio duci capto aurū
in os infundit. Hæc parit habendi cupido. Pudet intuentem tm̃ oīa iſta quæ ſubinde noua græ
co ſermone excogitant̃ expreſſo argenteis uaſis auro aut incluſo: qbus deliciis uenerint tam au
rea q̃ aurata: cū ſciamus interdixiſſe caſtris ſuis Spartacū ne qs auꝝ haberet: aut argentū. Tā/
to fuit plus animi fugitiuis nr̃is. Meſſala orator ꝓdid r Antoniū triumuiꝝ aureis uſum uaſis in
omnib⁹ obſcenis deſideriis: pudendo ēt crimine Cleopatræ. Sūmæ apud exteros licentiæ fue
rat poculo aureo puluīo ſubdito Philippū regem dormire ſolitū. Agomēcelum Alexandri Ma
gni præfectū aureis clauis ſuffigere crepidas. Antonius Sopus in cōtumeliam naturæ uilitateꝫ
auro fecit op⁹ ꝓſcriptione dignū. Sed præter alia æqdem miror Populū Ro. uictis gentib⁹ in
tributo ſemꝑ argentū imperaſſe: nō auꝝ ſicut carthagini cū Hānibale uictæ argenti pōdo an/
nua in qnquaginta annos nihil auri. Nec pōt uideri penuria mūdi id ueniſſe. Nam Mida: ſed &
Crœſus: infinitū poſſederant. Iam Cyrus deuicta aſia pondo. xxxiiii. milia inuenerat: præter
uaſa aurea auꝝq; factū: & in eo folia ac platanū uitemq;. Qua uictoria argenti qngenta milia ta
lentoꝝ reportauit: & craterē Semiramidis: cuius pōdus. xv. talentoꝝ colligebat. Talentū aūt
ægyptium pondo. lxxx. patere Varro tradit. Iam regnauerat in colchis Salauces & Eſubopes
q terrā uirginē nactus plurimū argenti auriq; eruiſſe, dicit̃ in ſuanoꝝ gente: & alioqn uellerib⁹

aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ: & argẽteæ trabes narrãt: & colũnæ atqꝫ pa
rastate: uicto Solostre ægypti rege tã supbo: ut ꝓdat ãnis quibusqꝫ forte reges singulos e su/
biectis iungere ad currũ solitus sicqꝫ triũphare. Et nos fecimꝰ quæ posteri fabulosa arbitrent
Cæsar q postea dictator fuit primꝰ in ædilitate munere patris funebri õi apparatu harenæ ar
genteo usus ẽ: ferasqꝫ argẽteis uasis incessere tũ primũ uisum. Mox qd ẽt ĩ municipiis emulãt
C. Antonius ludos scœna argẽtea fecit. Itẽ. L. Murena: & Caius princeps in cyrco pecma du
xit. In quo fuere argenti pondo. c. xxiiii. Claudius successor eius: cũ d britannia triũpharet: in
ter coronas aureas unã. vii. põdo habuit: quã contulisset hispania citerior: alteram. ix. quã gal
lia comata sicut titulꝰ ĩdicauit. Huiꝰ deĩde successor Nero Põpeii theatꝝ operui auro ĩ unũ diẽ
quo Tyridati regi armeniæ ostenderat. Et quota ps ea apparatus fuit aureæ domꝰ ambientis
urbẽ: Auri in ærario Populi Ro. fuere Sex. Iulio. L. Aurelio cons. septẽ ãnis ante bellũ puni
cũ tertiũ pondo. dcc. xxvi. argenti nonagintaduo milia & extra numeꝝ. ccc. &. lxxv. milia. Itẽ
Sex. Iulio. L. Martio cons. hoc ẽ belli socialis initio: octingenta. xlvi. auri pondo. Cæsar prio
introitu urbis in ciuili bello suo ex ærario ꝓtulit lateꝝ aureoꝝ. xxvi. milia: & numero pondo
ccc. Nec fuit aliis tẽporibus respu. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perseo rege mace/
donico deuicto prædã pondo triũ miliũ: a quo tẽpore Populus Ro. tributũ pẽdere desiit. La
quearia quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur: post Carthaginem euersam primo in/
aurata sũt in capitolio censura. L. Mũmii. Inde transiere in cameras. In parietes quoqꝫ: q iam &
ipi tanqꝫ uasa inaurant: cũ sua ætas uaria d Catulo existimauerit: qꝫ tegulas æreas capitolii in/
aurasset primꝰ. Inuentores auri sicut metalloꝝ fere omniũ: septimo uolumine diximꝰ præcipuã
gratiã huic materie fuisse arbitror: nõ colore q in argento clarior ẽ: magisqꝫ diei similis: & ido
militaribꝰ signis familiarior: qm is longius fulget: manifesto errore eoꝝ q colorẽ syderum pla
cuisse in auro arbitrant: cũ in gemmis aliisqꝫ rebus nõ sit præcipuus. Nec pondere aut facilita/
te materiæ prælatuꝫ est: cæteris metallis: cũ cedat ꝑ utrunqꝫ plũbo. Sed qa reꝝ uni nihil igne
deperit: tota ẽt in incendiis rogisqꝫ durante materia. Quinimmo quo sæpius arsit: ꝑficit ad bo
nitatẽ. Auriqꝫ experimento ignis ẽ: ut simili colore rubeatqꝫ ignis. At ipsum obrizum uocant
Primũ aũt bonitatis argumentũ ẽ qꝫ difficillime accendi. Preterea miꝝ prunæ uiolentissimæ li
gni indomitum palea citissime ardescere: atqꝫ ut purget: cũ plumbo coq. Altera cã precii maiõ
qꝫ minimũ usus deterit: cũ argento ære plũbo lineæ durãt: manusqꝫ sordescãt decidua materia
Nec aliud laxiꝰ dilatat: aut numerosiꝰ diuidit: utpote cuiꝰ unciæ ĩ septuagenas & qnquagenas
pluresqꝫ bratteas quaternũ utreqꝫ digytoꝝ spargãt. Crassissimæ ex iis præstinæ uocãt: etiãnũ
retinẽtes nomẽ fortunæ ĩaurato ibi fidelissime simulacro. Proxima brattea quæstoria appella
tur. Hispania strigiles uocat auri puulas massas: qd sup omnia solũ in massa auramento capitur
Cũ cætera in metallis reperta igni perficiant hoc statim auꝝ ẽ: consummatãqꝫ materiã ꝓtinus
habet cũ ita inuenit. Hæc enim inuentio ius naturalis ẽ. Alia quã dicemus coacta. Sup cæte/
ra nõ rubigo ulla. nõ erugo: nõ aliud ex ipso qd cõsumat bonitatẽ: mininuat ue pondus. Iã cõ/
tra salis & aceti succos domitores reꝝ cõstantia supqꝫ omnia net: ac texit lanæ modo: & sĩn la
na. Tunica aurea triumphasse Tarquiniũ Priscum Verrius tradit. Nos uidimꝰ Agrippinã Clau
dii principis edente eo naualis prœlii spectaculũ assidentem ei: indutã paludamẽto: auro tex/
tili sine alia materie. Attalicis uero iampridem intexit inuento regũ asiæ. Marmori & iis quæ
candefieri nõ possunt oui candido illinit: ligno glutini rõne cõposita: leucoporen uocant. Quid
sit hoc: aut quemadmodũ fiat: suo loco docebimꝰ. Aes inaurari argẽto uiuo: aut certe hydrar/
gyro legitimũ erat: de qbus ut dicemus illoꝝ naturã reddentes: excogitata fraus ẽ. Namqꝫ æs
cruciat in primis accensumqꝫ restinguit sale aceto alumine. Postea exarenat: an satis recoctum
sit: splendore deprehendente: iterumqꝫ exhalat igni: ut possit edomitũ mixtis pumice alumine
argento uiuo inductas accipere bratteas. Alumen in purgando uim hꝫ: tale ẽ qualẽ eẽ diximꝰ
plũbo. ¶ Rõ naturalꝭ iueniẽdi auri: & qñ primũ aurea statua: & mediciæ ex auro Ca. iiii.

AVrum inuenit in nostro orbe: & omittamus ĩdicum: atqꝫ a formicis: aut gryphibus apd scy
thas erutum. Adud nos tribus modis fluminum ramentis: ut in tago hispaniæ: pado italiæ
hebro thraciæ: pactolo asiæ: gange indiæ. Nec ullũ absolutius auꝝ est: ut cursu ipso trituque
ꝑpolitum. Alio modo puteoꝝ scrobibus effodit: aut in ruina montiũ. Quare utraqꝫ rõ dicet.
Auꝝ qui quærunt: ante omnia segullũ tollunt: ita uocat indicium: alueus ubi id ẽ: arenæqꝫ la/
uant: atqꝫ ex eo quod resedit: coniectura capit: ut inueniat aliquando in summa tellure proti/
nus rara fœlicitate: ut nup in dalmatia principatu. Neronis singulis diebꝰ etiam quinquagenas
libras fundens cũ iam inuentum est in summo cespite. Alutationem uocant si & auro ea tellus
subest. Cæterum montes hispaniæ aridi sterilesqꝫ: & in qbus nihil aliud gignat: huic bono co/
gunt fertiles esse. Quod puteis fodit: canalitium uocant: alii canaliense marmoris gloriæ in/
hærens: non illo modo quo in oriente sapphyro atqꝫ thebaico aliisqꝫ in gemmis scintillat. Sed
micas amplexum marmoris hi uenaꝝ canales per marmor uagant & latera puteorũ & huc illuc

©BIUM

inde nomine inuento: tellusq; ligneis columnis ſuſpendit̃. Quod effoſſum eſt tundit̃. lauatur: uritur: mollitur in farinam. Nã qđ in pilis cudunt apilaſcudem uocant argentũ quod exit a for/ nace: ſudoremq; qui camino iactatur. Spurcitia in omni metallo uocatur ſcoria. Hæc in auro co quitur iterꝝ & tũditur. Catini fiunt ex taſconio. Hæc ẽ terra alba ſimilis argillæ. Neq; enĩ alia afflatum ignemq; & ardentem materiam tolerat. Tertia rõ opera uicerit gigantum. Cuniculis per magna ſpatia actis cauantur montes ad lucernaꝝ lumina. Eadem menſura uigiliaꝝ ẽ: mul/ tiſq; menſibus nõ cernitur dies. Arrugius id genus uocant: ſiduntq; rimæ ſubito: & opprimũt operarios: ut iam minus temerariũ uideat̃ e ꝓfundo maris petere margaritas: tãto nocẽtiores fecimus terras. Relinquũt̃ ita ꝗ fornices crebri mõtibus ſuſtinẽdis. Occurſant in utroq; gene/ re ſilices. Hos igni & aceto rũpunt. Sepius uero: qm̃ in cuniculis uapor & fumus ſtrãgulat: cæ dunt fracturis. c l. libras ferri terram agentibꝰ. Egeruntq; humeris noctibꝰ ac diebus per tene bras ꝓximis tradentes: lucem nouiſſimi cernũt. Si longior uidet̃ ſilex: latus ſeqt̃. Foſſam am/ bit qete. Tamen in ſilice facilior exiſtimat̃ opera. Eſt nãq; terra ex quodã argillæ genere gla reæ mixta: cãdidam uocant: ꝓpe inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediũt̃: & iiſdem mal leis: nihilq; durius putãt: niſi ꝙ inter omnia auri fames duriſſima ẽ. Peracto oper̃ ceruices for nicum ab ultimo cædunt: dantq; ſignum rima. Eamq; ſolus intelligit in cacumine montis eius puigil. Hic uoce ictu ue repente reuocari operarios iubet: pariterq; ipſe deuolat. Mons frac/ tus cadit a ſeſe longo fragore: q cõcipi humana mente nõ poſſit: & flatu incredibili. Spectãt ui ctores ruinam naturæ. Nec tñ adhuc auꝝ eſt. Nec ſciere eẽ cũ fodere. Tantaq; ad picula euin cendi fuit ſatis cauſæ ſperare qđ cuperent. Alius par ẽ labor uel hoc maioris impendii flumia ad lauandam hãc ruinam iugis montium duxere obiter a cẽteſimo pleꝝq; lapide. Corrugos uo cant a corriuatione credo: nimiꝝ & hoc labor eſt. Præcepiſſe libramento oportet ut fruaris qñ influat: itaq; altiſſimis partibus ducit̃. Conuallis & interualla ſubſtructis canalibus iungũt̃. Ali bi rupes inuiæ cædunt̃: ſedemq; trabibꝰ cauatis præbere cogũt̃. Is q cædit: funibus pẽdet: ut ꝓcul intuentibꝰ ſpeties nefaria qdem: ſed alitum fiat. Pendentes maiore ex pte librant: & line/ as itineri præfigunt. Ita ꝗ inſiſtentis ueſtigiis hominis locus nõ eſt. Manes trahunt̃ ad homies ut uitiũ importent. Id genus terræ urion uocãt. Ergo p ſilices calculos ue ducũt̃: & uriũ euitãt Ad capita deiectus in ſuperciliis montiũ piſcinæ cauãt̃: ducenos pedes in quaſq; ptes: & in alti tudinem denos. Emiſſaria in iis qna pedũ quadratoꝝ ternum fere linquunt̃: & repleto ſtagno excuſſis obturamentis erũpit torrens tãta ui: ut ſaxa prouoluat. Alius etiamnũ in plano labor Foſſæ in quas ꝓfluat cauant̃: agangas uocãt: eæ ſternũt̃ gradatim. Frutex ẽ ulex roris marini ſimilis aſper auꝝq; retinens. Latera cludũt̃ tabulis: ac p prærupta ſuſpendũt̃: canali ita ꝓfluen te de terra in mare. His de cauſis iam ꝓmouit hiſpania in priore genere: quæ exhauriũt̃ immẽ ſo labore ne occupent puteos in hoc rigãt̃. Auꝝ arrugia quæſitũ nõ coqt̃: ſed ſtatim ſuũ ẽ. In ueniũt̃ ita maſſæ: Necnõ in puteis ẽt denas excedẽtes libras. Palacas hiſpani: alii palacranas: idem qđ minutũ eſt: balucẽ uocant. Vlex ſiccatus urit̃: & cinis eius lauat̃ ſuſtrato ceſpite her/ boſo ut ſidat auꝝ. Vicena milia põdo ad hũc modũ ãnis ſingulis aſturiam atq; galletiam & luſi/ taniã præſtare qdam tradiderũt: ita ut plurimũ aſturia gignat. Neq; in alia pte terraꝝ tot ſecu lis hæc fertilitas. Italiæ parcitũ eſt uetere interdicto patrũ: ut diximus: alioqn nulla fœcundiõ metalloꝝ quoq; erat tellus. Extat lex cẽſoria uictimiliaꝝ aurifodinæ: qua ĩ uercellenſi agro ca uebat̃: ne plus quinq; hominũ in opere publicani haberẽt. Auꝝ faciendi eſt etiamnũ una ratio ex auripigmento: qđ in ſyria fodit̃ pictoribꝰ in ſumma tellure auri colore: ſed fragili lapidum ſpecularium modo. Inuitaueratq; ſpes Caiũ principem auidiſſimũ auri: q̃ꝗ ob rem iuſſit excoq ma gnũ põdus: & plane fecit auꝝ excellẽs: ſed ita pui põderis ut detrimentũ ſentiret illud propter auaritiam expertꝰ: q̃ꝗ auripigmẽti libre. xiiii. permutarẽt̃: nec poſtea tentatum ab ullo eſt. Omni auro ineſt argentũ uario põdere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua pte. In uno tm̃ gal/ liæ metellæ loco: qđ uocant albicrarenſe. xxxvi. portio inuenitur: ideo cæteris præeſt. Vbi/ cũq; qnta argenti portio eſt: electꝝ uocatur. Scrobes eæ reperiũtur in canaliẽſi. Fit & cura ele ctrũ argẽto addito. Quod ſi qntam portionem exceſſit: incudibꝰ nõ reſiſtit. Eſt electro aucto/ ritas Homero teſte q Menelai regiam auro: electro: argento: ebore fulgere tradit. Mineruæ templũ habet lindos inſula rhodioꝝ: in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Adiicit hiſto/ riã mãmæ ſuæ mẽſura. Electri natura ẽ ad lucernaꝝ lumina clariꝰ argento ſplendere. Quod ẽ natiuũ & uenena deprehẽdit. Nãq; diſcurrunt in calicibꝰ arquus cæleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore: & gemina ratione prædicũt. Aurea ſtatua prima omniũ nulla inanitate: & ante q̃ꝗ ex ære aliqua illo modo fieret: quã uocãt holoſphyratõ in tẽplo Anaetidis poſita dicitur. Quod in ſitu terraꝝ nomen hoc ſignificauimꝰ: numine gentibꝰ illis ſacratiſſimo. Direpta eſt Antonii parthicis rebus. Scitũq; narratur dictũ uniꝰ ueteranoꝝ bononiæ hoſpitali diui Auguſti cœna cũ interrogaretur: eſſet ne ueꝝ: eũ q primus uiolaſſet hoc numẽ: oculis membriſq; captu expi/ raſſe: reſpondit enim tũ maxime Auguſtũ de cruore eius cœnare: ſeq; illũ eſſe: totũq; ſibi cẽ/

ſum ex ea rapina eſſe. Hominũ primꝰ & auream ſtatuam & ſolidã Gorgias Leontinus delphis
in templo ſibi poſuit. lxx. circiter olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus.
Auꝝ pluribꝰ modis pollet in remediis. Vulneratiſqꝫ & infantibꝰ applicatur: ut minꝰ noceant:
quæ inferãtur ueneficia. Eſt & ipſi ſuperlato uis malefica gallinaꝝ quoqꝫ & pecoꝝ fœturis. Re
mediũ eſt abluere illatũ & ſpargere eos qbus mederi uelis. Torretur & cũ ſalis grũmo põderẽ
triplici miſſo: & rurſum cũ duabus ſalis portionibus & una lapidis quem ſchiſton uocãt: ita uirꝰ
tradit rebus una crematis in fictili uaſe ipm puꝝ & incorruptũ. Reliquus cinis ſeruatus in ficti
li & ex aqua illitus: lichenas in facie ſanat. Lomẽto id conuenit ablui. Fiſtulas ẽt ſanat: & quæ
uocãtur hemorrhoides. Quod ſi trito ſpuma adiiciatur putria ulcera & tetri odoris emendat.
Ex melle uero decoctũ cum melanthio & illitũ umblico leuiter ſoluit aluũ. Verrucas curari eo
M. Varro ẽ auctor.

De chryſocolla & medicinæ ex chryſocolla. vi. & mirabilia naturæ d
glutinãdis inter ſe perficiendiſque metallis Cap. v.

CHryſocolla humor ẽ in puteis quos diximus: per uenã auri defluens craſſeſcente limo rigo
ribus hybernis uſqꝫ in duriciã pumicis. Laudatiorem eandem in æraris metallis: & proxi
mã in argentariis fieri compertũ eſt. Inuenitur & in plũbariis uilior ẽt auraria. In omnibus aũt
iis metallis fit & cura multũ infra naturalem illã: immiſſis in uenã aqs leuiter hyeme tota uſqꝫ
in iuniũ menſem. Dein ſiccatis in iunio & iulio ut plane intelligatur nihil aliud chryſocolla ꝙ
uena putris. Natiua duritia maxime diſtat: uuã uocãt. Et tamen illa quoqꝫ hærba: quã luteam
appellant: tinguiẽ. Natura ẽ quæ lino lanæ ue ad ſuccum bibẽdũ. Tunditur in pila: deinde te
nui cribro ſecernitur: poſtea molitur: ac deinde tenuius ſic cribratur. Quicquid nõ tranſmeat:
reperitur in pila: dein moliẽ. Puluis ſemper in catinos d geriẽ: & ex aceto maceratur: ut omnis
duricia ſoluaẽ. Ac rurſus tũditur: dein lauatur in cõchis: ſiccaturqꝫ. Tũc tingiẽ alumie ſchiſto:
& herba ſupradicta pingiẽqꝫ añ ꝙ pingat. Refert ꝙ bibula dociliſqꝫ ſit. Nã niſi rapuit colorẽ
addũtur & ſcytanũ atqꝫ turbyſtũ: ita uocãt medicamẽta ſorbere cogentia. Cũ tinxere pictores
tureſſobitin uocãt. Euiſqꝫ duo genera faciũt. Elutã quæ ſeruaẽ in lomenta. Et liquidaꝫ globu
lis fudore reſolutis. Hæc utraqꝫ genera in cypro fiũt. Laudatiſſima in armenia. Secunda in ma
cedonia. Largiſſima in hiſpania. Summa commẽdationis eſt: ut colorem hærbæ ſegetis lætæ
uirentis ꝙſimillime reddat. Viſum ꝗ eſt iã Neronis pricipis ſpectaculis harenã cyrci chryſo
colla ſterni: cũ ipſe concolori pãno aurigaturus eſſet: inducta opificũ turba. Tribus eã gene
ribus diſtinguunt. Aſperã quæ taxatur in libras. vii. Mediã quæ denariis qnis. Attritã quaꝫ
& hærbaceam uocãt: quæ. xiii. Sublinũt aũt harenoſam: prius ꝙ inducãt atramẽto & pareto
nio. Hæc ſunt tenacia eius in colore blanda. Paretoniũ qm̃ eſt natura pinguiſſimũ: & ꝓpter le
uorem tenaciſſimũ atramẽto aſpergitur: ne paretoni cãdor pallorem chryſocollæ afferat. Lu
team putãt a lutea hærba dictã: quã ipſam cæruleo ſubtritã chryſocolla inducunt uiliſſimo ge
nere atqꝫ fallaciſſimo. Vſus chryſocollæ & in medicina ẽ ad purganda uulnera cũ cæra & oleo.
Eadem per ſe arida ſiccat: & cõtrahit. Datur & in angina ortopnoea ue miſcenda cũ melle. Cõci
tãt uomitiones: miſceẽ & collyriis ad cicatrices oculoꝝ: ac uiridibꝰ emplaſtris. Ad dolores mi
tigãdos: & cicatrices trahẽdas. Hanc chryſocollam medici aceſin appellãt: quæ nõ eſt orobi
tis. Chryſocollam & aurifices ſibi uẽdicant agglutinãdo auro: & inde oẽs appellatam ſimiliter
utẽtes dicunt. Temperaẽ aũt ea cypria erugine: & pueri impubis urina: addito nitro. Teriẽ cy
pro ære in cypriis mortariis: ſanternam uocãt noſtri. Ita ferruminaẽ auꝝ qd argẽtoſum uocãt.
Signũqꝫ ẽ ſi addita ſanterna niteſcit. E diuerſo eroſum cõtrahit ſe: hebetaẽqꝫ: & difficulter fer
ruminaẽ auꝝ. Ad id glutinũ fit auro & ſpuma argenti ad ſupradicta additis: unaqꝫ cõtritis. Con
texi par ẽ reliqua circa hoc: ut uniuerſa naturæ cõtingat ammiratio. Auri glutinũ eſt tale. Ar
gilla ferro. Cadmia æris maſſis. Alumẽ lamis. Reſina plũbo & marmori. Sed plumbũ nigrum
albo iungiẽ. Ipſumqꝫ albũ ſibi oleo. Item ſtagnum æramentis ſtagno argentuꝫ. Pineis optime
lignis æs ferrũqꝫ fundiẽ. Sed & ægyptia papyro paleis auꝝ. Calx aqua accendiẽ: & trachinius
lapis. Idem ꝗ oleo reſtinguiẽ. Ignis aũt aceto maxime & uiſco & ouo. Terra minie flagrat. Car
boni maior uis exuſta. Iterumqꝫ flagranti.

De argento & argento uiuo: & ſtibia ſiue alabaſtro: & ſcoria argenti: & de ſpuma
argenti Capitulum: vi.

AB his argẽti metalla dicãẽ: quæ ſequẽs inſania ẽ. Nõ niſi in puteis reperiẽ: nullaqꝫ ſui ſpe
naſciẽ: nullis ut in auro lucentibꝰ ſcintillis. Terra ẽ alia ruffa: alia cineracea. Excoq nõ põt
niſi cũ plumbo nigro: aut cũ uena plũbi. Galenam uocãt: quæ iuxta argẽti uenas pleꝝqꝫ repe
riẽ. Et eodem opere ignũ deſcendit ps in plumbũ: argẽtum aũt ſupne innatat: ut oleuꝫ aquis.
Reperiẽ in omnibꝰ pene ꝓuinciis: ſed in hiſpania pulcherrimũ. Id quoqꝫ in ſterili ſolo atqꝫ ẽt ĩ
montibꝰ. Et ubicũqꝫ una inuenta uena ẽ: nõ ꝓcul inueniẽ alia. Hoc qdem & in omni fere mate
ria: unde metalla græci uidẽẽ dixiſſe. Miꝝ adhuc p hiſpanias ab Hannibale inchoatos puteos
durare ſua ab inuentoribꝰ nomina habẽtes. Ex quis bebelo appellaẽ: hodieqꝫ qui. ccc. pondo

aa 4

©BIUM

ne. Ramiſes ãt is quo regnante Ilium captũ ẽ: quadraginta cubitoꝝ. Idemq; digreſſus inde: ubi
fuit Mneuidis regia poſuit aliũ lõgitudine undecentenis pedib⁹: ꝑ latera cubitis quattuor.

De obeliſco & thebaico & alexandrino: & d illo q ẽ in cyrco magno Cap. ix.

OPus id feciſſe dicũt uiginti milia homiũ. Ipſe rex cũ ſubrecturus eẽt: uereretũq; ne machinæ
põderi ñ ſufficerẽt: quo mai⁹ piculũ curæ artificũ dnuntiaret filiũ ſuũ adalligauit cacumini:
ut ſalus eius apd molientes ꝓdeſſet lapidi. Hac ammiratione opis effectũ ẽ: ut cũ oppidũ id ex
pugnaret Cambyſes rex: uẽtumq; eẽt incendio ad crepidines obeliſci: extingui ignem iuberet
molis ĩuerentia q urbis nulla habuerat. Sũt & alii duo. Vnus a Myrne poſitus: alter a Phio ſiñ
notis quadragintaocto cubitoꝝ. Alexandriæ ſtatuit unũ octoginta cubitoꝝ Ptolemæus phila/
delph⁹: quẽ exciderat Nectabis rex puꝝ. Maiusq; op⁹ fuit in duehendo ſtatuendo ue multo q̃
in excidendo. A Satyro Architecto aliq duectũ tradũt. Rate ut Callixen⁹ dixit a phœnice foſſa
ꝑducta uſq; adiacẽtẽ obeliſcũ e nilo. Nauesq; duas in latitudinẽ patulas: pedalib⁹ ſpatiis ex eo/
dẽ lapide ad rõnẽ geminati ꝑ duplicẽ mẽſurã põderis oneratas ita ut ſubiiſſent obeliſcũ pẽdentẽ
extremitatib⁹ ſuis ĩ ripis utrinq;: poſtea egeſtis laterculis alleuata naue excepiſſe onus ſtatutũ.
Exciſos ãt ſex talis ĩ mõte eodẽ artificũ donatũ talẽtis qnquaginta. Hic ãt obeliſc⁹ fuit ĩ arſinoe
poſitus a rege ſupradicto: mun⁹ amoris in coniuge: eadẽq; ſorore Arſ noe. Inde eum naualibus
incommodũ Maxim⁹ qdam præfectus ægypti tranſtulit in foꝝ reciſo cacumine dũ uult faſtigiũ
addere auratũ: qd⁹ poſtea amiſit. Et alii duo ſunt alexandriæ ad portũ in Cæſaris templo: quos
excidit Meſphees rex quadragenũ binũ cubitoꝝ. Sup oĩa acceſſit difficultas mari romã duehẽdi
ſpectatis admodũ nauib⁹. Diuus Auguſtus priorẽ aduexerat miraculi gratia: puteoliſq; naualiv
bus ꝑpetuis dicauerat. Sꝫ incendio conſumptus ẽ. Diuus Claudius aliquot ꝑ annos aſſeruatũ eũ
quẽ Caius Cæſar importauerat: omnib⁹ quæ nũq; in mari uiſa ſunt: mirabiliorẽ turribus puteo
lis ex puluere exhædificatis ꝑductum oſtiã portus gratia merſit. Alia ex hoc cura nauiũ quæ ty
beri ſubuehebant: Quo expimento palam fuit: nõ min⁹ aquaꝝ huic amni eẽ q̃ nilo. Is ãt obeli/
ſcus quẽ Diuus Auguſtus in cyrco magno cõſtituit: exciſus a rege Semneſerteo: quo regnante
Pythagoras in ægypto fuit: cẽtum uigintiquinq; pedũ eſt: & dodrantis: præter baſin eiuſdẽ la/
pidis. Is uero q ẽ in cãpo martio nouẽ pedũ minor ẽ a Seſotide. Inſcriptã ambo reꝝ naturæ in/
terpretationẽ ægyptioꝝ opeꝝ & philoſophiæ cõtinẽt.

De illo qui eſt in campo martio ꝓ gnomone Cap. x.

SI qui eſt in campo Diuus Auguſtus addidit mirabilem uſum ad deprehendendas ſolis um/
bras dieꝝq; ac noctiũ magnitudines: ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinẽ: cui par fieret um
braꝝ romæ confecto die ſexta hora paulatimq; ꝑ regulas quæ ſunt ex ære incluſæ ſingulis die/
bus dcreſceret: ac rurſus augeſceret. Digna cognitu res & ingenio fœcundo. Manlius mathema
ticus apici auratã pilam addidit: cuius uertice umbra colligeret in ſemetipſam alia atq; alia incre
mẽta iaculantẽ apice: rõne ut ferũt: a capite hominis intellecta. Hæc dieꝝ obſeruatio triginta
iam fere annis nõ congruit: ſiue ſolis ipſius diſſono curſu & cæli aliqua rõne mutato: ſiue uniuer/
ſa tellure aliqd a cẽtro ſuo dimota: ut dprehendi & in aliis locis accipio: ſiue urbis tremorib⁹ hii
tm̃ gnomone intorto: ſiue inundationib⁹ tyberis ſedimẽto molis facto: q̃q̃ ad altitudinẽ impo
ſitæ rei in terram quoq; dicant iacta fundamenta.

De tertio obeliſco romæ in uaticano Capitulum. xi.

TErtius eſt in uaticano Caii & Neronis principũ cyrco: ex omnib⁹ unus omnino fract⁹ in mo/
litione eius: quẽ fecerat Seſotidis filius Nuncoreus. Eiuſdẽ remanet & alius cẽtum cubitoꝝ
quẽ poſt cæcitatẽ uiſu reddito ex oraculo ſoli ſacrauit.

De pyramidibus ægyptiis & ſphinge Capitulum. xii.

DIcant obiter & pyramides in eadẽ ægypto regũ pecuniæ ocioſa ac ſtulta oſtentatio. Quip/
pe cũ faciendi eas cã a pleriſq; tradat: ne pecuniã ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantib⁹ præ
berent: aut ne plebs eẽt ocioſa. Multa circa hoc uanitas illoꝝ hominũ fuit: ueſtigiaq; complu/
rium incoactaꝝ extant. Vna ẽ in arſinoe urbe: duæ in memphi non ꝓcul a labyrintho: d quo &
ipſo dicem⁹. Totidẽ ubi fuit meridis lacus: hoc ẽ foſſa grandiſ. Sꝫ ægyptus inter mira ac memo
randa narrat haꝝ cacumina extrema: q̃ eminere dicũt. Reliquæ tres: q̃ orbẽ terraꝝ impleuere
fama: ſane cõſpicuæ undiq; annauigantib⁹: ſitæ ſt in pte africæ monte ſaxeo ſteriliq; inter mem
phin oppidũ: & qd⁹ appellari dixim⁹ delta a nilo min⁹ quattuor milib⁹ paſſuum: a memphi ſeptẽ
d. paſſ. a uico appoſito quẽ uocant buſirin. In quo ſunt aſſueti ſcandere illas. Ante has ẽ ſphinx:
uel magis miranda: qua ſilueſtria ſunt accolentium. Amaſin regẽ putant in ea conditũ: & uolunt
inuectam uidri. Eſt ãt ſaxo naturali elaborata: & rubrica. Capitis monſtri ambitus ꝑ frontẽ cen
tum duos pedes colligit: longitudo pedũ centũ quadragintatriũ eſt: altitudo a uentre ad ſummã
aſpidem in capite ſexagintaduũ. Sꝫ pyramis ampliſſima ex arabicis lapidicinis conſtat. Trecenta
ſexaginta hominũ milia annis. xx. eam cõſtruxiſſe ꝓdũt. Tres uero factæ ãnis ſeptuagintaocto

©BIUM

& menſib⁹ quattuor. Nempe q̄ d̄ iis ſcripſerūt: ſunt Herodotus: Euhemerus. Duris ſami⁹: Ari/
ſtagoras: Dionyſius: Artemidorus: Alexāder Polyhiſtor: Butarides: Antiſthenes: Demetri⁹
Demoteles: Appion: Inter omnes uero eos nō cōſtat a q̄bus factæ ſint iuſtiſſimo caſu oblitera
tis tantæ uanitatis auctoribus. Aliq̄ ex iis ꝓdidert in raphanos & alliū ac cepas mille octīgen
ta talenta erogata. Ampliſſima octo iugera optinet ſoli quattuor angulorꝫ parib⁹ interuallis per
octingentos octogintatres pedes ſingulorꝫ laterꝫ altitudo. A cacumine pedes. xv. Alterius in/
teruallas ſingula p̄ quattuor angulos pares. dcc. trigintaſeptem comprehendunt. Tertia minor
prædictis: ſ; multo ſpectatior. Aethiopicis lapidib⁹ conſurgit. ccc. ſexagintatribus pedib⁹ inter
angulos. Veſtigia ædificationum nulla extant. Harena late pura circū lentis ſimilitudine: qualis
in maiori p̄te africæ. Quæſtionum ſumma ē quanā rōne in tantā altitudinē ſubuecta ſint cæmē
ta. Alii enim nitro ac ſale adaggeratis cū creſente ope. At pacto fluminis irrigatiōe dilutis. Alii
laterib⁹ eluto factis extructos pontes in priuatas domos diſtributos. Nilū enim nō putant ri/
gare potuiſſe multo humiliorē. In pyramide maxima ē intus puteus octogintaſex cubitorꝫ: flu/
men illo admiſſum arbitranẗ. Mēſuram altitudinis earꝫ: omniumq̄ſ ſimiliū d̄prehendere inuenit
Thales mileſius umbrā metiendo: qua hora par eē corpori ſolet. Hæc ſunt pyramidū miracula
Supremūq̄ illud: ne q̄s regū opes mireẗ: minimā extitiſſe laudatiſſima a Rhodope meretricula
factā. Aeſopi fabularꝫ philoſophi conſerua quondā & contubernalis hæc fuit: maiore miraculo
tantas opes meretricio eē cōquiſitas quæſtu. Magnificaẗ & alia turris a rege facta in inſula pha/
ro portū optinente alexandriæ: quā conſtituiſſe. d. ccc. talentis tradūt. : magno animo ne quid
omittam⁹ Ptolemæi regis: q̄ in ea p̄miſerit Soſtrati caſſidis architecti ſtructuræ ipſius nomen
inſcribi. Vſus eius nocturno nautarꝫ curſui ignes oſtēdere ad p̄nuntiāda uada portuſq̄ introitū
Sicut iam tales complurib⁹ locis flagrant: ut potneoſicæ ac rauennæ ad uitandum p̄iculum ēt in
corriuatiōe. Flagrant cū eo ſita ea craſſienne. Periculū in corriuatione ignīū ne ſydus exiſtimeẗ
q̄m e longinquo ſimilis Flammarꝫ aſpectus ē. Hic idē Architectus primus omniū p̄ēſilem am/
bulationē gnidi feciſſe traditur.

## De labyrinthis ægyptio: lemnio: italico — Cap. xiii.

Dicam⁹ & labyrinthos: uel portentoſiſſimū humani ingenii opuſ. S; nō ut exiſtimari poſſit fal
ſum. Durat ēt nūc in ægypto in heracleopolite nomos: q̄ prim⁹ factus ē ante ānos (ut tra
dūt) tria milia ſexcentos a Peteſuco r̄ge: ſiue Tithoe. Quāq̄ Herodotus totū opus regū eē di
cat: nouiſſimeq̄ Pſammetici. Cauſas faciendi uarie interpretanẗ. Demoteles regiam Motheru/
dis fuiſſe. Lycias ſepulchrꝫ Meridis plures ſoli ſacrū id extructū: q̄d maxime crediẗ. Hinc utiq̄
ſumpſiſſe Dedalū exemplar eius labyrinthi quē fecit in creta: nō eſt dubiū: ſed cēteſimam tantū
portionē eius imitatū: q̄ itinerꝫ ambages occurſuſq̄ ac recurſus inexplicabiles cōtinet. Nō ut in
pauimentis puerorꝫ ue ludicris campeſtrib⁹ uidem⁹ breui lacinia milia paſſuum plura ambulatio
nis continētē: ſed crebris forib⁹ inditis ad fallendos occurſus: redeundūq̄ in errores eoſdē. Se/
cūdus hic fuit ab ægyptio labyrinthus: tertius in lemno: quartus in italia. Omnes lapide poli/
to fornicib⁹ tecti. Aegyptius q̄d miror eq̄dē in introitu lapideis e paro colūnis. Reliquæ erāt
ſyenitæ: molib⁹ compoſitis quas diſſoluere: ne ſæcula q̄dē poſſint adiuuantibus Heracleopoli
tis: q id opus inuiſu mire infeſtauere. Poſitionē op̄is eius ſingulaſq̄ p̄tes enarrare nō ē: cū ſit in
regiones diuiſum atq̄ in præfecturas: quas uocant nomoſ: ſexdecim nominib⁹ eorꝫ totidē uaſtis
domib⁹ attributiſ. Præterea tēpla omniū ægypti deorꝫ continet: ſupq̄ Nemeſes q̄ndecim ædi/
culis incluſæ. Sūt pyramides complures quadragenarꝫ ulnarꝫ ſenos radice muros optinentes.
Feſſi iam eundo p̄ueniunt ad uiarꝫ illū inexplicabilē errorē. Quin & cœnacula prius excelſa: por
ticuſq̄ aſcendūẗ nonagenis gradib⁹ omnes. Intus columnæ d̄ porphyrite lapide: deorꝫ ſimula/
cra: regū ſtatuæ: monſtrificæ effigieſ. Quarundā āt domorꝫ talis ē ſitus: ut adaperientib⁹ fores
tonitruū intus terribile exiſtat. Maiore āt in p̄te tranſitus ē p̄ tenebras: aliæq̄ rurſus extra mu
rū labyrinthi ædificiorꝫ moles pteron appellant. Inde aliæ p̄foſſis cuniculis ſubterraneæ dom⁹
Refecit unus omnino pauca ibi ex monte phadon Thebis rex ante alexandrꝫ magnū annis quin/
gētis. Id quoq̄ tradiẗ fulſiſſe trabib⁹ ſpinæ oleo incoctæ dū fornices quadrati lapidis aſſurgerēt
De ægypto & cretico labyrinthis ſatis dictū ē. Lemnius ſimilis illis columnis tm̄ cētum q̄nqua
ginta memorabilior fuit: quarꝫ in officina turbines ita librati pependerūt: ut puero circūagente
tornarēẗ. Architecti illū fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigena. Extantq̄ adhuc re/
liquiæ eius: cū cretici italiciq̄ nulla ueſtigia extent. Nanq̄ & italicū dici conuenit: quē fecit ſibi
Porſenna rex hetruriæ ſepulchri cā: ſimul ut & externorꝫ regū uanitas quoq̄ ab italis ſuperareẗ
S; cū excedat omnia fabuloſitas: utemur ipſius. M. Varronis ī expoſitione eius uerbis. Sepult⁹
ē inq̄t ſub urbe cluſio: in quo loco monumentū reliq̄t lapide quadrato. Singula latera pedū lata
tricenū: alta q̄quagenum: In q̄ baſi quadrata intus labyrinthū inextricabilē. Quo ſi q̄s imprope/
ret ſine glomer̄ lini: exitū inuenire nequeat. Supra id quadratū pyramides ſtāt q̄nq̄. Quattuor
in angulis: & in medio una. In imo latæ pedū ſeptuagenumquinū: altæ centū q̄nquagenum: ita

faſtigiatæ: ut in ſummo orbis æneus & Pegaſus un⁹ omnibus ſit impoſitus: ex quo pēdeat ex/
cepta cathenis tintinnabula: q̄ uēto agitata longe ſonitus referant: ut dodonæ olim factum. Su
pra quē orbē quattuor pyramides inſup ſingulæ extant altæ pedū centenū. Supra quas uno ſo/
lo qnque pyramides: quaꝝ altitudinē Varronē puduit adicere. Fabulæ hetruſcæ tradūt eandē
fuiſſe: quā totius opis: adeo uesana dmentia quæſiiſſe gloriā impēdio nulli ꝓfuturo. Præterea fa
tigaſſe regni uires: ut tn̄ laus maior artificis eēt.

De penſili horto & oppido: & tēplo Dianæ epheſiæ Cap. xiiii.

Egūt & pēſiles hortos: imo uero totū oppidū feciſſe ægyptiæ thebæ: exercit⁹ armatos ſu
bito educere ſolitis regib⁹ nullo oppidanoꝝ ſentiente. Etiamnū hoc min⁹ miꝝ: q̄ꝫ ꝙ flumine
mediū oppidū interfluente: quæ ſi fuiſſent: nō dubiū ē dicturꝫ Homeꝝ fuiſſe: cum centū portas
ibi ꝑdicaret. Grecæ magnificentiæ uera āmiratio extat templū epheſiæ Dianæ ducentis uiginti
ānis factū a tota aſia. In ſolo id paluſtri fecerē: ne terræmot⁹ ſentiret: aut hiat⁹ timeret. Rurſus
ne in lubrico atqꝫ inſtabili fundamenta tante molis locarēt: añ calcatis ea ſubſtrauere carbonib⁹
dein uelleribus lane. Vniuerſo tēplo longitudo eſt quadringentoꝝ uigintiquinqꝫ pedū: latitudo
ducentoꝝ uiginti. Columne centū uigintiſeptem a ſingulis regib⁹ facte: ſexaginta pedū altitudi/
ne. Ex iis trigintaſex cælatæ. Vna a Scopa. Opi ꝑfuit Cteſiphon architectus. Summa miracola
epyſtilia tante molis attolli potuiſſe. Id conſecutus ē ille beronib⁹ harena plenis molli puluino
ſup capita columnaꝝ exaggerato paulatim exinaniens ab imo ut ſenſim totū i colle ſederet. Dif/
ficillime hoc cōtigit in limine ipſo: qd' foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec ſe
dit. In cubili ergo anxio artifici mortis dſtinatione ſuprema. Tradūtqꝫ in ea cogitatione feſſum
nocturno tēpore in quiete uidiſſe preſentē deam: cui templū fiebat: hortantem ut uiueret: ſe cō
poſuiſſe lapidem: atqꝫ ita poſtero die apparuit: ponderēqꝫ ipſo correptus uidebatur. Cætera eius
opis ornamenta pluriū libroꝝ inſtar optinēt: nihil ad ſpecimen naturæ ꝑtinentia.

De delubro Cyzici & lapide fugitiuo: & d echo ſepties reſonante: & ædificio ſine cla/
uo: & mirabilia ædificioꝝ romæ Cap. xv.

DVrat & Cyzici delubꝝ: in quo filiū aureū commiſſuris omnib⁹ politi lapidis ſubiecit artifex
eburneū Iouē dicaturus intus coronante eo marmoreo Apolline. Tralucent ergo picturæ
tenuiſſimis cappillamentis: leniqꝫ afflatu ſimulacra refouente: præter ingeniū artificis ipſa mate
ria quamuis occulta in precio opis intelligitꝰ. Eodē in oppido ē lapis: fugitiuus appellatus. Argo
nautæ eo ꝓ ancora uſi ibi reliquerant. Hūc e prytaneo (ita uocat locus) ſæpe ꝓfugum fixerē plū
bo. Eadē in urbe iuxta portā quæ thracia uocat turres. vii. acceptas uoces numeroſiore reper/
cuſſu multiplicant. Nomenqꝫ huic miraculo echo ē a græcis datū. Et hoc qdē natura locoꝝ eue
nit. Et pleꝝqꝫ conualliū: ibi caſu accidit. Olympiæ āt arte mirabili mō in porticu quā oppidani
heptaphonō appellant: qm̄ ſepties eadē uox reddit. Cyzici & buleuterion uocāt ædificium am/
plū ſine ferreo clauo ita diſpoſita contignatione ut eximāt trabes ſine fulturis ac repōnāt. Qd
item romæ in pōte ſublicio religioſum ē: poſtea qꝫ Coclite Horatio defendēte ægre reuulſus ē
Veꝝ & ad urbis noſtræ miracula tranſire conuenit: nongentoꝝqꝫ annoꝝ dociles ſcrutari uiros:
& ſic quoqꝫ terraꝝ orbē uictū oſtēdere: qd' accidiſſe totiēs pene: quot referrēt miracula: appa/
rebit. Vniuerſitate uero aceruata & in quendā unū cumulū cōiecta nō alia magnitudo exurget:
q̄ꝫ ſi mūdus alius qdam in uno loco narret. Nam ut cyrcū maximū a Cæſare dictatore extructū
longitudine ſtadioꝝ triū: latitudine unius: ſed cū ædeficiciis iugeꝝ quaternū ad ſedē ducentorū
lx. miliū inter magna opa dicam⁹. Nōne inter magnifica baſilicā Pauli columnis e phrygib⁹ mi/
rabilē: foꝝqꝫ diui Auguſti: templū Pacis diui Veſpaſiani impatoris Auguſti: pulcherrima opeꝝ
quæ unqꝫ: Pantheon Ioui ultori ab Agrippa factū: cū theatꝝ añ texerit romæ Valerius oſtien
ſis architectus ludis Libonis. Pyramidas regū miramur opa: cū ſolū tantū foro extruēdo ſeſter
tiis mille ducentis Cæſar dictator emerit. Et ſiquidē impenſæ mouent captos auaricia animos.
P. Clodius quē Milo occidit: ſeſtertiis. c xlvii. milibus domo empta habitauerit. Quod eqdem
nō ſecus ac regū inſaniam miror: Itaqꝫ & ipſum Milonē ſeſtertia ſeptingenta milia æris alieni de
buiſſe inter ꝓdigia animi humani duco. Sꝫ tūc ſenes aggeris uaſtū ſpatiū & ſubſtructiones inſa/
nas captioſi mirabāt. Præterea cloacas opeꝝ omniū dictu maximum: ſuffoſſis montibus: atqꝫ ut
paulo ante rettulim⁹: urbe pēſili: ſubterqꝫ nauigata. Id. M. Agrippa fecit in ædilitate poſt con
ſulatū p meatus corriuatis ſeptē amnibus curſu præcipiti torrentiū modo rape: atqꝫ auferre oīa
coactis. Inſup mole hymbriū concitati uada ac littora quatiunt. Aliqñ tyberis retro infuſi reci/
piūt fluctus. Pugnantqꝫ diuerſi aquaꝝ impetus intus: & tamē obnixa firmitas reſiſtit. Trahunē
moles internæ tantæ nō ſuccumbentib⁹ cauſis opis. Pulſant ruinæ ſponte præcipites: aut impa
ctæ incendiis. Quatiē ſolū terræmotibus. Durāt tn̄ a Tarquinio Priſco annis octingentis ꝓpe
inexpugnabiles Non omittendo memorabili exemplo uel eo magis: qm̄ celeberrimis reꝝ cōdi
toribus omiſſum ē. Cū id opus Tarquinius Priſcus plebis manib⁹ faceret: eſſetqꝫ labor incertuꝫ
longior an ꝑiculoſior: paſſim conſcita nece quiritib⁹ tediū fugientib⁹. Nouū & inexcogitatum

ante poſteaq; remediũ inuenit ille rex: ut omniũ ita defunctoꝝ figeret crucibꝰ corpora: ſpectan-
da ciuibus: ſimul & feris uolucribusq; laceranda. Quam ob rem pudor romani nominis ꝓprius
q ſæpe res ꝑditas fuauit in prœliis: tunc quoq; ſubuenit. Sꝫ illo tẽpore impoſuit iam erubeſcẽs
cũ pudret uiuos tanquã puditurꝰ eẽt extinctoſ. Amplitudinẽ cauis eam feciſſe ꝓditur ut uehem
fœni large onuſtam tranſitteret. Parua ſunt cũcta quæ diximꝰ: & omnia uni comparanda mira-
culo: ante ꝙ̃ noua attingam. M. Lepido. Q. Catulo conſ. ut conſtat inter diligentiſſimos aucto-
res domꝰ pulchrior nõ fuit romæ: ꝙ̃ Lepidi ipſius. At Hercule intra annos. xxxv. eadẽ centeſi-
mũ locũ nõ optinuit. Computet in hac æſtimatione q uolet: marmoꝝ molẽ: oꝑa pictoꝝ: impen-
dia regalia. Et cũ pulcherrima laudatiſſimaq; certantes cẽtum domos: poſteaq; eas ab innume-
rabilibus aliis in hũc diẽ uictaſ. Profecto incendia puniunt luxũ: nec tñ effici põt: ut mores aliqd
ipſo in homine mortalius eẽ intelligãt. Sꝫ eas oẽs duæ domus uicerũt. Bis uidimꝰ urbẽ totam
cingi domibꝰ principũ: Caii & Neronis. Et huius qdẽ ne qd deeſſet aurea. Nimiꝝ ſic habitarunt
illi q hoc imperiũ fecere: tantas ad uincendas gẽtes triumphosq; referendos ab aratro aut foco
exeuntes: quoꝝ agri quoq; minorẽ modũ obtinuere ꝙ̃ cellaria iſtoꝝ. Subit uero cogitatio quo-
ta portio haꝝ fuerint areæ illæ: quas inuictis impatoribus dcernebant publice ad exhædifican-
das domos. Summusq; illaꝝ honos erat: ſicut in. L. Valerio Publicola: q primꝰ conſul fuit cum
L. Bruto poſt tot merita: & fratre eius q bis in eodẽ magiſtratu ſabinos duicerat: adiici decreto
ut domꝰ eoꝝ fores extra apirentur: & ianua in publicũ reiiceret. Hoc erat clariſſimũ inſigne in-
ter triumphales quoq; domoſ. Non patiemur duos Caios uel duos Nerones ne hac qdẽ gloria
famæ frui. Docebimuſq; ẽt inſaniã eoꝝ uictã priuatis opibus. M. Scauri: cuius neſcio an ædili-
tas maxime ꝓſtrauerit mores ciuiles: maiusq; ſit Syllæ malũ tanta priuigni potentia: ꝙ̃ ꝓſcrip-
tio tot miliũ. Hic fecit in ædilitate ſua opꝰ maximũ omniũ quæ unq̃ fuere humana manu facta
nõ tẽporaria mora: ueꝝ ẽt æternitatis dſtinatione. Theatꝝ hoc fuit. Scœna ei triplex altitudi-
ne. ccc. lx. columnaꝝ in ea ciuitate quæ ſex hymetias nõ tulerat ſine ꝓbro ciuis ampliſſimi. Iam
ps ſcœnæ e marmore fuit. Media e uitro inaudito ẽt poſtea generꝭ luxuriæ. Sũmæ tabulis inau-
ratis columnæ ut diximꝰ: imæ duodequadragenũ pedũ. Signa ærea inter colũnas ut indicauimꝰ
fuerũt tria milia numero. Cauea ipa cœpit hominũ. lxxx. milia: cũ Pompei amphitheatri totiẽs
multiplicata urbe tantoq; maiore populo ſufficiat large. xl. milia. Sꝫ & reliquus apparatꝰ tantꝰ
attalica ueſte: tabulis pictis: cæteraq; cura fuit: ut in tuſculanã uillã reportatis quæ ſuperfite-
bant quottidiani uſus dliciis incenſa uilla ab iratis ſuis concremaret̃ ad ſeſtertia. M. Aufert ani-
mũ & a dſtinato itinere digredi cogit cõtemplatio tam ꝓdigæ mẽtis: aliãq; connecti i maiorẽ in-
ſaniã. E ligno. C. Curio q bello ciuili in cæſarianis ꝑtibus obiit: funebri patris munere cũ opibꝰ
apparatu ꝗ nõ poſſet ſuꝑare Scauꝝ. Vnde enim illi uictricꝰ Sylla: & Metella mater ꝓſcriptionũ
ſectrix: unde. M. Scaurꝰ pater totiẽs princeps ciuitatis: & marianis ſodalitiis rapinaꝝ ꝓuincia-
liũ ſinꝰ: cũ iã ne ipſe qdẽ cõparari ſibi poſſꝫ. Quãdo hoc certe incẽdii illiꝰ p̃miũ hũit cõuectis ex
orbe terraꝝ rebꝰ: ut nemo poſtea par eẽt inſaniæ illi. Ingenio ergo ſuo erat utendũ. Curioniq;
aliud excogitandũ fuit. Operæ preciũ ẽ ſcire qd inuenerit: & gaudere moribꝰ noſtris: ac noſtro
modo nos uocare maioreſ. Theatra duo iuxta fecit ampliſſima e ligno cardinũ ſinguloꝝ uerſati-
li ſuſpẽſa libramẽto: in qbus utriſq; ante meridiano ludoꝝ ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis ne
inuicẽ obſtreperẽt ſcœnæ: & repẽte circũactis ut cõſtiterant. Poſtremo iam die diſcedentibꝰ ta-
bulis & cornibꝰ inter ſe coeuntibꝰ faciebat amphitheatꝝ: & gladiatoꝝ ſpectacula edebat: ipꝫ ma-
gis auctoritatũ Populũ Ro. circũferens. Quid. n. miret̃ qſq; in hoc primũ: inuẽtorẽ: an inuẽ-
tũ: artificẽ: an auctorẽ: auſum aliquẽ hoc excogitare: an ſuſcipe: parere: an iubere: Sup omnia
erit populi furor ſe ꝯre auſi tam infida inſtabiliq; ſede. En hic ẽ ille terraꝝ uictor & totiꝰ domina-
tor orbis: q gẽtes & regna diripet: iura exteris mitteret: & quoſdã in numero deoꝝ immortaliũ
generis hũani portio in machina pẽdẽs: & ad piculũ ſuũ plaudẽs. Quæ utilitas animaꝝ iſta: aut
quæ q̃rela d cannis: aut ꝙ̃tũ mali potuit accidre: Hauriri urbes terræ hiatibꝰ publicꝰ mortaliũ
dolor ẽ. Ecce Po. Romanꝰ uniuerſus uelut duobꝰ nauigiis impoſitꝰ binis cardinibꝰ ſuſtinet̃: &
ſe ipm dpugnantẽ ſpectat: periturꝰ momẽto aliquo luxatis machinis: & p hoc queric̃ in tribuni-
tiis cõcionibꝰ gratia: ut pẽſiles tribꝰ faceret. Qualia hic in roſtris. Quid nõ auſurꝰ apd eos qbꝰ
hoc pſuaſerit. Vera nãq; conficiẽtibꝰ Po. Romanꝰ funebri munerꝭ ad tumulũ patris eiꝰ dpugna-
uit uniuerſis. Variauit hãc magnificẽtiã ſuam feſſis turbatiſq; cardinibꝰ: & amphitheatri forma
cuſtodita nouiſſimo die diuerſis duabꝰ p mediũ ſcœnis athlætas edidit: raptiſq; e cõtrario repẽ-
te pulpitis eodẽ die uictores e gladiatoribꝰ ſuis ꝓduxit. Nec fuit rex Curio aut gẽtiũ impator
nõ opibꝰ inſignis: uti q nihil in cẽſu habuerit: præter diſcordiã principũ. Sꝫ dicant uera æſtima-
tione inuicta miracula: quæ. Q. Martiꝰ rex fecit. Is iuſſus a ſenatu aquaꝝ appiæ & anienis tegu-
la ductꝰ reficere: nouam a nomine ſuo appellatã cuniculis p mõtes actis intra p̃turæ ſuæ tempꝰ
adduxit. Agrippa uero in ædilitate ſua: adiecta uirginea aqua: cæteriſq; corriuatis atq; emẽda-
tis lacus. dcc. fecit. Præterea fontes. c v. caſtella. c xxx. complura ẽt cultu magnifica & operibꝰ

His ſigna.ccc.ærea aut marmorea impoſuit:& columnas ex marmore quadringētas:eaqꝫ om/
nia annuo ſpatio. Adiecitqꝫ ipſe in ædilitatis ſuæ cōmemoratione & ludos unde ſexaginta dieb⁹
factos:& gratuita ꝓbuit balnea centū.lxx.q̄ nūc romæ ad infinitū auxere numeꝝ. Vicit antece
dētes aquaꝝ duct⁹ nouiſſimū impēdiū operis inchoati a Caio Cæſare & peracti a Claudio. Quip
pe a lapide.xl.ad eam excelſitatē:ut in omēs urbis mōtes leuarēt:influxere curtius atqꝫ cæru/
leus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia ꝗngēta.lv.milia. Quod ſiquis diligētius æſtimauerit
aquaꝝ abūdantiam in publico balneis piſcinis domibus euripis hortis ſuburbanis uillis ſpatioqꝫ
aduenientis extructos arcus mōtes perfoſſos:conualles æquatas:fatebiť nihil magis mirandū
fuiſſe in toto orbe terraꝝ. Eiuſdē Claudii inter maxima eqdē ac memoranda duxerim:quanuis
deſtitutū ſucceſſoris odio montē perfoſſum ad lacū fucinū emittendū:inenarrabili ꝓfecto impē
dio:& operarioꝝ multitudine per tot ānos:cū aut corriuatio aquaꝝ:qua terren⁹ mons erat ege
reretur in uertice machinis:aut ſilex cederetur. Omniaqꝫ intus in tenebris fierēt:q̄ neqꝫ concipi ani
mo niſi ab iis q uidere:neqꝫ humano ſmone enarrari pñt. Nā portus oſtienſis opus ꝑtereo. Itē
uias inter mōtes exciſas. Mare thirrenū a lucrino molibus ſecluſum. Tot pōtes tantis impēdiis
factos. Et inter plurima alia italiæ miracula:ipſa marmora in lapidicinis creſcere auctor ē Papy/
rius Fabianus naturæ reꝝ peritiſſimus. Exemptores quoqꝫ affirmant compleri ſponte illa mōtiū
ulcera. Quæ ſi uera ſūt:ſpes ē:nūqꝫ defuturā luxuriā.

¶De magnetis generibus & medicinis Cap.xvi.

A Maiorib⁹ digredięti ad reliquoꝝ lapidū inſignes naturas:qs dubitet in primis magnetē oc/
currere: Quid.n.mirabilius:aut qua in pte naturæ maior improbitas dederat uocē ſaxis:ut
dixim⁹:reſpondentē homini:immo uero & obloquētē: Quid lapis rigore pigrius: Ecce ſenſus
manusqꝫ tributi illi. Quid ferri duritia pugnatius: Sꝫ cedit & patiť mores:trahiť nāqꝫ a magne/
te lapide. Domitrixqꝫ illa reꝝ omniū materia ad inane neſcio qd currit:atqꝫ ut ꝓpius uenit:aſſi/
ſtit:teneťqꝫ:& complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant:qdam heracleon. Ma
gnes appellatus ē ab inuētore:ut auctor ē Nicander in india reptus. Nanqꝫ & paſſim inueniť:
ut in hiſpania quoqꝫ inueniſſe āt ferē clauis crepidaꝝ & baculi cuſpide hærentibuſ:cū armēta pa
ſceret. Quinqꝫ genera magnetis Sotacus demonſtrat. Aethiopicū:& magneſiacū a macedonia
& contermina a bebonæa locatū petentib⁹ dextra. Tertiū in echio boetiæ. Quartum circa ale/
xandriā troadē. Quintū & magneſia aſiæ. Differentia prima mas ſit an fœmina. Proxima in co/
lore. Nam q in macedonia & magnetia reperiūť:ruffi nigriqꝫ ſunt. Boetius uero ruffi coloriſ pl⁹
hꝫ q̄ꝫ nigri. Is q in troade inueniť:niger ē & fœminei ſexus:idoqꝫ ſine uirib⁹. Deterrimus āt in
magneſia aſiæ candidus:neqꝫ attrahens ferrum ſimiliſqꝫ pumici. Comptum tanto meliores eſſe
quanto ſīť magis cærulei. Aethiopicis laus ſumma dať:pondusqꝫ argento rependiť. Inueniť hic
in æthiopia zmiri:ita uocať regio harenoſa. Ibi & hematites ſanguinei coloris:ſanguinēqꝫ red/
dens ſi terať. Sꝫ & crocū. In attrahendo ferrū nō eadē quæ magneti hematite natura. Aethio/
pici argumētū eſt:ꝙ magnetē quoqꝫ aliū ad ſe trahit. Omnes āt ii oculoꝝ medicamentis ꝓſunt
ad ſuam qſqꝫ portionē. Maximeqꝫ epiphoras ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati tritiqꝫ. Alius ruf
ſus in eadē æthiopia ñ ꝓcul mons gignit lapidē theameden:q ferrū omne abigit:reſpuitqꝫ. De
utraqꝫ natura eius ſæpius diximus.

¶De lapidibus q cito abſumunt corpora in eis condita:& de his q diu ſeruant:& ď tha/
ſio lapide:& medicinis eius Cap.xvii.

LApidem e ſciro inſula integrum fluctuare tradunt:eundem comminutum mergi. In aſſo
troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcindiť. Corpora defunctoꝝ cōdita in eo abſumi conſtat
intra.xl.diem:exceptis dētibus. Mutianus ſpecula quoqꝫ & ſtrigiles & ueſtes & calciamenta il/
lata mortuis lapidea fieri auctor ē. Eius generis & in lycia ſaxa ſunt & in oriente quæ uiuenti/
bus quoqꝫ adalligata:erodūt corpora. Mitior ē āt fuandis corporib⁹ ꝓnec abſumendis chemites
ebori ſimillim⁹:in quo Dariū conditū ferūt. Parioqꝫ ſimilis candore & duricia:minus tñ ponde/
roſus q porus uocať. Theophraſtus auctor ē & tranſlucidos lapides in ægypto inueniri:quos
ophionitæ ſimiles ait:qď fortaſſis tunc fuerit:qm̄ & ii dſinunt:& noui repiuntur. Thaſius gu/
ſtu ſalſus podagras lenit pedib⁹ in uaſe ex eo cauato inditis. Præterea omnia cruꝝ uitia in iis la/
pidicinis ſanāť:cū in metallis omnib⁹ crura uitięť. Eiuſdē lapidis flos appellať:in farinam redi/
gendam mollis ad quædam perinde efficax. Eſt āt ſimilis pumici ruffo. Ammixtus æri cyprio
mammaꝝ uitia emendat. Pici āt reſinæ ue ſtrumas & panos diſcutit. Prodeſt & phthiſicis linctu
Cū melle uetera ulcera ad cicatricē ꝓducit. Excreſcentia erodit. Et ad beſtiaꝝ morſus utilis. Re
pugnātia curationi ac ſuppurata ſiccat. Fit cataplaſma ex eo podagris mixto fabæ lomēto.

¶De ebore foſſili & lapidib⁹ oſſeis & palmatis & alioꝝ generib⁹ Cap.xviii.

i IDem Theophraſtus & mutian⁹ eē aliquos lapides:q pariant:credūt. Theophraſtus auctor
eſt & ebur foſſile cādido & nigro colorꝫ inueniri:& oſſa e terra naſci:īueniriqꝫ lapideſ oſſeos
Palmati circa mūdā in hiſpania:ubi Cæſar dictator Pompeū uicit:repiūť:idqꝫ quotiēs fregeris

dd i

Sunt & nigri: quoꝝ auctoritas uenit in marmora: ſicut tænarius. Varro nigros ex africa firmiores eẽ tradit: q̄ in italia. E diuerſo alboſ coranos duriores: q̄ parioſ. Idẽ lunenſem ſilicẽ ferra ſecari. At thuſculanũ diſſilire igni. Sabinũ fuſcum addito oleo ẽt lucere. Idẽ molas uerſatiles uolſine inuentas. Aliquas & ſponte motas inuenimus in ꝓdigiis. Nuſq̄ ãt hic utilior q̄ in italia gignit̃: lapiſq; nõ ſaxum ẽ. In quibuſdam uero ꝓuinciis omnino nõ inuenit̃. Sũt qdam in eo genere molliores: q & quote leuigant̃: ut ꝓcul intuentibus ophitæ uideri poſſint. Neq; ẽ alius firmior: qñ & lapidis natura ut lignũ ſimiliter hymbres ſoleſq; aut hyemes nõ patit̃. In aliis atq; aliis generibus. Sunt q & lunam non tolerent: & qui uetuſtate rubiginem trahant: colorem ue candidum oleo mutent.

De corallio uel pyrite: & medicinis eius: & oſtracite: d amanto lapide & medicinis ei⁹ & militino lapide & uirib⁹ eius: d gagate lapide & medicinis eius: de ſpongiis: d phrygio lapide & natura eius Cap. xix.

COrallium lapidem qdam pyriten uocant: qm̃ ſit plurim⁹ ignis illi. Sʒ eſt alius etiamnũ pyrites ſimilitudine æris. In cypro eum reperiri uolunt: & in metallis quæ ſunt circa acamaniã: unũ argento colore: alteꝝ aureo. Coquunt̃ uarie. Ab aliis iteꝝ tertioq; in melle: donec conſumat̃ liquor. Ab aliis pruna prius: dein melle: & poſtea lauãt̃ ut æs. Viuſq; eoꝝ in medicina excalfacere: ſiccare. diſcutere: humorẽ extenuare: & duritias nimias mollire. Vtunt̃ & crudis tuſiſq;: ad ſtrumas atq; furunculos. Pyritaꝝ etiamnũ aliq gen⁹ unũ faciũt plurimum habẽs ignis: quos uiuos appellam⁹: & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratorib⁹ caſtroꝝ maxime neceſſarii: q clauo uel altero lapide pcuſſi: & ſcintillas edũt: q̄ exceptæ ſulphure aut fongis aridis uel foliis: dicto celerius ignẽ trahunt. Oſtracitæ ſimilitudinẽ teſtæ habẽt. Vſus eoꝝ ꝓ pumice ad leuigandã cutẽ. Poti ſanguinẽ ſiſtunt: & illiti cũ melle ulcera doloreſq; mammaꝝ ſanant. Amantus alumini ſimilis nihil igni depdit. Hic ueneficiis reſiſtit omnib⁹: priuatim magoꝝ. Geoden ex argumẽto appellant: qm̃ amplexus ẽ terrã: oculoꝝ medicamẽtiſ utiliſſimuſ. Item mammaꝝ & teſtiũ uitiis. Melitites lapſis ſuccũ remittit dulcẽ: mellitũq; tuſus. Et cæræ mixtus eruptionib⁹ pituitæ maculiſq; corporis medet̃: & fauciũ exulcerationi. Epinyctidas tollit: & uuluaꝝ dolores impoſitus uelleri. Gagates lapis nomẽ loci et amnis hʒ gagatis lyciæ. Aiunt & in leucocolla expelli mari: atq; infra duodecim ſtadia colligi. Niger ẽ: planuſ: pumicoſus: nõ multũ a ligno differẽs leuis: fragilis: odore ſi terat̃ grauis. Fictilia ex eo inſcripta nõ delent̃. Cũ urit̃ odorẽ ſulphureũ reddit. Miruq; accendit̃ aqua: oleo reſtinguit̃. Fugat ſpentes ita recreatq; uuluæ ſtrangulatões Deprehendit ſonticũ morbũ & uirginitatẽ ſuffitus. Itẽ ex uino dcoctus: dentibus medet̃. Strumiſq; cæræ pmixtus. Hoc dicũt̃ uti magi in ea quã uocãt necyomantiã. Id peruri negãt: ſi euẽtuꝝ ſit: qđ aliqs optet. Spongiæ lapides inueniũt̃ in ſpongiis: & ſunt natiui. Quidã eos cyſteolithos uocãt: qm̃ ueſicæ medẽt̃. Calculos rũpunt in uino poti. Phrygius lapis gẽtis nomẽ hʒ. Eſt ãt gleba pumicoſa. Vrit̃ ante uino pfuſus: flaturq; follib⁹: donec ruffeſcat: ac rurſus dulci uino reſtinguit̃: & hoc trinis uicib⁹: tingẽdis ueſtib⁹ tm̃ utiliſ.

De ematite & qnq; generib⁹ ei⁹: & ſchiſto Cap. xx.

SChiſtos & hematites cognationẽ habẽt. Hematites inuenit̃ in metalliſ. Vſtus minii colorẽ imitat̃. Vrit̃ et phrygi⁹: ſed ñ reſtinguit̃ uino. Adulterat̃ ſchiſto. Hematiten diſcernũt uænæ rubẽtes: & friabilis ẽ natura. Oculis cruore ſuffuſis mire conuenit. Siſtit ꝓfluuium mulieꝝ pot⁹. Bibũt eũ & q ſanguinẽ reiecerũt cũ ſucco punici mali. Et in ueſicæ uitiis efficax. Bibit̃ & in uino cõtra ſpẽtium ictus. Infirmior ad omnia eadẽ ẽ: quẽ ſchiſton appellant. Sʒ in iis commodior croco ſimilis: peculiari⁹ ſplendet. Proficit oculoꝝ lachrymis in lacte muliebri. Procidẽteſq; oculos præclare cohibet. Hæc ẽ ſententia eoꝝ q nuprime ſcripſer̃. Sʒ Sotac⁹ e uetuſtiſſimis auctorib⁹ quinq; genera hematitaꝝ tradit præter magnetẽ. Principatũ dat ex iis æthiopico: oculoꝝ medicamẽtis utiliſſimo. Et iis quæ panchreſta appellant. Itẽ ambuſtiſ. Alteꝝ atrodamanta dicit uocari: colore nigro: põdere ac duricia inſignẽ: et inde nomẽ traxiſſe: præcipueq; in africa reptam. Traher̃ ãt in ſe argẽtũ æs ferrũ. Expimentum eius eẽ in cote ex lapide baſanite. Reddere .n. ſuccũ ſanguineũ: et eẽ ad iocineris uitia præcipui remedii. Tertiũ gen⁹ arabici facit: ſimili duricia: uix reddẽtis ſuccũ ad cotẽ aquariam aliqñ croco ſimilẽ. Quarti generis elatiten uocari quandiu crudus ſit: coctũ uero militẽ utilem ambuſtiſ. Ad omnia utiliorẽ rubrica. Quinti generis ſchiſtos hemorrhoidas reprimit. In totũ ãt hematitas omnes tritoſ in oleo triũ drachmaruʒ ponder̃ a ieiunis ſumendos: ad uitia ſanguiniſ. Idẽ auctor eſt ſchiſton eẽ alteri⁹ generis q̄ hematiten tradit: quẽ uocãt atractiten. Naſci in africa nigꝝ: attritum redder̃ aquariis cotib⁹ ab ea pte quæ fuerit ab radice nigrum colorem: ab altera parte croci. Ipʒ utilẽ eſſe oculoꝝ medicamẽtis.

De quattuor generibus ætitis: et calamo. et ſamio: et arabo: et pũicib⁹ Cap. xxi.

AEtites lapis etiã argumento nominis magnam famam hʒ. Repit̃ in nidis aquilaꝝ: ſicuti in dcimo uolumine dixim⁹. Aiunt binos inueniri: marem et fœminam. Nec ſiñ iis parere quas dixim⁹ aquilaſ: et ido binos tm̃. Genera eoꝝ quattuõ. In africa naſcentem puſillũ et mollẽ intra

ſe ac uelut in aluo habentem argillam ſuauem: candidã. Ipſum friabilem quem fœminei ſexꝰ pu
tant. Marem ãt q in arabia naſcit̃ duꝝ gallæ ſimilẽ: aut ſubrutilũ in aluo habentẽ duꝝ lapidem.
Tertiꝰ in cypro inuenit̃: colore illis ĩ africa naſcentibꝰ ſimilis: amplior tñ atqꝫ dilatatꝰ. Cæteris
enim globoſa facies. Habet in aluo harenã iucundam & lapillos. Ipſe tam mollis ut ẽt digytis fri
cet̃. Quarti generis Taphiuſius appellat̃: naſcens iuxta leucadẽ in taphiuſa: q locus ẽ dextra na
uigantibꝰ ex hac ad leucadem. Inuenit̃ in fluminibus cãdidus & rotundus. Huic eſt in aluo lapis:
q uocat̃ callimꝰ: nec quicꝗ tenerius. Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribꝰ uel quadrupe/
dibus in pelliculis ſcarificati uteri animaliũ cõtinent ptus: nõ niſi parturiant: remouendi: alioqn
uuluæ excidiũ fit. Sꝫ niſi parturientibꝰ auferãt̃: omnino nõ pariunt. Eſt & lapis ſamius in eadẽ in
ſula: ubi terrã laudauimꝰ: poliendo auro utilis. Vtilis et in medicina oculoꝝ ulceribꝰ cum lacte:
quo ſupradictũ ẽ modo contra ueteres lachrymationes. Prodeſt et contra uitia ſtomachi potus
Vertigines ſedat. Menteſqꝫ commotas rẽſtituit. Quidam et morbis comitialibꝰ utiliter dari pu
tant. Et ad ruinæ difficultates: acopis ẽt miſcet̃. Probat̃ grauitate et candore. Vuluas et ptus
contineri adalligato eo tradũt. Arabus lapis ebori ſimilis: dentifriciis accommodat̃ crematus.
Priuatim hemorrhoidas ſanat cũ lanugine linteoꝝ linteolis inſup impoſitis. Non prætermittẽ
da ẽ & pumicũ natura: ſiquidẽ ita appellant̃ qdam lapides eroſi amne: in ædificiis muſea uocant
dpendentia ad imaginẽ ſpecꝰ arte reddendam. Sꝫ & iis pumices q ſunt in uſu corpoꝝ leuigãdoꝝ
fœminis iam qdẽ & uiris: atqꝫ ut ait Catullus libris: laudatiſſimi ſunt in melo ſcyro & æoliis inſu
lis. Probatio in candore & in minimo pondere: & ut ꝗ maxime ſpongioſi aridiqꝫ ſint: ac teri faci/
les: nec harenoſi in fricando. Vis eoꝝ in medicina: extenuare: ſiccar̃. In uſtrina ter ſiccant̃: ita ut
torreant̃ carbone puro: ac totiẽs uino reſtinguãt̃ albo. Lauant̃ deinde ut cadmia: et ſiccati con/
dunt̃ ꝗ minimẽ uliginoſo loco. Vſus farinæ eius oculoꝝ maxime medicamentis. Vlcera purgãt
eoꝝ leuiter: explentqꝫ cicatrices: & emendant. Quidam tertia uſtione refrigeratos potiꝰ ꝗ re/
ſtinctos terrer̃ malũt ex uino. Addunt̃ ẽt ad malagmata capitũ uerendoꝝqꝫ ulceribꝰ. Vtiliſſima
fiũt ex iis dentifricia. Theophraſtus ãt auctor ẽ potores in certamine bibendi præſumere farinã
eius: ſed niſi uniuerſo potui impleant̃ pielitari. Tantãqꝫ refrigerandi naturã eẽ: ut muſta feruere
deſinant pumice addito.

De lapidibus mortarioꝝ medicinaliũ: & mollibus lapidibus: & ſpeculari lapide: & ſili/
cibus: & phengite: & cotibus: & reliquis ad ſtruturam lapidibus igni & tempeſtatibus
reſiſtentibus Cap. xxii.

AVctoribus curæ fuere lapides mortarioꝝ quoqꝫ nec medicinaliũ tm̃ aut ad pigmenta ptinẽ
tium. Ethesium ꝓ lapidẽ in iis prætulere cæteris: mox & thebaicum: quem pyrrhopecilon
appellauimꝰ. Aliq pſaroniũ uocãt. Tertiũ ex calazio chryſiten. Medici ãt & baſaniten. Hic. n.
lapis nihil ex ſeſe remittit. Ii ãt lapides q ſuccũ reddũt oculoꝝ medicamentis utiles exiſtimant̃.
Ido ꝓ æthiopici maxĩe ad ea ꝓbãt̃. Tenariũ uero lapidẽ & pœnicũ & hematitẽ iis medicamẽtis
ꝓdeſſe tradũt: ꝗ ex croco cõponãt̃. Ex alio tenario q niger ẽ: & ex pario lapide ñ æque medicis
utilẽ. Potiorẽ ex lapide alabaſtrite egyptio: uł ex ophite albo. Eſt. n. hoc genꝰ ophitis: ex quo
uaſa & ẽt cados faciunt. In ſyphno lapis ẽ q cauat̃: tornatqꝫ in uaſa coquendis cibis utilia: uel ad
eſculentoꝝ uſus. Quod in comenſi italiæ lapide accidere ſcimꝰ. Sꝫ in ſyphno ſingulare ꝙ excal/
factus oleo nigreſcit: dureſcitqꝫ. Natura molliſſimus tanta qualitatũ differentia ẽ. Nam mollicie
& tranſalpis præcipua ſunt exempla. In belgica ꝓuincia candidũ lapidẽ ſerra qua lignũ: faciliꝰqꝫ
ẽt ſecant ad tegulaꝝ & imbricũ uicẽ. Vel ſi libeat: ad quæ uocant pauonacea tegendi genera: &
igne qdẽ durati iidẽ ſectiles ſt̃. Specularis uero qm̃ & hic lapis nomẽ optinet: faciliore multo na
tura findit̃ ĩ quamlibet tenues cruſtas. Hiſpania hũc olim citerior tm̃ dabat: nec tota: ſꝫ intra cen/
tum milia paſſuũ circa ſegobricã urbẽ. Iam & cypros & cappadocia & ſicilia: & nup inuentũ afri
ca. Poſtferendos omnes tamẽ hiſpaniæ: & cappadociæ molliſſimis & ampliſſimæ magnitudinis:
ſꝫ obſcuris. Sũt & in bononienſi italiæ pte breues maculoſi complexu ſilicis alligati: quoꝝ tamẽ
appareat natura ſimilis eis q in hiſpania puteis effodiunt̃ ꝓfunda altitudine. Necnõ & ſaxo inclu
ſus ſub terra inuenit̃: extrahit̃qꝫ: aut excidit̃. Sꝫ maiori pte foſſili natura abſolutus ſegmenti mõ
nũqꝫ adhuc quinqꝫ pedũ longitudine amplior. Humore hunc terræ qdam autumant quadã ani/
ma cryſtalli mõ glaciari. Et in lapidẽ concreſcere manifeſto apparet: ꝙ cũ fere dcider̃ in puteos
tales & medullæ ex oſſibus eaꝝ in eadẽ lapidis natura poſt unã hyemẽ figurãt̃. Inuenit̃ & niger
aliqñ. Sed cãdido natura mira cum ſit mollicia nota perpetiendi ſolis rigoriſqꝫ: nec ſeneſcit ſi mo
do iniuria abſit: cũ hoc ẽt in cementis multoꝝ generꝝ accidat. Inuenere & aliũ uſum in ramentis
quo ꝓ cyrcũ maximũ ludis cyrcenſibus ſternendi: ut ſit in commendatiõe candor. Nerone prin/
cipe ĩ cappadocia reptus ẽ lapis duritia marmoris candidus atqꝫ tranſlucens: ẽt qua pte fuluæ in/
ciderant uenæ: ex argumento phengites appellatus. Hoc conſtruxerat ædẽ fortunæ: quã ſeiam
appellant: a Seruio rege ſacratã aurea domo complexus. Quare ẽt foribus aptis interdiu clari/
tas ibi diurna erat haud ꝗ ſpeculariũ mõ: tanqꝫ incluſa luce: nõ tranſmiſſa. In arabia quoqꝫ eſſe

lapidē uitri mō tranſlucidum:quo utūť ꝓ ſpecularibus:Iuba auctor ē. Nunc ad oparios lapides
tranſiiſſe conueniat:primūqꝫ cotes ferro acuendo. Multa eaꝝ genera. Creticæ diu maxima lau/
dē habuer̃. Secundā laconicæ ex taygeto monte:utræqꝫ oleo indigentes. Inter aquarias naxiæ
laus maxima fuit:mox armeniacæ:ꝺ qbus diximus. Ex oleo & aqua ciliciæ pollent:ex aqua ar/
ſinoeticæ. Reptæ ſunt & ĩ italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. Necnon & tranſalpes:
quas paſcernices uocant. Quarta rō ē ſaliua hominis ꝓficientium. Quæ in tonſtrinaꝝ officinis
inutilis ē:fragili mollicia. Flaminitanæ ex hiſpania citeriore in eo gener̃ præcipue. Reliqua mul
titudo lapidū in totū ædificiis inutilis ē moroſitate. Quædam tñ loca morē illū habēt:ſicuti car
thago in africa exerceť halitu maris:fricať uēto:& uerberať hymbri. Sꝫ cura tueňť picando pa
rietes:qm̃ & tectoria calx rodiť. Sciteqꝫ dictū ē:ad tecta eos pice ad uinū calce uti:qm̃ ſic mu/
ſta cōdiūť. Alia mollicia circa romā fidēnati & albano. In liguria quoqꝫ umbria & uenetia alb⁹ la
pis dentata ſerra ſecať. Hi tractabiles in opa laborē quoqꝫ tolerant ſub tecto dūtaxat. Aſpergi/
ne & gelu pruiniſqꝫ rumpūť in teſtas. Nec contra humores & aurā maris robuſti. Tyburtini ad
reliqua fortes:uapore diſſiliunt. Nigri ſilices optimi qbuſdam in locis & rubentes. Nōnūqꝫ ue
ro & albi:ſicut in tarquinienſi & ancianis lapidicinis circa lacū uolſinienſem. Et in ſtratonenſi ſť:
qbus ne ignis qdē nocet. Iidē & in monumenta ſculpti contra uetuſtatē quoqꝫ incorrupti pma/
nent. Exqꝫ iis formæ fiunt:in qbus æra fundūť. Eſt & uiridis lapis uehementer igni reſiſtens:
ſꝫ nuſq̃ꝫ copioſius. Et ubi inueniť lapis nō ſaxū ē. E reliqs pallidus in cemento raro utilis. Glo/
boſus cōtra iniurias fortis:ſed ad ſtructurā infidelis:niſi multa ſuffrenatione duinctus. Nec cer
tior fluuiatilis ſemp ueluti madēs. Remediū ē in lapide dubio æſtate eū eximere:nec ante bien
niū eū inſerere tecto:domitum tempeſtatib⁹. Quæ ex eo læſa fuerint:in ſubterranea ſtructura
aptanť utilius. Quæ reſtiterint:tutū eſt cælo committere. Græci e lapide duro ac ſilice æquo
conſtruunt ueluti lateritios parietes. Cū ita fecerint:iſo domos uocant gen⁹ ſtructuræ. At cū
in æquali craſſitudine ſtructa ſunt pſeudiſodomō. Tertiū ē euplecton tantūmodo frontib⁹ poli/
tis. Reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri:ut commiſſuras antecedentiū
medii lapides optineant:neceſſarium ē:in medio quoqꝫ pariete ſi res patiať. Si min⁹:utiqꝫ a la/
terib⁹. Medios parietes ſarcire fractis cementis. Dictyotheton uocant reticulatam ſtructuram:
q̃ꝫ frequentiſſime romæ ſtruunt:rimis oportunam. Structurā ad normā & libellam fieri & ad p/
pendiculū reſpondere oportet.

¶De Ciſternis & calce & harenæ generib⁹:& mixtura calcis & harenæ:& uitiis ſtructu
ræ:& tectoriis columnis Cap. xxiii.

ET Ciſternas harena pura & aſpera quinqꝫ ptibus:calcis q̃ꝫ uehementiſſime duab⁹ cōſtrui cō
uenit:fragmentis ſilicis nō excedentibus libras. Ita ferratis uectib⁹ calcari ſolū parieteſqꝫ ſi
militer. Vtilius geminos eē:ut in priore uitia conſidant aquæ:atqꝫ p collū in ꝓximas tranſeat
maxime pura aqua. Calcē e uario lapide Cato Cenſorius improbat. Ex albo melior q̃ꝫ ex duro
& ſtructuræ utilior. Quæ ex fiſtuloſo:tectoriis. Ad utrunqꝫ damnať ex ſilice. Vtilior eadē ex
efoſſo lapide q̃ꝫ ex ripis fluminum collecto. Vtilior e molari:qa ē quædam pinguior natura ei⁹
Miꝝ aliq poſt q̃ꝫ arſerit accendi aquis. Harenæ tria genera. Foſſicia cui quarta ps calcis addi dꝫ
Fluuiatili aut marinæ tertia. Si & teſtæ tuſæ tertia ps addať melior materia erit. Ab apennino
ad padū nō inueniť foſſicia:nec marina. Ruinaꝝ urbis ea maxime cā:qꝫ furto calcis ſine ferrumi/
ne ſuo cemēta componūť. Intrita quoqꝫ quo uetuſtior eo meliō. Vnde & in antiquaꝝ ædium le
gib⁹ inueniť ne recētiore trima utereť redēptor q̃ſq̃ꝫ. Idoqꝫ nulla tectoria eoꝝ rimæ fœdauere
Tectoriūqꝫ:qꝺ niſi ter harenato & bis marmorato inductū ē:nō ſatis ſplēdoris hꝫ. Vliginoſa
& ubi ſalſugo teſtatio uitia ſublini utili⁹. In græcia tectoriis ēt harenaꝝ qꝺ inducturi ſť:pri⁹ in
mortario ligneis uectib⁹ ſubigūt. Expimētum marmorati ē in ſubigendo:donec rutro nō cohæ
reat. Contra in albario ope:ut macerata calx ceu glutinum hæreat. Sꝫ macerari nō niſi a gleba
oportet. In elide ædes ē Mineruę:ĩ qua frater Phidiæ Pane⁹ tectoriū ĩduxit lacte & croco ſub/
actū:ut ferūt:ido ſi q̃rať ĩ ea hodieqꝫ ſaliua pollice:odorē croci ſaporēqꝫ r̃dder̃ tradiť. Colūnæ
eder̃ dēſius poſitæ:craſſiores uidēť. Quattuor eaꝝ genera. Quæ ſextā ptē altitudinis in craſſi
tudīe ima hñt:doricæ uocāť:q̃ nonā ionicæ:q̃ ſeptimā thuſcanicæ. Corinthiis eadē rō quæ io
nicis. Et differentia:qm̃ capitularis corinthiaꝝ eadē ē altitudo quæ colligitur craſſitudine ima:
idoqꝫ graciliores uidēť ionicis:capitelli. n. altitudo tertia præſtat craſſitudini. Antiqua rō erat
columnaꝝ altitudinis tertia ps latitudinū dlubri. In epheſi Dianæ æde:ꝺ qua pri⁹ fuit ſmo:pri
mū columnis ſpiræ ſubditæ:& capitella addita. Placuitqꝫ altitudinis octaua ps in craſſitudine:&
ut ſpiræ haberēt craſſitudinis dimidiū ſeptimæqꝫ ptis ꝺtrahentibus ſummaꝝ craſſitudini. Præ/
ter has ſunt quæ uocāť atticæ columnæ quaternis angulis pari lateꝝ interuallo.

¶De medicinis calcis:& maltha & gypſo Cap. xxiiii.

CAlcis & in medicina magn⁹ uſus. Eligiť enim recēs:nec aſperſa aquis urit:diſcutit:extrahit
incipienteſqꝫ ſpere ulceꝝ impetus coercet. Aceto & roſaceo tēperata ꝓducit ad cicatricem.

Historiae naturalis - page 511 sur 530

Luxatis quoq̃ cũ adipe ſuillo aut liquida reſina ex melle medeť. Eadẽ compoſitione & ſtrumis. Maltha e calce fit recenti: gleba uino reſtinguiť. Mox tundiť cũ adipe ſuillo & ficu duplici lina/mẽto. Quæ res omniũ tenaciſſima: et duritiam lapidis antecedẽs. Quod malthať oleo pficiť an te. Cognita calci res gypſum ẽ. Plura eius genera. Nam e lapide coqť ut in ſyria cathuris. Et e terra fodiť ut in cypro ac perrhebie ſumma tellure: et hymeticũ ẽ. Qui coqť lapis nõ diſſimilis alabaſtrite eẽ dbet: aut marmoroſo. In ſyria duriſſimos ad id eligũt: coquuntq̃ fimo bubulo ut celerius uranť. Omniũ ãt optimũ fieri comptum ẽ e lapide ſpeculari ſquammã uitalẽ habente. Gypſo madido ſtatim utẽdũ ẽ: qm̃ celerrime coit: ac ſiccať. Tamẽ rurſus tũdi et in farinam re/ſolui patiť. Vſus gypſi in albariis ſigillis ædificioꝝ et coronis gratiſſimus. Exẽplumq̃ illuſtre. C. Proculeium Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

De pauimentis: et quando primum romæ: et ſubdialibus pauimentis: et græcanicis: et quando primum cameræ ¶Capitulum. xxv.

P Auimenta originẽ apd græcos habẽt elaborata arte picturæ rõne: donec linthoſtrota ex/pulere eam. Celeberrim⁹ fuit in hoc generoſus: q pgami ſtrauit quẽ uocant Euſaroton Oe/con: qm̃ purgamenta cœnæ in pauimẽto quoq̃ euerri ſolẽt: ueluti relicta. Fecerat puis e teſtu/lis tinctisq̃ in uarios colores. Mirabilis ibi columba bibẽs: & aquã umbra capitis infuſcans ab/ripiẽte alia eſcam. Dentes uideres in canthari labro. Apricãť aliæ ſcabentes ſeſe pauimẽta cre/do primũ facta: q̃ nũc uocam⁹ barbarica: atq̃ ſubregulanea. In italia e feſtucis cannea: hoc aper/te ex nomine ipſo intelligi põt. Romæ ſcalpturatũ in Iouis capitolini æde primũ factum ẽ poſt tertiũ punicũ bellũ initũ. Frequentata uero pauimẽta ante cimbricũ magna gratia animoꝝ indi/cio ẽ lucillianus ille uerſus. Ante pauimenta atq̃ emblemata uermiculata. Subdialia græci inue nere talib⁹ domos cõtegentes facili tractu & tepente. Sꝫ fallax ubicũq̃ hymbres gelãt. Neceſ/ſariũ binas p diuerſum taxationes ſubſterni. Capita eaꝝ præfigi ne torqueãť. Et ruderi nouo ter tiam ptẽ teſtæ tuſæ addi. Deinde rudus in quo duæ quintæ calcis miſceãť pedali craſſitudine ſe ſtucari. Tunc nucleo craſſo ſed digytos induci & e teſta grandi nõ min⁹ alia duos digytos ſtrui. Faſtigiũ uero ſuari in pedes denos & ſeſcũcem. Ac diligẽter cote dſpumare: uerniſq̃ axib⁹ con/tribulare. Quæ torquẽť inutilia putant. Immo & ſilice aut palea ſubſterni melius eẽ quo minor uis calcis pueniat. Neceſſariũ & globoſum lapidẽ ſubiici. Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Nõ ne/gligendũ etiamnũ unũ gen⁹ græcanicũ. Solo feſtucato iniciť rudus aut teſtaceũ pauimẽtũ. Dein ſpiſſe calcatis carbonib⁹ inducĩť ſabulo calce ac fauilla mixtis: materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellã exigiť: & ẽ forma terrena. Si uero cote ẟpolitum ẽ: nigri pauimẽti uſum opti net. Lithoſtrota cœptauere iam ſub Sylla puulis certe cruſtis. Extatq̃ hodie qd' in Fortunæ de lubro preneſte fecit. Pulſa deinde ex humo pauimenta in cameras tranſiere: ut pnum uitiũ. Et hoc certe inuentũ ab Agrippa in thermis quas romæ fecit. Figlinũ opus encauſto pinxit. In reli quis albaria adornauit. Non dubie uitreas facturus cameras: ſi prius id inuentũ fuiſſꝫ: aut a parie tibus ſcœnæ ut dixim⁹. Scauri pueniſſet in cameras. Quã ob rẽ originẽ uitri dicem⁹.

De origine uitri & ratione faciendi: & de obſiano uitro: & generibus multiformi/bus uitri ¶Capitulum. xxvi.

P Ars eſt ſyriæ: quæ Phœnice uocať finitima iudææ intra montis carmeli radices paludẽ ha bẽs: quæ uocať cãdebea. Ex ea crediť naſci belus amnis quinq̃ miliũ. p. ſpatio in mare pro/fluens iuxta ptolemaidẽ coloniã. Lẽtus hic currit: inſalubris potu: ſed cerimoniis ſacer: limoſus uado pfundus. Nõ niſi refuſo mari harenas fatẽť. Fluctibus. n. uolutatæ niteſcunt dtritis ſordi bus. Nũc & a marino crediť aſtringi morſu: nõ prius utiles. Quingentoꝝ ẽ paſſuum nõ ampli⁹ littoris ſpatiũ. Id ꝑ tm̃ multa p ſæcula gignẽdo fuit uitro. Fama ẽ appulſa naue mercatoꝝ nitri cũ ſparſi p littus epulas pararẽt: nec eſſet cortinis attollendis lapidũ occaſio: glebas nitri e naue ſubdidiſſe. Quibus accẽſis pmixta harena littoris tranſlucentes nobilis liquoris fluxiſſe riuos: & hãc fuiſſe originẽ uitri. Mox ut ẽ aſtuta & ingenioſa ſolertia nõ fuit cõtẽta nitꝝ miſcuiſſe: cœ ptus addi & magnes lapis: qm̃ in ſe liquorẽ uitri quoq̃ ut ferrũ trahere crediť. Simili mõ & cal/culi ſplendẽtes multifariã cœpti uri: deinde conchiæ & foſſiles harenæ. Auctores ſunt in india e cryſtallo fracta fieri: & ob id nullũ comparari indico. Leuib⁹ ãt aridiſq̃ lignis coqť addito cy/prio ac nitro maxime ophirio. Continuis fornacib⁹ ut æs liquať: maſſæq̃ fiũt colore pingui ni/grantes. Acies tanta ẽ quacũq̃: ut circa ullũ ſenſum ad oſſa conſecet qcquid afflauerit corporis. Et maſſis rurſus fundiť in officinis tinguiťq̃. Et aliud flatu figurať. Aliud torno teriť. Aliud ar gẽti modo cælať. Sidone quondã iis officinis nobili: ſiquidẽ ẽt ſpecula excogitauerat. Hæc fuit antiqua rõ uitri. Iam uero & in uulturno mari italiæ harena alba naſcẽs ſex miliũ paſſuum a litto re inter cumas atq̃ lucrinũ: q̃ molliſſima ẽ: pila molaq̃ teriť. Dein miſceť trib⁹ ptib⁹ nitri pon/dere uel mẽſura: ac liquata in alias fornaces tranſfundiť. Ibi fit maſſa quæ uocať hãmonitrum. Atq̃ hoc recoqť: & fit uitꝝ puꝝ ac maſſa uitri cãdidi. Iam uero & p gallias hiſpaniasq̃ ſimili mõ

harenæ temperāẽ. Ferunt Tyberio principe excogitatū uitri tempamentum ut flexibile eēt: & totā oſficinā artificis eius abolitā: ne æris: argenti: auri: metallis precia detraherẽt. Eaq̄ȝ fama diu crebrior q̄ȝ certior fuit. Sȝ qd refert. Neronis principatu repta uitri arte quæ modicos calices duos: quos appellabant petrotos. hſ. ſex milibus uenderet. In genere uitri & obſidiana numerāẽ ad ſimilitudinē lapidis quē in æthiopia inuenit. Obſidi⁹ nigerrimi coloris: aliqñ & tranſlucidi: craſſior̃ uiſu atq̄ȝ in ſpeculis parietū ꝑ imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt. Vidimuſq̄ȝ & ſolidas imagines diui Auguſti capti materia huius craſſitudinis. Dicauitq̄ȝ ipſe ꝑ miraculo in tēplo Concordiæ obſidianos quattuor elephantoſ. Remiſit & Tyberius Cæſar heliopolitaꝝ cerimoniis reptam ibi in hæreditate eius q præfuerat ægypto: obſidianā imaginē Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo nūc nitri ſimilitudine interpolata. Xenocrates obſidianū lapidē ī india & in ſānio italiæ & ad oceanū in hiſpania naſci tradit. Fit & tincturæ genere obſidianū ad eſcaria uaſa totū rubēs uitꝝ atq̄ȝ nō tranſlucens: hematinon appellatū. Fit & albū & murrhinū aut hyacinthos ſaphiroſq̄ȝ imitatū: & omnib⁹ aliis colorib⁹. Nec eſt alia nū materia ſequatior: aut ēt picturæ accomodatior. Maxim⁹ tamē honos in cādido tranſlucēte q̄ȝ proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uero ad potandū argenti metalla & auri pepulit. Eſt āt caloris impatiēs: ni ꝑcedat frigidis liquor: cū addita aqua uitreæ pilæ ſole aduerſo in tantum excandeſcant: ut ueſtes exurant: fragmenta teporata agglutinantur tantum rurſus adſundi non queunt præterq̄ȝ abrupto ſibimet: tingui ueluti cū calculi fiunt: quos qdē abaculos appellant: aliquos ēt plurib⁹ modis uerſicoloreſ. Vitꝝ ſulphuri cōcoctū ferruminaẽ in lapidē. Ad peractis obmnib⁹ quæ conſtāt ingenio artem natura faciente: ſuccurrit mirari nihil pene nō igni ꝑfici.

Ignium miracula & medicinæ ꝓdigia Cap. xxvii.

IGnis accipit harenas: ex qbus alibi uitꝝ: alibi argentū: alibi miniū: alibi plumbi genera: alibi pigmenta: alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs ſoluunẽ. Igne ferrū gigniẽ: ac domatur. Igne cremato lapide cemēta ī tectis alligāẽ. Alia ſæpius uri ꝓdeſt. Eadēq̄ȝ materia aliud gigniẽ primis ignib⁹: aliud ſecūdis: aliud tertiis. Quādo ipſe carbo uires haber̃ icipit ītinct⁹: atq̄ȝ intereſſe creditus: maioris fit uirtutiſ. Immēſa & improba reꝝ naturæ portio. Et in qua dubium ſit plura abſumat: an pariat. Eſt & ipſis ignib⁹ medica uis. Peſtilentiæ quæ ſolis obſcuratiōe cōtrahiẽ ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certū ē. Empedocles & Hippocrates id monſtrauere diuerſis locis. Ad conuulſa uiſcera aut contuſa ut. M. Varro auctor ē. Ipſis enim uerbis ei⁹ utar Lix cinis ē inquit foci. Inde. n. cinis luxatis potus medeẽ. Vt licet uidere gladiatores cū deluſerint hac iuuari potiōe. Quin & carbunculū gen⁹ morbi: quo duos conſulares nup abſumptos indicauim⁹: querneus carbo tritus cū melle ſanat. Adeo in reb⁹ damnatis quoq̄ȝ ac iam nullis ſunt aliqua remedia: ut in carbone ecce & cinere. Non præteribo & unū foci exemplū romanis litteris claꝝ. Tarquinio Priſco regnante tradūt repente in foco comparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus. Eāq̄ȝ: quæ inſederat ibi: Tanaquilis reginæ ancillā Ocreſtē captiuā conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium Tulliū natū q regno ſucceſſit. Inde & in reginæ cubanti puero caput arſiſſe uiſum creditūq̄ȝ Laris familiaris filiū. Ob id compitalia & ludos Laribus primū inſtituiſſe.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER TRICESIMVS SEPTIMVS ET VLTIMVS PROHEMIVM.

Origo gemmaꝝ.

VT NIHIL INSTITVTO OPERI DESIT: Gemmæ ſuperſunt: & in artum coacta reꝝ naturæ maieſtas a multis nulla ſui pte mirabilior. Tantum tribuunt uarietati colorib⁹ materiæ decori. Violare ēt ſignis gēmas nefas ducentes. Aliquas uero extra precia ulla taxationēq̄ȝ humanaꝝ opū arbitrantes ut pleriſq̄ȝ ad ſummam abſolutamq̄ȝ reꝝ naturæ contemplationē ſatis ſit una aliqua gēma. Quæ fuerit origo gemmaꝝ & qbus initiis in tantum hæc ammiratio exarſerit dixim⁹ quodā tenus in mentiōe auri annuloꝝq̄ȝ. Fabulæ primordium a rupe caucaſea tradunt. Promethei uinculoꝝ interpretatione fatali: Primūq̄ȝ ſaxi fragmentū incluſum ferro ac digyto circundatum hoc fuiſſe annulū & hoc gemmā.

De gemma Polyclatis tyranni & Pyrrhi regis: & q ſculptores optimi: & nobilitates artificū: & q prim⁹ dactylothecā romæ habuit Cap. i.

HIs initiis cœpit auctoritas in tantū amorē elata ut Polycrati Seuero ſamio inſulaꝝ ac littoꝝ

BIUM

tyranno fœlicitatis ſuæ: quam nimiam fatebat̃ eẽ ipſe: ſatis piamẽti in uniꝰ gemmæ uolũtario damno uideret̃: ſi cũ fortunæ uolubilitate paria faceret. Planeqꝫ ab inuidia eius abunde ſe redimi putaret: ſi hoc unũ doluiſſ;. Aſſiduo gaudio luxus eo ꝓfectus a nauigio in altum annulũ merſit. At illum piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ uice raptum ut faceret oſtẽtum: i culinã domini rurſus fortunæ inſidiantis manui r̃ddidit. Sardonicẽ eã gẽmã fuiſſe conſtat: oſtẽduntqꝫ romæ (ſi credimus) in Concordiæ delubro cornu aureo Auguſtæ dono incluſam: & nouiſſimum ꝑpe locum tot prælatis optinentẽ. Poſt hunc annulum regia fama ẽ gemmæ Pyrrhi illiꝰ q aduerſus romanos bellum geſſit. Nanqꝫ habuiſſe tradit̃ acathen: in qua nouẽ muſæ & Apollo citharam tenẽs ſpectaret̃: nõ arte ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibꝰ maculis: ut muſis quoqꝫ ſingulis ſua redderent̃ inſignia. Nec deinde alia quæ tradat̃ magnopeꝛ̃ gemmaꝝ claritas extat apd̃ auctores: præterqꝫ Iſmeniam Choraulẽ multis fulgentibꝰ uti ſolitum comitante fabula uanitatẽ eius dicatæ in cypro: ſex aureos dnarios ꝓ ſmaragdo in qua fuerat ſculpta Amymone iuſſiſſe enumerari. Et cum duo relati eẽnt: imminuto precio: male me hercules curatum dixiſſe. Multum .n. dtractum erat gemmæ dignitati. Hic uidet̃ inſtituiſſe ut omnes muſicæ artis hac quoqꝫ oſtẽtatione cenſerẽt̃: ueluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus: ut ſibi quoqꝫ par uideret̃. Tertiꝰ q eodẽ tẽpore fuit inter muſicos Nicomachus multas gemmas habuiſſe tradit̃: ſed nulla peritia electas: ſed ſorte quadam. His exẽplis initio uoluminis oblatis aduerſus iſtos q ſibi hãc oſtentationẽ arrogant: ut palam ſit eos tibicinum gloria tumeꝛ̃. Hoc in Polycratiſ gemma quæ demonſtrat̃ illibata intactaqꝫ ab Iſmeniæ ætate poſt multos annos apparet ſcalpi ẽt ſmaragdos ſolitos. Cõfirmat hãc eandẽ opinionẽ dictum Alexandri magni: quo uetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi ꝙ a Pyrgotele nõ dubie clariſſimo artis eiuſ. Poſt eum Apollonides & Croniꝰ i gloria fuere. Quiqꝫ diui Auguſti imaginẽ ſimilẽ expreſſit: qua poſtea principes ſignabãt Dioſcorideſ. Sylla dictator traditione Iugurte ſemꝑ ſignauit. Eſt & inter auctores Catienſem illum cuius patrẽ Scipio Aemilianꝰ ex ꝓuocatione interfecerat: pugnæ eiꝰ effigie ſignaſſe uulgato Stilionis Præcõtini ſale. Quidnam fuiſſe actuꝝ eum ſi Scipio patrẽ eius interemptus eẽt? Diuus Auguſtꝰ inter initia ſphinge ſignauit. Duas ãt in matris annulis iam indiſcretæ ſimilitudinis inuenerat. Altera ꝑ bella ciuilia abſente eo amici ſignauere epiſtolas & edita. Quæ rõ tẽpoꝝ nomine eiꝰ reddi poſtulabat: nõ infaceto lepore accipientiũ enigmata afferre eam ſphingem. Quin ẽt Mœcenatis rana ꝑ collationẽ pecuniaꝝ in magno terrore erat. Auguſtꝰ poſtea ad duitanda cõuitia ſphingis Alexandri magni imagine ſignauit. Gemmas plures: qd̃ ꝑegrino appellant: nomine dactylothecã: primꝰ omniũ habuit romæ priuignꝰ Syllæ Scauruſ. Diuqꝫ nulla alia fuit: donec Põpeiꝰ magnus eam quæ Mythridatis regis fuerat: inter dona in capitolio dicaret: ut .M. Varro: aliiqꝫ eiuſdẽ ætatis auctores confirmant: multũ prælatam Scauri. Hoc exẽplo Cæſar dictator ſex dactylothecas in æde Veneris genitricis conſecrauit. Marcellus octauia genitus in palatina Apollinis æde unã. Victoria tamẽ illa Pompeii primũ ad margaritas gemmaſqꝫ mores inclinauit. Sicut .L. Scipionis & Cn. Manlii ad cælatũ argentũ & ueſtes attalicas & triclinia ærata. Sicut .L. Mummii ad corinthia & tabulas pictas.

De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeii: & natura cryſtalli & medicinis: & luxuria circa eã: & qñ primũ inuẽta myrrhina: & luxuria circa eã & natura myrrhinoꝝ: ꝗ mentiti ſunt auctores de ſuccino Cap. ii.

i Duti planius noſcat̃: uerba ex ipſis Pompeii triumphoꝝ actis ſubiiciam. Ergo tertio triumpho quẽ de piratiſ: aſia: ponto: gentibuſqꝫ & regibꝰ in ſeptimo opis huius uolumine indicatis M. Piſone. M. Meſſala conſ. pridie Kalendas octobris: die natalis ſui egit: tranſtulit alueum cũ teſſeris luſoriũ e gemmis duabꝰ latũ pedes tres: longũ pedes quattuor. Et ne qs de ea re dubitet nulla gemmaꝝ magnitudine hodie ꝓpe ad hanc amplitudinẽ accedente. In quo fuit luna aurea pondo. xxx. milium. Lectos tricliniares treſ. Vaſa ex auro & gemmis abacoꝝ nouem. Signa aurea tria. Mineruæ matris: & Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Montem aureũ quadratũ cũ ceruis & leonibꝰ & pomis omnis generis circundata uite aurea. Muſæum ex margaritis in cuius faſtigio horologiũ erat. Imago Cn. Pompeii e margaritis: illa regio honore grata: illius ꝓbiores uenerandiqꝫ ꝑ cunctas gẽtes illa inqꝫ ex margaritis: ſeueritate uicta & ueriore luxuria ꝙ triũpho. Quod ꝓfecto inter illos uiros duraſſet cognomen Magni: ſi prima uictoria ſic triũphaſſes d̃ margaritis Magne: tam ꝓdigia re & fœminis reꝑta: quã habere gerereqꝫ fas non ſit. Hinc ſic fieri tuos uultus? ſic te precioſum uideri? Nõne illa ſimilior tui ẽ imago: quã pyrenei iugis impoſuiſti? Graue ꝓfecto fœdumqꝫ ꝓbrũ erat: ni uerius ſit eũ deoꝝ oſtentũ credi oporteꝛ̃ Clareqꝫ intelligi poſſet iam tum illud caput orientis opibꝰ ſiñ reliquo corpore oſtẽtatũ. Cætera triumphi eiuſdem ꝙueriſſime ſubiiciã. Reip. datũ mille talentũ. Legatis & quæſtoribus: q oras maris defendiſſent ſeſtertia bina milia. Cõmilitibus ſingulis qnquaginta. Tolerabiliorẽ tñ fecit cauſam Caii principis q ſuꝑ omnia muliebria oculos induebat e margaritis. Et Neronis principis q ſceptra ꝑſonis hiſtrionũ & cubicula uiatoria unionibꝰ cõſternebat. Quinimmo ẽt ius uidemur

perdidiſſe corripiendi gēmata potoria & uariæ ſupellectilis genera annulos tranſeuntes. Quæ
enim nō luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Eadē uictoria primū in urbē murrina inuexit. Pri
mus ꝗ Pompeius ſex pocula ex eo triumpho capitolino Ioui dicauit. Quæ ꝓtinus ad hominum
uſum tranſiere: abacis ēt eſcariiſqꝫ uaſis inde expetitis. Excreſcitqꝫ in dies eius rei luxus murri
no. lxxx. ſeſtertiis empto capaci plane ad ſeſtarios tres. Caliceqꝫ potauit ex eo ante hos annos
cōſularis ob amorē abraſo eius margine ut tamē iniuria illa preciū augeret. Neqꝫ ē hodie mur
rini alterius præſtantior indicatura. Idē in reliqs generis eius quantū ualuerit licet æſtimare ex
multitudine: q̄ tanta fuit: ut auferente liberis ei⁹ Nerone Domitio theatꝝ peculiare trans tybe
rim hortis expoſita occuparēt: hoc a populo impleri cauentes. Et dū pompeian⁹ præludit: etiaꝫ
Neroni ſatis erat: q uidit tunc annumerari unius ſcyphi fracta membra: q̄ in dolorē credo ſæcu
li inuidiāqꝫ fortunæ tanquā Alexandri magni corpus in cōditorio ſuari ut oſtentaret̄: placebat.
T. Petronius conſularis moritur⁹ inuidia Neronis principis ut mēſam eius exhæredaret: trullā
murrinam. ccc. ſeſtertiis emptam fregit. Sꝫ Nero ut par erat principē uicit omnes. cccc. ſeſter
tiis capedinē unā parando. Memoranda res tanti impatorē patrēqꝫ patriæ bibiſſe. Oriēs mur
rina mittit. Inueniūt̄ enim ibi in plurib⁹ locis nec inſignibus: parthici regni. Præcipue tñ in car
mania. Humorē putant ſub terra calore dēſari. Amplitudine nūqꝫ puos excedūt abacos. Craſſi
tudine rara quanta dictū ē uaſi potorio. Splendor iis ſine uirib⁹: nitroqꝫ uerius q̄ꝫ ſplendor. Sed
in precio uarietas coloꝝ: ſubinde circunagentib⁹ ſe maculis in purpurā candorēqꝫ: & tertium ex
utroqꝫ igneſcente ueluti p tranſitū coloris purpura rubeſcente: aut lacte candeſcente. Sūt q ma
xime in iis laudēt extremitateſ: & quoſdā coloꝝ repcuſſus: quales in cæleſti arquu ſpectāt. His
maculæ pingues placēt. Tranſlucere quicqꝫ aut pallere uitiū eſt. Itē ſales uerrucæqꝫ nō eminē
tes: ſed ut in corpore ēt pleꝛqꝫ ſeſſiles. Aliqua & in odore commendatio ē. Contraria huic cau
ſa cryſtallū facit: gelu uehementiore concreto. Nec alibi certe repit̄: q̄ꝫ ubi maxime hybernæ
niues rigēt: glaciēqꝫ eē certum ē: unde & nomē græci dedere. Oriens & hanc mittit. Sꝫ indicæ
nulla præfert̄. Naſcit̄ & ī aſia: uiliſſima circa alabandā & hortoſiam finitimiſqꝫ montib⁹: itē ī cy
pro. Sꝫ laudata in europa alpiū iugiſ. Iuba auctor ē: & in quadā inſula rubri maris ante arabiā ſi
ta naſci quæ neron uocet̄. Et in ea quæ iuxta gēmam topacion ferat. Cubitalemqꝫ effoſſam a Py
thagora Ptolemæi regis præfecto. Cornelius Bocch⁹ & in luſitania pꝗ mirandi pōderis immē
ſis iugis depreſſis ad liberamētū aquæ puteis. Miꝝ & quod Xenocrates tradit epheſius aratro ī
aſia & cypro excitari. Non. n. inueniri in terreno: nec niſi inter cautes ei editū fuerat. Simili⁹ ue
ri ē qđ idē Xenocrates tradit torrentib⁹ ſæpe đportari. Sudines uero negat niſi ad meridiē ſpe
ctantib⁹ locis naſci. Quod certū ē: non enim repit̄ in aquoſis: q̄ꝫq̄ꝫ in regione prægelida: uel ſi
ad uada uſqꝫ glatiēt̄ amnes. Cæleſti humore puaqꝫ niue id fieri neceſſe ē: ido caloris impatiens
in frigido potu abdicat̄. Quare naſcat̄ angulo ſis laterib⁹: ñ facile rō inueri pōt: eo magis ꝙ neqꝫ
mucronib⁹ eadē ſpēs ē: ita abſolutus eſt lateꝝ leuor: ut nulla id arte poſſit æquari. Magnitudo
ampliſſima adhuc uiſa nobis erat: quā ī capitolio Liuia Auguſta dicauerat: libraꝝ circiter. l. Idē
Xenocrates auctor ē: uas amphorale uiſum. Et aliq ex india cryſtallū ſextarioꝝ quattuō. Nos li
quido affirmare poſſumus in cautib⁹ alpiū naſci adō inuiis ut pleꝛqꝫ fune pēdentes eā extrahant
Peritis ſigna & indicia nota ſunt. Infeſtant̄ plurimis uitiiſ: ſcabro: ferrugine maculoſa nube occul
ta aliqñ uomica: præduro fragiliqꝫ centro a ſole appellato. Eſt & ruffa aliquib⁹ rubigo. Aliis ca
pillamētū rimæ ſimile. Hoc artifices litura occultant. Quæ uero ſine uitio ſunt: puras eē malūt
aſcyntheta appellantes: nec ſpumei coloris lympideqꝫ. Poſtrema uero auctoritas in pōdere eſt:
Inuenio medicos quæ ſunt urenda corpoꝝ nō aliter utilius id fieri putare q̄ꝫ cryſtallina pila ad
uerſus appoſita ſolis radiiſ. Alius hic furor. hſ. cētum. l. milib⁹ trulla una nō ante multos annos
mercata a matreſamilias nec diuite. Itē Nero amiſſaꝝ reꝝ nūcio accepto duoſ caliceſ cryſtallinoſ
in ſuprema ira fregit illiſos. Nec fuit rō uitio ſæculum ſuū punientis: ne qs alius ex iis biberet.
Fragmenta ſarciri nullo mō queunt. Mireqꝫ ad ſimilitudinē acceſſere uitri: ſed ꝓdigii mō ut ſuū
preciū auxerint: cryſtalli nō diminuerunt. Proximū locū in đliciis fœminaꝝ tñ adhuc tm̄ ſuccina
optinēt: eādēqꝫ oia hæc quā gēme auctoritatē. Sane maiorē aliqb⁹ đ cauſis cryſtallina & murri
na. Rigidi pot⁹ utraqꝫ. In ſuccinis cauſam ne đliciæ qdē adhuc excogitauerūt. Occaſio ē uanitas
græcoꝝ diligēter. Legētes modo æque ꝑpetiant̄ me đ ortu eoꝝ: cū hoc quoqꝫ interſit uitæ ſci
re poſteros qcquid illi ꝓdidere mirandū. Phœtontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbo
res populos lachrymis electꝝ omnib⁹ annis fundere iuſta eridanū amnē quē padū uocamus. Et
electꝝ appellatū: qm̄ ſol uocitat⁹ ſit electros: plurimi poetæ dixere: primiqꝫ ut arbitror: Eſchy
lus: Philoxen⁹: Nicander: Euripides: Satyr⁹. Qđ eē factū italiæ teſtimonio patet. Diligētio
res eoꝝ electridas inſulas ī mari hadriatico eē dixerūt: ad quas dilaberet̄ pad⁹. Qua appellatiōe
nullas unqꝫ ibi fuiſſe certū ē. Nec uero ullas ibi appoſitas eē ī quas quicqꝫ curſu padi duehi poſ
ſit. Nam ꝙ Eſchylus in hyberia hoc ē in hiſpania eridanū eē dixit: eundēqꝫ appellari rhodanum
Euripides rurſus & Apollonius in hadriatico littore confluere rhodanū & padū: faciliorē ueniaꝫ

facit ignorati ſuccini: in tanta orbis ignorantia. Modeſtiores ſed æque falſum ꝓdidere in extre-
mis hadriatici ſin⁹ rupib⁹ inuiis arbores ſtare: q̄ canis ortu hoc effunderēt gummi. Theophraſt⁹
in liguria effodi dixit. Phœtontem in æthiopia Hammonis obiiſſe. Ob id dlubꝝ ibi eē atq; ora-
culū. Electꝝq; gigni. Philemō foſſile eē: & ī ſcythia erui duob⁹ locis. Cādidū atq; cærei coloris
qđ uocaret̃ electꝝ. In alio loco fuluum qđ appellaret̃ ſualternicū. Demoſtratus lyncurion id uo
cat: & fieri ex urina lyncū beſtiaꝝ. E marib⁹ fuluū & igneū: e fœminis languidius atq; candidū.
Alii dixere languriū: eē in italia beſtias langurias. Zenothenis langas uocat eaſdem: & circa pa
dū iis uitā affirmat ſudines arborē quæ gignat ī liguria. In eadē ſententia & Metrodor⁹ fuit. So-
tacus credidit in britannia arborib⁹ effluere: quas electridas uocauit. Pytheas gutonib⁹ germa-
niæ gēti accolis æſtuariū mētonomon nomine ab oceano ſpatio ſtadioꝝ ſexmiliū. Ab hoc diei
nauigatione inſulā abeſſe abalū. Illo uere fluctibus aduehi: & eſſe concreti maris purgamentum
Incolas ꝓ ligno ad ignē uti eo: ꝓximiſq; teutonis uēdere. Huic & Timæus credidit: ſed inſulā
baſiliā uocauit. Philemon negauit flammam ab electro reddi. Nicias ſolis radioꝝ ſuccū intelligi
uoluit. Hos circa occaſum credit uehementiores in terram actos pinguē ſudorē in ea pte oceani
relinquere: deinde æſtatib⁹ in germanoꝝ littora eiici. Et in ægypto naſci ſimili modo: & uocari
ſacal. Itē in india: gratiuſq; thure eē indis. In ſyria quoq; fœminas uerticillos inde facere: & uo-
care harpaga: q̄ folia & paleas: ueſtiūq; fimbrias rapit. Theophraſtus oceano id exæſtuante ad
pyrenei ꝓmontorium eiici. Quod Xenocrates credidit: q de iis nuprime ſcripſit. Viuit adhuc
Aſarubas: q tradidit iuxta atlanticū mare eē locū cephiſida: quē mauri uocant electꝝ. Hūc ſole
excalfactū e limo dare electꝝ fluitans. Mneſias africæ lacū ſycionē appellatū: & cratinā amnem
in oceanū effluentem lacu: in quo aues quas meleagridas & penolopas uocat uiuere. Ibi naſci ra-
tione eadē qua ſupra dictū ē d electride lacu. Theomenes dicit: iuxta ſyrtin magnā hortū heſpe
ridū eē: ex quo in ſtagnū cadat. Colligi uero a uirginib⁹ heſperidū. Cteſias indis flumē eē hypo
barꝝ: quo uocabulo ſignificet̃ omnia uaſa ferre bona: fluere a ſeptentrione ī exortū oceanū iuxta
montē ſiluestrē arborib⁹ electꝝ ferentib⁹. Arbores eas aphytagoras uocari: qua appellatione
ſignificet̃ prædulcis ſuauitatis. Mithridates in germaniæ littorib⁹ eē inſulam: uocariq; eam cæ-
dron: cædri genere ſiluoſam: inde defluere in petras. Xenocratis nō ſuccinū tm̄ in italia: ueꝝ etiā
thieum uocari: a ſcythis uero ſacriū: qm̄ & ibi naſcat̃. Alios putare in numidia gigni: Sup omēs
ē Sophocles tragic⁹ poeta: qđ eqdē miror tanta grauitate cothurni: & prætera uitæ fama alias
principali loco genit⁹ athenis reb⁹ geſtis exercitu adiecto. Hic ultra indiā fieri dixit e lachrymis
meleagridū auiū Meleagrū defluentium. Quod & credidiſſe eū: uel ſperaſſe aliis pſuaderi poſſe
quis non ueret̃: quam ue periciā aut impericiam poſſe repiri quæ auiū ploratus annuos credit:
lachrymas ue tam grandes: auesq; e græcia ubi Meleager periit ploratū iſſe in indos: Quid er-
go: Non multa æque fabuloſa ꝓdunt poetæ: Sꝫ hoc ea in re quæ quottidie inuehat̃: atq; abun-
det: & hoc mēdaciū coarguat ſerio quenq; dixiſſe: ſumma hominū contemptio ē: & intoleranda
mendaciorum impunitas.

¶De ortu & medicinis & generib⁹ & luxuria ſuccinoꝝ: & lyncurio & medicīæ Cap. iiii.

Ertum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani: & a germanis appellari gleſſum: itaq; & a
noſtris unā inſulaꝝ ob id gleſſariam appellatā: Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerēte
auſtrauiam a barbaris dictā. Naſcit̃ āt defluente medulla pinei generis arborib⁹: ut gūmi in ce-
raſis: reſina pineis erumpit humoris abundantia. Denſat̃ rigore uel tepore aut mari. Cū uero in
tumeſcens æſtus rapuit ex inſulis: certe in littora expellit̃: ita uolubile ut pēdere uideat̃. Quod
arboris ſuccū ēt priſci noſtri credidere: ob id ſuccinū appellantes. Pineæ āt arboris eē indicio ē
pine⁹ in attritu odor: & q accēſum tædæ modo ac nidore fragret. Affert̃ a germanis in panno-
niam: mox p ꝓuinciam. Inde ueneti primum quos græci enetos uocant: rei famam fecere. Pro-
ximæ pannoniæ id accipiētes circa mare hadriaticū. Pado uero adnexa fabulæ uidet̃ cā hodieq;
tranſpadanoꝝ agreſtib⁹ fœminiſ: moniliū uice ſuccina geſtantib⁹ maxīe dcoris gratia. Sꝫ & me-
dicinæ: qm̄ tonſillis credit̃ reſiſtere: & fauciū uitiis uario genere aquaꝝ iuxta illos infeſtāte gut-
tura ac uicinas carnes. Cētum fere milibus paſſuum abeſt a carnunto littus pannoniæ: ex quo id
germaniæ inuehit̃: ꝑcognitum nup. Vidit. n. eques roman⁹ miſſus ad id comparandū a Iuliano
curante gladiatoriū mun⁹ Neronis principis. Qui hæc commertia & littora pagrauit tanta co-
pia inuecta: ut retia coercēdis feris podiū ꝓtegentia ſuccinis nodarēt̃. Arma uero & libitina to
tuſq; unius diei apparatus eēt e ſuccino. Maximū pondus iis glebæ attulit. xiii. libraꝝ. Naſci &
ī india certū ē. Archela⁹ q regnauit in cappadocia illinc cortice inhærente tradit aduehi rude:
poliriq; lacte incoctū. Liquidū primo diſtillar̃ argumēto ſunt quædā intus tranſlucentia: ut for-
micæ aut culices: lacertæq; quas adhæſiſſe muſteo: nō ē dubiū: & incluſas indureſcenti. Genera
eius plura. Candida odoris ꝑſtantiſſimi. Sꝫ nec his nec cetris ꝑcium. Fuluis maior auctoritaſ. Ex
iis etiamnū āplior tranſlucentib⁹: ꝑter q̄ ſi nimio ardor̃ flagrent: imaginemq; igneam ineſſe: nō
ignem placet. Summa laus falernis a uini color̃ dictis molli fulgor̃ pſpicuiſ. Sūt & in qb⁹ dcocti

mellis lenitas placeat. Verꝫ hoc quoqꝫ notũ fieri oportet quocunqꝫ modo tingui libeat: hædorũ ſeuo & anchuſæ radice. Quippe ẽt conchylio inficiũť. Cæterꝫ attritu digytorꝫ accepta ui caloris attrahunt in ſe paleas & folia arida: ut magnes lapis ferrũ. Ramẽta quoqꝫ ſuccini oleo addito flagrant dilucidius diutiuſqꝫ ꝙ lini medulla. Taxatio in dliciis tanta ut hominiſ quãuis pua effigies uiuorꝫ hominũ uigẽtiumqꝫ precia ſuperet: ꝓrſus ut caſtigatio una ñ ſit ſatis. In corinthiis æs placet auro argẽtoqꝫ mixtum: in cælatis ars & ingenia. Murrinorꝫ & cryſtallinorꝫ dixim⁹ gratiam. Vniones ꝗ capite circunferũť: gemmæ digytis. In omnib⁹ deniqꝫ aliis uitiis oſtentatio aut uſus placet. In ſuccinis deliciarꝫ tm̃ conſcientia. Domitius Nero ĩ cæteris uitæ ſuæ portẽtis capillos quoqꝫ cõiugis ſuæ Popeæ in hoc nomẽ adoptauerat quodã ẽt carmine ſuccinos appellando. Et qm̃ nullis uitiis deſunt precioſa nomina ex eo tertius hic qdem colos cœpit expeti a matronis. Vſus tñ ſuccinorꝫ inueniť aliqs ĩ medicina: ſed ñ ob hoc fœminis placẽt. Infantib⁹ alligari Amuleti rõne ꝓdeſt. Calliſtratus & cuicũqꝫ ætati contra lymphationes ꝓdeſſe tradit. Et urinæ difficultatib⁹ potũ: alligatumqꝫ. Hic & differentiã nouã attulit appellando chryſolectrꝫ quaſi coloris aurei: & matutino grauiſſimi aſpect⁹. Rapaciſſimũ igniũ: & ſi iuxta fuerint celerrime ardeſcẽs Hoc collo alligatũ: mederi febribus & morbis. Tritũ cũ melle ac roſaceo auriũ uitiis. Et ſi cum melle attico conterať: oculorꝫ quoqꝫ obſcuritatib⁹. Stomachi ẽt uitiis uel ꝑ ſe farina eius ſumpta: uel cũ maſtice ex aqua pota. Succina ẽt gẽmis quæ ſť tranſlucidæ: adulterandi magnũ habẽt locũ: maxime amethyſtis: cũ omni ut dixim⁹ colore tingãť. De lyncurio ꝓxime dici cogit auctorũ ptinacia. Quippe ẽt ſi nõ electrꝫ id eẽt lyncuriũ tamẽ gemmaꝫ eẽ contendũt. Fieri ãt ex urina qdem lyncis. Sꝫ egeſtã terra ptinus beſtia operiente eam: qm̃ inuideat hominũ uſui. Eſſe ãt qualẽ in igneis ſuccinis colorẽ: ſalpiqꝫ. Nec folia tm̃ aut ſtramenta ad ſe rape: ſed æris ẽt ac ferri laminas: qđ Diocles qdẽ & Theophraſtus credidit. Ego falſum id totũ arbitror. Nec uiſam ĩ æuo noſtro gemmã ullam ea appellatione. Et qđ đ medicina ſimul ꝓdiť calculos ueſicæ eo poto elidi: & morbo regio occurri: ſi ex uino bibať: aut ſi porteť: Et tñ nunc gemmarꝫ confeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi. Nec uero id ſolũ agemus: ſed ad maiorẽ utilitatem uitæ obiter coarguetť magorꝫ infanda uanitas: quando illi uel plurima prodidere đ gemmis medicinæ ex iis ſpecies blando prodigio tranſgreſſi.

## De adamantis generibus & medicinis & margaritis Cap. v.

Maximum in rebus humanis nõ ſolum inter gemmas preciũ hꝫ adamas: diu nõ niſi regib⁹: & iis admodũ paucis cognitus: un⁹ modo in metallis reptus: pcꝫ raro comes auri: nec niſi in auro naſci uidebať. Veteres eum in æthiopum tantũ metallis inueniri exiſtimauerũt: inter dlubrꝫ Mercurii atqꝫ inſulam meroen dixerunt ꝙ nõ ampliorẽ cucumeris ſemine aut colore diſſimilẽ inueniri. Nunc genera eius ſex noſcũť. Indici nõ in auro naſcentis: ſed quadã cryſtalli cognatione. Siquidẽ & colore tranſlucido nõ differt. Et laterꝫ ſexangulo leuore turbinatus in mucronẽ: aut duab⁹ contrariis ptibus quo magis miremur: ut ſi duo turbines latiſſimis ſuis ptibus iungãť magnitudine uero ẽt auellani nuclei. Similis ẽ huic qdẽ arabicus: minor tantũ. Similiter & naſcens cæteris pallor gẽtis & in auro nõ niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus hi deprehendũť: ita reſpuentes ictũ: ut ferrũ utrinqꝫ diſſultet: incudeſqꝫ ẽt ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis ẽ: ſimulqꝫ igniũ uictrix natura: & nunꝙ incaleſcenſ. Vnde & nomẽ indomita uis græca interpretatione accepit. Vnum ex iis uocant cenchron: qđ eſt miliĩ magnitudine. Alterꝫ macedonicũ in philippico auro reptum: & hic ẽ cucumi ſemine par. Poſt hos cyprius uocať in cypro reptus uergẽs in æreum colorẽ. Sꝫ in medicina ut dicem⁹ efficaciſſimus. Poſt hunc ẽ ſiderites ferrei ſplendoris: pondere ante cæteros: ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangiť: & alio adamãte pforari põt. Quod & cyprio euẽit. Breuiterqꝫ ut đgeneres nominis tm̃ auctoritatẽ habẽt. Idqꝫ qđ totis uoluminib⁹ his docere & mãdare conati ſumus đ diſcordia rerꝫ cõcordiaqꝫ: quã antipathiam ac ſympathiam appellauere græci nõ aliter clarius intelligi põt. Siquidem illa inuicta uis duarꝫ uiolentiſſimæ naturæ rerꝫ ferri igniſqꝫ contemptrix hircino rumpiť ſanguine: ac ne aliter ꝙ recẽti calido ꝗ macerata: & ſic quoqꝫ multis ictib⁹: tũc ẽt præterꝗ eximias ĩcudes malleoſqꝫ ferreos frangens. Cuius hoc ingenio inuentũ? Quo ue caſu reptum? Aut quæ fuit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti: & in fœdiſſimo animaliũ omniũ? Profecto muneris talis inuentio hominis ẽ. Nec quærendi in nulla pte naturæ rõ: ſed uoluntas. Vt cum fœliciter rumpere contingit: in tam paruas frangãť cruſtas: ut cerni uix poſſint. Expetunť a ſcalptorib⁹: ferroqꝫ includunť: nullã nõ duriciã ex facili cauantes. Adamas diſſidet cũ magnete lapide ĩ tm̃: ut iuxta poſitus ferrũ nõ patiať abſtrahi: aut ſi admotus magnes apprehenderit: rapiat: atqꝫ auferat. Adamas & uenena irrita facit: & lymphationes abigit: metuſqꝫ natos expellit a mẽte: ob id qdã eum anchiten uocauere. Metrodorus Sceptius in eadẽ germania in baliſta inſula naſci in qua & ſuccinum qđ equidẽ legerim: ſolus dicit: & præfert arabicis. Quod falſum eẽ qs dubitet? Proximũ apud nos indicis arabiciſqꝫ margaritis pretium ẽ: de quibus in nono diximus uolumine inter res marinas.

## De ſmaragdi generibus: & gemmis uiridibus & tranſlucidis Cap. vi.

TErtia auctoritas ſmaragdis perhibetꝰ pluribus de cauſis: nullius coloris aſpectu iucundior ē. Nam herbas quoq; uirētes frondesq; haud deſpectamꝰ. Smaragdos uero tāto libentiꝰ: qm̄ nihil omnino uiridius comparatū illis uiret. Præterea ſoli gemmaꝝ cōtuitu oculos implent: nec ſatiant. Quin & ab intentione alia obſcurata aſpectu ſmaragdi recreatꝰ acies. Scalpentibusq; gēmas nō alia gratior oculoꝝ refectio ē: ita uiridi lenitate laſſitudinē mulcēt. Præterea longinquo amplificātꝰ uiſu: inficientes circa ſe repercuſſum aera nō ſole mutati: nō umbra: nō lucernis: ſemperq; ſenſim radiantes: & uiſum admittentes: ad craſſitudinē ſui facilitate tranſlucida. Quod ēt in aquis n̄ fit. Iidem pleꝝq; & cōcaui ut uiſum colligāt. Quapropter decreto hominum iis parcitꝰ ſcalpi uetitis. Quan ꝗ ſcythicoꝝ ægyptioꝝq; tanta durities ē: ut nequeāt uulnerari. Quoꝝ uero corpꝰ extenſum ē: eadem qua ſpecula rōne ſupini imagines reꝝ reddūt. Nero princeps gladiatoꝝ pugnas ſpectabat ſmaragdo. Genera eoꝝ duodecim nobiliſſimi ſcythici ab ea gēte in qua reperiuntꝰ: appellati. Nullis maior auſteritas: nec minꝰ uitii. Et quantum ſmaragdi a gemmis diſtant: tm̄ ſcythici a cæteris ſmaragdis. Proximā laudē habēt ſicut & ſedē bactriani: quos in cōmiſſuris ſaxoꝝ collegere dicuntꝰ eteſiis flantibus. Tunc enim tellure internitent: qa iis uentis maxime harenæ mouētꝰ. Sꝫ hos minores multo ſcythicis eē tradunt. Tertium locum ægyptii hn̄t q eruuntꝰ circa copton oppidū thebaidis in collibꝰ & cautibꝰ. Reliqua genera in metallis ærariis inueniūtꝰ. Quapropter principatū ex iis ægyptii optinent: dosq; eoꝝ & ut in colore liquido nec diluto: ueꝝ ex humido pinguiq; quaq; reſpiciatꝰ imitante tranſlucidum mare: pariterq; tranſlucet & nitet: hoc ē colorē expellit: & aciē recipit. Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis ita radiantibus ēt in gurgitem ut teriti inſtrumenta refugerent thynni: diu mirantibꝰ nouitatē piſcatoribꝰ: donec mutaueꝛ oculis gemmas. Sꝫ & uitia dmonſtrari oportet repta. Sūt qdem omniū eadē. Quædam tamē nationū peculiaria: ſicut in homine. Ergo cyprii uarie glauci: magisq; ac minus in eodē ſmaragdo aliis ptibus tenorē illū ſcythicæ auſteritatis nō ſemp cuſtodiunt. Ad hoc quibuſdam intercurrit umbra ſurdusq; fit colos q improbatꝰ: ēt dilutior. Hincq; genera diſtinguntꝰ. Et ſunt aliqui obſcuri: quos uocāt cæcos. Alii denſi nec e liquido tranſlucidi. Quidam uaria nubecula īprobati. Aliud ē hoc quā umbra d qua diximꝰ. Nubecula. n. albicantis ē uitium cū uiridis nō ptranſit aſpectus ſed aut intus occurrit: aut excipit in fine uiſum candor. Hæc coloris uitia: iſta corporis capillamē mentū ſal: plumbago. Ab iis æthiopici laudātꝰ a copto dieꝝ triū itinere: ut auctor ē Iuba: acriter uirides: ſed nō facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere poſuit hermieos & pſicos. Illos extumeſcentes pinguiter: pſicos uero nō tranſlucidos: ſed iucundi tenoris. Viſum implere quē nō admittant. Felium pantheraꝝq; oculis ſimile. Nanq; & illos radiare nec perſpici. Eoſdem in ſole hebetari: umbris refulgere: & longius ꝙ̄ cæteros nitere. Omniū hoꝝ etiamnūꝫ uitiū ꝙ felis colorē aut aeris habēt. in ſole dilucidi qdē ac liquidi: ſed non uirides. Hæc uitia & atticis maxime ſentiuntꝰ in argentariis metallis reptis: in loco q thyricos uocatꝰ: ſemp minꝰ pingues & e longinquo ſpecioſiores. Frequens & iis plumbago: hoc ē ut in ſole plumbei uideantur Illud ꝗ peculiare: ꝙ qdam ex iis ſeneſcunt: paulatim uiriditate euanida: & ſole læduntꝰ. Poſt hos medici plurimū uiriditatis habēt interdū & e ſaphyro. Ii ſunt fluctuoſi: & reꝝ imagineſ complexi ut uerbi gratia papaueꝝ aut auium pinnaꝝq; uel catuloꝝ aut ſimiliū. Qui tamē uirides naſcuntꝰ: qm̄ oleo meliores fiunt. Neq; ē alioꝝ magnitudo amplior. Carchedoni neſcio an in totū exoleuerint: poſt ꝗ metalla æris ibi dfecerunt: & ſemp tamē uiliſſimi fuere minimiq;. Iidē fragiles ſꝫ colore incerti & uirentiū in caudis pauonū columbaꝝq; collo plumis ſimiles: ad inclinatiōnē magis aut minꝰ lucidi. Venoſi qdē: ſquammoſiq;. Peculiare erat in his uitiū ſarcion appellatū. Hoc ē quædam gemmæ caro. Mox iuxta carchedonē in qua legebatꝰ: ſmaragdites uocatus ē. Iuba ē auctor ſmaragdū quē cholan uocāt: in arabia ædificioꝝ ornamentis includi. Et lapidē quē alabaſtriten ægyptii uocant. Complures uero e pximo laconicos in taygeto monte erui medicis ſimiles: & alios in ſicilia. Inferitꝰ ſmaragdis & quæ uocatꝰ tanos: e pſis ueniens gemma ingrate uiridis: atq; intus ſordida. Itē chalcoſmaragdos e cypro turbida æreis uenis. Theophraſtus tradit: ægyptioꝝ commentariis repiri: regi eoꝝ a rege babylonio miſſum ſmaragdū munere. iiii. cubitoꝝ longitudine: & trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Iouis dlubro obeliſcum e quattuō ſmaragdis quadraginta cubitoꝝ longitudine. Latitudine uero in una pte quattuor: & in altera parte duoꝝ. Se āt ſcribente eē in tyro Herculis templo ſtentenam planā e ſmaragdo: niſi potiꝰ pſeudo ſmaragdus ſit. Nam & hoc genꝰ reperiri: & in cypro inuentū ex dimidia pte ſmaragdū: ex dimidia iaſpidē: nōdum humore in totū tranſfigurato. Appion cognominatus Pliſtonices: paulo ante ſcriptū reliqt: eē etiamnū in labyrintho ægypti coloſſeum Serapin e ſmaragdo nouē cubitoꝝ. Eandē multis naturā aut certe ſimilē habere berylli uidētꝰ: in india originē habentes: raro alibi repertos. Poliūtꝰ omnes ſexangula figura artificū ingeniis: qm̄ hebeſcūt: ni color ſurdus repercuſſu anguloꝝ excitetꝰ. Aliter. n. politi nō habēt fulgorē eundē. Probatiſſimi ſunt ex iis qui

©BIUM

uiriditatē puri maris imitanť. Proximi q uocāť chryſoberylli: & ſunt paulo pallidiores: ſed ī au/
reum colorē exeunte fulgore. Vicinū genus huic ē pallidius: & a quibuſdā ꝓprii generis exiſti/
mať: uocaťq; chryſopylon. Quarto loco numerāť hyacinthizontes. Quinto quos heroides uo
cant. Poſt eos āt cerini. Ac deinde oleagini: hoc ē colore olei. Poſtremi chryſtallis fere ſimiles
Hi capillamenta habēt: ſordesq;: alioqn euanidi: q̄ ſunt omniū uitia. Indi mire gaudēt longitu/
dine eoꝝ: ſolosq; gemmaꝝ eē prædicant: q carere auro malint: & ob id perforatos elephantorū
ſetis religant. Et alios conuenit nō oportere pforari: quoꝝ ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim
ex auro capita comprehendentib⁹. Ideoq; cylindros ex iis faceř malunt ꝙ gemmas: qm̄ ē ſūma
commendatio in longitudine. Quidam & anguloſos putant ſtatim naſci: & perforatos gratiores
fieri medulla candoris exempta: additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuita
tis ad craſſitudinē. Vitia præter iam dicta eadē fere quæ in ſmaragdis & pterygia. In noſtro or/
be aliqn̄ circa pontum inueniri putanť. Indi & alias qdem gemmas cryſtallo inuento adulterare
repperierunt: ſed præcipue beryllos.

De opali generib⁹ & uitiis & expimentis: & uariis gēmis Cap. vii.

Minimum: idēq; plurimū q ab iis differunt opali: ſmaragdis tm̄ credentes. India ſolū & hoꝝ ē
mater. Atq; ido eis precioſiſſimam gloriā compoſitores gemmaꝝ & maxime inenarrabilē
difficultatē dederūt. Eſt. n. in iis carbunculi tenuior ignis. Eſt amethyſti fulgens purpura. Eſt
ſmaragdi uirens mare: & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii ſummo fulgoris augu/
mento colores pigmentoꝝ æquauere. Alii ſulphuris ardentē flammam: aut ēt ignis oleo acceſi
Magnitudo nucē auellanā æquat: inſigni apd' nos hyſtoria. Siquidē extat hodieq; huius gene/
ris gemma: pp quā ab Antonio ꝓſcriptus Nonius ſenator ē filius Strumæ Nonii eius: quē Ca
tullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit. Auusq; Seruilii Noniani quē conſulē uidim⁹. Il/
leq; ꝓſcriptus fugiēs hūc e fortunis ſuis omnib⁹ annulū abſtulit ſecū. Quem certū eſt ſeſtertiis
xx. milib⁹ æſtimatum. Sꝫ mira Antonii feritas atq; luxuria pp gemmā ꝓſcribentis. Nec minor
Nonii contumacia proſcriptionē ſuā amantis cū etiam feræ abroſas ptes corporis relinquāt be
ſtiæ pp quas ſe piclitari ſciant. Vitia opali: ſi color in flore herbæ quæ uocať heliotropiū exeat
aut cryſtallū: aut grandinē. Si ſal interueniat aut ſcabritia: aut cuncta oculiſ occurſantia: nulloſq;
magis india ſimilitudine indiſcreta uitro adulterat. Experimentū in ſole tm̄. Falſis. n. contra ra/
dios libratis digyto a pollice: unus atq; idē tranſlucet colos in ſe conſumpt⁹. Veri fulgor ſubin/
de uariat: & plus huc illucq; ſpargit: & fulgor lucis in digytos fundiť. Hanc gemmā pp eximiam
gratiā pleriq; appellauere pederota. Sūt & qui priuatum eius gen⁹ faciunt: ſangenonq; ab indis
uocari dicūt. Tradūť naſci & in ægypto & in arabia: & uiliſſimi in ponto. Item in galatia ac thaſo
& cypro qppe opali gratiā hꝫ. Sed mollius nitet: raro nō ſcaber. Summa coloris ex aere & pur/
pura conſtat. Viriditas ſmaragdi deeſt. Conſtatq; melior ille color: cuius fulgor uini colore fu/
ſcaťq; q diluiť aqua. Hactenus de principatu conuenit mulieꝝ maxime ſenatuſcon. Minus cer/
ta ſunt d qbus & uiri iudicant. Singuloꝝ enim libido ſingulis p̄cia facit: & præcipue regū. Clau/
dius Cæſar ſmaragdos induebat & ſardonycas. Prim⁹ āt romanoꝝ ſardonyce uſus ē prior Afri/
canus: ut tradit Demoſtratus. Et inde romanis hanc gemmā fuiſſe celeberrimā. Quam ob rem
ꝓximum ei dabim⁹ locū. Sardonyces olim ut ex nomine ipſo apparet intelligebāť candore ī ſar
da: hoc ē uelut carnib⁹ ungue hominis impoſito & utroq; tranſlucido. Taleſq; eē indicas tradūt
Iſmeniaſ. Demoſtratus: Xenothemis: Sotacus: Hi qdē duo reliquas omēs quæ tranſluceant cæ
cas appellanteſ: q nūc nomē abſtulere. Nullo ſardaꝝ ueſtigio arabicæ ſunt. Cœperuntq; pluri/
bus hæ gemmæ colorib⁹ intelligi: radice nigra: aut cæruleum imitante: & unguē: creditum. n.
candido pingi. Nec ſine quadam ſpecie purpuræ candore in minimū tranſeunte. Has indis nō ha
bitas in honoř Zenothemis ſcribit tantæ alias magnitudiniſ: ut inde capulos factitarēt. Etenim
conſtat ibi torrentib⁹ dtegi. Et placuiſſe ī noſtro orbe initio qm̄ ſolæ ꝓpe gemmaꝝ ſcalptæ cæ
ram nō auferrēt. Perſuaſim⁹ dinde & indis ut ipi quoq; iis gauderēt. Vtiťq; perforatis utiq; uul
gus tantum in collo. Et hoc ē nūc indicaꝝ argumētū. Arabicæ excellūt candore circuli prælucì/
do atq; nō gracili: neq; in receſſu gemmæ aut in diectu renitente: ſꝫ in ipſis umbonib⁹ nitente.
Præterea ſubſtrato nigerrimi coloris. Ex hoc in indicis cæreū: aut corneū inueniť: ēt circuli al/
bi: quædamq; in iis cæleſtis arquus anhelatio ē. Superficies uero locuſtaꝝ maris cruſtis ruben/
tior. Iam melleæ aut feculentæ (hoc. n. nomē eſt uitio) improbanť: & ſi zona alba fundat ſe non
colligat. Simili mō ſi ex alio coloř in ſe admittat aliqd enormiter. Nihil. n. in ſua ſede alieno in/
terpellari placet. Sūt & armeniacæ ut cæteræ improbandæ: ſꝫ pallida zona. Exponēda ē & ony
zis ipſius natura pp nominis ſocietatē hoc in gemma tranſilit: & a lapide ex carmania. Sudines di
cit in gemma eē candorē unguis humani ſimilitudine. Itē chryſolithi colorē & ſardæ & iaſpidis
Zenothemis indicam onycem plures habeř uarietateſ: igneam: nigram: cingentibus candidis ue
nis oculi mō īteruenientib⁹: quaꝝdā oculis obliqs ueniſ. Sotac⁹ & arabicā onycē tradit. Sꝫ eā a
cæteris diſtař ꝙ indica igniculos habeat albis cingentibus zonis ſingulis pluribus ue: aliter ꝙ

i ſardonyce indica. Illic enim momentũ eẽ: hic circulũ. Arabicas onycas nigras inueniri cãdidis zonis. Satyrus carnoſas eẽ indicas parte carbunculi: parte chryſolithi & amethyſti. Totũq; id genus abdicat. Veram ãt onycem plurimas uariaſq; cũ lacteis zonis haber uenas omniũ in tranſitu colore inenarrabili: & in unũ redeunte concentũ ſuauitate grata. Nec ſardæ natura differenda eſt diuiduæ ex eodem noĩe. Quapropter omniũ obiter gemmarũ ardentiũ natura indicãda.

De generib⁹ carbunculorũ: & uitiis: & experimentis: & gemmis ardentib⁹ Ca. vii.

PRincipatum hñt carbunculi: a ſimilitudine igniũ appellati: cũ ipſi nõ ſentiant ignes: ob id a quibuſdam apyruſtæ uocati. Horũ genera: indici & garamantici: quos & carchedonios uocauere: ꝓpter opulentiã carthaginis magnæ. Adiiciũt æthiopicos & alabandicos in ortoſiaca cantе naſcentes. Sʒ q perficiãt abandicos. Præterea in omni genere maſculi appellant acriores: at fœminæ languidius refulgentes. In maſculis quoq; obſeruant liquidioris alios flammæ: nigrioris alios: & quoſdam lucidius: ac magis cæteris in ſole flagrantes. Optimos uero amethyſtizontas: hoc eſt quorũ extrem⁹ igniculus in amethyſti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant ſyrtitas pinnato fulgore radiantes. Inueniri ãt ubicunque: maxime ſolis repercuſſu. Satyrus indicos nõ eẽ claros dicit: ac plerũq; ſordidos: ac ſemp fulgoris retorridi. Aethiopicos pingues: lucẽq; nõ emittentes: ſed conuoluto igne flagrare. Caliſtratus fulgorẽ carbunculi dbere candidũ eẽ poſuit extremo uiſu nubilantẽ: & ſi ita attollat: exardeſcentem: ob id a pleriſq; nũc carbunculum candidum uocari. Qui languidius & liuidi⁹ ex indicis lucent liuicontas appellari. Carchedonios multo minores eſſe. Indicos etiam minus ſextarii unius menſura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aſpectus eſſe: ſʒ igne uel ſole & inclinatione acris q̃ cæteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos uidri. Sub cælo flammeos. Contra radios ſolis & ſcintillare. Cæras ſignantibus iis liqueſcere quanuis in opaco. Multi indicos carchedonis candidiores eẽ: & e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnũ in carchedoniiſ marib⁹ ſtellas intus ardere. Fœminas uniuerſum fulgorẽ fundere extra ſe. Abandicos cæteris nigriores eſſe ſcabroſq;. Naſcunt & in thracia coloris eiuſdem ignem minime ſentientes. Theophraſtus auctor ẽ & in orchomeno arcadiæ inueniri & in chio. Ilios nigriores: e quibuſdam & ſpecula fieri. Eſſe & trozenios uarios interuenientibus maculis albis. Item corinthios ex pallidiore candidos. Maſſilia quoq; importari Bocchus & Vlyxipone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibuſ. Nec ẽ aliud difficilius: q̃ diſcernere hæc genera: tanta ẽ in iis occaſio artis: ſubitis ꝑ quæ tranſlucere cogãt. Aiũt ab æthiopibus hebetiores in aceto maceratos quattuordecim dieb⁹ niteſcere: totidẽ menſibus durante fulgore. Adulterant uitro ſimillimæ. Sʒ cote deprehendũt: ſicut aliæ gemmæ factitiæ Mollior. n. materia & fragilis & centroſa ſcobe deprehendunt & pondere: qđ min⁹ eſt uitreis: aliq̃n & puſtulis argenti mõ relucentib⁹. Eſt & antrhacitis appellata: in teſprotia foſſilis: carbonibus ſimilis. Falſum arbitror qđ & in lyguria naſci tradiderunt: niſi forte tunc naſcebant. Eſſe in iis & præcincti candica uena tradunt: horũq; igneũ color ut ſuperiorũ eſt. Peculiare qdẽ ꝙ lacte uelut intermortui extingunt. Contra aquis ꝑfuſi exardeſcunt. Cognata ẽ huic ſandaſtros: quam aliq garamantiten uocant. Naſcit in india loco eiuſdem nominis. Gignit & in arabia ad meridiẽ uerſa. Commendatio ſumma ꝙ uelut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ: ſemper in corpore: nun ꝗ̃ in cute. Accedit religio narrata a ſyderũ cognatione ab inſpectoribuſ: qm̃ fere ſtellarũ hyadum & numero & diſpoſitione ſtellant. Ob hoc a chaldeis in cerimoniis habitæ & hic mares auſteritas diſtincta quondã uigore appoſita tingueſcens. Indicæ qdem ẽt hebetare uiſus dicunt. Blandior fœminis flamma: alliciens magis q̃ accendens. Sũt qui præferant arabicas indicis. Numidæq; chryſolito illas ſimiles dicunt. Iſmenias uero negat poliri ſandaſtros ꝑp teneritatẽ: & ob id magno uenire. Sũt q ſandaſita uocẽt. Inter omnes conſtat: quantum numero ſtellarũ accedat: tm̃ et pretio accedere. Affert errorem aliq̃n ſimilitudo nominis. Sandaſer Nicãder ſandeſerion uocauit: alii ſandareſon. Quidam uero hanc ſandaſtron: illam ſandareſon: ĩ india naſcentẽ illam quoq; & loci nomẽ cuſtodientem. Malicoloriam ut olei uiridis: omnib⁹ improbatam. Ex eodem genere ardentiũ lichnites appellata a lucernarũ accenſarũ præcipua gratia. Naſcitur circa orthoſiam totaq; carmania ac uicinis locis. Sʒ ꝓbatiſſima in indiſ. Quam qdam remiſſiorem carbunculum eẽ dixerunt. Secunda bonitate ſimilis ẽ ionis appellata a prælatis floribuſ. Et alias inuenio differentias. Vnam quæ purpura radiet. Alterã quæ cocco: a ſole excalfactas: aut digytorũ attritu: paleas & chartarũ fila ad ſe rapere. Hoc idem & carchedonius facere dicit: q̃q; multo uilior prædictis. Naſcit apud naſamonas in montib⁹: ut incolæ putãt hymbre diuino. Inuenit ad repercuſſuʒ lunæ: maxime plenæ. Carthaginem quondã dportabatur. Archelaus & in ægypto circa thebas naſci tradidit: fragiles: uenoſas: morienti carboni ſimiles. Potoria uaſa & ex hoc lapide et ex lychnite factitata inuenio. Omnia ãt hæc genera ſcalpturæ cõtumaciter reſiſtunt: partemq; cæræ in ſigno tenent. E diuerſo ad hæc ſarda utiliſſima: quæ nomen cum ſardonyce communicauit. Ipſa gemma uulgaris: et primum ſardibus repto. Sʒ laudatiſſima circa babyloniam cũ lapidicinæ quædam aperirent: hærens in ſaxi corde. Hocq; mõ metallum apđ

pſas dſeciſſe tradiť.Sꝫ inueniűť compluribus aliis locis:ſicut in ephire et aſſo ĩ india triũ generꝫ
rubrum:& qď demiũ uocãt a pinguedine:tertium qď argenteis bracteis ſubliniť.Indicaqꝫ plu/
cente craſſiores ſunt arabicæ.Inueniűť & circa leucada epiri:& circa ægyptum quæ bractea au
rea ſubliniűť.Et in his ãt mares excitatius fulgent.Fœminæ pinguiores ſunt:& craſſius nitent.
Nec fuit alia gemma apud antiquos uſu frequentior.Hac certe apud Menandꝫ & Philomenem
fabulæ ſupbiunt. Nec ullæ tranſlucenti tardi⁹ ſuffuſo humoř hebetanť:oleoqꝫ magis q̃ꝫ alio li/
quore.Damnanť ex iis melleæ:& ualidius teſtaceæ.

De generibus topatii & callaite:& de gẽmis uiridibus nõ tranſlucentibus Cap.viii.

Egregia etiamnũ topatio gloria ẽ:ſuo uirenti genere:& cũ repta eſt prælatæ omnibus.Id
accidit in arabiæ inſula:q̃ chytis uocať.In qua troglodytæ prædones:cũ diutius fame & tẽ
peſtate preſſi herbas radiceſqꝫ effoderent:eruerunt topation. Hæc Archelai ſententia ẽ:Iuba
topation inſulam in rubro mari a continente ſtadiis.ccc.abeſſe tradit:nebuloſam:& ideo quæſi/
tã ſæpe a nauigantibus:ex ea cã nomẽ accepiſſe. Topazin enim troglodytaꝝ lingua ſignificatio/
nẽ habere quærendi.Ex hac primũ importatam Berenicæ reginæ:q̃ fuit mater ſequentis Pto/
lemæi a Philemone præfecto regis ac mire placuiſſe:& inde factã ſtatuam Arſinoe Ptolemæi
Philadelphi uxori quattuor cubitoꝝ ſacratam in delubro quod aureũ cognominabať.Recentiſſi/
mi auctores & circa thebaidis alabaſtræ oppidũ naſci dicunt.Et duo eius genera faciunt praſoi/
dem:atqꝫ chryſopteron ſimilẽ chryſopraſio:eius.n.tota ſimilitudo ad ſuccum porri dirigiť.Eſt
ãt ampliſſima gẽmaꝝ.Eadem ſola nobiliũ limã ſentit.Cæteræ ſaxo & cote poliűť. Hæc & uſu
atteriť.Comitať eam ſimilitudine ꝓpior:q̃ꝫ auctoritate callais uiride pallens.Naſcitur poſt ad
uerſa indiæ apd inſulas caucaſi montis phicaros ac aſdathas amplitudine conſpicua:ſed fiſtuloſa
ac ſordiũ plena.Sincærior multo pſtantiorqꝫ in carmania. Vtrobiqꝫ ãt in rupib⁹ inuiis & geli/
dis:oculi figura extuberanſ:leuiterqꝫ adhærens:nec ut annata petris:ſꝫ ut appoſita.Quapropt/
ter ſcandeř ad eam pigritia pedũ equeſtres populos tedet:ſimul & piculum terret.Ergo eunte
e longinquo inceſſunt:& cũ toto muſco excutiunt.Hoc uectigal hocqꝫ geſtamẽ diutius in ceru
ce gratiſſimum norũt.Is cenſus:hæc gloria a pueritia dilectoꝝ numeꝝ prædicantium.In quo ua
ria fortuna.Quidam ictu primo cepere præclaras.Multi in ſecundo nullas. Et qdẽ callaides ta
li ſectura formãť:alias fragiles.Optim⁹ color ſmaragdi ut tamẽ apparet ex alieno ẽ q̃ placeãt
Incluſæ decorãť auro.Auroqꝫ nullæ magis dcẽt.Quæ ſunt eaꝝ pulchriores:oleo:ungueto:&
ẽt mero colorẽ depdunt.Viliores cõſtantius ĩpræſentant:neqꝫ ẽ mutabilior alia aut mẽdacior
uitri.Sũt q in arabia inueniri eas dicant in nidis auium quas melancholicos uocãt.Viridantiũ &
alia plura ſunt genera.Viliori ẽ turbæ praſi⁹.Cui⁹ alteꝝ gen⁹ ſanguineis puntis abhorret. Ter
tium uirgulis trib⁹ diſtinctũ ẽ candidũ.Præferť his Chryſopraſius porri ſuccum & ipa referente
ſꝫ & paulum dclinans a topatio in auꝝ. Huic & amplitudo ea ẽ:ut cymbia ẽt ex ea fiant. Cylin/
dri qdẽ celerrime.India has generat & nilion fulgoris ſi ante habeas breuis:& cũ intueare falla/
cis.Sudines uero dicit & in ſyuero atticæ flumine naſci.Eſt ãt color fumidæ topatii:aut aliquã/
do melleæ.Iuba in æthiopia gigni tradit:& in littorib⁹ amnis quẽ nilũ uocauim⁹:& inde nomẽ
trahere.Non tranſlucet malachites ſpiſſius uirens:a colore maluæ nomine accepto:reddendis
laudata ſigniſ:& infantium cuſtodia quadam innato contra picula ipſorum medicamine.Viret:&
ſæpe tranſlucet iaſpis:etiam ſi uictus a multis antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ
ferunt eam gẽtes.Smaragdo ſimilẽ indicæ.Cyprii dicũt glaucũ pinguemqꝫ.Perſæ aeri ſimilem
ob id uocať ærizuſa talis.Et iaſpis ẽ cærulea circa thermodoontem amnẽ.In phrigia purpurea.
In cappadocia ex purpurea cærulea:atqꝫ ñ refulgẽs.Thracia indicæ ſimilẽ mittit. Chalcidia tur
bidam.Sꝫ min⁹ refert nationes q̃ꝫ bonitates diſtinguere.Optima ergo quæ purpuræ quicqꝫ hꝫ
ſecunda quæ roſæ:tertia quæ ſmaragdi. Singulis ãt græci nomina ex argumento deder. Quar
ta apd eos uocať boria cælo autumnali matutino ſimilis:& hec erit illa:q̃ uocať ærizuſa.Simi/
lis ẽ & ſardæ:imitata & uiolas:Non minus multe ſpẽs reliquae:ſꝫ oẽs in uitio:ceruleæ aut cry
ſtallo ſimiles:aut myxis.Itẽ beterizuſa in ꝓprio uti arbitror cognomine:uelut e multis eiuſdẽ
generis compoſita gẽmis.Quam ob rem pſtantiores funda claudűť:id eſt patentes nec pterqꝫ
margines auro amplectente.Vitiũ ẽ & breuis in iis nitor & longe ſplendẽs:& ſal:& oĩa quae in
cæteris.Et uitro adulteranť:qď manifeſtũ fit:cũ extra fulgorẽ ſpargũt:atqꝫ nõ in ſe continẽt:
nec in diuerſa quae ſphragidas uocant.Publico gemmarum dominio in iis tantum dato:quoniã
optime ſignent.

De Iaſpidum generibus Cap.ix.

Totus uero oriens ꝓ mauletis tradiť teſtari ea:q̃ ex iis ſmaragdo ſimilis ẽ:e petra p tranſuer
ſum linea alba pcingitur:& grammatias uocať.Quæ plurib⁹ poly calamos.Libet obiter ua
nitatẽ magicã hic quoqꝫ coargueř:qm̃ hanc concionantib⁹ utilẽ eẽ ꝓdiderunt.Eſt & onychipũ/
cta:q̃ iaſponyx uocať:& nubẽ complexa:& niues imitata:q̃ ſtellata rutilis punctis ẽ:& ſali me/
garico ſimilis:& ueluti fumo infecta:q̃ capnias uocať.Magnitudinẽ iaſpidis.xi.unciaꝝ uidim⁹:

formatãq̃ inde effigiẽ Neronis thoracatã. Reddeť & ꝑ ſe cyaneo gr̃a accomodato paulo ante
iaſpidis nomine: colore cæruleo. Optima ſcythica: dein cypria: poſtremo ægyptia. Adulterať
maxime tinctura: idq̃ in gloria regis ægyptii adſcribiť: q̃ prim⁹ eam tinxit. Diuidiť ãt hæc i ma
res fœminaſq̃. Ineſt aliq̃n & aureus puluis nõ qualis in ſaphirinis. Saphirus enim & aureis pun
ctis collucet. Cæruleæ & ſaphiri raroq̃ cũ purpura. Optimæ apd medos: nuſq̃ tamẽ plucidæ
Præterea inutiles ſcalpturæ interuenientib⁹ cryſtallinis cẽtris. Que uero ſunt ex iis cyanei co/
loris: mares exiſtimãť. Alius ex hoc ordo purpureis dabiť: & ab iis diſcedentibus. Principatum
amethyſti indicæ tenẽt. Sꝫ in arabia ex ea quoq̃ pte quae finitima ſyriæ petria uocať: & i arme
nia minore: & in ægypto: & in galatia reperiũť: Sordidiſſime ãt atq̃ uiliſſime in tharſo & cypro.
Cauſam nominis afferunt: ꝙ uſq̃ ad uini colorẽ accedens: prius q̃ eum diguſtet: in uiolam deſi/
nit. Fulgorq̃ qdam in illa purpure nõ ex toto igneus: ſꝫ in uini colorẽ dficiens. Perlucent ãt oẽs
uiolaceo colore: ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutũ purpure colorẽ habẽt. Ad hancq̃ tingen/
tium officinæ dirigũt uota. Fundit ãt eum aſpectu leniter blandũ: neq̃ in oculos ut carbũculi ui/
brat. Alteꝝ eaꝝ gen⁹ dſcendit ad hyacinthos. Hunc colorẽ indi ſacon uocant: talemq̃ gemmaꝫ
ſacodion. Dilutior uero ex eodẽ ſapinos uocať. Eadẽ & paranites in contermino gẽtis arabiæ.
Quartum genus colorẽ uini hꝫ. Quintum ad uicinia cryſtalli deſcendit albicãte purpure dfectu
Hoc & minime ꝓbať: q̃n precellens dbet eẽ in ſuſpectu uelut ex carbunculo reſulgens qdam in
purpura leuiter roſeus nitor. Tales aliq malunt pederotas uocari. Alii anterotas. Multi Vene/
ris gemmã: qd᷑ maxime uideť d re & ſpetie & colore extremo gemme. Magoꝝ uanitas reſiſtere
ebrietati eas ꝓmittit: & inde appellatas. Et p̃terea ſi lune nomẽ ac ſolis ſcribat in iis: atq̃ ita ſu/
ſpẽdãť collo e capillis cynocephali uel plumis hirũdinis: reſiſteř ueneficiis. Iã uero quoquomo/
do adeſſe reges adituris. Grandinẽ aualteř quoq̃ ac ſimilia ꝓſpere & locuſtas: p̃dicatione addi/
ta: quã dmonſtrant. Nam e ſmaragdis quoq̃ ſimilia ꝓmiſere: ſi aquilæ ſcalpereť: aut ſcarabei.
Quæ qdẽ ſcripſiſſe eos nõ ſine contemptu & irriſu generis humani arbitror. Multũ ab ea diſtat
hyacinthos: tñ e uicino dſcendens. Differentia hec: ꝙ ille emicans in amethyſto fulgor uiolace⁹
dilutus eſt in hyacintho. Primo quoq̃ aſpectu gratus: euaneſcit anteq̃ ſatiet: adeoq̃ nõ implet
oculos: ut pene nõ attingat: marceſcens celerius nominis ſui flore. Hyacinthos æthiopia mittit
& chryſolithos: aureo colore tranſlucenteſ. Preferunť iis indicæ. Et ſi uarie nõ ſint: bactrianæ.
Deterrime ãt arabicæ: qm̃ turbide ſunt & uarie: & fulgoris interpellati nubilo maculaꝝ: ẽt que
lympidis contigere: ueluti ſcobe ſua refertæ. Optimae uero ſunt: q̃ in collatione aurum albicare
quadam argẽti facie cogũt. Funda includũť pſpicuæ. Ceteris ſubiiciť aurichalcum. Tametſi iam
exptes gẽmaꝝ uſu appellãť aliq & chryſelectri in colorẽ electri dclinantes: matutinus aſpectus
iucundior. Ponticas dprehendit leutias. Quedam in iis duræ ſunt ruffæq̃: q̃dam molles & ſor/
didæ. Bocchus auctor ẽ & in hiſpania reptas: quo in loco cryſtallũ dicit ad librametũ aquae pu/
teis defoſſis inde erutam. Et chryſoliton. xii. pondo a ſe uiſam. Fiunt & leucochryſi: interueniẽ/
te cãdida uena. Sũt in hoc genere capniæ. Sũt & uitreis ſimiles: ueluti croco ĩfulgẽtes. Vitreæ
uero in uiſu diſcerni nõ poſſint. Tactus ãt deprehendit tepidior in uitreis. In eodẽ genere ſunt
melichryſi: ueluti ꝑ auꝝ ſincæro melle tranſlucente: quas india mittit: q̃q̃ ad iniuriam fragiles
Eadẽ & xyſtiõ parit plebeiam ibi gemmam. Candidaꝝ dux ẽ pederos: q̃q̃ põt quæri: an in co/
lore numerari dbeat totiẽs iactari ꝑ alienas pulchritudines nominis: ado dcoris p̃rogatiua in uo
cabulo facta ẽ. Eſt & ſuũ gen⁹ expectatione tanta dignũ. Coeunt. n. i tranſlucidam criſtallum ui
ridis ſuo mõ aer ſimulq̃ purpura: & qdã uini aureus nitor: ſemp extremus in uiſu: ſꝫ purpura co
ronatus madere ſingulis uideť his & pariter omnib⁹. Nec gẽmaꝝ ulla ẽ liquidiõ capiti iucunda:
ſuauis & oculis. Laudatiſſima ẽ ĩ indis: apd quos argenon uocať. Proxima apd ægyptios: ubi ſe/
nites. Tertia in arabia: ueꝝ ſcabra. Mollius radiat pontica & aſiatica. Ipſæ uero molliores ſunt
galatica: & tragica: & cypria. Vitia eaꝝ langor: aut alienis turbari colorib⁹: & quæ cæterarum.
Proxima candicantiũ ẽ aſteria principatũ habẽs ꝓprietate naturæ: ꝙ incluſam lucẽ pupillæ mo
do quadam continet: ac tranſfundit cũ inclinatione uelut intus ambulantem ex alio atq̃ alio loco
reddẽs: eadẽq̃ contraria ſoli regerẽs candicantis radios: unde & nomẽ accepit difficilis ad cælã
dũ. Indice p̃fertur in carmania nata. Similiter candida ẽ quæ uocať aſtrios cryſtallo ꝓpinquans
in india naſcens: & in pallenes littorib⁹ intus a centro: cuiq̃ ſtella lucet fulgore lunæ plenæ. Qui/
dam cã nominis reddũt: ꝙ ſtrais oppoſita fulgorẽ rapiat: ac regerat. Optima in carmania gigni
nullãq̃ min⁹ obnoxiam uitio. Ceraunia. n. uocari quae ſit deterior. Peſſimam lucernaꝝ lumini ſi
milẽ. Celebrant & aſtroiten: miraſq̃ laudes eius in magicis artib⁹ Zoroaſtrẽ ceciniſſe. Quidam
diligẽtius d ea ꝓdunt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſciũ ſimilem eẽ: & radiare candido ut
ſolẽ. Eſt inter candidas & quae ceraunia uocať: fulgorẽ ſydeꝝ rapiẽs. Ipſa cryſtallina ſplendoris
cærulei in carmania naſcens. Albã eẽ Zenothemis fateť: ſꝫ habere intus ſtellam concurſantẽ.
Fieri & hebetes ceraunias: quas nitro & aceto ꝑ aliquot dies maceratas concipe ſtellã eã: q̃ poſt
totidem menſes relangueſcat. Sotacus & alia duo genera fecit cerauniæ: nigras: rubẽteſq̃. Ac

ſimiles eas eẽ ſectırib⁹. Per illas quae nigræ ſunt & rotunde urbes expugnari et claſſes: eaſq; betulos uocari. Quæ uero longe ſunt cerauneas. Faciunt et aliã raram admodũ: et parthoꝝ magis queſitã: qm̃ nõ alibi inueniaẽ: q̃ in loco fulmine icto. Proximum ceraunię nomẽ apđ eos hʒ: q̃ appellaẽ iris. Effodiẽ ĩ quadã inſula rubri maris: q̃ diſtat a beronice urbe. lx. milia paſſuum: cetera ſui parte cryſtallus. Itaq; qdam radicẽ cryſtalli eẽ dixerũt. Vocaẽ ex argento iris. Nam ſub tecto percuſſa ſole: ſpẽs et colores arquus cæleſtis in ꝓximos parietes eiaculaẽ: ſubinde mutãs magnaq; uarietate ammirationem ſui augens. Sexangulam eẽ ut cryſtallum conſtat. Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus et angulis inequalibus dicunt. In ſole aperio ꝓiectas: radios in ſe recãdẽtes diſcutere. Aliquas uero ante ſe ꝓiecto nitore: adiacentia illuſtrare. Colores uero nõ niſi ex opaco reddunt: nec ut ipſæ habeant: ſʒ ut repercuſſu parietẽ illidãt: optimaq; quæ maximos arquus facit: ſimillimoſq; cæleſtibuſ. Eſt et alia iris cæræ ſimilis: et ꝑdura. Quam Hor⁹ crematã tuſamq; ad ichneomonũ morſus remedio eẽ. Naſci ãt in perſide tradit. Similis ẽ aſpectu: ſed nõ eiuſdem effectus quae uocaẽ zeros alba nigraq; macula in tranſuerſum diſtinguente cryſtallũ Expoſitis ꝑ genera coloꝝ principaliũ gẽmis: reliquas litteraꝝ ordine explicabim⁹.

¶De qbuſdam gẽmis ꝑ alphabeti ordinẽ ·Cap.x.

Achates in magna fuit auctoritate: nũc in nulla. Repta primũ in ſicilia iuxta flumen eiuſdem nominis: poſtea plurimis locis: excedẽs amplitudine numeroſa: uarietatib⁹ diuerſis mutantibus cogno...na eius. Vocaẽ enim ꝑ iaſpachates: cerachates: ſardachates: hæmachateſ: leucachates: dendrachateſ: uelut arbuſcula inſignis. Antachates cũ uriẽ myrrhã redolẽs. Coraloachates guttis aureis ſaphiri modo diſtincta: qualis copioſiſſima in creta ſacra appellata. Putãt eam cõtra araneoꝝ & ſcorpionũ ictus ꝓdeſſe. Quod in ſiculis utiq; crediderim: qm̃ primum eius ꝓuinciæ afflatu ſcorpionũ peſtis extinguiẽ. Et ĩ india inuentæ cõtra eadẽ pollẽt: & aliis magnis miraculis reddũt enim ſpẽs fluminũ nemoꝝ & iumentoꝝ: ẽt ederæ & ſtatunculas: & equorum ornamẽta. Medici coticulas inde faciũt. Spectaſſe ẽt ꝓdeſt oculis. Sitimq; ſedãt ĩ os additæ. Phrigiæ uiridia nõ hñt. Thebis ægyptiis reperte carẽt rubentib⁹ uenis: & albis. Et hæ quoq; contra ſpentes ualidæ. Eadẽq; auctoritas & cypriis ẽ. Sũt ẽt q maxime ꝓbent uitream ꝑſpicuitatem in his Reperiũẽ & in thracia circa oetham. Et in parnaſo: & leſbo: ac meſſenæ: ſimiles illitis florib⁹ & rhodo. Aliæ apđ magos differentiæ. Leoninæ pelli ſimiles potentiã habere cõtra ſcorpiones dicunẽ. In ꝑſis uero ſuffitu eaꝝ tẽpeſtates auerti: & præterea flumina ſiſti. Argumẽtũ eẽ ſi in feruentes cortinas additæ refrigerẽt. Sʒ ut ꝓſint leoninis iubis alligandas. Nam hiænæ pelli ſimilẽ abbominanẽ: diſcordialẽ domibus. Eam uero quæ unius coloris ſit inuictã athlætis eẽ. Argumẽtũ eius q̧ in olla plena olei cocta cũ pigmentis: & intra duas horas ſubferuefacta: unũ colorẽ ex omnib⁹ faciat minii. Acopis nitro ſimilis ẽ: pumicoſa aureis guttis ſtellata. Cũ hac oleum ſubferuefactũ punctis laſſitudinẽ (ſi credim⁹) ſoluit. Alabaſtrites naſciẽ in alabaſtro ægyptii: & ĩ ſyriæ damaſco candore intercincto uariis colorib⁹. Quæ cremata cũ foſſili ſale: ac trita grauitates oris & dẽtium extenuaẽ diciẽ. Alectorias uocãt in uẽtriculis gallinaceoꝝ iuentas cryſtallina ſpetie: magnitudine fabæ. Quibus Milonem crotonienſem uſum ĩ certaminib⁹ inuictũ fuiſſe: uidri uolũt. Androdamas argenti nitorẽ hʒ ut adamas: quadrata: & ſemp teſſellis ſimilis magnis: putantq; nomẽ impoſitũ ab eo: q̧ impetus hominũ: & iracundiaſ domet: Eadem ſit an alia argyrodamas: auctores nõ explicant. Antiphates nigra cõtra lucet. Experimentũ eius ſi coquaẽ ĩ lacte facit: n. hoc myrrhæ ſimile immiſſa. Eamq; contra effaſcinationes auxiliari magi uolunt. Arabica ebori ſimillima ẽ: & hoc uidereẽ: niſi abnueret duricia. Quãq; putãt contra dolores neruorũ ꝓdeſſe habẽntib⁹. Aromatitis & ipſa in arabia tradiẽ gigni. Sʒ & in ægypto circa piſas ubiq; lapidoſa: & myrrhæ coloris & odoris ob hoc reginis frequentata. Aſbeſtos in arcadiæ montibus naſciẽ: coloris ferrei. Aſpilatẽ Democritus in arabia gigni tradit ignei coloris. Eam oportere cameli fimo ſplenicis alligari. Inueniriq; in nido arabicaꝝ alitũ. Et aliã eodẽ nomine ibi in leucopetra naſci argentei coloris contra lymphatũ habẽdam. Atizoẽ in india & ꝑſidis acidiæ monte naſci tradit argenteo nitore fulgentẽ: magnitudine trium digytoꝝ ad lenticulæ figurã odoris iucũdi: neceſſariã magis regẽ conſtituentibus. Angites multis non alia uideẽ eẽ q̃ quæ calais. Amphitane alio nomine appellaẽ chryſocolla in indiæ ꝑte: ubi formicæ eruunt auꝝ: in qua inueniẽ auro ſimilis: quadrata figura: affirmaẽq; natura eius quæ magnetis: niſi q̧ augere quoq; auꝝ tradiẽ. Aphrodiſiace ex candida ruffa ẽ. Apiſtos ſeptenis dieb⁹ calorẽ tenet excalfacta igni: nigra ac ponderoſa diſtinguentib⁹ eam uenis rubentibus. Putant ꝓdeſſe contra frigora. Agyptillam Iacchus intelligit ꝑ albũ ſarda: nigraq; uena tranſeunte. Vulgus ãt in nigra radice cæruleam facit. Balanitæ genera duo habẽt ſubuirides: & corinthii æris ſimilitudine illa a copto. Hec ex troglodytica regione ueniũt medias ſecante flammea uena. Bratracchitas mittit & coptos. Vnã ranæ ſimilẽ colore. Alteram ebori. Tertiam rubentis e nigro. Baptes mollis: alioqn odore excellit. Beli oculus albicans pupillã pingit nigram e medio aureo fulgore lucentẽ. Hæc pp ſuam ſpetiem: ſacratiſſimo aſſyrioꝝ deo dicaẽ. Aliã ãt quã Belũ uocant in arbelis naſci Democrit⁹ tradit

nucis iuglandis magnitudine uitrea ſpetie. Baroptenus: ſiue botrypes nigra: ſanguineis & albis
nodis alligata dicit: ueluti portentoſa. Botrytes alia nigra ē: alia pampinea incipieti uuæ ſimilis
Boſtrychitē Zoroaſtres uocat crinib⁹ mulierꝗ ſimiliore. Bucardia bubulo cordi ſimilis: baby lo/
ne tm̄ naſcit̄. Bronica capitib⁹ teſtudinū ſimilis: & tonitrua cadentia (ut putant) reſtingit: & ful/
mine ictu reſtinguit: ſi credim⁹. Bole nimbo inueniūt̄ glebæ ſimilitudine. Cadmites eadem eēt
quā oſtracitē uocāt: niſi ꝙ hanc cæruleæ interdū bullæ cingūt. Calais ſaphirꝗ imitat̄: candidior
& littoroſo mari ſimilis. Chamites quibuſdam uidet̄ ſuū gen⁹ habere plurimis ſpiris ſumida: ut
ſuo loco dixim⁹. Cappadocia & in phrygia naſcit̄ ebori ſimilis. Calamiten uocant e turbido: fe/
runtꝗ plures calaicas coniunctas ſimul inueniri. Catochites corſicæ lapis ē cæteris maior mira/
bilis: ſi uera traduntur: impoſitam manum ueluti gummi retinens. Catopyrites e cappadocia ꝑ/
uenit. Cepites: ſiue cepocapites candida ē uenaꝝ nodis coeuntibus candore imaginem regerens
Ceramites teſtæ colorē hꝫ. Cynodiæ inueniūt̄ in cerebro piſcis eiuſdem nominis candidæ & ob
longæ: euentuꝗ mirandæ: ſi modo ē fides: ꝑſagare eas habitū maris nubilo colore aut tranquil
litate. Cærites ceræ ſimilis ē. Circos piris. Corſoides cānicei hominis. Coralloachates corallo
aureis guttis diſtinctæ. Corallis minio gignit̄ꝗ in india & ſyene. Craterites inter chryſolithum
& electꝝ colorē hꝫ ꝑduræ naturæ. Crocallis cæras ī preſentat. Ciſſites circa copton naſcit̄ can
dida: & uidet̄ intus habere partū: q ſentiat̄ ēt ſi credit̄. Calcophonos nigra ē: ſꝫ illiſa æris tinni/
tū reddit tragœdis ut ſuadet geſtādi. Chelidoniæ duoꝝ ſunt generꝝ: hirundinū colorī: & alia ꝑte
purpureæ nigris interpellantib⁹ maculis. Chelonia oculus ē indicæ teſtudinis: uel portentoſiſſi
ma magoꝝ mendaciis: melle enim colluto ore impoſitam linguæ futuroꝝ diuinationē ꝑſtare ꝓ/
mittūt qtadecima luna & ſilente tota die: decreſcente uero ante ſolis ortū. Ceteris dieb⁹ a prima
in ſextam horā. Sūt & chelonitides teſtudinū ſimiles: ex quib⁹ ad tēpeſtates ſedandas multa ua/
ticināt̄. Eam uero quæ ſit aureis guttis cū ſcarabeo dieīctam in aquā feruentē tēpeſtates mcri.
Calorites herbacei coloris ē: quā dicūt magi eam inueniri in ſyllæ auis uētre congenitam ei: fer
roꝗ includi iubent ad quedā ꝓdigioſa moris ſui. Coaſpites a flumine dicta ē uiridis: fulgoris au
rei. Chryſolampis in æthiopia naſcit̄ pallidi coloris die: & noctu ignei. Chryſophis auꝝ uidet̄ eē
Cepionidæ in æolide nūc ad arneū pagū quondā oppidū naſcūt̄ multis colorib⁹ tranſlucentes:
alias uitreæ: alias cryſtallinæ: alias iaſpideæ. Sꝫ & ſordidis tantus ē nitor: ut imagines reddant
ceu ſpecula. Daphniam Zoroaſtres & Orchaſtres morbis comitialib⁹ dēmonſtrant. Diadochos
beryllo ſimilis ē. Diphris duplex candida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriuſꝗ ſexus diſtin/
guente linea. Dionyſias nigra ac dura mixtus rubentib⁹ maculis. Quæ ex aqua trita: ſaporē uini
facit: & ebrietati reſiſtere putat̄. Draconites ſiue dracontia e cerebro fit draconū: ſꝫ niſi uiuenti/
bus abſciſo: nūꝗ gemmaſcit: inuidia animalis mori ſe ſentientis. Igit̄ mos ē: ut dormientib⁹ ani
malib⁹ caput amputēt. Sotacus q uiſam eam gemmā ſibi apd regē ſcripſit: bigis uehi querentes
tradit: & uiſo dracone ſpargere omnia medicamenta: atꝗ ita ꝑcidere. Eſſe āt candore tranſlucido
nec poſtea poliri: aut artē admitter̄. Ecardia cognominat̄ ecardiſte. Vna ī qua nigra effigies cor
dis eminet. Altera eodē nomine uiridi colore: cordis ſpetiem repreſentat. Tertia nigꝝ cor oſtē
dit reliqua ſui pte candida. Enorchis candida ē: diuiſaꝗ fragmentis teſtiū effigiem repreſentat.
Exhebenum Zoroaſtres ſpetioſam & candidā tradit: qua aurifices auꝝ poliūt. Eriſtalis cum ſit
candida: ad inclinationes rubeſcere uidet̄. Erotylos eadē quae mepicoros & hieronnemō a De/
mocrito laudat̄ in argumētis diuinationū. Eumetris in bactris naſcit̄: ſilici ſimilis: & capita ſuppo
ſita uiſa nocturna oraculi mō r̄ddit. Eumetren Beli gemmā ſanctiſſimi deoꝝ ſibi aſſyrii appellāt
porracei coloris ſupſtitionibus gratā. Eupetalos quattuor colores habēt: cæruleum: igneū: mi
nii: mali. Eureos nucleo oliuæ ſimilis ē: ſtrictæ conchaꝝ mō nō adeo candida. Eurotias ſitu uic/
tur opire nigritiā. Euſebes ex eo lapide ē: ex quo tradit̄ Tyri in Herculis tēplo facta ſedes: ex
qua dii facile ſurgebant. Epimelas fit: cū in candida gemma ſupne nigricat colos. Galaxiam alii
qui galactiten uocant: ſimile proxime dictis: ſed intercurrentibus ſanguineis aut candidis ue
nis. Galactites ex uno colore lactis ē. Eandē dicūt leucogageā & leucographiā appellāt: & ſy/
nephiten lactis ſucco ac ſapore notabilē. In educatione nutricibus lactis fœcunditatē: infantium
quoꝗ alligata collo ſaluā facere dicit̄. In ore āt liqueſcere. Eādē memoriā adimer̄ dicūt. Mittit
eā & achelous amnis. Sūt q ſmaragdū albis uenis circunligatū galactiten uocēt. Galaicos argy/
rodamanti ſimilis ē: paulo ſordidior. Inueniūt̄ āt binæ uel terne. Gaſidanē medi mittunt colo/
ris olorini ueluti floribus ſperſam. Naſcit̄ & ī arbellis. Hec quoꝗ gēma cōcipe dicit̄: & intra ſe
ptū fateri cōcuſſa. Concipe āt trimeſtri ſpatio. Gloſſopetra lingue ſimilis humane magnæ in ter
ra nō naſcit̄: ſꝫ dficiente luna cælo dcidere: & lenocinanti neceſſaria credit̄. Quod ne credamus
ꝓmiſſi quoꝗ uanitas facit. Ventos. n. comprimi narrāt. Gorgonia nihil aliud ē ꝙ coralliū: no/
minis cā: ꝙ in duritiā lapidis mutat̄. Emollit marina fulminib⁹: & typhoni reſiſter̄ affirmāt. Ge
mianen eadē uanitate inimicoꝝ pœnas efficere ꝓmittunt. Heliotropiū naſcit̄ in æthiopia: africa
cypro porracei coloris: ſanguineis uenis diſtincta. Cauſa nominiſ: qm̄ diecta in uas aquæ fulgo

tē ſolis accedentē ꝑcuſſu ſanguineo mutat: maxime æthiopica. Eadem extra aquā ſpeculi modo
ſolem accipit: deprehenditqꝫ defectus ſubeuntē lunā oſtendēs. Magoꝝ impudentiæ uel maniſe
ſtiſſimū hoc quoqꝫ exemplum ē: qm̄ ammixta herba heliotropio: quibuſdam quoqꝫ additis pcā
tionib⁹ gerentem conſpici negēt. Hepiſthites quoqꝫ ſpeculi naturam hꝫ i reddendis imaginib⁹:
quanq̄ rutila. Experimentum eſt ſi feruentem aquam addita ſtatim refrigeret: aut ſi in ſole
addita aridam materiam accendit. Naſcitur in coryco. Hermodocbos ex argumento uiri
ditatis in cādida gemma uel nigra: & aliquando pallida: ambiente circulo aurei coloris appellat̃.
Hexecōthalithos in pua magnitudine multicolor: hoc ſibi nomē adoptauit. Reperit̃ in troglo
ditica regione. Hieracites alternat tota miluinis nigricans ueluti plumis. Hymnites ouis piciū
ſimilis ē: & alia uelut nitro compoſita ꝑdura alioqn. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas æthio
piæ gemmas aureo colore arietini corn⁹ effigiē reddens: ꝓmittit̃ prædiuinans omnia repræſen
tare. Hormeſion inter gratiſſimas aſpicit̃ ex igneo colore radiās auro portāte ſecū in extremita
tib⁹ cādidā lucē. Hyeniæ ex oculis hyenæ tabido ī uaſe īueniri dicūt̃: & ſi credim⁹: linguæ hoīs
ſubdite futura ꝑdicere. Hematites in æthiopia qdē principalis: ſꝫ & in arabia & africa inuenitur
ſanguineo colore: nō admittenda ꝓmiſſis ad coarguendas barbaroꝝ inſidias. Zacthalias baby lo
nius in his libris quos ſcripſit ad regē Mithridatem humana gēmis attribuit fata: has ñ content⁹
oculoꝝ & iocineꝝ medicina decoraſſe. A rege ēt aliqd petituris ddit: & litib⁹ iudiciiſqꝫ interpoſuit
in prœliis ēt eas ſalutares ꝓnuntiauit. Eſt & alia eiuſdem generis: q̄ uocat̃ henui ab indis xāthos
appellata græcis e fuluo candicanſ. Idæi dactyli in creta ferreo colore pollicē humanū exprimūt.
Icterias lurido ſimilis: ido exiſtimat̃ ſalubris contra regios morboſ. Eſt & alia eodē nomine liq
dior. Tertia folio uiridi ſimilis: latior priorib⁹: pene ſine pondre: uenis luridis. Quartum gen⁹
in eodē colore nigris uenis deſcendētibus. Iouis gēma candida ē: nō pondroſa: tenera. Indica gē
tium ſuaꝝ hꝫ nomē: ſubruffo colore: in attritu ſudorē purpureū emanat. Alia eodē nomine can
dida: puluereo aſpectu. Ion apd indos uiolacea ē: ſꝫ raro ſaturo colore lucet. Lepidotes ſquam
mas piſciū uariis colorib⁹ imitat̃. Leſbias leſbi patriæ nomē habēs inuenit̃ & ī india. Leucoptal
mos rutila alias oculi ſpēꝫ candidā nigrāqꝫ continet. Leucopetalos candorē niuis ex auro diſtin
guit. Libanochros thuris ſimilitudinē oſtendit: ſꝫ ad ſuccū mellis. Limoniates eadem uidet̃ quæ
ſmaragdus. De lipare hoc tm̄ tradit̃: ſuffita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus rhodio mar
mori ſimilis ē aureis uenis: polit̃ ex marmore: amplitudine in anguſtias coeunte: ut inutilia exte
rant̃. Leucochryſos fit chryſolito interalbicante. Mennonia qualis ſit nō tradit̃. Media nigra ē
a Medea illa fabuloſa inuenta: hꝫ uenas aurei coloris: ſudorē reddit croci: ſaporē āt uini. Meco
nites papauera exprimit. Mitrax a pſis accepta ē: & rubri maris montibuſ: multicolor: contra ſo
lem uarie refulgēs. Meroctes porracea lacte ſudat. Morion indica quæ nigerrimo colore tranſ
lucet uocat̃ pronion: in qua miſcet̃ & carbunculi colos. Alexandrium ubi ſardæ. Naſcit̃ i cypro
tyro & galatia. Xenocrates & ſub aſperibus naſci tradit. Hæ ſt̃ gēmæ quæ ad ſculpturas aptāt̃.
Myrites myrrhæ colorē hꝫ: faciēqꝫ minimæ gemmæ: unguenti odorem attrita ēt nardi. Myr
media nigra hꝫ eminentias ſimiles uerrucis. Myrſinites melleū colorē hꝫ: myrrhæ odorē. Me
ſoleucos ē mediā gemmā candida diſtinguente linea. Meſomelas nigra uena quēlibet colorē ſe
cante p mediū. Naſomonites ē ſanguinea nigris uenis. Nebrides Libero patri ſacra nomē traxit
a nebridū eius ſimilitudine. Sūt & aliæ nigræ generis eiuſdem. Nympharena urbis & gētis pſi
cæ nomē hꝫ: ſimilis hypodatæ. Orca barbari nominis e nigro fuluoqꝫ ac uiridi & candido placet.
Ombria quā aliq notiā uocant ſicut cæraunia & broninea cadre cū hymbrib⁹ & fulminib⁹ dicit̃:
eundēqꝫ eſſe ūſū habere quē brōtea narrat̃. Præterea in aras addita ea tradit̃ libamenta nō ambu
ri. Orites globoſa ſpēs a quibuſdam & ſyderites uocat̃ ignem nō ſentiens. Oſtratias ſiue oſtra
cites ē teſtacea durior altera, achatæ ſimilis: niſi ꝙ achates politura pingueſcit duriori: tantaque
ineſt uis: ut aliæ gemmæ ſcalpant̃ fragmentis eiuſ. Oſtracidi oſtrea nomē & ſimilitudinē ddere.
Opphicardelon barbari uocant nigꝝ colore binis lineis albis includentib⁹. De obſidiano lapide
dixim⁹ ſupiore libro. Inueniūt̃ & gemmæ eodē nomine ac colore nō ſolū in æthiopia indiaqꝫ: ſꝫ
ēt in ſamo ut aliq putant: & in littorib⁹ hiſpanienſis oceani. Panchros fere ex omnib⁹ coloribus
conſtat. Panconus nō longior digyto: ne cryſtallus uidat̃: numero pluriū anguloꝝ cauet. Pane
ros qualis ſit a Metrodoro nō dicit̃: ſꝫ carmē Timaridi reginæ in eadē dicatū Veneri nō inele
gans ponit: ex quo intelligit̃ additā ei fœcunditatem. Quidam hāc panſebaſton uocāt. Pontica
rum plura ſunt genera. Eſt ſtellata nūc ſanguineis nūc atris guttis quæ inter ſacras habet̃. Alia
ꝓ ſtellis eiuſdē coloris lineas hꝫ. Alia montiū cōualliūqꝫ effigies. Philoginos quē & chryſitem
uocant oſtreæ atticæ aſſimilata: inuenit̃ in ægypto. Phenicites ex balani ſimilitudine appellat̃.
Phrycites oliuæ. Perileucos fit ab ore gemmæ ad radicem uſqꝫ cādido deſcendente. Pæantides
quas qdam grauidas uocāt pregnātes fieri: & parere dicūt̃: medriqꝫ ꝑturientibus. Natales ī ma
cedonia iuxta monumentū Tireſiæ inueniuntur: ſpēſqꝫ ē eis aquæ glaciatæ. Solis gemma candi
da ē: & ad ſpēm ſyderis in orbe fulgentes ſpargit radioſ. Sagdam chaldei adhæreſcentē nauibus

habēt: inuenitur praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdem nominis gemmā dat nigram: ac ſine pondre ligno ſimilē. Sauriten in uētre uiridis lacerti bai undine dſecti tradūt inueniri. Sarcites bubulas carnes pſentat. Selenites ex candido tranſlucet melleo fulgore: imaginē lunæ continens: redditq́ eam in dies ſingulos creſcentis minuentiſq́ numero: naſciq́ putatur in arabia. Syderites ferro ſimilis: & litigio illata diſcordias facit: quæq́ naſcitur in æthiopia. Syderopœcilos ex ea fit uariantib' guttis. Spongites ſpongiæ nomē repræſentat. Synodontites e cerebro piſciū eſt: q ſynodontes uocãt. Syrticæ in littore ſyrtiū iamquidē lucania inueniunt melleo colore croco refulgentes. Intus ãt ſtellas continet languidas. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis: ppetua fiſtula cauatur. Tricus ex africa niger ē: ſ; tres ſuccos reddit: a radice nigrū: medio ſanguineum: ſummo candidū. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi candidis radicib' ſpectat. Telicardios colore cordis pſas apd quos gignit magnope dlectat. Muculā appellāt thracia trium generum ē: uiridis aut pallidior tertia ſanguineis guttis. Tephrites nouæ lunæ ſpēm h; curuatæ in cornua quanuis cinerei coloris. Telicos oleæ nucleo ſimilis uidtur: neq́ ē gemmæ honos: ſ; lingentiū calculos frangit: pellitq́. Veneris crines nigerrimi nitoris continēt in ſe ſpēm ruffi crinis. Veientana italica gemma ē: ueiis repta nigrā materiā diſtinguente limite albo. Zathenen ī media naſci Democritus tradit electri colore: & ſiqs terat in uino palmeo & croco cæræ mō lenteſcere: odore magnæ ſuauitatis. Zmilaces in euphrate naſcit pconneſo marmori ſimilis: medio colore glauco. Zoronyſios in indo flumine naſcitur: magorum gemma eſſe narrat: neque aliud amplius d ea.

De gemmis quæ a membris hominum cognominãt: & quæ ab animalib': & d iis quæ a cæteris reb'. Cap. xi.

Est etiamnū alia diſtinctio: quã equidē fecerim ſubinde uariata expoſitione. Siquidē a membris corpoꝝ habēt nomina. Hepatites a iocinere. Steatites ſinguloꝝ animaliū adipe numeroſa: Adureneis. Vriopthalmos ionice naſcitur tres hominis ſimul oculos exprimēs: ab animalibus cognominatur. Carcinias marini cancri colore. Echites uiperæ. Scorpites ſcorpionis aut colore aut effigie. Scarites ſcari piſciſ. Triglites muli. Aegophthalmos caprino oculo. Itē alia ſuillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites accipitris. Aetites a colore aquilæ candicante cauda. Myrmecites innatã repentis formicæ effigiē h;. Scarabeoꝝ cantharias. Lycophthalmos quattuor ē coloꝝ ex rutilo & ſanguineo in medio nigru; candido cigit: ut lupoꝝ oculi: illis p omnia ſimilis. Taos pauoni ē ſimilis: item aſpidi: quã uocari timiclonia inuenio. Arenaꝝ ſimilitudo eſt in hāmocryſo uelut auro harenis mixto. Cēchrites milii granis uelut ſpſis. Dyrites e truncis arboꝝ: hæc & ligni mō ardet. Ciſſites in candido collucet ederæ foliis quæ totã tenent. Narciſſites uenis ēt ederæ diſtinguit. Cyamea nigra ē: ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinē parit. Pyrene ab oliuæ nucleo dicta eſt: huic aliqñ ineſſe piſcium ſpinæ uident. Chalazias grandinum & colorem & figurã h; adamantinæ duritiæ. Narrãt ēt in ignem additæ manere ſuū frigus. Pyrites nigra qdē: ſ; attritu digytos adurit. Polizonos nigra multis zonis cãdicat. Aſtrapiæ ī cãdido aut cyaneo diſcurrunt e medio fulminis radii. In phlegontide intus ardre quedã uidet flamma: q̄ nō exeat. In anthracitide ſintillæ diſcurrere aliqñ uident. Enais ſemp rotunditatis abſolutæ in candore ē leuis: ſed ad motū fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor. Polytryx ī uiridi capillat: ſed dflua comaꝝ facere dicit. Sūt & a leonis pelle & panteræ nominatæ leontios pardalios. Colos appellauit chryſolitū aure'. Chryſopraſum herbace'. Melleus melichrota: quanuis plura ei' genera ſint. Melichros ē gemin' pte flauus: pte melleus. Crocias a croco. Polia canitiem quandã ſparti inducit: eandē duriorē. Nigra ſpartopolia. Rhodites a roſa ē. Melites mali coloris. Chalcites ærei. Sicites fici. Rō nominū non eſt in borſycite in nigro: ramoſa candidis aut ſanguineis frondib'. Nec gemite uelut in petra candidis manib' inter ſe complexis. Ananchitide in necromantia dicūt euocari imagines deoꝝ. Synochide umbras inferoꝝ euocatas teneri. Dentritide alba dfoſſa ſub arbore quæ cædat ſecuris aciē nō hebetari. Et ſunt multo plureſ: magiſq́ monſtrificæ: quibus barbari dedere nomina confeſſi lapides eſſe. Nobis ſatis erit in his coarguiſſe dira mendacia.

De gemmis naſcentib' & factitiis: & figuris gemmaꝝ. Cap. xii.

Gemmæ naſcūt repēte nouæ ac ſine nominib': ut lampſaci in metalliſ aurariis una inuenta: q̄ pp pulchritudinē Alexandro regi miſſa fuit: ut auctor ē Theophraſt'. Coclides quoq́ nūc uulgatiſſimæ famæ fiunt uerius q̄ naſcūt in arabia reptis in gentib' glebiſ. Melle excoq tradūt ſeptenis dieb' noctibuſq́ ſine intermiſſione. Ita omni terreno uitioſoq́ puluere decuſſo purgatã glebã artificū ingenio uarie diſtribui in uenas: ductuſq́ maculaꝝ q̄ maxime uēdibili rōne ſectantium. Quondãq́ tantæ magnitudinis fecere: ut equis regū in oriente frontalia atq́ p phaleris penſilia facerent. Et alias omēs gemmæ mellis dcoctu niteſcunt: præcipue corſici. In omni alio uſu acriora abhorrentes. Quæ uariæ ſunt: & ad nouitatē accedere caliditate ingenioꝝ contingit ut nomē uſitatum nō habeant. Phyſes appellant uelut ipſius nature admirationē in iis uēdicãtes

cũ finis nominũ nõ ſit: q̃ perſequi nõ equidẽ cogito: innumera ex græca uanitate cõficta. indica/
tis nobilib⁹ gemmis etiam plebeis raroꝝ generum dictu dignas diſtrinxiſſe ſatis erat. Illud mo/
do meminiſſe conuenit increſcentibus uarie maculis atqꝫ uerrucis lineaꝝ: q̃ interueniunt multi/
plici ductu: & colore mutata ſæpius nomina in eadem pleꝝqꝫ materia. Nunc cõmuniter ad om/
nium gemmaꝝ obſeruationẽ pertinentia dicemus opiniones ſecuti auctoꝝ. Cauæ aut extuberã/
tes uiliores uidenť æqualibus. Figura oblonga maxime ꝓbatur: deinde quæ uocať lenticula: po
ſtea clipeidos & rotunda: anguloſis minima gratia. Veras a falſis diſcernendi magna difficultas.
Quippe cũ inuentum ſit ex ueris gemmis in alterius generis falſas traducere. Sardonices e ce/
rauniis glutinanť gemmis ita ut deprehendi ars nõ poſſit: aliunde nigro: aliunde candido: aliun/
de nimio ſumptis: omnibus in ſuo genere ꝓbatiſſimiſ. Quinimmo ẽt extant commentarii aucto
rum: quos nõ equidẽ demonſtrarim: q̃bus modis ex cryſtallo tinganť ſmaragdi: aliæqꝫ tranſlu/
centes. Sardonix e ſarda. Item cæteræ ex aliis. Neqꝫ eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

De ratione probandaꝝ gemmaꝝ Cap. xiii.

Nos contra rõnẽ deprehendendi falſas demonſtrabimus: quando ẽt luxuriam aduerſus frau/
dem muniri decet. Præter illa quæ in principalibus quibuſqꝫ generibus priuatim diximus.
Tranſlucentes matutino ꝓbari cenſent: aut ſi neceſſe eſt in quartam horã: poſtea uetant. Expe/
rimenta pluribus modis conſtant. Primũ ponderẽ: ſi grauiores ſentiunť: poſt hæc corporẽ. Ficti/
tiis puſtulæ in ꝓfundo apparent. Scabritia in cute. In capillamento frigoris inconſtantia: prius
q̃ ad oculos perueniat deſinens nitor. Decuſſi fragmenti paulũ quod in lamina ferrea terať effi/
caciſſimũ experimento excuſant mangones gemmaꝝ. Recuſant ſimiliter & limæ probationem.
Obſianæ fragmenta ueras gemmas nõ ſcarificant. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt.
Tantaqꝫ differentia ẽ: ut aliæ ferro ſcalpi nõ poſſint: aliæ nõ niſi retuſo: ueꝝ omnes adamante:
Plurimum autem in his terebraꝝ ꝓficit feruor. Gemmiferi amnes ſunt acaxis: mater: ganges.
Terraꝝ autem omnium maxime india. Et iam peractis omnibus naturæ operibus: diſcrimẽ quod/
dam reꝝ ipſaꝝ facerẽ conueniat. Ergo in toto orbe & in quacũqꝫ cæli conuexitas uergit: pulcher/
rima eſt omniũ rebus meritoqꝫ principatũ naturæ optinens italia rectrix parenſqꝫ mundi altera:
uiris: fœminis: ducibus: militibus: ſeruitiis: artium præſtantia ingenioꝝ claritatibus. Iam ſitu ac
ſalubritate cæli atqꝫ temperie: acceſſu cunctaꝝ gentium facili: littoribus portuoſis: benigno uẽ
torum afflatu. Etenim contingit recurrentis poſitio in partem utiliſſimam: & inter ortus occa/
ſuſqꝫ mediam aquaꝝ copia: nemoꝝ ſalubritate: montium articulis: feroꝝ animaliũ innocentia: ſo
li fertilitate: pabuli ubertate. Quicquid ẽ quo carere uita nõ debeat: nuſq̃ eſt præſtantius: fru/
ges: uinum: olea: uellera: lina: ueſtes: iuuenci. Ne equos q̃dem in tricariis præferri ullis uerna/
culis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quandiu libuit exercerẽ: nullis ceſſit. Et iis
nunc in ſe grauida ꝓ omni dote uarios ſuccos: & frugum pomoꝝqꝫ ſapores fundit. Ab ea excep/
tis indiæ fabuloſis ꝓxime quidẽ dixerim hiſpaniam quacunqꝫ ambiť mari.

Caii Plynii Secundi Naturalis hyſtoriæ Liber triceſimus ſeptimus & ultimus Finit.
Parmæ impreſſus opera & impẽſa Andreæ Portiliæ Anno Natiuitatis Domini. M.
CCCC. LXXX I. Octauo idus iulii. Regnãte Illuſtriſſimo principe Ioanne Galeazo
Maria Duce Mediolani.

Andreas prodeſſe uolẽs portilia multis
  Gratum opus impreſſit plynion ære ſuo.
Temporibus priſcis hunc bibliotheca tenebat
  Principis: & magni diuitis: atqꝫ ducum.
Nunc emit omnis eum ciuis: quem gloria tangit:
  Hũc emit argẽto pauper: & ore legit.
Factis ære notis debet cum diuite pauper:
  His debet: quiſquis diſcere multa cupit.
Arte tua gaudere potes portillia multum:
  Quæ facit ut uiuant omnia ſcripta: Vale.

In libro tertio ubi ſermo fit đ latinis populis: ita ſcriptū habēt mendoſi codices. Cum hisi carmē in monte albano ſoliti accip̄e populi Albenſes. In ſpectatæ fidei libris nō carmen ſcriptū eſt: ſ3 carnem: & ita ipſe emendaui ſecutus hyſtoriam. Nanq3 in albano monte latinis populis uiſcerationē quot annis romani dabant. M. Varronis ad hanc rem ꝑtinentia uerba ſubieci. Latinæ feriæ dies conceptus dictus a latinis populis: quib⁹ ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius cū Romanis. Liuius quoq3 libro. xxxiii. idem đmonſtrat his uerbis. Feriæ latinæ pontificū đcreto inſtauratæ ſunt: ꝙ legati ab Ardea quæſti in ſenatu erant ſibi in mōte Albano latinis carnem: ut aſſolet: datam nō eē. Non ne hi duo celeberrimi ſcriptores apte monēt carnē apd Plynium legendū eē nō carmen? Eodē Seruius quoq3 grammaticus locuplex auctor accedit: qui in primo commentario ſic ſcriptū reliquit. Viſcera nō tm̄ inteſtina dicim⁹: ſ3 quicquid ſub corio ē: ut in Albano latinis uiſceratio dabat̄: id ē caro. Et in ſeptimo ſup uirgilianū illud: populiq3 latini: ait qui intererant Albani montis uiſcerationi.

In qnto locus p ſyllabæ adiectionē deprauatus ē: oppidū tachabrachia ciuium romanoꝝ: cū tabracha legendū ſit: & ita correxi Iuuenalis teſtimonio: q locū oſtēdens ſimiis frequentē inquit. Quales umbriferos ubi pandit tabracha ſaltus In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca. Nanq3 ī africæ ubi tabracha ē ſaltibus & latifundiis maximā ſimiaꝝ eē multitudinē Solin⁹ & Strabo tradunt. Poſſidonius quoq3 refert ſe in libyæ oram đlatum ſiluam uidiſſe ſimiis plenā: quaꝝ aliæ ſuper arborib⁹: aliæ in terra ſederent. Nōnullæ catulos haberent & ubera đpēdentia: riſiſſe itaq3 cū eas uberib⁹ graues cerneret: nōnullas caluas: quaſdam ēt hernioſas. Tabrachæ meminit Pōponius Mela. Tabracham Silius Italicus tyrium opus appellat.

In ſeptimo ubi reꝝ inuentores enumerant̄ ſcriptum legit̄ Dedalum inueniſſe lithocolliam. Nos exemplaria ꝗ emendatiſſima ſecuti correxim⁹ ichthyocollam. Eſt āt ichthyocolla glutinum e piſce factū ut nomē indicat: de qua ſic ſcribit Plynius in. xxxii. ichthyocolla appellat piſcis: cuius glutinoſum ē coriū: idē ꝙ nomē glutino eius: & alibi ichthyocolla inquit erugat cutem. Cornelius Celſus medicamentis compluribus miſcenda eē docet ichthyocollam.

In octauo ubi đ equis fit mētio: correptores innemendatū locū reliquerunt: nō aduertentes hyſtoriā: ſic enim ſcriptum eſt. Maximū uero eodē id eſt in capitoliū perueniſſe habenas cū palma & corona effuſo ratumena: q ibi uicerat. Ex his Plynii (ſi modo Plynio aſcribenda ſunt) uerbis nemo ꝑfecto intelliget: ubi uicerit ratumena: & ſenſus erit mutilatus indignuſq3 plyniana maieſtate: niſi illud ꝑueniſſe habenas immuteſ: ut dicat: ꝑueniſſe a Veiis: & ita nos emendauim⁹ ſecuti hyſtoriæ fidē & maxime Plutarchū: q id ita clariſſime refert: ut nihil amplius ambigendū ſit. Scribit enim Veiis oppido ethruriæ: dū curule edit̄ ſpectaculū ratumenā agitatorem uictorē & coronatū ex Hippodromo egredientē equoꝝ celeritate atq3 impetu romā uſq3 fuiſſe raptatum eoꝝ e curru excuſſo equos in capitoliū ꝑueniſſe. Solinus quoq3 idē breuiter refert: a Plynio ut arbitror acceptū. Ab hoc auriga ratumena romæ nomē ē inditum ratumenæ portæ. Auctores Feſtus Plynius & Plutarchus.

In decimo ubi fit mētio đ his quæ inter ſe diſſident: ſcriptū eſt Phalanges & aranei. Quid ſenſerint hoc in loco correctores: cōiectare nō poſſum: niſi forte opinati ſint legiones illas cuneoſq3 macedonū: quas ipſi teſte Liuio phalanges appellant: ſcriptoreſq3 fere omnes celebrant ageř diſcordias cū araneis. Quod ꝗ ridiculum ſit ſentire ēt inſulſiſſimi intelligūt. Ego uero correxi ſic. Phalangia & aranei. Eſt āt phalangiū ex genere araneoꝝ: quoꝝ noxii ſunt morſus: ut ſcribit Plynius in. xi. corpus exiguū uariū acuminatū ad ſaltum ingredientiū. Phalangius teſte eodē tricenos parit. Idem in. xxix. Phalangium ē italiæ ignotum: & pluriū generꝝ. Et alibi. Phalangion græci uocant inter genera araneoꝝ. Cornelius Celſus in quinto. Vbi uero phalangium nocuit: præter eam curationē quæ manu reddit̄ ſæpe homo đmittendus eſt: ſoliū eſt. Quid multa hæc dictio apd' Plyniū adō eſt frequens: ut correptores exiſtimem cū hoc præſertim locū nō emendarint obliuiſciores fuiſſe Curione: q memoria ita fuit nulla: ut aliquotiens tria cū ꝓpoſuiſſet: aut quartū adderet: aut tertiū quæreret.

In. xiiii. ibi generoſa uina referūt̄: ſic ſcriptum legit̄. Ceterano ſcilicet uino inter gallias cōſiſtit auctoritas. Quis quæſo geographus: quis hyſtoricus ceteranos populos quoꝝ uina laudat Plynius illuſtrauit: uel nudis ſaltē nominib⁹ nuncupauit unꝗ? Me hercule nullus. Atqui cū cerretanos in hiſpania nobiles fuiſſe legerim⁹ deprauatum ꝑmutatis litteris locum ſic emendauimus.



Historiae naturalis - page 528 sur 530

©BIUM

Cerretanꝰ inter gallias cõſiſtit auctoritas. Sũt enim Cerretani hiſpaniæ populi: q Iuliani cognominanẽ: & q Auguſtani: ut auctor ẽ Plynius in. iii. Hoꝝ uina inter laudatiſſima locum habẽt: ut auctor eſt Plyniꝰ: quæ Martialis in Xeniis ſetinis comparat. Cerretana nepos ponat: Setina putabis. Nõ ponit turbæ cũ tribꝰ illa bibet. Scio omnes fere eruditos uiros hactenus exiſtimaſſe Martialẽ hoc diſticho eẽ locutũ d Cerretanis etruſciſ. In quo exponendo nõ minꝰ errarunt q̃ꝫ in illo: cuius lẽma eſt perna. Cerretana mihi fiat uľ maſſa licebit de Menapis: lauti de petaſone uorent. Crediderũt enim hoc quoq̃ꝫ ad Cerites ethruriæ referendũ. In quod manifeſtum erratum ne inciderẽt: potuiſſent Strabonis lectione admoneri ſic in tertio geographiæ ſcribentis: ubi de hiſpaniaꝝ ſitu habeẽ oratio. Media pyrenes loca conualles tenẽt: quas frequentes cultores habitant: quas q̃ꝫ maxima hiſpaniæ portio cerretani tenẽt: a quibus multiſariã pernæ condiũẽ cantabricis perq̃ꝫ ſimiles ꝓuentum nõ mediocrẽ hominibꝰ exhibentes. Quid his Strabonis uerbis lucidius eẽ põt: quid apertius: quæ clariſſime oſtendũt diſtichon Martialis non ad Cerites ethruſcos qui nulla condiendi pernas laude cenſenẽ: ſed ad cerretanos hiſpaniæ: quorũ pernæ celebranẽ eẽ referendũ. Nanq̃ꝫ cũ ex hiſpania & gallia. M. Varronis atq̃ꝫ Strabonis teſtimonio ſalſamenta mitterenẽ laudatiſſima: uideẽ Martialis eodẽ carmine tanq̃ꝫ confiniũ regionũ pernas coniungere uoluiſſe. Cerretanaꝝ uineaꝝ miram ubertatem ꝓuentumq̃ꝫ incredibilem Columela tradit in. iiii.

In. xvi. cum in omnibꝰ codicibus talis index ſit. De hedera quæ uocaẽ Similax: & eodẽ capite id uerbũ Similax ſæpius repetitũ ſit: fateor me quo minꝰ immutarẽ ſuperſediſſe. Veꝝ quẽadmodũ fabulæ cõueniat nõ intelligo: quæ Milacẽ appellat: nõ ſimalacẽ. Ouidius. Et crocon in paruos uerſum cũ Milace floreſ. Et Plynius ab Ouidio nõ diſſentiens ait. Virgine euiſdem nominis ꝓꝑ amorẽ iuuenis croci mutata in hunc fruticẽ. Huc accedit ꝙ in. xxiiii. ſcribens d natura ederæ in medicina Milacẽ nuncupat: quã in. xvi. Similacẽ nominauerat: niſi exemplaria in hoc (ut eqdẽ arbitror) deprauata ſint: qđ ido facilius credere libet: cũ apđ eundẽ Plynium complures ꝺprauatos indices ꝺprehenderim: đ quibꝰ alias loquar. Præterea ut ad ſimilacẽ redeam. Seſtius grauis auctor Taxum arborẽ a quo toxica nuncupãẽ: uocari dixit a græcis ſimilacẽ: & eẽ in archadia tam præſentis ueneni: ut ſi q dormiãt ſub ea: cibũ ue capiant: moriãẽ.

In. xviii. cum correctores ita emendauerint: uel uerius ꝺprauauerint: Seruius rex ouiũ boumq̃ꝫ effigie primũ aras ſignauit habuiſſe uideẽ qdam cõmune cum lacerta: cui animali memoria ineſt nulla. Nam dicant quæſo apđ quẽ idoneũ ſcriptorẽ iſtud unq̃ꝫ legerint: Cur nõ ad Plynium boni uiri: Si apđ alios nõ reperiebatis: recurrendũ cenſuiſtis: qui in. xxxiii. locum hunc ut nos correximꝰ: ita emendandũ eẽ dmonſtrat. Seruiꝰ rex ouium boumq̃ꝫ effigie primꝰ æs ſignauit: nõ ãt aras. Id hyſtoriæ fides exigit. Idẽ Plynius repetit: cuius uerba ex prædicto libro hæc ſunt. Seruius rex primꝰ ſignauit æs. Antea rudi uſos romæ Timæus tradit. Signatũ eſt nota pecudum: unde & pecunia appellata. Eodẽ accedit locupletiſſimas auctor Plutarchus: q ſcribit apparere in uetuſtiſſimis nummis inciſum ſignũ bouis: pecudis: ſuis ue.

In. xix. in mendoſis codicibꝰ uerbũ priſcũ prioribꝰ litteris ablatis mutilatũ ẽ: ubi ſcriptum legiẽ ædium: cũ legẽdũ ſit hæredium: & ſic ego correxi. Eſt ãt hæredium ut ait Feſtus prædium paruulũ: Et in legibus duodecim tabulaꝝ in horti ſignificatione ſemp nominaẽ hæredium. Inde hærediolũ uſurpat Columella: cuius uerba hæc ſunt ex libro primo. Ad eoſdem iuuencos & quattuor iugeꝝ auium hærediolum redierit.

In eodẽ unius litteræ inuerſione mendũ admiſſum ẽ. Ita enim ſcriptum habẽt ꝺprauati codices Inueterari uina ſuccisq̃ꝫ caſtrari: cũ ſcribendũ ſit Saccisq̃ꝫ caſtrari. Atq uideor nimis leuia ſectari immo grauiſſima & nota digna. Non. n. ſono tã diſſimile ẽ Thais & Hermione: q̃ꝫ ſenſu ſuccus & ſaccus. Nanq̃ꝫ ſi legendũ admiſeris: Vina ſuccis caſtrari: Qui ſenſus: Dii boni q̃ꝫ ineruditus: q̃ꝫ ridiculus: & plyniano acumini minime quadrãs erit confingendus e cogitandusq̃ꝫ. Si uero ſaccis quẽadmodum nos emendauimus correxeris: & ſenſum ꝺprehendes elegantẽ eruditũ & ex conſuetudine romana ſumptum atq̃ꝫ a Plynio nõ diſcrepante. Nanq̃ꝫ romanũ inſtitutũ fuit uetus uina ſacco lineo colare: ut eẽnt innocentiora. Ideoq̃ꝫ ait Plynius in. xiiii. đ uino loqueẽ. Quinimo ut plus capiamꝰ ſacco frangimꝰ uires: & in. xxiii. utiliſſimũ inquit omnibus ſacco uiribus fractis. Hæc plyniana faciunt: ut æxtimem Martialẽ cũ đ egroto Tongilio loquereẽ in ſecũdo: ſic ſcriptũ reliquiſſe. Cecuba ſacceneẽ quæq̃ꝫ annus coxit opimi: id eſt ſacco coleẽẽ: cũ ſicceẽ paſſim legaẽ. Ita enim ſalubriora purioraq̃ꝫ redebãẽ. Vnde & in. xii. ait. Turbiba ſollicito tranſmittere cecuba ſacco. Oratius quoq̃ꝫ in. ii. ſermonũ morẽ hunc tranſmittendi uina ꝑ ſaccum tetigit eo uerſu.

Integrum perdūt lino uitiata ſaporē. Vbi Porphirio expoſuit: ſacco colata. Et Martialis in apophoretis. Pauperiore mero tingere lina potes.

In. xxv. legit̃ Gallia ſagittas in uenenato helleboro tingunt. Nos correximus in uenatu auctorem ſecuti. A. Gellium uirꝝ ut Auguſtinꝰ ait multū facundiæ ſcientie: q eadem referens ex Plynio ſumpſiſſe ſe indicat: ſic ſcribens in. xvi. Preterea id ſcriptum eſt in Plynio Legimꝰ gallos in uenatibus tingere helleboro ſagittas: ꝙ iis ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant. Ex his Gellii uerbis lucido apparet apud Plyniū legendū eē in uenatu: ut ipſe emendaui: nō āt in uenenato. Eiuſdem quoqꝫ Gellii auctoritas fecit: ut alterꝝ quoqꝫ locū in eodē. xxv. deprauatū corrigerē. Ita enim ſcriptū eſt. Mithridatis inuentū autumant in anatū ponticarꝝ miſcere antidotis qm̃ ueneno uiuerent. Que ſunt hec portenta uerborꝝ: ꝗ̃ concisa ſententia: ꝗ̃ indecora conſtructio: niſi illud in anatū ponticarꝝ ſic emendeſ. Sanguinem anatū ponticarꝝ: cuius rei nō me auctorē habebis: ſed Gelliū ſic ſcribentē in noctibꝰ acticis. Anates ponticas dicit̃ edendis uulgo uenenis uictitar̃. Scriptū ēt a Leneo Cn. Pompeii liberto Mithridatē illū ponti regē medicinae rei & remediorꝝ id genꝰ ſolertē fuiſſe: ſolitūqꝫ earꝝ ſanguinē miſcere medicamentis: quae digerendis uenenis ualent: eumqꝫ ſanguinē uel potentiſſimum eē in ea confectione. Quid his Gellii uerbis manifeſtius: quid lucidius eē poteſt: quibꝰ idē enarrat qđ Plynius. Qui ēt ipſemet Plyniꝰ apte demonſtrat ita corrigendum eē: ut ego correxi: cuius uerba ex libro. xxix. hec ſunt. Coagulum quoqꝫ agninū aduerſus omnia mala medicamēta pollet. Item ſanguis anatū ponticarꝝ.

In. xxviii. ſic ſcrptū eſt. Medet̃ phytocampes uenenis. Ego uero ꝑmutatis litteris emēdaui pityocampes. Eſt āt pityocampe uermis ſiue eruca nuces pineas infeſtans: ut docet Plynius ſic ſcribens in. xxiii. uſus contra cantharidas bupreſti: pinorꝝ erucas: quas pityocampas uocant Dictio compoſita ex pytia & campe. Pitya uero inter genera nucū pinearꝝ numerat̃: e pinaſtris ſingularis remedii aduerſus tuſſim: ut Plynius refert in. xv. Ab hac arbore pitya ſalamin pityuſa ē nuncupata: ut auctor ē Strabo in. ix. quemadmodū & aliā in hiſpania inſulā pityuſæ nomē inde eſſe ſortitā ſcribit Diodorus in. vi: Campe uero ē eruca infeſtans maxime hortenſia: cuius meminit Columella hoc uerſu. Voluit̃ ad terrā diſtorto corpore campe.

In. xxxiii. uerbū barbarꝝ ꝓ latiniſſimo: inſolens ꝓ uſitato elegantiſſimoqꝫ receptū ē: gratotaſiū ꝓ græcoſtaſi. Sic enim ſcriptū ē. Flauius ædiculā æream fecit in gratotaſio. Nō inficiabor ignorare me qđ ſit gratotaſium: immo ingenue fatebor. Quod ſi qs correptores interroget: qđ id ſignificet: neſcio qđ muſſitabunt: & dictionē tanꝗ̃ inauditā portentoſamqꝫ reformidabūt. Ego uero correxi in græcoſtaſi. Grecoſtaſi āt locꝰ erat romæ ſubſtructus ſub dextra curiæ hoſtiliæ ſupra comitiū: ubi nationū ſubſiſterent legati: q ad ſenatū eſſent miſſi. Is græce coſtaſis: ut interpretat̃. M. Varro: appellat̃ a græcorꝝ legatis ibi ſubſiſtentibus. De græcoſtaſi meminit Cicero in epiſtola ad Quintum fratrē his uerbiſ. Deinde eius operæ repēte a græcoſtaſi & gradibꝰ clamorē ſatis magnum ſuſtulerunt.

In. xxi. nec hoc qdē præteribo: ꝓprium pictoris nomē deprauatū ē: ubi ſic legit̃. Sicyon ex ingenio Pauſiani. Nos uero docente Plynio correximꝰ: ex ingenio Pauſiæ: & ita correctores Plyniū ſecuti auctorē emendare potuiſſent: niſi lethargo oppreſſi ceruario ſimiles extitiſſent: cui ēt in fame mādenti ſi reſpexerit cibi ſubrexit obliuio. Nanqꝫ Plynius in. xxxv. clariſſime oſtendit Pauſiam pictorē nuncupatū fuiſſe nō Pauſianum: cuius uerba hæc ſunt. Pauſiam Sicyonium primū in hoc genere nobilē. Vbi ei omnia illa ne forte alium putes aſcribit: quæ in. xxi. retulerat. Alibi quoqꝫ inqt Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus. Quin ēt Porphirio pictorē nobilē fuiſſe Pauſiam ſcribit: a quo tabellā pauſiacā nominauit Oratius. Vel cū pauſiaca torpes inſane tabella. Cæterꝝ nō hoc ſolū hominis nomē in Plynio deprauatū legit̃ (id enim leuiſſime ferendū foret) ſed tot ego deprendi inuerſa & ab hyſtoriæ fide diſcrepantia: ut iſta priuatim uolumē nō epiſtolam requirant.